14.33.Q.17

25 / I

AVGVSTINI NIPHI

PHILOSOPHI SVESSANI IN ARISTOTELIS LIBROS DE COELO ET MVNDO COMMENTARIA,

Nuperrime ab innumeris erroribus expurgata:

QVIBVS ETIAM OMNIVM SENTENTIARVM, *ac notabilium dictorum recens adiectus eſt Index.*

QVAM VERO EMENDATIORA SINT, SEQVENTI PATET EPISTOLA.



Coll: Romani Soc: Jesu Cat. inscript.

VENETIIS APVD IVNTAS,
M D LIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

B. S

ROMVLVS FABIVS FLORENTINVS

Studioſis Lectoribus S.

HOs Ariſtotelis libros, qui de Cœlo & Mundo inſcribuntur, cæteris Naturalis Auſcultationis libris propterea anteferendos cenſeo, quòd illórum notitia ad rerum diuinarum ſcientiam, in quà ſumma conſiſtit fœlicitas, magis idonei reddimur. De mundi quoque partibus, elementorum ſcilicet naturis, motibus, ac proprijs, deq́; ipſorum numero cum præclarà in eis exponantur: de cœlo inſuper ac compoſitis corporibus, quę ſciri dignum erat, aperiantur, non iniuria alijs Philoſophiæ libris eos ſtudijs veſtris magis profuturos exiſtimo. In hos libros igitur Auguſtini Niphi Sueſſani Commentaria vberrima, cum non ſine maxima eius iniuria mendoſa, mutila, ac vndique ſcatentibus erroribus Iuntæ fratres circunferri animaduertiſſent, vt in hac parte etiam, ſicut in cæteris eius commentarijs impreſſis, ac poſthac imprimendis morem gererent, nihil prius habuerunt, quàm vt caſtigatiora fierent, atq; illuſtriora: Hoc itaq; mihi onus cum demandaſſent vetuſtioribus exemplaribus, quos habere potui, collatis, ea omni diligentia purgare ac emendare conatus ſum, vt iam in hac poſt omnes ęditione caſtigatiora, ac proprio vultui reddita fructuoſius ac libentius legantur. Deletæ ex his ſunt nonnullæ figuræ, ac nouæ ſunt additæ, quę proprijs diſpoſitæ locis, clarius ac dilucidius verborum ſenſum, ipſo ſolo oculorum intuitu exprimunt ac declarant. Ne quid etiam, quod huic præclaró operi ſpectaret, omiſiſſe viderer, indicem nouum addere curaui, quo concluſiones, ac digniores expoſitiones, Philoſophorumq́; dogmata ac ſcitu digna Alphabetico ſerie diſpoſita, facile iam quiſquis inuenire poteſt. Hos igitur labores qualeſcunq; ſint, eo animi candore ſuſcipite, quo nomini veſtro nuncupaui: & ſiquid mei, vel impreſſorum forte vitio admiſſum in eis fuerit, ignoſcite. Cæterum bene valete.

INDEX SENTENTIARVM & expoſitionum notabilium, quæ in commentarijs Auguſtini Niphi Philoſophi Sueſſani ſuper libros de Cœlo, & Mundo, continentur, nuper additus.

ABſtractum conſideratur ratione priuatiua. folio. 2. 1. D
Accidens naturale duplex, ſeparabile, ut ſanitas animali & inſeparabile ut riſibile homini. 116. 4. H
Accidentale interdum accipitur prout diſtinguitur contra eſſentiale, & aliqñ contra naturale. 117. 1. A
Actus triplex eſt. 157. 1. C
Aequidiſtantia eſt cauſa locationis terræ in medio, ut cauſa ſine qua non. 113. 2. B
Aequidiſtantia cauſat frigiditatem, unde oritur grauitas & inde quies. 114. 3. F
Aer ſua grauitate adiuuat graue ad motum, & leuitate leue. fo. 132. 3. E
Aer expellitur à lapide, & expellit lapidem. 132. 3. E
Aere ammoto non fieret motus uiolentus ita facilis, neque ita bene. 132. 3. B
Aer, ut eſt corpus continens paßiuum et diuiſibile, eſt neceſſarius motui. 132. 3. H
Aeris diuiſio eſt neceſſaria in eſſe motus. 132. 2. D
Aer ubique grauitatem habet, præterquam in aqua & terra, ubi leuitatem habet. 160. 1. D
Aeterna habent ordinem neceſſarium inter cauſam & effectum. 115. 2. B
Aeterna non habent agens, mediante alteratione. 149. 4. E
in Aeternis animalibus melius eſt neceſſarium quàm poßibile: quod non dicitur in illis, niſi inquantum ſequitur ad neceſſarium. 90. 1. C
in Aeternis non eſt plus uno indiuiduo ſpecie. 97. 4. F
Aeternis & corruptibilibus nihil eſt cõe uniuocum. 98. 1. A
Aeternum & immobile non poteſt immediate agere in rebus generabilibus. 17. 1. A
Aeternum qñdoq; non eſſet ens, ſi poſſet eſſe genitũ. 68. 2. C
Aeternum tam in ſubſtantijs quàm in accidentibus, non poteſt eſſe corruptibile. 67. 4. H
Aeternum ſi eſſet corruptibile, poſſet nõ eſſe, quod eſt contra rationem æterni. 68. 1. D
Aeternum ſi eſt corruptibile eſt in eo potentia infinita ad corruptionem. 68. 3. G
Agens & patiens dupliciter relatiua ſunt: uno modo per ſe, alio modo per accidens. 156. 2. A
Agens omne eſt operis gratia. 83. 2. B
Agens diuinum, eo quòd eſt optimum, agit propter ſe et propter aliud. 83. 2. B
Agentia æqualia in patientibus æqualibus, agunt in omnibus ſuis partibus. 44. 3. B
Agentia naturalia agunt primo propter aliud, ſecundo propter ſe. 83. 2. B
Alterabile poteſt augeri & corrumpi; ideo cœlum non alteratur, quia non augetur, nec corrumpitur. 15. 3. H
Alteratio non conuenit cœlo, quia caret contrario. 15. 4. E
Alteratio temporaria, quæ fit per materiam & contrarium, non competit cœlo. 16. 1. C
Alteratio duplex, corruptiua, & perfectiua. 13. 2. C
Alteratio quælibet ſemper fit à principio extrinſeco, quanquam corpora cum per criſi ſanantur, ab intrinſeco ſanari uideantur. 157. 4. F/158. 1. A
Anaxagoras poſuit mundum cepiſſe ex immotis. 128. 4. B
Anima cœli ſi mouet ui & conatu, non põt eſſe beata. 77. 1. C
Animal mouetur propter ſpiritum miſſum ad membra motiua, & propter deſiderium aſſequendi aliquẽ finem. 91. 1. B
Animalia cœleſtia non habent contingentiam, quia nõ habent materiam, ſed tantum intellectum. 92. 1. C
Animalia mouentur à ſe perfectiue & initiatiue. 132. 4. F
Animalia ſublunaria mouentur per ſcientiam à rebus cauſatam. 91. 4. E
Animalia diuina mouent ſe per ſcientiam, quæ eſt cauſa rerum. 91. 4. E
Animam humanam eſſe immortalem, nõ repugnat rationibus Ariſtotelis in Primo de Cœlo. 74. 1. C
Aqua ammota terra, moueretur ad centrum contra naturam propriam, ſed illuc deſcenderet per naturam communem, ſcilicet q; omnia grauia tendant deorſum. 89. 1. B
Aqua & terra ſunt eiuſdem generis grauis ſimpliciter, differunt autem ſecundum magis & minus: ignis autem & aer ſunt eiuſdem generis leuis ſimpliciter, & differunt ſecundum magis & minus. 153. 4. F G
Aqua ſubtracta, cur terra non aſcendat ad replendum uacuum. 163. 3. H
Aqua, cur calefacto fundo amphoræ, trahitur, ſi aqua fuerit prope foramen amphoræ. 163. 3. E F
Aqua ubique grauitatem habet, præterquam in terra, ubi leuitatem habet. 160. 1. D
Aquæ ſuperficies una eſt cum ſuperficie aeris, terræ uero & aquæ non una eſt. 163. 3. B
Ariſtoteles errauit ponens mundum Deo coæternum. 15. 2. A
Ariſtote. poſuit Deum abſque orbe. 104. 3. F
Ariſtotele. uoluit omnia habere ſuum periodum quæ uiuunt, uel permanent ſtabilia. 140. 3. F
Ariſtoteles primus fuit, qui poſuit mundum æternum. 17. 3 B
Ariſtoteles accuſatus quòd ponebat mundum æternum, apud ſacerdotem, fugit in calcidem. 17. 4. B
Aſtra dicuntur ignea æquiuoce. 12. 3. E
Atoma Phyſice indiuiſibilia ſunt, ſed mathematice diuiſibilia. 152. 3. H
Atomi, quia ſunt corpora ſimplicia, habent ſimplicem motum 136. 3. H
Auctio & diminutio non competunt cœlo, quia non generatur, nec corrumpitur. 15. 3. F
Auerrois ſententia de grauium & leuium motu. 156. 3. F G
Augeri & diminui non conuenit cœlo. 15. 2. C
Augmentum & diminutio requirit materiam & cibum, quĩ ſit contrarius in principio, & ſimilis in fine. 15. 2. D

C

CAuſa et cauſatum in æternis, ac generabilibus ſunt eiuſdem rationis uniuocæ, in ratione Metaphyſica. folio. 115. 3. E
Cauſæ eiuſdem naturæ producunt effectus eiuſdem naturæ. fo. 148. 1. A
Caldei cœlum appellauerunt ætherem à curſus perpetuitate. 17. 4. E
Calidum ſecundum Platonicos calefacit paruitate, ac tenuitate partium. 149. 1. C

Calor ad nos tranſmiſſus à ſtellis, arguit eas etiam poſſe ad nos tranſmittere ſonum, ſi quem ciderent. 100.2.C
Calor cœlicus eſt uitalis, & conſeruatiuus. 12.3.E
Catolici ſentiunt cœlum eſſe augmentabile per potentiã agentis, non ipſius cœli. 18.4.F
Cœleſtium corporum perfectio eſt continere, propterea corpus erit perfectius, quanto erit à terra remotius, quia magis continet. 107.4.E
Cœleſtium motuum alij generant, alij conſeruant hæc inferiora. 75.4.E
Cœli forma non eſt natura, ſed intellectus. 76.2.A
Cœli non habent phantaſiam: quia carent inſtrumentis ſenſuum, quæ non dantur niſi ad conſeruandam ſalutem, qua conſeruatione non indigent cœli, quia non poſſunt illis accidere occaſiones & caſus. 91.4.F
Cœli conuerſio non eſt cauſa quietis terræ ad mediũ. 110.4.H
Cœlum eſt ſphæricum naturaliter, eſſentialiter, & inſeparabiliter, terra autem ſphærica eſt naturaliter, accidentaliter, & ſeparabiliter. 116.4.H
Cœlici animalis ſunt duo membra principalia, Sol præſtantia lucis & cœlum ſtelliferum præſtantia motus. 98.4.E
Cœlo ultimo, quod eſt primum corpus, debetur prima figura, ideſt ſphærica. 87.1.A
Cœlicum animal differt à morticinio, quia eſt compoſitum ex membris ſimilaribus. 90.3.E
Cœlo non dantur ſenſus, quia nõ ſubeſt calamitatibus. 91.4.G
Cœlum per ſe conſideratur in libro de cœlo ſecundum Filoxenum. 1.2.B
per Cœlum intelligit Ariſtoteles quintum corpus in Secundo de Cœlo. 75.2.B
Cœlum non eſt graue neq; leue. 10.1.B
Cœlum non eſt graue, neque leue, quia non mouetur à medio, neque ad medium. 11.3.G
Cœlum ſi eſſet igneum elementaria ratione, iam deſtruxiſſet elementum ſibi proximum, & illum ſequens, unde omnia eſſent ignea. 12.3.E
Cœlum, quia eſt figuræ ſphæricæ, differt ab elementis, quæ ſunt rectæ ſecundum Empedoclem. 12.2.B
Cœlum, quia eius materia non eſt tranſmutabilis, differt ab elementis. 12.2.C
Cœlum & elementa ſunt eiuſdem naturæ ſpecificæ ratione Metaphyſica, ſed ratione Phyſica differunt. 12.2.D
Cœlum conſideratum prout dependet ab aliquo ſpeciali dicetur eſſe graue. 12.4.H
Cœlum non mouetur motu contrario alicui motui, igitur non eſt corruptibile. 13.4.G
Cœlum dicitur genitum, i. emanor ea ſupiori cauſa. 14.3.G
Cœlum eſt æternũ, quia eſt locus Deorũ immortaliũ. 16.4.F
Cœlum non poteſt fieri maius, aut minus, igitur non poteſt generari, nec corrumpi. 18.3.H
Cœlum ſi eſt infinitum, infinitæ lineæ egredientur à centro, quæ cauſabunt interuallum infinitum, quod pertranſiri non poterit, ſic cœlum nõ mouebitur motu circulari, quod eſt contra ſenſum. 28.1.B
Cœlum ponere infinitum deducit ad impoßibilia. 29.4.H
Cœlum eſſe infinitum ex parte conuexi, & finitum ex parte concaui affirmatur à quibuſdam. 30.4.F
Cœlum uiuit participatiue, & intelligentiæ per eſſentiam. 58.3.H
Cœlum dicitur æternum, quia habet eſſe indeficiens, immortale, q̃a æterno tẽpe uiuit, & diuinũ quo ad operationem. 75.3.G
Cœlum mouetur ſine labore, quia non eſt compoſitum ex contrarijs principijs. 76.1.C
Cœlum quia eſt animatum, habet dextrum, et ſiniſtrũ. 79.1.A
Cœlum habet diuerſas partes, ideſt ſtellatam, et non ſtellatam, attamen non ſunt contrariæ. 80.2.C
Cœlum moueri pluribus motibus neceſſe eſt, ut continuetur generatio & corruptio. 84.2.A
Cœlum habet corpus rotundum, uel eſt ipſum corpus rotundum. 83.1.D
Cœlum non eſt in loco continente, ſed in contento. 87.4.G
Cœlum eſt rotundißimum, quia cætera dicuntur magis & minus rotunda, inquantum illi magis & minus aßimulantur in rotunditate. 89.1.CD
Cœlum caret cauſa contingentiæ ad utrunque, ideſt materia prima. 90.1.C
Cœlum ſi deliberaretur, oporteret præternaturaliter diſponi. 91.3.F
Cœlum reſiſtit motui uel per naturalem inclinationem ad aliũ motum, ut animal animæ, uel per potentiam ad aliud ubi, quàm motor intendit, ut cœlum ſuo motori. 93.1.A
Cœlum continet tempus, ueluti cauſa ſuum effectum. 75.2.C
Cœlũ ſtelliferum eſt primũ membrum cœlici aĩalis, q̃ in eo ineſt prima cœlorum actio, quæ eſt motus diurnus. 98.3.E
Cœlũ non rareſit, nec cõdenſatur, q̃a non eſt diuiſibile. 99.3.E
Cœlum circunſcripta intelligentia, nullam habet perfectione, immo non eſt ens, niſi in anima. 103.2.C
Cœlum eſt infinitum propter carentiam materiæ, et cõtrarij, & finitum qualitate motus, quia corpus eſt. 106.4.F
Cœlum ſi omnia continet, eſt omni ex parte ſphæricũ. 151.2.B
Cœlum non mouetur motu recto ſecũdum naturam, nec præter naturam. 11.2.B
Cœlum & ſtellæ ſunt rotundæ figuræ, quoniam ſic maxime ſic apte ferri uelociſsime. 99.2.A
Cœlum mouetur pluribus motibus, propter generationem & corruptionem. 83.1.A
Cœlo eſt ſurſum deorſum, & aliæ differentiæ ſecundum rem, & ſecundum ſubſtantiam. 84.4.B
Cœlum uocatur elementum, quia eſt corpus ſimplex. 159.1.D
Cœlum primum eſt aggregatum ex omnibus orbibus, qui mouentur motu cælico. 119.2.A
Cælum non eſt infinitum, quoniã eſt clauſum terminis. 31.3.H
Cælum eſſe infinitum infert inane eſſe infinitum, & tempus, quo inane deſcribitur eſſe infinitum. 33.2.A
Cælum non habet alterationem ſanitatem, morbum ſenectutẽ, nec alia quæ conſequuntur primas qualitates. 16.1.C
Cælum non habet contrarium, quia tunc daretur ſextum corpus. 17.4.F
Cælum eſt quodam medium inter diuinas ſubſtantias & ſublunares. 17.1.A
Cælum non eſt corruptibile, quia eius formæ nihil eſt contrarium. 14.1.B
Cælum totum eſt unum animal magnum. 98.1.D
Cælici animalis motus diurnus eſt primus, & per ſe. 98.2.A
Circularis motus non eſt duplex, quia circularis non contrariatur circulari, ſicut motus, qui eſt à medio, ei, qui eſt ad medium. 5.3.F
Commentator neſciens confutare ueritatem, in iniurias cõtra theologos prorumpit. 49.2.C
Cõparatione aliquid denominatur dupliciter, uel intrinſece rõne fundamenti, uel extrinſece ratione relationis. 159.4.F
Compoſitio duplex eſt. 159.2.D

Compoſitum eſt infinitum, quam unum ex componentibus uel omnia componentia ſunt infinita magnitudine, uel multitudine. 26. 4. C
Compoſitum mouetur à parte prædominante. 5. 4. F
Compoſitio eſt prior natura reſolutione. 137. 1. C
Compoſitum omne intrinſeca neceßitate eſt reſolubile in partes, ex quibus eſt. 124. 1. A
Continuum eſt magnitudo in ſemp diuiſibilia diuiſibile. 2. 2. D
Continuum eſt genus corporis, quatenus eſt accidens inſeparabile à corpore, quod ſine ipſo eſſe non poteſt. 3. 1. B
Contraria debent eſſe æqualia ſecundum qualitatem. 35. 4. H
Contraria principia motus cauſant laborem in aĩali. 76. 1. C
Contrarietas motuum eſt ſecundum longitudinem rectam. fo. 21. 2. D
Contrarietas in motu circulari argueret contrarietatẽ in eadẽ ſpecie, quod eſt ſecundum naturam impoßibile. 24. 2. C
Contrarietas partiũ non arguit contrarietatẽ totius. 22. 2. A
Contrarietas eſt maxima diſtantia, quæ recto menſuratur. folio. 21. 3. HE
Corpus triplex, Metaphyſicum, Mathematicum, & Phyſicum. 1. 4. E
Corpus tantum eſt ex omni parte diuiſibile. 2. 3. E
Corpus ſolum orthogonaliter diuidi põt per diametros. 3. 1. B
Corpus diuidi ex omni parte, & tribus modis, idem eſt ſecundum Auerroem. ibidem.
Corpus ad nullum corpus exterius definitum, eſt ſimpliciter perfectum. 4. 1. B
Corpus infinitum eſſet imperfectum, quia non clauderetur dimenſionibus, quod eſt de ſui ratione. 8. 3 H
Corpus cœleſte non habet materiam, niſi ad ubi ſecundum Auerroem. 15. 1. B
Corpora mota circulariter corrumperentur, ſi unum impediret aliud in motu, ſed hoc non eſt inconueniens in corporibus motis recto motu, quia ſunt corruptibilia. 23. 1. D
Corpus mobile circulariter mouetur circa medium. 33. 3. E
Corpus actu infinitum fieri repugnat enti. 34. 2. D
Corpus infinitum non eſt actiuum, nec paßiuum, igitur non eſt aliquod corpus infinitum. 46. 2. B
Corpus nullum eſt extra cœlum. 46. 2. C
Corpus nullum infinitum eſt actiuum uel paßiuum, igitur nullum corpus infinitum eſt corpus ſenſibile. 46. 3. F
Corpus infinitum eſſe in loco, implicat contradictionem. folio. 48. 1. D
Corpus naturale non inuenitur, cuius motus non ſit naturalis ab intrinſeco. 50. 2. B
Corpus quod in infinitum diſtaret, infinita uelocitate moueretur, & ſic eſſet infinitum graue uel leue. 51. 3. H
Corpus naturale eſſe extra cœlum, inferret extra cœlum eſſe locum, uel uacuum uel tempus. 58. 1. A
Corpora cœleſtia mouentur primaria intentione propter ſe, & ſecundaria propter nos. 82. 4. G
Corpus, quatenus infinitum, eſt immobile. 109. 2. C
Corpus non componitur ex ſuperficiebus, quia ſuperficies ſuperficiei addita, non facit maius corpus. 125. 2. A
Corpus non mouet, niſi moueatur. 126 4. H
Corpus quod mouet quia mouetur; taliter mouet, qualiter mouetur. 127. 1. A
Corpus motum naturaliter, neceſſario eſt graue uel leue, ut mouentur ad medium uel à medio naturaliter. 130. 2. F
Corpus nec graue nec leue, moueretur ui, & infinita uelocitate. 130. 4. H
Corpus minoris quantitatis facilius ſurſum pellitur ab eodem uiolentante. 131. 1. D
Corpus fit ex corpore ſecundum indiuiduum, non ſecundum genus. 133. 4. F
Corpus non eſt abſtractum à decem Prædicamentis. 133. 4. E
Corpus maius corrumpi arguit corrũpi & minus. 140. 2. B
Corpus unum altero leuius eſſe penes plenum & uacuum trifariam intelligitur. 153. 1. A B
Corpora naturalia & magnitudines per ſe mobiles ſunt in loco. 4. 3. H
Corpora ſimplicia tot ſunt, quot ſunt motus ſimplices. folio. 19. 2. A
Corpora ſimpliciter ſunt tantum tria, graue, leue & neutrum. 19. 3. E
Corpora ſenſibilia, eo quòd grauia ſunt, non ſunt ex lineis, & punctis, aut ſuperficiebus. 121. 4. G
Corpora ſimplicia non feruntur in infinitum, quoniam quanto ſunt propiora ſuis locis tanto uelocius mouentur. 51. 3. F
Corpora fieri ex ſuperficiebus ſecundum Platonem, eſt fieri ex ſuis formis principalibus. 125. 3. E
Corpora, quæ mouentur, ſi non habent naturalem motum, mouentur uiolenter. 125. 3. H
Corpori in eo quòd quantum, non repugnat infinitum, ſed in eo quòd corpus. 35. 1. D
Corporum finitæ ſunt differentiæ, igitur elementa ſunt finita. 135. 3. H
Corruptio rerum præternaturalis præuenit finem ſuæ periodi. 140. 3. F

D

D*Emonſtratio uniuerſalis perfectior eſt ex parte modi cognoſcendi, quàm ex parte rei cognitæ. folio.* 41. 1. D
Dei potentia eſt terminata intenſiue ſecundum Peripateticos. 56. 2. C
Deſiderium immortalitatis inſita homini, arguit immortalitatem animæ. 85. 4. G
Deus permanentiam attingit ſine actione. 124. 3. F
Deus eſt in cœlo non ut corpus in loco, ſed per operationem ſuam, quæ ibi potißimum apparet. 16. 4. H
Deus mouetur ſempiterno motu, quia eſt ſempiterna uita. 83. 1. C
Deus & mundus ſunt coæterni. 15. 2. A
Deus eſt in medio ortus, quia ibi apparet eius potentia. 16. 3. F
Deus eſt infiniti uigoris in agendo, ſed defectu materiæ non agit in infinitum 70. 2. B
Deus fecit mundum confuſum prius, deinde ordinauit. folio. 70. 2. C
Deus principaliter eſt in dextra parte cœli. 82. 3. E
Dextrum & ſiniſtrum ineſt tantum perfectis animalibus. 78. 4. F
Diametri cœli tres ſunt. 114 4. F
Dij omnes & Deæ non poſſent mouere terram, niſi facerent cœlum quieſcere. 114. 2. B
Definitio perfecta eſt apta remouere omnem dubitationem accidentem in re. 150. 2. D
Definitio bona non adducit abſurdum, ſed ſoluit. 153. 3. H
Diſtinctio rationis duplex eſt: altera ex parte animæ tantum, altera ex parte rei. 156. 3. E F
Diminutum eſt quod inuenitur plus uno in eadem ſpecie. 4. 2. B

E

Eclipſis non cauſatur à materia corporis cæleſtis, ſed à motu locali, qui interponit uel remouet opacum. folio 16. 1. C
Effectus dupliciter dicitur naturalis, eſſentialiter, ut riſibile homini: accidentaliter, ut motus graui, & uſus homini. 112. 1. D
Elementa ſunt uirtualiter in miſto. 119. 1. B
Elementa non limitant ſibi figuram eſſentialiter, quia ſunt materia omnium miſtorum cuiuſuis figuræ. 146. 3. F
Elementa ſunt diſpoſitiua ut materia prima recipiat formam miſtorum. 146. 3. H
Elementa non fiunt à corpore alio ab eis. 141. 3. E
Elementum, aut elementum habens eſt omne, quod eſt in loco ui, uel naturaliter. 141. 3. H
Elementa fiunt ex corpore, quod actu ſit ſub corpore, & poſſit eo denudari. 141. 4. E
Elementa ſunt rotunda, quia à cælo rotundo continentur. 87. 2. A
Elementa, quatuor tantum eſſe neceſſarium eſt, duo uidelicet extrema figuris ac terra, de eoq; medis, aqua & aer. folio. 161. 4. H
Elementorum generatio eſt reſolutio ex miſtis. 137. 1. C
Elementa omnia leuitatem habent præter terram. 160. 1. D
Elementa non habent motus & opera à conuerſione cæli, quia ſunt ante illam. 113. 2. E
Elementa non generantur ex non corpore, quia daretur uacuum. 140. 4. F
Elementa dupliciter contingit ordinari. 157. 1. C D
Elementa ſi eſſent unum haberent unicum motum. 135. 2. C
Elementa dicuntur ſimilia & contraria. 162. 3. F
Elementa media proprijs in ſphæris grauitant. 160. 4. F
Elementa media, grauia, & leuia ſunt: cui non obſtat, ipſa eſſe grauia. 163. 2. C
Elementa ante mundi conſtitutionem ſi poterant commiſceri, ſequitur mundum fuiſſe antequam eſſet. 127. 3. F
Elementa pura corporum ſunt generabilia & corruptibilia. 140. 2. C
Elementa in libro de Cælo conſiderantur, ut mobilia ad locum, & in libro de Generatione, ut mobilia ad formam. folio. 83. 4. F
Elementa uera, licet ſint corruptibilia, tamen nunquam corrumpuntur. 140. 1. C
Elementa limitant ſibi figuras, quarum tranſmutatione mutantur in ſubſtantiam. 143. 3. E
Elementa figurantur figura continentis. 146. 3. E
Elementa generari ex ſuperficiebus, & reſolui in ſuperficies, infert corpus generari ex non corpore. 144. 4. G
Elementa mouentur in uacuum non ob aliquam intrinſecam reſiſtentiam, quemadmodum miſta. 156. 2. A B
Elementa ſecundum Platonem mouebantur motu inordinato, antequam eſſet mundus. 126. 3. F
Elementa unius mundi ſi eſſent alterius ſpeciei ab elementis alterius, eſſent plures ſpecies motus quàm tres. 49. 4. F
Elementa omnia grauitatem habent, præter ignem. 160. 1. D
Elementa media, cum grauia & leuia ſint, quam ob cauſam ſuis in locis potius grauitant, quàm leuitant. 163. 4. F
Elementa media facilius deſcendunt quàm aſcēdunt. 163. 2. D
Elementorum unumquodque habet ad unumquodque contrarietatem. 161. 3. G
Elementum perfectum mouetur per accidens remoto impedimento pro quãto de potentia accidentali mouet. 156. 1. C D
Elementorum motus ab animalium motu quomodo diſtinguitur. 156. 1. C D
Elementum debet eſſe corpus, ad quod cætera reſoluuntur, folio. 134. 1. A
Elementum debet ineſſe actu, uel potentia in illis, quorum eſt elementum. 134. 1. B
Elementum ſi generatur ſola ſegregatione ex alio, inſertur aliquid fieri grauius, q̃ prius erat, motu locali. 142. 2. A
Elementum non eſt corpus ſimilare, ut uoluit Anaxagoras. 135. 1. A
Elephantes naſcuntur in oriente, & in occidente. 118. 2. B
Elementum non diuiditur in alia differentia ſpecie. 134. 1. B
Error Ariſtotelis circa mundi creationem. 17. 2. B
Eſſe & poſſe non differunt in ſempiternis. 57. 2. D
Extenſione moueri in cauſa eſt, ut res mota tardius moueatur prope finem, quod eſt contra naturã elementorum. 52. 1. B

F

FAlſum & impoſsibile non ſunt idem. fo. 66. 4. H
Fœlicitas requirit uita longæuitatem, ſenſibilium apprenſionem, & omnium uniuerſalium intellectilium intelligentiam. 103. 4. H
Figura ſtellæ non ſeruit ſuo motui, quia non eſt corpus per ſe. 99. 1. B
Figura eſt accidens eſſentiale cælo. 88. 3. G
Figura eſt indiuiſibilis, ideo pars Pyramidis non eſt Pyramis. 143. 3. E
Figura & alia accidentia, quæ non ſequuntur primas qualitates, poſſunt eſſe in cælo, ut figura, & id genus. 164. D
Finis factiuæ ſcientiæ eſt opus, naturalis autem ſcientiæ eſt ueritas ſenſibus conformis. 144. 2. A
Finis duplex, ſeparatus, aut coniunctus. 105. 1. D
Finis duplex eſt: alter generationis, alter rei generatæ, qui etiam duplex eſt. 155. 3. H
Forma cæli, ut forma, aliud eſt quàm forma in materia. folio. 54. 1. D. 2. C 4.
Frigidum ſecundum Platonicos infrigidat magnitudine partium. 149. 1. C

G

GEnerari aliquid raritate & groſsitie, eſt generari ex magnitudine & paruitate. fo. 137. 2. C
Generari, ideſt dependere ab aliquo, poteſt attribui cælo ſecundum Ariſto. 13. 2. B
Generica definitio competit omnibus ſuis proprijs ſpeciebus. 10. 3. G
Generatio & Corruptio ſi eſt neceſſaria, eſt in elementis, aut in miſtis ex illis. 119. 4. F
Generabile & Corruptibile, quia habet finem, non eſt ſemper ens, nec ſemper non ens. 71 2. C
Generatio duplex, altera per præuiam diſpoſitionem & alterationem, altera ſine his conditionibus & æquiuoce. folio. 64. 4. G
Generatio uera requirit, ut res exeat de potentia in actum, ut ante talem exitum præcedat alteratio, & ut fiat in tempore, ſaltem per accideus. 64. 2. A
Generatio requirit ordinem & continuationem. 84. 2. A
Generatio & Corruptio reſpectu temporis eſt finita, ſed reſpectu terminorum non eſt finita, nec infinita. 140. 3. G

Generatum

Generatum & auctum alteratur alteratione paſſiua. 161.C
Generari & corrumpi conſequitur ad inſtantaneum. 153.F
Generari eſt nunc eſſe aliquid, quod antea non erat, ut animal uel album. 64.1.C
Generans non eſt immediatum mouens, ſed forma. 132.4.F
Genitum ubi eſt corpus arguit duo corpora eſſe in eodem loco. 141.1.D
Genitum ubi non eſt corpus arguit ibi eſſe uacuum. 141.1.D
Graue dupliciter definiri poteſt. 153.C D
Graue aut ſubſtantia eſt, aut conſequens ſubſtantiam. folio. 142.2.A
Graue & leue in reſpectu dicuntur dupliciter. 153.4.F
Graue deorſum ſerri ob plenum, leue uero ſurſum ob uacuum, inconueniens eſt. 153.4.H
Graue tendit ad medium. 10.3.E
Graue et leue diſsimiliter per motum, uel quietem definiri conſueuerunt à Peripateticis. 159.1.D
Graue id eſſe quod uel minus uacui, & plus ſolidi habet, impoſsibile eſt. 153.2.B
Graue eſſe cuius materia eſt magna, leue uero, cuius materia eſt parua, falſum eſt. 154.2.D
Graue eſt illud, quod omnibus ſubſtare dicitur. 159.1.B C
Grauia & leuia ſimpliciter finita ſunt, quia eorum loca ſunt finita. 36.2.D
Grauia & leuia à quo moueantur, an à generante, an à forma. 155.3.4.156.2.C D
Graue in infinitum neceſſe eſt moueri, & nõ moueri. 40.2.C
Graue nullũ corpus erit, cuius nulla pars ſit grauis. 121.4.H
Graue id eſſe quod plus materiæ, leue uero quod minus materiæ continet inconueniens definitio eſt. 154.2.C D
Grauia & leuia definiuntur per motus ſurſum & deorſum. 151.2.D
Grauia & leuia uerius ac certius per quietem quàm per motum definiri conſueuerunt. 159.1.D.2.A
Grauia & leuia tripliciter ſunt in potentia ad motum ipſum. 156.B
Grauia mouentur ad centrum, inquantum eſt centrum mundi, non ut eſt centrum terræ. 113.4.G
Grauia & leuia mouentur principaliter è ſuis formis. folio. 10.3.G
Grauia leuiaq́;, & ſi ſeipſa quoquo modo mouere dicãtur, non obſtat nihilominus huic nihil poſſe ſeipſum mouere. folio. 158.3.F G
Grauia & leuia tametſi à ſeipſis intrinſece moueantur, ea tamen à generante moueri aſſerere non obſtat. 157.4.E
Grauia & leuia ab ipſis locis grauia eſſe dicuntur, ſicut & elementa. 158.3.H
Grauitas uel leuitas infinita argueret motum in non tempore, & corpus infinitum. 37.2.A
Grauitas dupliciter ſumitur. 163.2.D
Grauitas cur motus deorſum, leuitas uero ſurſum, cauſa ſit. 154.2.B C
Grauitas non augetur immobili, propter appropinquari ad locum proprium. 52.2.C
Grauium & leuium eadem ſubiecto materia eſt, differt tamen ratione. 161.4.E
Grauium & leuium diuerſæ ſententiæ ex antiquis Philoſophis acceptæ, quæ ſint. 155.1.A B

H

HAlcitationes eſſe poſſunt ultra æquinoctium. 80.3.H
Herculis columnæ uocant ab Auerroe idola. 118.2.A
Homines contingentiam habent & libertatem, quia habent intellectum & materiam. 90.1.C

I

IGnis ſi eſſet ſphæra aut Pyramis ad indiuiſionem ſphæra diuideretur in ſphæras & Pyramis in Pyramides. folio. 148.3.E
Ignis ſi calefaceret & ureret propter angulos, omnia elementa calefacerent & urerent. 147.4.H
Ignis in propria ſphæra non mouetur uiolenter in orbem, ſed non naturaliter. 12.3.G
Ignis in ſphæra propria an igne noſtro calidior ſit. folio. 161.4.F
Ignis in proprio loco grauis nequaquam eſt. 163.3.H
Ignis naturaliter in extremo collocatur, ac leue ſimpliciter eſt. 161.3.F G H
Ignis, qui eſt in orbis lunæ concauo, & noſter æquiuoce quo modo dicantur. 161.4.E
Ignem eſſe quomodo probari poſsit. 161.3.H
Ignis eſt leuis ſimpliciter, terra grauis ſimpliciter, ſed aer ſit leuis, & aqua grauis in reſpectu. 10.3.E
Ignis eſt, quia eſt terra eius contrarium. 53.4.H
Ignis congregat per ſe, diſgregat autẽ per accidens. 148.4.E
Ignis cur in propria ſphæra non lucet. 162.3.H
Impoſsibile eſt fieri, quod eſt impoſsibile eſſe factum. 42.3.E
Impoſsibilia aliqua, quæ accidunt corporibus Phyſicis, nõ accidunt mathematicis. 120.4.G
Impotentia cognoſcitur per minimum quod poteſt. 66.1.A
Indiuidua ſunt plura numero in una ſpecie, quia non poſſunt eſſe ſempiterna. 57.3.G
Indiuiduali corpora non dantur, quamuis ea poſuerit Democritus. 4.1.D
Indiuiduorum pluralitas ſub eadem ſpecie cauſatur à diuerſitate accidentium ſecundum Auicennam. 53.1.C
Indiuiſibile non eſt in rerum natura, niſi in ſubſtantijs ſeparatis, & in intellectu. 121.2.C
Infinitum ſi eſſet, nullo tempore moueretur. 40.3.F
Infinitum triplex, magnitudine, numero, & tempore ſiue duratione. 24.4.G
Inferiora proficiſcuntur à motibus cælorum quo ad generationes & corruptiones, & quo ad cæteros motus et uariationes. 82.4.G
Infinitum corpus moueri circulariter repugnat enti. 34.2.D
Infinita principia fruſtra ponuntur, quoniam idem fieri poteſt per finita. 135.1.D
Infinitas uelocitatis arguit infinitatem uirtutis. 51.4.G
Infinitum eſt quo maius dari non poteſt, tam in quantitate continua, quam in diſcreta. 27.4.F
Infinitum nullo tempore mouebit finitum, aliter finitum moueretur ab infinito & à finito. 45.1.D
Infinitum ſi eſſet, nullam haberet actionem. 45.4.E
Infinitum eſſe arguit ipſum agere & non agere. 45.4.F
Infinitum nec mouere poteſt, nec moueri tempore finito, nec infinito, quia ratio motus eſt ut finem habeat. 46.1.C
Infinitum intelligit Ariſtoteles ſpacium ultra ſpacium mundi. 114.1.C
Infinitum ſi eſſet, eſſet principium. 26.2.G
Infinitum ſpacium ſecundum diuiſionẽ, in potentia poteſt pertranſiri, non in actu. 28.3.H
Infinitum magnitudine non poſſet eſſe principium, nec principiatum. 26.2.C
Infinitum eſt quantitas omni quantitate data maior. 27.3.H

Infinitum non eſt producibile à diuina potentia de nouo ſecundum Ariſtotelem. 34. 2. B
Infinitum ſi reuolueretur circa medium eſſet finitum. 47.1.A
Infinitum non moueretur, niſi à potentia infinita. 47.1.D
Infinitum ſi moueret ſeipſum, eſſet animal infinitum, id quod repugnat rationi infiniti. 47. 2. D
Infinitum corpus non eſt graue nec leue, quoniam non contentum ab aliquo extrinſeco corpore. 48. 1. C
Ingenerabile eſt incorruptibile, igitur generabile eſt corruptibile. 70. 4. G
Ingenitũ corrũpi, et eſſe corruptibile, differũt inter ſe. 73.1.B
Inquiſitio duplex, uſq; ad finem quæſtionis, & ad finem diſputationis. 109.3.G
Intenſio & remiſsio debet eſſe finita, quia omnis alteratio eſt à quodam in quiddam. 92.1.D
Intelligentiæ ibi ſunt, ubi operantur. 59. 4. F
Intelligentia ſecundum eſſe reale animæ conſtituit cœlum in eſſe, ſecundum uero eſſe intellectiuum nullius corporis eſt actus. 5. 1. D
Interuallum ultimum, & interuallum extra quod nullum poteſt ſumi, differunt inter ſe. 27.3.E
Interuallum cœli ſi eſt infinitum, cœlum non mouetur circulariter. 27.4.H

L

LAbor non eſt in cœlo, eo quia defatigetur, ſed laboraret quando ei daretur reſiſtentia. fo.106.3.G
Latentia duplex eſt. 155.4.G
Lationes ſimplices tot ſunt, quot ſimplices magnitudines. folio. 4. 4.F
Lationes ſimplices rectæ ſunt duæ. 136. 4.E
Leue eſt illud quod omnibus ſupereminet. 159. 1.B C
Leue eſt, quod à medio diſcedit. 10.3.E
Leuitas & grauitas in ſimplicibus elementis differunt ſpecie. 150. 3.B
Leuitas & grauitas ſunt generabiles ſimpliciter, ſed æternæ ſecundum inhærentiam. 149. 4.F
Leuius id eſſe, quod plus uacui habet, ac minus ſolidi, inconuenienter dicitur. 153. 3.
Leuius eſſe in quo maior eſt proportio uacui ad plenum, eſt impoßibile. 153.3. G H
Leuius altero penes plenum & uacuum trifariam intelligitur. 153. 1. A B
Leuius eſt quod habet plus uacui, & minus pleni. 152. 4.H
Liber de Generatione & Corruptione ſubſequitur ad librum de Cœlo & Mundo. 136. 4. H
Liber de Cœlo Primus eſt librorum particularium ſcientiæ naturalis. 2.1. A
Liber de Cœlo ſequitur librum Phyſicorum. 1.3.E
Lignum centum librarum in aere grauius eſt plumbo unius libræ, in aqua uero è contra, plumbum unius libræ eſt grauius ligno centum librarum. 160.1. B C
Lite & amicitia res mouentur ſecundum Empedoclẽ. 129.1.C
Locorũ intercapedo nõ aufert motũ, immo auget illũ. 50.1. A
Locus eſt tanquam forma corporis locati, non autem forma. 157.1. B C
Locus motus naturalis & quietis naturalis idem eſt. 129. 2. B
Locus naturalis uni, eſt præternaturalis alteri. 48. 2.C
Lumen, ut lumen, & motus, ut motus cauſant calorẽ. 95. 2. D
Luna cum Sole habet undecim figurationes. 102. 2. A
Linea recta habet principium, medium & finem ratione extrinſeca, circularis autem ratione ſui, quia continet, et non continetur. 8. 2. C
Luna difformitate ſuarum partium, difformiter illuminatur. 97. 2. C
Luna eſt imperfecta ſphærica, quia eſt maxime remota ab ultimo cœlo. 97. 2.D

M

MAgnitudines conſiderantur ut abſtractæ à materia, & ut illam concernunt. fo. 2.1.C
Magnitudines ſunt tantum tres, igitur corpus ex omni parte eſt diuiſibile. 2.3.F
Magnitudo diuiſibilis eſt continua. 2. 4. F
Magnitudo nulla cauſatur per defluxum corporis in eã. ibidẽ.
Materia non poteſt eſſe ſub aliqua forma, ſine potentia ad non eſſe. 14.1.B
Materia & ſuperficies eſſent ſubſtantiæ, ſi eſſent partes corporis. 125. 2.C
Materia ſecundum Platonem aut nihil eſt, aut prope nihil. folio. 125.3. E
Materia & forma ſunt elementa æquiuoce. 134. 1.D
Materia priuata ſua forma, induet aliam, aut redibit ad eandem, aliter erit ocioſa. 63. 2.C
Materialia penitus habent tantum contingentiam, quia habent materiam, & non intellectum. 90. 1.C
Medium duplex, magnitudinis & naturæ. 107. 3.E
Medium infinitum cauſaret, ut corpus, quod moueretur ſurſum, nunquã eſſet actu ſurſum, aliter pertranſiretur infinitum ſpacium. 36. 4. G
Medium duplex, qualitate, ut rubrum inter album et nigrum: quantitate, ut æquale, inter ſummum & minimũ. 137.1.B
Medium & intermedium quomodo diſtinguantur. 163.1.B
Meliſſus, & Parmenides ponunt generationem & corruptionem apparentem, non exiſtentem. 119. 3.F
Migratio breuis circa terram indicat eius paruitatem: & occultatio ſtellarum cum aliarum manifeſtatione, indicat terræ rotunditatem. 117. 4.G
Miſta corpora habent motus miſtos. 5.3. H
Miſta generantur ex impuris elementis. 142.1. A
Miſtum componi ex infinitis corporibus, implicat contradictionem. 43. 1. A
Miſtum moueri ab elemento prædominante, eſt miſtum moueri diſpoſitiue ab illo, & principaliter ab eius forma. 7. 1.C
Miſtum, ſicut eſt plures naturæ, ſic habet plures motus. 7.1.D
Miſtum habet principia duorum elementorum. 7. 2. B
Mobile quodcunque indiget quieſcente, hoc eſt quod non moueatur motu illius. 42.1.D
Mobile eo modo mouetur, quo quieſcit. 114. 2. A
Mobile reſiſtit motui reſpectu termini ad quem, ut cœlum, & reſpectu motus contrarij, qui non eſt in cœlo, cuius motus ideo eſt uniformis. 93.1.B
Mobile quodcũque in ſuum proprium locum ferri nihil aliud eſt niſi in eius propriam ſpeciem ferri. 155. 2.C D
Monſtruoſitas accidens in generatione rei naturalis, non eſt ſempiterna. 83.3.G
Mota per ſe, q̃ non mouent motu recto, ſunt rotũda. 102.1.D
Motiuum ſecundum locum cuiuſuis mobilis non eſt, nec quodnis mobile cuiuſuis motiui eſt. 155. 2. C
Motores plures eiuſdem ſpeciei eſſent materiales & corruptibiles. 53. 1. A
Motor omnis eſt in loco. 126. 4. H
Motor & res mota in elementis ſunt idem ſubiecto, ſed differunt ratione. 132. 4. F

Motor

Motor & res mota in animalibus differunt eſſentialiter. 132.4.F

Motores ſunt ordinati ſecundum ordines orbium. 101.4.F

Motores orbium ſi eſſent infiniti uigoris non eſſent tot, quot ſunt orbes, ſed unus tantum. 92.2.A

Motores ſi eſſent infiniti uigoris non haberent inter ſe conſtitutas proportiones. 92.2.A

Motoris potentia non remittitur nec intendĩt, quia ad utrunque ſequitur impoßibile. 92.4.B

Motor mouet primo ſtellam primitate intentionis, non primitate uirtutis. 99.1.B

Motu cœli ceſſante, ceſſaret etiam motus ſublunarium. folio. 85.1.C

Motu & attritione calefiunt lapides, lignum & ferrũ. 93.3.F

Motu infinito, qui non eſt, nec eſſe põt nihil mouetur. 31.4.E

Motui circulari nullus motus eſt contrarius. 13.3.F

Motum rectum naturalem fieri in ſpacio infinito, eſt falſum & impoßibile, quia ſequitur huiuſcemodi motum ratione infiniti nunquam finiri, & quòd finem ſortietur, quia omnis motus rectus eſt infinitus. 51.4.E

Motum uiolenter habet ſuum motum naturalem. 125.4.E

Motum omne habet motorem, 126.4.H

Motuum uelocitates ſunt pro ratione interuallorum. 101.3.F

Motus cœli ſi eſt difformis, aut motor, aut mobile, aut utrunque mutatur. 91.1.D

Motus naturalis poteſt miſceri uiolento, ſed non uiolentus naturali. 131.4.F

Motus uiolentus ſimplex eſt. 131.4.H

Motus naturalis duplex eſt, unus qui nihil habet præternaturalitatis, alter habens nonnihil præternaturalitatis admiſtum. 131.4.H

Motus uiolentus, ſi nihil haberet motus naturalis, ceſſante moto extrinſeco, ſtatim quieſceret. 132.1.B

Motus plures non ſunt in uno ſecundum naturam. 6.2.C

Motus cũ labore tres habet cauſas, materia, contrarietas principiorum motus, & reſolutio ſpirituum. 76.3.FG

Motus ſimplices ſunt duo, quemadmodum ſunt duæ lationes, ſurſum, & deorſum. 136.3.G

Motus uiolentus ſunt plures, naturalis autem unus. 125.4.H

Motus circularis competit cœlo nõ propter naturam alicuius corporis ſuperioris, ſed propter naturam animæ. 7.4.H

Motus circularis eſt ſimplex, & alius à motu elementorum, ideo competit naturaliter alicui corpori diuerſo ab elementis. 8.1.A

Motus cœli ab ortu uerſus meridiem, eſt magis naturæ conſentaneus q̃ uerſus mediam noctem. 89.4.G

Motus à dextro præſtabilior erit, ſi ibit ad ante, quàm ad retro. 89.4.G

Motus alicui naturalis non poteſt eſſe eidem uiolentus, et idem eſt de quiete. 110.2.C

Motus diurnus eſt infinitus replicatione, & finitus ſecundum indiuiduum. 31.3.F

Motus, mobile, & tempus ſe conſequuntur, quo ad finitudinẽ, & infinitudinem. 29.1.C

Motus non poteſt intẽdi nec remitti infinito tempore. 92.1.C

Motus rectus eſt quantitate & qualitate terminatus. 92.1.D

Motus cœli eſt q̃titate infinitus & qualitate finitus. 92.1.D

Motus determinatus ex parte determinata in partem determinatam eſt animanti habentis propriam figuram. 103.2.B

Motus tot ſunt, quot formæ mouentes quia diuerſitas motuum eſt ſecundum diuerſitatem formarum mouentiũ. 128.1.A

Motus circularis non poſſet eſſe perpetuus, ſi eſſet præter naturam. 9.4.E

Motus ſtellæ arguit motum orbis, & hinc ſcimus orbem eſſe. folio. 93.2.A

Motus cœli eſt ſicut uita omnibus rebus. 85.2.D

Motus circularis non poteſt competere naturaliter elementis, nec compoſitis. 7.3.F

Motus, qui non naturaliter competit alicui, competit ei per naturam communem ſuperiorem. 7.3.G

Motus ſimplices primi ſunt finiti, ergo ſpecies corporum ſimplicium ſunt finitæ. 41.4.H

Motus fractiuus non datur ſtellis, ut conſeruarentur in eſſe. folio. 100.4.E

Motus uiolentus non differt à naturali ratione ſpeciei, ſed ratione terminorum ad quos. 43.3.E

Motus accedens ad medium recedens à medio, non ſemper dicitur motus ſurſum & deorſum. 12.4.H

Motus progreßiuus requirit aliquod inſtrumentum, quod nõ eſt datum cœlo. 99.2.D

Motus uiolentus remanet remoto uiolentante, quia remanet in aere uis impreſſa. 132.1.C

Motus cœlorum ſunt eiuſdem ſpeciei, quia ſunt circa idem medium. 5.3.G

Motus ſimplices habent naturale principiũ ſui motus. 5.3.H

Motus competens alicui naturaliter, competit alicui accidentaliter, & è contra. 9.1.A

Motus cœli eſt uniformis, quia non habet augmentum, nec ſtatum, nec diminutionem. 90.3.FH

Motus cœli non ſubijcitur alicui uiolentæ neceßitati, ideo mouetur ſine labore. 75.4.H

Motus cœli diuerſus à motu elementorum arguit cœlum eſſe diuerſæ naturæ ab elementis. 12.1.D

Motus circularis eſt cœlo animalis & uoluntarius. 12.2.A

Motus ex ſeipſo generatur, non per motum, nec per generationem. 64.2.C

Motus infinitus poteſt generari, ſi poßibile eſt incipere aliquem motum infinitum. 126.2.D

Motus eſt perfectio corporis calidi. 94.3.E

Motus in quantum motus poteſt uelocitari in infinitũ. 24.1.C

Motus eſt prior tempore, quia eo remoto, remouetur tempus. 115.2.B

Motus nanciſcitur nobilitatem à principio, à fine, et à medio, per quod itur in finem. 90.1.C

Motus cœli, quia eſt animæ tantum, eſt ſine labore. 70.2.B

Motus tres ſpecies ſunt. 155.2.C.3.E.4.E

Mouens, quod eſt unum numero tantum, non poteſt habere pluſquam unum mobile in ſua ſpecie. 52.3.H

Mundus unus eſt, quia conſiſtit ex tota ſua materia. 55.3.H

Mundus non eſt genitus, quia non alteratur cõtrarijs. 73.4.F

Mouens primum ſecundum Ariſtotelem eſt motor incorporeus. 127.2.A

Mouens potentia imprimit ipſi lapidi & aeri. 132.2.A

Moueri tria requiruntur: agens, terminus ad quem, et terminus à quo. 155.3.A

Moueri aliquid à ſe nihil poſſe dupliciter ſuadere uiſus eſt Ariſtoteles. 159.1.A

Mouetur omne ex contrario in contrarium, uel medium determinatum. 155.3.EFG

Multiplicatio in ſpecie arguit eius perfectionem. 4.3.E

Mundi unitas monſtrat unitatem motoris, & è conuerſo inferret pluralitas. 42.2.B

Mundi forma eſt unitas, quæ eſt ipſe Deus. 57.4.F
Mundi generatio arguit mundum præceßiſſe. 133.2.D
Mundi medium definitum eſſe neceſſarium eſt. 161.4.G
Mundi ſunt quinque ſpecies, & tot motus etiã finiti. 128.2.B
Mundos eſſe plures eſt impoßibile, quia ad hanc propoſitionem ſequuntur contradictoria. 49.4.B
Mundos plures fieri eſt impoßibile ex parte rei. 56.2.D
Mundus ſecundum Platonem triplex eſt, intellectiuus, cœleſtis, & ſenſibilis. 1.3.E
Mundum incæpiſſe non aduerſatur ſenſibus. 63.3.B
Mundum facere ex congregatis melius eſt, quàm ex ſeparatis. 128.4.H
Mundus ſi factus fuiſſet ex entibus, ſequeretur mundum fuiſſe antequam eſſet. 129.2 C
Mundus ſi generatur ex aliqua præſuppoſita materia, & ſit unus, impoßibile eſt ut non corrumpatur. 63.2.C
Mũdus ſuperior eſt aggregatum ex omnibus orbibus. 23.3.E
Mundus ſi fuit prius non ens, non poteſt poſterius eſſe ſempiternam. 73.2.B
Mundus inferior corrumperetur, ſi corpora cœleſtia eſſent contraria elementis. 20.4.F
Mundus fit ex nihilo, ſed non generatur. 133.4.F
Mundus non fit ex nihilo per generationem, ſed per creationem. 119.2.D
Mundus per ſe fit ex non ordine, & per accidens ex rebus ordinatis. 129.3.E
Mundus ſecundum Platonem factus eſt ex inordinato priuatiue, ideſt ex materia carente ordine, qualitate & forma. 129.3.H
Mundus non potuit habere proprie materiam, quia caret contrario. 129.4.F
Mundus ab æterno dependet à Deo effectiue, & ab elementis materialiter. 129.4.B
Mutatio de paruo ad magnum eſt cum alteratione acquiſitiua nouæ formæ. 143.1.C

N

Natura eorum quæ factu poßibilia ſunt, optimum facit. fo.89.4.H
Natura deliberans cœlum eſſe æternum, bene fecit, remouendo ab ipſo contrarietatem. 14.1.A
Natura duplex, naturans, ut Deus, naturata, ut ſecundæ cauſæ. 3.1.C
Naturæ opus eſt aßimilari primæ naturæ. 3.1.C
Naturalis ſcientia uerſatur circa corpora. 1.4.B
Negatio cognoſcitur prius quàm affirmatio. 58.1.C
Non corpus apud Ariſtote. ſignificat corpus in potentia, qualis eſt materia. 140.4.H
Non corpus non ſignificat non eſſe, quia tunc non eſſe reciperet eſſe. 140.4.H
ad Non eſſe plura requiruntur, quàm ad eſſe. 65.1.D

O

Omne poßibile poteſt poni in eſſe. fo.68.1.A
Omnes gentes attribuunt Deo & alijs ſpiritibus locum ſuperiorem. 16.4.B
Opinionum diuerſitas circa elementa, 154.4.155.1.
Orbes quanto ſunt propinquiores primo, tanto ſunt magis rotundi. 89.1.D
Orbes, ſiue ſtellæ non differunt genere nec ſpecie, nec numero, loquendo de illis ut ſunt res prædicamentales. 98.1.C
Orbes ſunt eiuſdem ſpeciei ſecundum perfectus & imperfectus. 9.4.E
Orbes planetarum meruerunt plures motus & unicam ſtellã, & quia ſunt indigniores. 106.1.A
Orbis ſtellatus attingit permanentiam unica actione. 104.3.F
Orbis & ſtella non mouentur proprijs motibus. 95.4.F
Orbis non agit, niſi propter ſtellam. 105.3.B
Orbis unus non ſuprapónitur alteri ratione grauitatis, ſed ui nobilitatis. 13.1.A
Orbis per ſe caret luce, ſtella uero eſt uiſibilis. 92.2.A
Ordo rei & natura rei idem eſt. 128.3.H

P

Partes mundi eſſe finitas, arguit mundum eſſe finitum. folio. 41.2.B
Pars mouetur ad totum, non ut totum, ſed ut ad propriũ locum, ut terra, non ad terram, ſed ad medium. 42.3.H
Perfectio alicuius rei procedere poteſt ad aliqua eius imperfectione. 4.3.F
Perfectum eſt quod non recipit additionem alterius generis. 42.A
Peripatetici philoſophati ſunt per ſenſum. 107.1.B
Perpetuitas attribuitur cœlo, quia non eſt genitum, nec corruptibile, quòd non eſt imbecille, & quia mouetur abſque labore. 75.4.H/76.1.A
Phantaſia eſt motus factus à ſenſibus, igitur neceſſe eſt ineſſe ſenſus animali, quod habet uti phantaſia. 91.4.F
Philoſophia ſemper fuit ſuſpecta religioni. 17.4.E
Philoſophia appellatur hiſtoria. 119.1.D
Philoſophus naturalis loqui poteſt de diuiſione continui, non autem de continuo, quod pertinet ad materiam. 121.3.E
Phyſicum corpus, eo quòd habet grauitatem & leuitatem non componitur ex unitatibus. 124.2.B
Philoſophus omnia conſiderat ut ſenſibilia. 66.4.E
Plãtæ nõ attingunt finẽ fœlicitatis, ſed media ad finẽ. 104.3.H
Plato de ſenſibilibus, per non ſenſibilia proceßit. 144.2.A
Plato poſuit omne corpus generari. 120.2.C
Plato aſſuetus in mathematicis, omnia more Mathematico poſuit. 125.2.D
Plato loquitur Mathematice, ſed ſentit Phyſice. 125.3.E
Poßibile per affirmationem differt à poßibili per negationem ſecundum catholicos. 184.F
Poßibile in ſempiternis eſt neceſſarium. 53.1.D
Poſitio Platonis ſi eſſet uera, argueret corpora eſſe indiuiſibilia. 122.4.E
Poßibile erit quandoque de ineſſe, 73.2.D
Potentia cœli eſt finita ad motum, ratione corporis cœleſtis, ſed infinita ratione motoris, 14.3.H
Potentia uiolentans, quæ mouet ſurſum eſt in natura. 131.1.D
Potẽtia in genere intellectiliũ producit in animali libertatẽ, ſed potentia in genere ſenſiliũ cauſat cõtingentiam. 132.1.B
Potentia per ſe ad formam, eſt ſimpliciter infinita, ſed per accidens reſpectu indiuiduorum, eſt finita à parte poſt, et infinita à parte ante. 139.4.H
πολλα ſecundum Pythagoram imperfectum ſonat. 4.1.A
Potentia abſolute conſiderata, aliud non eſt, quàm materia. folio. 140.1.A
Potẽtia per ſe, ut ſubiectum formarũ eſt una tantũ. 140.1.A

Potentiæ

Potentiæ actiuæ correſpondet paßiua. 62.3.H
Potentia eſſentialis quæ ſit. 156.2.D
Potentia, qua grauia & leuia mouentur triplex eſt: altera eſſentialis, alia accidentalis, quæ duplex eſt: & quid nam ſint. 156.2.CD
Potentia accidentalis quæ ſit. 156.2.D
Proportio magnitudinis orbis ad orbem non eſt talis, qualis eſt ſtellæ ad ſtellam in uelocitate. 96.1.C
Præter naturam uidetur accipi pro uiolento. 9.3.E
Primitas in figuris conuenit circulo ratione ſuæ perfectionis. 86.2.A
Primum mobile, eoq; eſt principale agens, & multifariam influens, meruit plures formas atque uirtutes & unicum motum. 105.4.H
Primus conſideratur ut finis, & ut agens. 105.1.D
Principij naturam ſapit omne perfectum. 77.4.F
Proiecta, & præternaturaliter mota idem ſunt. 90.4.E
Propoſitio triplex per ſe nota, ut principia, concluſio penitus ignota, & media, ut petitio. 3.1.C
Punctum non eſt graue, quia non eſt indiuiſibile. 122.2.C
Punctum non eſt graue, quia non eſt durum, nec molle. folio. 122.4.G
Pupilla in medio oculi collocata facit apparere figuras humanas depictas reſpicere ad omnes partes. 99.1.C
Pyramidalis figura competit primo corpori. 137.4.H
Pyramidalem figuram attribuentibus igni, ſequitur partem ignis non eſſe ignem. 137.4.G

Q

QValitates acquiſitæ mutatione de contrario in contrarium, non ſunt in cœlo. 16.1.D
Qualitates in cœlo ſunt diuerſæ non contrariæ. 93.2.B
Quantitas non eſt de principijs actiuis. 25.1.D
Quæſtio an ſint plures mundi emergit poſt illam cognitionem q mundus ſit finitus. 48.3.H
Quies duplex, ſecundum formam & ſecundum finẽ. 114.3.E
Quies naturalis eſt finis motus naturalis, & uiolenta uiolenti 126.1.C
Quieſcens, circa quod cœlum mouetur, non poteſt eſſe aliud, quàm terra. 84.3.E
Quieſcentia, aut ui, aut ſecundum naturã quieſcunt. 126.1.B

R

RArefactio terræ eſt æqualis impetus eius ad partes circunferentiæ. fo.113.1.D
Rarum & denſum, quo non modo grauium et leuium ſubſtantiales formæ eſſe dicantur. 155.1.B,C
Rarum & denſum dupliciter ſumuntur. 155.1.B
Res naturales non deficiunt, quia eorum principium eſt infinitum. 24.4.E
Rotundum mouetur rotatione aut conuerſione. 96.4.F
Rotundis per ſe non competit motus rectus, maxime cum ſint alterius naturæ ab elementis. 96.4.G

S

SAturnus uelocius mouetur, ſed nõ uelocius perficit ſuam circulationem. fo.101.4.H
Senſus non ſunt neceſſarij cœlo, qui perfectius per intellectum cognoſcit. 99.3.H
Senſibile maiorem ſphæram uiſionis facit, quàm tactionis. folio. 105.4.E
Senſus aliqui dantur ob neceßitatem, alij ad melius eſſe, & ad ſalutem. 91.4.F
Senſui, uel rationi à ſenſibilibus deductæ aſſentiuntur Philoſophi. 63.3.F
Scientiæ & artes ſæpe renouatæ fuerunt, poſtquam eſſe deſierant. 18.1.A
Similaria non fiunt ex ſimilaribus, quemadmodum figuræ non fiunt ex figuris. 134.3.H
Simile fieri à ſimili uerum eſt in ſubſtantijs, tantum ab uniuoco, non in accidentibus. 94.2.C
Simile ferri in ſimile dupliciter intelligitur, formaliter, et uirtualiter. 156.2.F
Simplex motus eſt, cuius mobile eſt ſimplex. 6.1.A
Sol & ſtellæ ſunt partes integrales uniuerſi. 94.1.A
Sol non eſt nobilior Mercurio, quia attingat eundẽ finem paucioribus motibus, ſed addatur ſecundum eundem gradum. folio. 105.1.B
Sol non eſt ignobilior tribus ſuperioribus planetis ratione loci, aut quia eſt illis minor. 105.2.B
Sol & Luna dant uitam & annos. 106.2.A
Stellæ non agunt niſi directæ & affectæ à ſole. 106.2.G
Sonus efficitur à re, quæ per ſe mouetur, & ictum facit, quæ duo ſtellis non conueniunt 100.2.C
Species, cuius indiuiduum eſt æternum, eſſet imperfecta, ſi haberet plura indiuidua. 4.3.F
Species, quæ poteſt habere plura indiuidua, cum habet ea, obtinet ſuam perfectionem accidẽtalem & eſſentialem. 4.3.F
Sphæra uel Pyramis aßignatur igni, propter facilitatem motus. 147.2.A
Sphæricum corpus eſſe infinitum eſt poſitio impoßibilis. folio. 28.3.E
Sphæricum infinitum moueri circulariter eſt impoßibile tam re quàm imaginatione. 28.4.G
Sphæricum eſt id, quod tangit ſphæricum. 68.3.F
Sphæricum recto motu titubationis mouetur. 147.3.F
Stabile quidam eſſe neceſſe eſt, ſi cœlum debet moueri circulariter. 84.2.A
Stella, ſi moueretur inter orbem & orbem, relinqueret poſt ſe uacuum. 96.3.H
Stella ſi eſt diſcontinua, & habet motum diuerſum à ſuo orbe, poteſt tranſponi in alios orbes. 96.2.A
Stellam moueri cognoſcimus per ſenſum, & cœlum per exiſtimationem. 95.3.G
Stella non eſt corpus naturale ſeorſum, ſed eſt pars corporis naturalis, licet denſior. 99.1.A
Stella, ſi tardius moueretur, ſcinderet orbem, aut ipſum rarefaceret. 96.1.A
Stella eſt nobilior pars orbis, quia lucet. 93.2.B
Stella eſt de natura cœli, quia eſt pars eius. 93.2.A
Stellæ mille et .22. fuerunt ab Aſtrologis obſeruatæ. 105.3.H
Stellæ non calefiunt ab aere, quia non feruntur in illo, ſed in proprijs ſphæris. 93.3.H
Stellæ ſi ferrentur in aere, non calefierent, quia ſunt corpora æterna. 93.3.H
Stellæ calefaciunt per diſpoſitionem receptam in aere, nõ per qualitatem in ipſis contentam. 93.3.E
Stellæ ſunt eiuſdem ſpeciei cum ſuo orbe, ſed differunt tantum ſecundum magis & minus. 97.4.G

Stellæ eſt denſior pars ſui orbis, uelut nodus illius. 95.3.G
Stellæ ſunt rotundæ, quia ſunt de natura cœli. 96.4.E
Stellæ non rotant, quia ſol, qui maxime uidetur rotare non rotat. 97.1.B
Stellæ mouentur motu ſuorum orbium. 96.1.D
Subiectum libri de Cœlo ſecundum Alexādrum Aphrodiſium eſt id quod uocamus uniuerſum. 1.2.B
Subiectū, ex quo fiunt elementa, non eſt actu corpus. 141.1.A
Subſtantia, quæ inuenitur in miſto, neceſſario inuenitur per ſe. 6.4.E
Superficies ultima eſt locus corporis, corpus eſt, quod locatur & dimenſio eſt ratio locandi. 59.4.G
Superficies eſt prima forma corporum, quæ primitus ineſt materiæ primæ. 124.4.F
Superficies præcedit corpus ſenſibile. 124.4.F
Surſum ſecundum Auerroem eſt principium motus, quia in eo collocatur cor. 73.4.F
Synonyma non ſunt uſitanda in ſcientia demonſtratiua. 2.1.B

T

Talemum, ſiue taliantæum quod nam genus ponderis importet. fo.160.1.C
Tempus minimum cuiuſq; actionis eſt conſtitutum. 92.3.E
Tempus, ſi componeretur ex ipſis nunc, aliquando eſſe deſineret per reſolutionem factam ad ipſa nunc. 124.1.D
Terminus quantitatiuus ſequitur materiam. 92.2.B
Terminus qualitatiuus, eſt gradus perfectionis, et hic ſequitur formam. 92.2.B
Terra eſt generabilis & corruptibilis, ea ratione, qua eſt corpus compoſitum ex materia & forma. 115.2.A
Terra nō mouet ſimpliciter, quod relinquat centrū. 115.4.G
Terra facta ſit, uel ne, ſphæricæ figuræ eſt. 116.2.C
Terra eſt grauis, quia eſt remota à cœlo. 112.4.E
Terra, ratione qua eſt elementum, eſt generabilis per partes, non autem ratione, qua eſt totum. 115.2.A
Terra ſi naturaliter quieſcit in medio, & naturaliter fertur ad medium. 129.2.A
Terra moueretur uiolenter de medio ad medium ſi eſſent plures mundi. 49.1.A
Terra nō mouetur attractione, quæ fiat à tota terra. 50.2.B
Terra ſemper facit figuram ſphæricam ubicunque ponatur Sol. 117.1.C
Themiſtij errores duo. 163.2.D
Tranſmutatio ſubſtantialis habet terminum & uiam: ideſt paßionem & motum. 2.1.D
Tres anguli obtuſi ualent quatuor rectos. 145.3.H
Trinario numero utimur in orationibus Deorum. 2.4.B

V

Vacuum daretur in natura, ſi cœlum fieret maius aut minus. fo.18.4.B
Vacuum daretur, ſi generatio eſſet à materia quanta ſeparata à corpore naturali. 141.2.D
Vacuum aut plenum eſſet extra cœlum, ſi ipſum nō eſſet perfecte rotundum. 89.1.D
Vacuum eſſe principium motus ſurſum, plenum uero motus deorſum, abſurdum eſt. 153.4.154.1.2.
Vacuum nō eſſe extra cœlum probatur contra Stoicos. 59.3.F
Vacuum eſſe leuitatis cauſam eſt impoßibile. 153.3.H
Velocitas motus fit ex augmento potentiæ mouentis ſupra potentiam moti. 131.3.G
Veritas teſtatur ſibi ex omni parte. 75.2.C
Virtus corporis finiti non poteſt ſe eſtendere ad durationem infinitam. 14.2.D
Vmbra Pyramidalis alicuius corporis arguitur ipſum eſſe ſphæricum. 117.1.C
Vniuerſum perfectum eſt, quia eſt corpus, & quia omnia continet, & à nullo continetur. 4.1.A
Vnitas indiuidui in ſempiternis eſt propter eſſentiam incommunicabilem, quod tamen comprehenditur propter carentiam materiæ. 55.2.A
Vnus primus motus infert eſſe unum primum mobile, & conſequenter unicum mundum. 52.3.H

Z

Ζώπυρον, latina excitamenta, fomenta, exſuſcitatio, inflammatio ſignificat. fo.150.2.C

Finis.

AVGVSTINI NIPHI SVESSANI

PHILOSOPHI PERSPICACISSIMI

IN LIBROS ARIST. DE COELO ET MVNDO

PRAEFATIO.

Ad Illuſtriſſimum ac Reuerendiſſimum ALOYSIVM *de Aragonia, tituli ſanctæ Mariæ in Coſmodin Diaconum Cardinalem.*

CVm oēs diſertiſſimi viri Aloyſi illuſtriſs. ac Reuerendiſſime, Aragoniæq; domus ac Cardinei Chori ſpecimē inſigne, te vt numen obſeruēt, venerent, & colāt: tuaſq; ad ſplendidiſſimas ædes & verè regias tanquā ad ſaluberrimū tutiſſimūq; portū cōfugiant: diutius exoptaui inter tuos clientes aliquē mihi dari locum, vt meā in te obſeruantiā affectūq; incredibilē oſtēdere poſſem. At cū hac in re nō parū ſolicitus eſſem, vacuis manibus (vti nec ad Perſarū Reges licebat) te adire nolui. Cūq; interpretationes librorū, quos de Cœlo & Mūdo ſcripſit Ari. meditatus eſſem, ijs prius tuo ampliſſimo nomini dicatis te viſere cōſtitui. Verū dubitāti mihi quo animo eas excepturus eſſes, Frater Iacobus de Petrucijs ordinis minorū Larinas Epiſcopus Dei, & naturæ interpres, tuarū ingētiū virtutū indefeſſus preco, ex vrbe rediēs, omnē dubitationē ademit; ſignificauitq; mihi quanto amore atq; affectu innocētiam meā tutatus ſis: quantoue fauore & me & res meas amplexus: quæ veriſſima ilico credidi, cū maiora de tua celſitudine concepiſſem. Nā cū ex inclyta tantorū Regū ſerie proficiſcaris, ab rōne eſſet nō regiā redolere benignitatē. Ad hæc accedebant tot literatorū cætus tua vmbra protecti, tuiſq; muneribus ditati, adeò q alter, nō dicam, Mœcenas, ſed Auguſtus oībus videris inſurgere, Adde, q dū oēs te Chriſtianę religionis obſeruātiſſimū admirātur: Chriſtigenūq; fautorē acerrimū voce clariſſima prædicant, mihi perſuaden has meas elucubrationes licet philoſophicas: á fide tñ catholica nō abhorrētes, hilari aīo, ſerenoq; vultu te excepturū. Nec velim te princeps optime latere, hunc meū libellū more Democriti á me ſeruatū eſſe. Nā quēadmodū Democritus inter plura volumina, quæ ediderat, magnum Diacoſmū pro neceſſitatibus ex fortuna ingruentibus edendū diſcipulis reliquerat, ita ego hūc librū pro meæ ſenectæ repagulo edēdū decreuerā. Sed cū vnus occurras, cui vitā ipſam, & quicqd in ea eſt nō īmerito debeo: quē in extremis vitæ prodēdū ſtatuerā, nūc mutato cōſilio ob tuarū virtutū incremētum, atq; meæ ī te obſeruātiæ debitū edere curaui: quē eo rogo accipias aīo: quo tibi á tuo deuotiſſimo Auguſtino dicat.

Diacoſmus. Democri.

Cæterū ad ea q huic libro neceſſaria pręmitti videnť accedamus. Itaq;, vt auctor eſt Auerroes, octo in librorum principijs pręponi cōſueuerūt. Quorū nos quatuor tētabimus, cætera omittētes vti nō neceſſaria. De intētione igitur agamus primo. Vbi primo debes ſcire qōnē de intētione, apud Græcos, eſſe quæſtionem de ſubiecto, & materia libri apud Latinos. Sunt enim intentio, materia, & ſubiectum idem, licet ratione differant, vt in Logicis noſtris diximus. Alexander Aphrodiſius (vt narrat Simplicius) ſubiectum ſiue materiam, ſiue intentionem huius libri ait eſſe vniuerſum ipſum, quod Græci interdū Pan, interdum Holon vocant. Perſuadet poſitionem hanc ex eo, quia ſubiectum eſt, cuius accidentia per ſe quęruntur: modo totius mundi, hoc eſt congregati ex cœlis & elementes, accidentia per ſe quæruntur, veluti finitum, æternum, & vnum: igitur ipſum vniuerſum eſt ſubiectū. hæc Alexander. Iamblichus verò atque Sirianus Philoxenus diſtingunt aliud eſſe hic per ſe conſideratum, aliud

Pō. Alexā. Vniuerſum huius libri ſubiectū eſt.

Pō Iamblichi & Siriani.

B per accidens. Cœlum quidem eſt per ſe, & primo conſideratum: propterea ſubiectum erit totius libri. Elementa vero, & cætera id genus p accidēs. Perſuadent vero poſitionem á libri inſcriptione, quæ eſt Peri vranu, hoc eſt de cœlo. Simplicius vero vtriſque obijcit, Alexandro quidem, quia ſi intentio Ariſtote. hic eſſet de vniuerſo, tunc eſſet de omnibus, vt Plato fecit in Timeo, quod non videtur. Iamblico vero atq; Siriano, propterea quia Ariſtote. de elementis proponit non modo per accidens, ſed per ſe. Propter hæc vult corpus ſimplex, cōe eſſe ſubiectum, materiam, & intentionem huius. Verum Ariſto. diſtinguit plura conſiderata hic: quoniam alia conſiderātur per ſe primo, vt cœlum, quod eſt ſubiectum, quædam per ſe, ſed non primo, vt elementa, alia per accidens vt accidentia vniuerſi, vt æternitas, finitudo, vnitas, & id genus. Sed huic videtur eſſe obiectio, quoniam nec ſubiectum ipſum æquatur ſcientiæ huic, nec ratio formalis ſubiecti: corpus.n. ſimplex ad multo plura ſextendit. Auerroes vero in tertio huius commen. primo ſentire videtur corpus mobile, ſiue ens mobile ad vbi eſſe ſubiectum. cū

Cœlum eſt p ſe conſideratū, elementa vero p accidens.

Pō. Simplicij.

Corpus ſimplex, huius libri eſt commune ſubiectum.

Cōfutatio.

Pō. Auerr. Mobile ad vbi eſt hui9 libri æquatū ſubiectum,

C quo plures latinorum concordant, ex eo quia ſic eſt æquatum oībus hic cōſideratis. Mihi vero videtur hos nō diſcordes eſſe. Vbi debes ſcire, ſubiectū nō vna ratione ſumi. Vno enim modo accipitur pro ſubiecto congregationis, quo modo ſyllogiſmus eſt ſubiectum in Logica, quia congregat propoſitionem, terminum, & orationē. Animal etiam ſubiectum libri de animalibus, quia cōgregat oīa membra, de quibus eſt ille liber. Alio modo pro genere eorū, quæ in libro tractātur, quo modo ens rationis eſſet ſubiectū Logicæ, licet tranſcenderet omnia cōſiderata in Logica. Tertio, p principali ſpecie ſubiecti, quo modo demonſtratio eſſet ſubiectū in Logica. Demum, p ſubiecto prædicationis, quod videlicet de omnibus prędicatur, & de nullis alijs. Alexāder igitur de ſubiecto locutus eſt congregationis, vniuerſum enim oīa congregat, quæ hic aguntur. Iamblicus & Sirianus etiā recte, qa de principali ſpecie locuti ſunt, quæ eſt cœlū. Simplicius quoque recte, quia de genere loquiť: corpus enim ſimplex eſt ad

D cuncta genus. Auerroes demum recte, quia de ſubiecto prædicationis intellexit: eſt enim ens mobile, ſiue corpus mobile prædicans æquate de omnibus hic cōſideratis. Intentio igitur eſt de mundo, vt de omnia concernente, velut Alexāder: de cœlo, vt de ſpecie principali, velut Iamblicus: de corpore ſimplici, vt de genere, velut Simplici9: de ente ſiue corpore mobili, velut Auer. tanquam de ſubiecto prædicationis, hæc de intentione. Et de ordine agamus. Alexan. Iamblicus, Sirianus, Simplicius, Auer. atq; omnes expoſitores conſtituunt hunc inter libros Naturalis Philoſophiæ Secūdū. Mouentur ex eo, quia ſubiectū huius eſt añ ſubiecta omniū aliorū, & cōtētum ſub ſubiecto libri Phyſicæ auſcultationis. Sed fortiori rōne hoc eſſe vř, qa vř incipere vbi liber Phyſicæ auſcultationis definit: peruenit.n. ille ad aliquod primum mobile qđ mouetur á ſeipſo, cuius vna pars eſt penitus imobilis, quā ſumit Metaphyſicus: altera penitus mobilis, quam hic liber nūc exponere incipit: hæc de ordine. Et de inſcriptione trāſigam9. Alexāder, qui ſemper vult librū inſcribi ab intētiōe, vult hūc librū eſſe inſcribēdū de Mūdo, qm̄ mūdus eſt intentio & ſubiectum. Sirianus & Iamblicus de

Intētio libri ex omnibus deſumpta.

De ordine. Liber iſte ē ſecūdus philoſophię naturalis.

De inſcriptione.

Cœlo: cui et Simplicius cōcordat. Auer. de cœlo & Mūdo, & p cœlū corpus intelligit ęthereū, p mūdū vero, elemētariū. Siquidē mūdus triplex ſit authore Platone, intellectiuus, vt angelicus, cœleſtis vt cœlum, ſenſilis ac elemētarius. Alexander igit̃ & Iamblicus à ſubiecto inſcribunt. Simplicius vero & Auerr. à partibus ſubiecti. Eſt n. cœlū à quo ſcribit Simplicius, corporis ſimplicis principaliſsima pars ſubiecti: cœlū vero & mūdus ſenſilis, vt inſcribit Auer. principaliſsimę partes. hęc de inſcriptione. De diuiſione vero tranſigamus, & primo generatim de de vniuerſo libro, ſecundo ſpectatim de libro hoc primo. Videtur igitur totus liber cōſiſtere circa tria, primo circa cœlum, & q̃dā accidentia communia cœlo & mundo, & hic perficitur liber primus: ſecūdo de partibus cœli & mūdi, & accidentibus per ſe illarū, cui rei ſecūdus inſiſtit: tertio de elemētis, de q̄bus, ſi tractat iuxta poſitiones aliorū, erit liber terti⁹, ſi iuxta poſitionē ꝓpriā, erit liber quartus. Sed circa hūc ordinē ambiges, primo q̄a à notioribus nobis eſt agēdū: mō elemēta ſunt cœlo ipſo notiora. Secūdo, q̄a Ariſ. tractādo de cęlo, agit de illo mediātib⁹ elemētis. Dicę, pōt ordine doctrinę debuiſſe librū primū facere de elemētis, vt rōnes cogūt: ſed neceſsitate materię tractat in libro Primo de Cœlo, vt librū cōtinuū faciat ad librū Phyſicæ auſcultationis: nā cū finis illius ſit ad primū corpus, principiū huius debet eē de primo corpore. Hęc de diuiſione generatim: q̃ vero ſint de diuiſione particulatim primi libri. Auer. inq̄t, in p̄rio tractatu ſiue libro cōtinent decē ſummę ſiue capita magna: prima eſt de ſubſtātia iſtius artis. Sumit aūt Auer. hic ſubſtātiā nō pro decimo p̄dicamento, ſed pro vniuerſa materia libri, q̃ ſubiectū dr̃, & ſic prima ſumma eſt de ſubiecto materiali, principijs ſubiecti, & accidētibus illius, & ita bene dr̃ de ſubſtātia artis, q̄a nihil reſtat amplius agēdū in naturali philoſophia. Et p iſtā artē Auer. vult totā naturalē philoſophiā. Eſt igit̃ prima ſumma de ſubiecto totius naturalis philoſophiæ. Secūda ſumma eſt de corporis naturalis diffinitiōe, eo q̧ ipſm ſolū inter oīa alia corpora eſt pfectū & cōpletū. Sed hic ambiges p̄rio q̄d Auerr. vult p corpus naturale eē pfectū. Secūdo quonāmodo hæc rō eſt ad ꝓpoſitū. Nōnūq̄ dicere ſolebamus corpus naturale eē pfectū, ex eo q̄a nō abſtrahit à materia ſenſili. Mathematicū vero impfectū, qm̄ ab illa deficit, & hæc rñſio conſonat ſatis dictis Auer. in tertio huius, com. 6. Sed hęc rñſio nō placet, q̄a Auer. pluraliter loquit̃: cōparat enī corpus naturale ad alia corpora, & ita velle vr̃ eſſe plura corpora q̃ duo. Alij dicebāt corpus naturale eē pfectū, q̄a p ſui exiſtētia nulla eget opatione intellect⁹: corpus vero Mathematicū impfectum, qm̄ pro ſui eē, eget intellectus actione, vtpote abſtractione. Nec valet hęc ſolutio, qm̄ vt diximus Auer. loq̄tur pluraliter. Pōt igit̃ dici triplex eē corpus, Metaphyſicū, q̄d q̄dē eſt ſubſtātia apta ſubijci triniæ dimēſioni, q̄cq̄d Auer. velit 12. Metaph. cō. 17. vbi vr̃ negare corpus Metaphyſicum: illum. n. vide. Mathematicum q̄d eſt ſubſtātia actu ſubiecta trinę dimenſioni. Phyſicū q̄d trinę ſubijcit̃ dimēſioni atq; qualitatibus ſenſibilibus. Vult igit̃ Phyſicū corpus eſſe alijs duobus pfectius, q̄a cęterorū cōtinet pfectiones, Mathematici videlicet & Metaphyſici, & vltra addit ſenſilē materiā. Tūc ad ſm dici pōt rōnē eē hanc, q̧ Ariſt. definit corpus naturale, & aliorū nullū, q̄a eſt pfectū, hoc eſt q̄a cōtinet pfectiones aliorū, & cū hoc addit ſenſilē materiā, quæ contrahit ad genus Phyſicū. Tertia ſumma oſtēdit mūdū eē pfectū. Quarta q̧ cœlū ſit ſimplex corpus, rotundum, vnigenitū corporibus, q̃ recto motu mouent̃. Quinta q̧ non ſit graue nec leue. Sexta q̧ nec genitū ne corruptibile ſit, & q̧ corpora ſimplicia numero ſint q̄nq;. Septima q̧ ſit mūdus ipſe finitus. Octaua q̧ ſit vnus numero. Nona, q̧ extra ipſum nec vacuū ſit, nec plenū. Decima q̧ nec genitus nec corruptibilis: & q̧ impoſsibile eſt corruptibile eē aliquod & nō corrumpi. Hæc cōtinentur in libro primo, & per conſequens de tota præfatione.

Mundus triplex.

Dubitatio.

Solutio.

Quæ Auer.

Dubitatio. Solutio primo.

Cōfutatio.

Secūda ſolutio.

Cōfutatio. Tertio ſolutio.

Triplex corpus.

ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE COELO ET MVNDO LIBER PRIMVS,

Cum Auguſtini Niphi Sueſſani clariſsimis commentarijs.

F Aturalis ſcientia omni ferè ex parte verſari videtur, & circa corpora atque magnitudines, & circa affectiones atque horum motus, & circa principia quæ ſubſtantiæ ſunt, vt talis: quippe, cum eorum quæ natura conſtent, alia corpora ſint ac magnitudines: alia corporibus, magnitudinibuſque competant: alia principia ſint eorum quibus illa competunt.

Corpora, & magnitudines affectiones eorum, ac mot⁹ Principia ſubſtātiæ naturalis.

PRoſequitur nunc Ariſt. dē prima ſumma, & ſyllogizat intētionem ſiue ſubiectū, vniuerſæ Scientię Naturalis hūc in modū, oīa entia naturalia ſūt corpora ſiue magnitudines, affectiōes ſiue motus, principia horum ſiue cauſæ: Scientia Naturalis verſatur circa oīa entia naturalia: igit̃ eſt de corporibus ſiue magnitudinib⁹ G de affectionibus ſiue horū motib⁹, de principijs ſiue cauſis illorū. De ſyllogiſmo vero primo cōcluſionē enarrat. Et inquit, Naturalis ſcientia, ſiue ſcientia de Natura omni ferè ex parte, aut pro maiori ſui parte verſari vr̃, & circa corpora ſiue magnitudines, veluti circa materiam & ſubiectū, & circa affectiones ſiue horū motus, vti circa accidentia per ſe. Et circa principia q̃ ſubſtātię ſunt vt talis, hoc eſt materię ſenſili coniuncta, ad differētiā principiorū quę ſunt ſubſtātię vt ſubſtātia, qualia ſunt principia prima, hæc eſt concluſio. Deinde tangit maiorem, & inq̄t. Quippe cum eorum quæ natura conſtent, aut magis ad ſenſum, cum eorum quæ ad Naturalem attinent Philoſophum, alia corpora ſint, ſiue magnitudines, et hoc quo ad ſubiectum ſiue materiam. Alia corporibus magnitudinibuſq; competant, vt per ſe accidentia. Alia principia ſint eorum corporum, quibus illa per ſe accidentia cōpetant, hæc eſt maior. Quia, vt in poſterioribus dicitur, ſciētia eſt vnius ſubiecti principia, & affectiones contemplans, & H ita de ſubiecto artis huius, nunc ſatis.

Commentum primum Auerrois.

Auerroes aūt anteq̃ verba text⁹ ſingula enucleet, q̄ſnem antiquorū expoſitorū perſoluit. Solebāt oēs q̧ quærere, quā ob rē hoc in libro totius naturalis ſcientiæ ſubiectum ſtabiliuit, non aūt in auſcultatorio, qui longe cōior eſt iſto. Soluit Auer. in principio cōmē. hoc ideo factum eſſe, quia p̄ns liber eſt primus in ordine librorū particulariū in quibus particulatim de ſingulis totius mūdi partibus loqui incipit. Debes ſcire Auer. voluiſſe vniuerſum mundū fuiſſe ſubiectum vniuerſę ſciētię naturalis. Et ita vult librū ſingulum ſciētię naturalis, de ſingula mūdi parte agere: verbi cauſa p̄ns liber de ea mūdi pte, q̃ eſt cœlū. Liber de gñatione de ea q̃ eſt corpus mobile ad formā, cęteri quoq; de cęteris: q̄a igit̃ hic eſt prim⁹ cęterorū in q̄b⁹ pticulatim loq̄t̃, ideo debuit vt hic diceret ſubiectū totius

Quæſtio. Solutio.

ſcientię

ſcientiæ nālis. Sed hęc Auer. ſolō vr̄ friuola. Primo, qa
Replice. nemo poſuit ipm̄ vniuerſum eē ſubm̄ tot⁹ ſciæ nālis, ſed
ens mobile vel corp⁹ mobile. Scd'o, qa ſi ob primitatē
huius libri ad cæteros, decuit in illo eſſe dicendū de ſubo,
igit magis decuiſſet dicere in magis priori ad hūc, et ad cę
teros. Modo liber Phyſi. Auſcultationis eſt cæterorū pri
mus, & ꝓpter hoc, igit in illo magis. Dici pōt ad ꝓmum
Auer. locutū eſſe de ſubiecto aggregationis: uniuerſum. n.
eſt ſubm̄ toti⁹ ſcię nālis aggregatiuū. Ad ſcd'm dici pōt id
in vtroq; tractari potuiſſe, fuiſſe tñ magis hic ptractatū,
Deſenſio. vt hēatur hui⁹ ad illū cōtinuatio: & cæterorū ad hūc cōſe
cutio. Quo vero mō hēatur hæc cōtinuatio, iā diximus.
Aut dici pōt hoc eſſe magis tractatū, qa hic eſt ꝓmus par
ticulariū, non ꝓmus ſimplr̄. Ille vero auſcultatori⁹ eſt ſim
plr̄ ꝓmus, hæc Auer. Quo v̄o ad verba attinet, Auer.
verborum expoſitio. 4. a phyſico conſiderantur. declarat cur dixit ferè plurima, ſiue maiori ferè ſui ex par
te, vbi debes ſcire, ꝙ res quas nālis cōſiderat: ſunt in qua
druplici dr̄ia, quędam corpora, ut elēnta & cęlum, q̄dam
magnitudines, vt ſupficies, & linea, & id gen⁹, q̄dam ex
tra hæc, vt vacuū, infinitū, poli, centrū, locus, accipiēdo
locū ꝓ reſpectu ad polos, & ipm̄ centrū, his ſīlia, vt aiæ,
& motores cœlorū. Propterea ferè pluria vr̄ eſſe circa cor
pora & magnitudines, paſſiones, et ꝓncipia, qa adhuc eſt
extra hæc. Et qa in Arabica trāſlatione ſcribit ſic, maxi
ma cognitio nāæ, & ſcia demrāns ipſam, id dupl'r expo
nit. Prio ꝙ ꝑ ſciam, intelligebat ſciam concl'onum, q̄ vo
cat ſcia demrāta, vbi actiuū ꝓ paſſiuo accepit, & demon
ſtrans ꝓ demrāta, & ꝑ cognitionē voluit notitiā ꝓncipio
rum, ex qbus fit concl'o. Scd'o exponit, ꝙ ꝑ cognitionem
intelligit itelligere imaginationis, hoc eſt ſimpliciū appre
henſionē, et ꝑ ſciam fidem, hoc ē cognitionem cōplexorū,
hui⁹ rei cām aſſignat, qm̄ ſynonyma non ſunt uſitanda in
ſcia demrātiua, & replicat ꝓmam expoſitionē, & q̄ dicit,
patēt. Tu vero debes ſcire hāc Auer. expōnem, & talē
pōderationē eſſe fruſtra, cū in codicibus græcis nihil illi⁹
Prima dubitatio. Solutio. legat, vt in nr̄is trāſlationibus cōſtat. Sed dices, cur di
xit corpa et magnitudines, cū idem ſint? Innuit Auer. ſo
lutionē, & eſſe id factū, vt ſermo eſſet amplior atq; extē
ſior. nā cum corp⁹ ſit ſpēs magnitudinis, vt eſſet amplior
ad cęteras magnitudinis ſpecies, q̄ ſunt ultra corpora, ſub
iecit & magnitudines. & hæc expō conuenit græcis ver
bis. Vlteri⁹ dubitaret aliqs, qm̄ de magnitudinib⁹ ipſis
Scda dubō Solutio: Magnitudo pōt dupliciter cōſiderari. cōſiderat Aſtrologus. igr̄ non nālis, hanc ſoluit Auer. ꝙ
magnitudines pn̄t dupl'r cōſiderari: vno mō, q̄tenus ab
ſtractæ ſunt à ſenſili ipſa mā, & hac rōne à mathematico
conſiderantur. Alio mō quaten⁹ illā concernūt, qūo nālis
eas contēplatur. Concernūt autē mām ſenſilē quaten⁹ ſūt
vltimi termini, & pfectiones corporū phyſicorū. Sed eēe
hic diſputandū, qdnam ſit ſenſilis mā, q due intellectilis, q̄
forma ſenſilis, que intellectilis, q̄ cū in libro auſcultatorio
ſcd'o, ſint diſputata, nūc tranſeāt. Illud tñ modo dubita
Dubitatio. tiōe dignū eſt: nā ſi mathematic⁹ cōſiderat magnitudīes,
q̄tenus abſtractę, tūc cōſiderabit eē abſtractū, qa qcūq;
conſiderat aliquā rē ꝑ aliquā rōnem, ēt rōnem illā conſi
Solutio. derare vr̄. Poteſt dici, ꝙ refert eſſe rōnem cōſiderādi,
& modum conſiderandi, eſſe abſtractū eſt mod⁹ conſi
derādi, & nō ratio conſiderandi, iccirco nō oportet ī vna
et eadē ſcia cōſideret. Aut dici pōt eſſe abſtractū, eē rōnē
Paſſiōes & mot⁹ quid. Auer. cōſiderandi ꝓuatiuā, et ſic nō oportet cōſiderari, ſecus de
rōne poſitiua. Sed qd ꝑ paſſiōes, q due ꝑ mot⁹ Ariſt. in
telligat, Auer. dupl'r exponit, ꝑ intellſu prīæ debes ſcire ī
oī trāſmutatione ſubali duo eſſe, terminū & viā. Termi
nū qdem vocat paſſionē, eo qa ſubm̄ ꝑ illā patit et ꝑficit,
ꝑ viā intelligit motū: eſt aūt termin⁹ duplex, ſuba & acci
dēs, via v̄o vno mō, ſ. mot⁹. Ideo inqt Auer. oīa entia eē
Replica. Reſpōſio. aut ſubas, aut accn̄tia, aut vias ad hæc, q̄ viæ ſunt trāſmu
tationes. Sed tūc dices, igr̄ inter ſubam & accn̄s daret
mediū. Dici pōt ſubam et accn̄s poſſe accipi ꝓdicamēta
liter & trāſcendēter. Si ꝓdicamentalr̄, ſic mediū inter illa
Themiſti⁹. eē pōt, vt pote via, ſi trāſcendēter, ſic via erit in ꝓdicamē
to accn̄tis. Themiſti⁹ vero ꝑ paſſiōes intelligit trāſmuta-

A tiones, qbus ꝑdit nomē & definitio, aut ꝓparatur ad illā
ꝑditionē, vt ſūt alteratio et ꝗatio q̄ terminant in ſubam
& quarū finis & cōplementū eſt ſubalis forma. Per mot⁹
v̄o itelligit locales, qbus nō uariat ſuba rei. Addit Auer.
has expōnes eē ꝓpinquas, qa Auer. ꝑ paſſiones intelligit
terminos ipſos. Themiſti⁹ vias in illos, mō via & termi
nus ſunt ꝓping, qa ſunt eiuſdē ſpēi, vt dr̄ in qnto Phy. cō.
19. & ita ſunt ꝓpinquæ expōnes. Demū Auer. maiorē Expō maioris.
ſyllogiſmi ſic itelligit, ut ꝑ corpa & magnitudines Ariſt. Contra Auer.
ſimplicia intelligat, ꝑ hn̄tia corp⁹ & magnitudinē miſta,
ꝑ ꝓncipia horū, mām & formā, q̄ ſunt ꝓncipia tā elēntorū,
q̄ miſtorū, ſaltē analogice. Sed hæc expō non placet, qa
tūc Ariſt. ꝓtermiſiſſet accn̄tia ꝑ ſe, & ita concl'o eſſet am
plior maiore ipſa. Ideo dicerē Ariſt. ꝑ corpa & magni
tudines, ſubm̄ ſciæ nālis, & ꝑ hn̄tia corpus & magnitudi
nē voluit ꝑ ſe accn̄tia illius ſubi, & ꝑ ꝓncipia eorū, cās pri
mas ſubi, & ꝑ ſe accn̄tiū illius, qūo q̄tum in concl'one ſu
mit, tm̄ in maiori intelligit. Solebamus q̄rere, vtrū ma- Dubitatio prima ſolutio.
B thematicus cōſideret ſubam ipſam. Rn̄dent latini mathe
maticū conſiderare ſubam compoſitā, qa non q̄titatē, ſed
q̄tum cōſiderat, ꝓbant prio, qa oīs artifex cōſiderans po
ſteri⁹: cōſiderat ꝓus, ſed ſuba ꝓor eſt q̄titate. Igr̄ ſi mathe
maticus cōſiderat q̄titatem, cōſiderabit ēt ſubam. Se
cundo, mathematicus cōſiderat defiōnionē quantitatis,
Sed nullū accn̄s pōt ſine ſubo definiri. Igr̄ etiā ſubam cō
ſiderat. Tertio, nō abſtrahit à mā intelligibili, ſed illa ē
ſuba, igit concernit ſubam. Sed hęc poſitio ſtare nō pōt, Cōſutatio.
prio, qa Ariſt. in 12°. Metaphy. inqt, nullā mathematica
rū præter Aſtrologiam, facere cōſiderationē de ſuba, vt
Auer. ibi cō. 44°. exponit. Secundo, nō ſuba cōpoſita,
ſed mā eſt ſubm̄ q̄titatis, vt in lib. de Suba orbis ꝓbat A
uer. igr̄ mathematic⁹ mām ipſam ꝓmā cōſideraret. Ter
tio, ꝑ idē ipſe mathematic⁹ dēret mām & formā cōſidera
re, nā hæc ſunt ꝓncipia ſubæ cōpoſitæ, & ꝓora illa. Pro Solutio.
ſol'one igit ad rōnes, debes ſcire, ꝙ ſciæ ſunt pmixtę adeo
ꝙ artifex cōſiderans hanc ꝓpōnem, elēntū eſt ens, eſt me
taphyſicus quo ad ꝓdicatū, phyſic⁹ quo ad ſubm̄. Tūc Ad primā & ſcdam.
C ad primā dico, ꝙ mathematic⁹ cōſiderat ſubam, nō q̄dē
ꝑ habitū mathematici, ſed ꝑ habitū metaphyſici ſibi cō
miſtū, & ita oīs artifex cōſiderās poſteri⁹, cōſiderat ꝓus, Ad tertiā.
aut eodē, aut alio habitu: ꝑ idē ad ſcd'am. Ad tertiā dici
pōt ꝙ ſuba nō eſt mā intelligibilis, ſed forte ipſum cōtinu
um, vel fortaſſe aliud, vt diximus in 2°. Phyſic. vbi dictū
eſt in q̄titatib⁹ poſſibile eſſe denominationes in ſimplici
bus cōpoſitas & ſimplices: vt linea eſt q̄ta & q̄titas, non
ſic albedo eſt q̄litas & q̄le, eo qa linea eſt cōcretū ad ptes,
et ad ſubm̄, reſpectu ſubti: hęc eſt vera, linea eſt q̄titas, qa
eſt abſtractū ē ſubiecto, reſpectu ptiū eſt cōcretum, & eſt
quanta, & ſic concedo, quantum eſſe ſubiectum, & non
propter hoc concretum ad ſubſtantiam, hæc de q̄ſtione.

Continuum igitur eſt quod in ſemper diuiſibilia diuiſibile eſt.

Continuū quid.

Cōpleuit priam ſummā, q̄ erat de ſubto ſcię nālis. Nūc Expoſitio.
ad ſcd'am ſummā accedēs ꝓdefinit cōtinuū: cui⁹ rōnem q
dā afferunt, qa Ariſt. intētio eſt declarare mundū eſſe ꝑfe
ctū: qd' declarari non pōt ſine definitione cōtinui, vt vide
D bitur, et inqt: cōtinuū igit eſt qd' hoc eſt magnitudo, ſiue
q̄tum in ſemp diuiſibilia diuiſibile. Vbi magnitudo loco
gn̄is, cætera loco drīæ ſunt accepta: qbus differt à q̄titate
diſcreta, atq; numero: nā numerus pōt creſcere ī infinitū,
ſed nō diuidi, vt 3°. Phyſicor. dictū eſt. Dubitabis pro Pria dubō. Secunda.
pter qd cōtinuum eſt diuiſibile in ſemp diuiſibilia. Scd'o,
quonā modo hæc definitio differt ab illa libri Prędicamē Solō. pria
torū. Dicit ad ꝓmam eſſe illud, qa cōtinuū ex continu
is cōponitur, vt 6°. Phyſicor. declarat. Igit vt totū eſt di
uiſibile, ita partes, & ptes ptium in infinitū, cum oēs ſint
cōtinuę ſiīi rōne. Ad ſcd'am rn̄dent, ꝙ cōtinuū pōt bi Solō ſcdæ. quorundā.
fariā conſiderari, quo ad formā, & ſic definitur in Prædi
camētis, & quo ad mām, et ſic definit hic. Sed hæc expoſi Cōſutatio.
tio deficere videt. prio, qa utraq; definitio datur ꝑ partes

ipſas:mõ ptes ſunt mã rotius,2°.Phyſicorũ. Secundo, qota adhuc 5°. Metaphy.eſt alia definitio dicẽs, continuum eſt cuius motus eſt vnus, & tamen nec per materiã, nec per formã datur. Ideo debes ſcire, q cõtinuum ipſm poteſt definiri aut per extrinſeca, & à poſteriori, & definitur ſic 5°. Metaphyſicæ per motum, aut per intrinſeca, & priora:& hoc aut reſolutorie, & ſic definitur hic, aut cõpoſitorie, & ſic in Prædicamentis.

Solutio melior.

Corpus vero eſt qđ omni ex pte diuiſibile ẽ: qppe cũ magnitudinis q̃ ad vnũ eſt diuiſibilis, linea ſit. Quæ vero ad duo, ſupficies at q̃ ad tria: corp⁹ ẽ, atq; p̃ter has nulla pſus ẽ magnitudo.

Linea, ſuperficies, corp⁹ quid.

Expoſitio.

Nunc quid ſit corpus, quod eſt ſubiectũ ſcientiæ naturalis declarat, & inquit: corpus vero eſt, quod eſt continuum, quod omni ex parte diuiſibile eſt, vbi continuum loco generis: reliqua vero loco drĩæ ponuntur, hanc definitionem videtur probare primo (vt quidam vult) ſyllogiſmo, quod certe non poteſt literæ cõuenire, ideo pbatur per locum à ſufficientia, et inquit: quippe cum magni F tudinis quæ ad vnum, vtpote ad longum eſt diuiſibilis, linea ſit. Quæ vero ad duo, vtpote longum & latum, eſt ſuperficies, at quæ ad tria, corpus eſt, & præter has nulla magnitudo. Igitur corpus omni ex parte diuiſibile eſt. Aut poteſt hæc probatio eſſe expoſitorie ſic: corpus eſt diuiſibile omni ex parte, vt per hanc diuiſionẽ magnitudinis patet. Et nihil non corpus diuiſibile eſt omni ex parte: propterea addit, & præter has nulla eſt magnitudo. Igitur tm̃ corpus eſt oĩ ex parte diuiſibile: & hæc probatio magis textui conuenit, vt intelligenti patet.

Syll'o primo enumeratione.

Expoſitorio ſyll'o.

Quod etiam iccirco patet: quia ipſa tria, oĩa ſunt: ipſum vero ter, eſt id quod oĩ ex parte eſt. Nã, vt Pythagorei ſentiũt, ipſum oẽ ipſaq; oĩa tribus ſunt definita: finis.n.medium, atque principium, eum habent numerum: q eſt ipſius oĩs: hæc autem trinitatis.

Expoſitio.

Probat ſecundo illud enthymematice ſic: tria poſſunt appellari hoc verbo omnia, & ter etiam hoc verbo omni G ex parte. Igitur tantum tres ſunt magnitudines, & per cõſequens corpus eſt quod omni ex parte diuiſibile eſt: antecedens patet, quia ſi tantum tres eſſent omnes in mundo, qui etiam currerẽt, poſſet dici omnes currunt, & non de duobus, et ſic hoc nomen, omne, poteſt de tribus dici. Sed debes ſcire, q licet antecedens eſt verum, tamen conſequentia nulla eſt: per idem enim probarem magnitudines eſſe tantum quatuor: quoniã hoc verbum omne, poteſt dici de quatuor ipſis: propterea conſequẽtia eſt probabilis, & apud pythagoreos vera: & ideo Ariſtoteles ea vtitur. Deinde añs probat auctoritate pythagoricorum, quaſi per locum à conuerſione, & inquit: nam vt etiam pythagorei ſentiunt, ipſum omne, ipſaq; omnia trib⁹ ſunt definita: poteſt enim dici oẽs tres currunt: igiť per cõuerſionem in parte, omne poteſt addi ad tres. Quæ etiam probatio dialectica eſt, vt prior. Quod vero omnes poſſunt dici tres, probat, & inquit: finis enim & medium, & principium eum numerum habent, qui eſt ipſius omnis, quia dici poteſt hæc tria, principium, medium, & finem H eſſe omnia: propterea ſubdit: hæc autem, videlicet principium, medium, & finis eum habent, qui trinitatis eſt. igiť probatio principium, medium, & finis dicuntur omnia. Principium, medium, & finis dicuntur tria: igitur tria dicuntur omnia, & omnia dicuntur tria, & ſic habetur antecedens, et ita vis totius rationis eſt, tria ſunt omnia, vel dicuntur omnia: igitur tãtum tres ſunt magnitudines, & per conſequens corpus omni ex parte eſt diuiſibile. Quæ ratio, vt dictum eſt, non eſt demonſtratiua, ſed probabilis fundata in auctoritate pythagoricorũ. Nam illius demonſtratio perquiratur à mathematicis ſufficienter. Abbreuiatur igitur ratio ſic: tria dicuntur omnia, igitur E tantum tres ſunt magnitudines. Antecedens probatur, principium, medium, & finis dicuntur omnia, principium, medium, & finis dicuntur tria, igitur tria dicuntur omnia: quæ etiam auctoritate patet.

Obiectio.

Reſpõſio.

Ariſt. pbatio nõ ſatis eſt firma.

Epilogus.

Quocirca ẽt à nã ſumentes, veluti ab illius lege ĩ deorꝝ ſacrificiȷs celebrãdis hoc vtimur nũo.

Ternari⁹ numerus, cur perfect⁹, ſi trinitas adhibetur.

Expoſitio.

Tertio arguitur ſic. ex lege habitũ eſt vt à natura exẽplar apud gentiles, vt in deorum ſacrificiȷs & orationib⁹ vterentur numero trinario: eſt.n. hoc à natura q̃ eſt deus habitum, qa ipſe eſt trinus & vn⁹, vt Pythagorici aiunt. Igitur numerus trinarius eſt perfectus, & ita non plures eſſe debent magnitudines q̃ tres: inquit. Quocirca etiam à natura ſumentes, vt à deo veluti imitatores, ab illius lege in deorum ſacrificiȷs celebrandis, hoc numero trinitatis vtimur, & credimus propter hoc perfecte ſacrificaſſe, atq; orationes celebraſſe: igitur numer⁹ trinarius eſt perfectus. Erit igitur breuiter enthymema, numerus trinarius eſt perfectus: igitur tantum tres ſunt magnitudines. Antecedens patet, quia trinario numero vtimur pro per F fecto in orationibus deorum, & credimus illud perfecte eſſe factum. Debes ſcire, q nec hæc ratio valet, quia ſic probarẽ omnia eſſe tria, vt tria elementa, tres cœlos, tres motores: quoniam numerus trinarius eſt perfectus, et ita omnia conſtarẽt tribus. hęc igitur rõ vt famoſa accipiať.

Epilogus.

Rõ Ariſto. non eſt efficax.

Aſſignam⁹ inſup appellationes hoc mõ: duo qdem ambo dicẽtes: duos ẽt ambos, & vtroſq;, non oẽs: at de trib⁹ hanc appellationẽ dicimus primo. Quod qdem ſic dicimus, qa naturam ſic pficiſcentem (vt dictum eſt) imitamur.

Expoſitio.

Vltimo arguit, & debes ſcire gręcos grammaticos nominibus tres numeros deduſſe, ſingularẽ, vt Æneas: dualem, vt duo Æneæ: pluralem, vt tres Ænę: numero duali, dãt hoc adiectiuũ ambo, quatenus dicimus ambo duo Æneæ ſunt potentes, plurali vero addunt ipſum omne, vt omnes Æneæ ſunt ſapiẽtes. ex hac appellatione patet numerum trinarium eſſe perfectum. Inquit. Aſſignamus inſuper appellationes grammaticę hoc modo, duo quidẽ G ambo dicentes: duos etiam ambos, & ita per numerũ dualem, vt ambo Æneæ ſcribunt, & vtroſq; non omnes appellamus, quia nõ dicimus de duobus omnes Ænę ſcribunt: at de tribus hãc appellationem per verbum omnes dicimus primo, deinde de quatuor, et de cęteris numeris. quam quidem appellationem de tribus dicimus imitantes naturam hoc trinario numero proficiſcentem, videlicet principio, medio, & fine, vt diximus. Epilogando igitur vis rationis hęc eſt, numerus trinarius eſt perfect⁹, igitur tantum tres ſunt magnitudines, & ita corpus erit diuiſibile ad tria. Quod autem numerus trinarius ſit perfectus, patet. Tum primo quia nuncupatur nomine concernente perfectionem, videlicet verbo omne, quod eſt idem q perfectum. Tum ſecundo, quia omnes perfectiones conſtitutæ ſunt trinario numero à natura, principio, medio, fine, & orationes celebrandæ dȷs. Tum vel maxime, quia numerus cõplexus, vt pluralis qui tribus eſt contentus, numero perfecto, verbo omnis conſtituitur: igitur trinarius numerus eſt perfectus, ex quibus patet H vis rationis.

Epilogus.

Quæ auer. com. 2.

Quæ vero in expoſitione præſentis textus Auerrois dicat, nunc afferamus: erit enim textus intellectus multo clarior. Primo igitur declarat cur ipſum continuum pręde finit, & vult q hæc ſit ſecunda ſumma, quæ vt dicebatur, erat de ſubiecti naturalis philoſophiæ definitione, cũ igitur ſubiectum naturalis philoſophiæ ſit corpus, & genus illius ſit continuum: eſt enim commune corpori et ſuperficiei, lineæ, & cæteris id genus, iure de continuo primo agit. In quibus verbis patent duo, & corpus eſſe ſubiectum naturalis philoſophiæ, & continuũ eſſe genus corporis. Sed quonam modo corpus ſit ſubiectum in illa, dictum eſt, quo vero continuũ ſit genus corporis, dicem⁹.

Prima adnotatio.

Secundo

Secundo Auer. inter quantitatem continuam, & diſcretam talẽ innuit differentiam, ꝙ continua ſemper eſt in minora diuiſibilis, diſcreta venit in minima. Contra uero diſcreta creſcit in infinitum, continua non, vt tertio Phyſicorum dictum eſt. Solebamus obiter dubitare primo, continuum poteſt diuidi in infinitum: igitur poteſt eſſe actu diuiſum in infinitum. Secundo, continuum poteſt diuidi in infinitum, animal eſt continuum: igitur animal poteſt diuidi in infinitum. Multa diximus in libro de Generatione: nunc uero ad primum nego conſequẽtiam, quia cuilibet poſſibili correſpondet ſua de ineſſe eiuſdem modi. Et ideo bene valet, continuum poteſt diuidi in infinitum: igitur aliquando diuiditur in infinitum, non propter hoc ſequitur vt ſit diuiſum in infinitum: cũ enim diuiditur in infinitum, non dicitur diuiſum eſſe in infinitũ, quia diuidi dicit actum poteſtati admiſtum: diuiſum vero dicit actum purum. Ad ſecundam dico, ꝙ ex maiori de poſſibili & minori de ineſſe, concluſio eſſe debet de ineſſe cõditionato, & ſic ſequitur: igitur animal poteſt diuidi in infinitum, quatenus continuum: hæc nunc ſufficiant pro differentia ipſius continui à diſcreto. Tertio, Auerroes remouet cauillum, quia non uidetur uerum, ꝙ continuum ſit genus corporis, ſi quidem continuum ipſum ſit de genere accidentis. Corpus vero vt ſubiectum in naturali philoſophia ſit de genere ſubſtantiæ. Soluit, ꝙ continuum eſt quaſi genus, quia continet ſub ſe corpus & ſuperficiem, & id genus, & ita eſt genus quatenus eſt accidens generale inſeparabile à corpore, continens alia à corpore, ſine quo corpus ipſum intelligi non poteſt. Quarto, Auerroes vltra textum addit aliã cauſam, quare corpus eſt diuiſibile ſecundum tres dimenſiones, & dicit, qa nulla magnitudo quę eſt, poteſt diuidi per tres diametros orthogonaliter niſi corpus, quod diametro longitudinis diuiditur in longum, diametro latitudinis ĩ latum, diametro altitudinis in altum. Igitur corpus eſt id quod omni ex parte diuiſibile eſt. Qua ratione bene dictum eſt, corpus eſſe, quod omni ex parte diuiſibile eſt, quia idem eſt omni ex parte & tribus modis, vt dicit Auerro. Quinto, Auerroes declarat qualis ſit ratio Ariſtotelis, qua ipſe enititur probare tres eſſe magnitudines: & vult quòd propoſitio ſit triplex, videlicet per ſe nota, vt prĩcipia doctrinæ, quæſtio, vt concluſio quæ eſt penitus ignota, & media, vt petitio & id genus: vult igitur, ꝙ dimenſiones eſſe tres, ſit propoſitio de medijs & tertij ordinis, et ideo probauit illam per locum à diuiſione, & inductione, & id genus. Sexto, Auerroes declarat vnde inſtitutiones ꝓficiſcũtur, vbi primo debes ſcire, ꝙ duplex eſt natura, videlicet naturans, vt Deus: naturata, vt agentia naturalia & cauſæ ſecundæ, quæ ideo dicuntur naturata, quia è prima proficiſcuntur natura. Secundo debes ſcire, ꝙ opus naturæ eſt ſemper ꝑ ſimilitudinem ad opus & eſſentiam primæ naturæ: ita quicquid agit actione ſimiliori actioni primæ ſit melius, vt dicemus ſecundo huius. Ex his ſequitur iuſtum eſſe præceptum, vt deo trinas afferamus orationes: nam eſſentia primi in trinitate conſiſtit. Secundo, ſequitur bene eſſe in grammatica factum, vt trinario numero addatur omne, quoniam ille eſt primus cui competit verbum omne, & cæteris propter illum. Ex his colligunt in numeris eſſe virtutes: nam in numero trinario videtur natura rerum conſtituta. Picus in ſua apologia rem hanc aſſerit & contendit. Primo, quia mathematica ſunt formaliora phyſicis: igitur pollentiora virtute, ſiquidem formam ſequatur virtus. Secundo, quia quod in ſuo eſſe minus dependet, in ſuo operari etiam minus dependebit, & ita pollentius erit. Conſtat autem numeros in ſuo eſſe minus depẽdere, & ita magis actiui erunt. Tertio numero ſtabilita ſunt multa quę pollẽtiſſima ſunt: igitur numeri pollentes erunt. Antecedens patet, nã elementa numero definita ſunt quaternario: planetæ vero ſeptenario. Signa Zodiaci duodenario. Simili ratione in alijs operibus dei deduci poteſt. Sed in contrarium ſunt omnes

A Peripatetici dicẽtes, quantitates non eſſe de principijs actiuis. Rationes vero in contrarium flectũtur, prima quidem, quia quæ ſunt potentialiora, ſunt minus pollentiora, immo nullatenus agunt. Sed quantitates ſunt potentiæ materiæ, quæ primitus in illa inſunt, vt in libro dicitur de ſubſtãtia orbis, ex quarum diuiſione numerus ipſe proficiſcitur. Secunda uero, quia quod eſt ſimpliciter dependens nullatenus agit. Sed mathematici & numeri penitus ab intellectu dependent: igitur nullo modo agunt. *Cõfutatio.* Propterea dicerem poſſe virtutem numeris intelligi in eſſe, aut per ſe, quo modo calori uim aliquam eſſe dicim⁹, & ſic numeris non concederem vires. Aut per accidens ratione rerum numeratarum, & hoc modo bene uires numeris præberem: decem enim homines ſunt pollentiores tribus: hinc patet eſſe multa numero definita, non propterea quia in numeris ſit per ſe virtus, ſed ratione rerum numeratarum: & hæc ſunt peripatetice dicta. *Propria põ*

B Quare cum omnia, & omne, atq; perfectum inter ſe non differant forma, ſed ſi quidem differunt, vtique materia, & his de quibus dicuntur, diſtãt: corpus nimirum inter magnitudines dũtaxat perfectum erit: ipſum .n. ſolum tribus definitum erit: hoc autem eſt omne.

Expoſitio Hactenus de definitione corporis, & quòd tãtum ſint tres magnitudines perfecti, nunc ex his infert duo: quorũ primus eſt, quòd corpus ſolum inter magnitudines ſit ꝑfectum, ſecundum quòd ſolum ſit omni ex parte diuiſibile. Neceſſitas vero huius eſt, quia vult probare mundum eſſe perfectum, ſaltem in ratione corporis, quæ perfectio eſt perfectio generis, & hoc quia hic incipit tertiam ſummam aggredi, quæ erat de pefectione mundi. Syllogizat autem ſic, omnia & omne eſt perfectum. Solum corpus eſt omnia & omne: igitur ſolum corpus eſt perfectum. Quod ſolum corpus ſit omnia, & omne declarat, omnia & omne tribus definita ſunt. Solum corpus inter magnitudines tribus definitum eſt, Igitur ſolum corpus eſt oĩa, C & omne. *Maior.* De ratione primo tangit vim maioris, dicẽs, Quare cum omnia & omne atq; perfectum inter ſe non differant forma, Sed ſiquidem differunt, vtiq; materia, et his de quibus dicuntur, hoc eſt ſubiectus differunt: & per hoc vult habere hanc, ꝙ omnia & omne ſunt perfectum cui addita hac minori, ꝙ corpus ſit ſolũ omnia & omne, inſert concluſionem, dicens: corpus nimirum inter magnitudines duntaxat perfectum erit. *Minor. Concluſio. Ratio minoris.* Deinde probat minorem, ꝙ videlicet ſolum corpus ſit omne & omnia, & inquit: ipſum enim ſolum tribus definitum erit, at quod ſolum tribus definitum erit, eſt ſolum omne et omnia, igitur corpus ſolum eſt omne & omnia, quæ erat minor: & ita habetur prima concluſio.

At cum ſit tribus ex partibus diuiſibile, omni ex parte diuiſibile erit: cæterarum autem magnitudinum altera ad vnũ, altera ad duo eſt diuiſibilis: quippe cum eo diuiſibiles atque conti-D nuæ ſint, quo numerum ſubeunt, alia quidem ad vnum continua, alia ad duo, alia omni ex parte talis.

Expoſitio. Secundo probat, ꝙ ſolum corpus ſit oĩ ex parte diuiſibile, & hoc, quia tribus ex partibus diuiſibile, eſt oĩ ex ꝑte diuiſibile,: at corpus, vt probatum eſt, tribus ex partibus ſit diuiſibile: igitur eſt omni ex parte diuiſibile: cæterarum vero nulla eſt omni ex parte diuiſibilis, vt deducit, & ſic patent hæc duo. Fortaſſe hæc eſt ſcd'a rõ, qua ꝓbat corpus eſſe perfectum ex eo, videlicet: quia omni ex parte diuiſibile eſt, & tunc legatur at pro etiam. *Quę Auer. Com. 18*

Auerroes vero declarat primo, quonã modo omne, totum, & perfectum, forma non differat, ſed ſubiecto, &

vult ea non forma differre, quia ipſa ſubeunt forma mul-
titudinis & complementi, ſubiecto vero differunt, quo-
niam omne quantitati attribuit̃ diſcretæ. Totũ continuę,
pfectum qualitatibus & formis, vt deo & intelligentijs,
Dubitatio. io qbus nulla eſt mã. Sed dices, nos dicimus omnes in-
telligentiæ ſunt bonæ, oẽs ſunt actus puri: igitur omne di
citur de illis formis. Amplius dicimus deum eſſe totum,
Solutio. immo verius totum, qm̃ ipſe nullius eſt pars. Dici põt
ꝙ hæc de deo dñr, & intelligentijs p accñs, quatenus illæ
attribuuntur magnitudinibus p ſe, ut orbibus: rõne. n. or-
bium dicuntur multę & oẽs, et deus dr̃ totum propter or
bem maximum, cui primo attribuitur. Sed ſi intelligeren
tur abſolute, nec numerũ, nec rõnem totius pticiparẽt, &
Duplex ex poſitio, prima. ſic patet verbum Ariſtot. Secũdo Auer. declarat quo
nam modo intelligitur verbũ Ariſtotelis: vt. n. numerũ
adepta ſunt, ſic & diuiſionem, & continuitatem, & vult,
vt dupliciter intelligi poſſit, vno modo, vt oĩs magnitu-
do eo ſit diſcreta quo cõtinua, & ita linea qa continua eſt
ad longum, diſcreta vel diuiſibilis eſt ad longum in duas
medietates, ſupficies ad longum, & ad latum, corpus ad
longum, latum, & altum: & hoc modo eſt continua & di
ſcreta rõne ptium quas habet: continua qdem, quia actu
Secunda. vna, diſcreta, qa poteſtate diuiſibilis. Alio modo, vt con
tinuitas & diuiſio non ad idem referantur, ſed ad numerũ
dimenſionum, & tunc linea, quia non participat numerũ
dimenſionum, eſt continua, & vna tm̃. Supficies, quia di
uiditur in duo, longitudinem & latitudinem, numerũ par
ticipat merito dimẽſionum, & continuitatẽ merito lineę.
Corpus vero pticeps eſt vtriuſq; vnitatis ex parte lineę,
numeri ex parte ſupficiei, approbat ſecundam expoſitio
nem propter uerba Ariſtot, quę de corpore poſtea dicet:
nam poſtea affirmabit corpus recipe duo noĩa, continui
Expoſitio ppria. & diſcreti, & ſic vr̃ ſecunda expoſitio melior. Ego ve-
ro approbo primam: nam ſic ſequeretur ſupficiem & cor
pus eſſe diſcretas quantitates, & ſolam lineam eſſe conti-
nuam, quod eſt contra Ariſt. vbiq;. enumerat. n. hęc ſub
gñe continuorũ. Et ita melius dico omnem magnitudinẽ
quo eſt cõtinua, eo eſſe diſcretã: & ė contra, non tm̃ eodẽ
modo. Sed ſi actu continua, poteſtate diſcreta, ſi diſcreta
actu, ptãte cõtinua, & hæc expoſitio eſt vbiq; cõueniẽs.
Quæſtio V trũ tres eſſe magnitudines poſſit demonſtrari. Re-
Reſponſio Ioannis. ſpondet Ioãnes ꝙ ſic, & oñdit illud duabus rõnibus. Pri
Rõnes Ioãnis. ma eſt, quot ſunt põnis dñæ, tot ſunt magnitudines, tres
ſunt põnis dñæ, ſurſum & deorſum una, q̃ longitudinem
facit, antė, retro, q̃ altitudinem ſiue profunditatẽ, dextrũ,
Tres poſitiones efficiunt tres magnitudines. ſiniſtrum: q̃ latitudinẽ efficit. Secunda rõ quã ait eſſe
Ptolomæi, eſt, quia quot modis lineæ rectæ orthogonali
hoc eſt perpendiculariter pñt ſe interſecare in eodem pun
cto, tot ſunt dimenſiones. Sed lineæ rectæ non niſi tribus
Lineę rectę tribus tm̃ modis ſeſe interſecãt. modis pñt ſe ppẽdiculariter interſecare eodem in pũcto,
quia vbi pluribus fieret modis, plures anguli efficerẽtur
recti, qđ eſt falſum, & dñr lineæ rectæ, quia curuę pñt eſ-
ſe plures, & dr̃ orthogonaliter ad dñam illarum q̃ non ca
dunt ppendiculariter, q̃ pñt eſſe plures & non facere an-
gulos rectos, ſed vel acutos vel obtuſos, hoc exemplo in
plano oñdi non põt, ſed bñ in ligno, quia accipiendo duo
ligna quorum vnũ alterum interſecet ad modum crucis,
& in puncto interſectionis aliud cadat ppendiculariter,
erunt oẽs anguli recti, ꝙ ſi plura ligna ſint, nõ erũt recti.
Ex ijs duabus rõnibus Ioannes autumat illud eſſe demõ
Propria põ ſtrabile. Mihi tñ vr̃ illud aut non eſſe demonſtrabile:
Aliqoalis coniectura contra Ioãnem. aut nondum eſſe demõſtratum. Cuius ſignum habeo qa
ſi eſſet demonſtrabile Ariſt. Mathematicorum non mi-
nor princeps q̃; phyſicorum, id demonſtraſſet aut demõ
ſtratione Mathematica aut Phyſica, vidimus vero ipm
fuiſſe cõiectura vſum, et auctoritate tm̃ Pythagoræ. Pro
Solutio reſpõſio Ioã. pterea dicerem id demonſtrabile eſſe, & non demonſtra-
tum, hæc eſt Ariſt. accuſatio, pp hęc vr̃ mihi ambas illas
rõnes petere, prima quidem, qa licet ſit verum, quot ſunt
dñę põnis, tot eſſe magnitudines, tñ non eſt manifeſtũ
ſilr & ſi ſit verum ꝙ quot modis lineæ ppendiculariter.

E ſe interſecant in eodem puncto, tot ſint magnitudines, nõ
eſt per ſe notum. Et ita rationes has vti probabiles conce
dimus, demonſtrationes vero nos nondum vidimus,
hęc de quæſtione.

Quæ igitur magnitudinũ ſunt diuiſibiles: eæ quoq; continuę ſunt. At ſi omnes etiam continuę diuiſibiles ſint, nondum ex ijs quę nunc diximus patet. At illud profecto patet, non eſſe ė corpore in aliud genus defluxũ, velut ex linea in ſuperficiem, & ex ſuperficie in corpus: non enim talis profecto: magnitudo adhuc perfecta erit: fiat enim defluxus ratione defectionis neceſſe eſt. At perfectum defectionem habere nequit: eſt enim omni ex parte tale. Oẽ diuiſibile eſt continuum. Præter corpus non eſt aliud magnitudinis genus.

Expoſitio. Ariſtoteles nunc quaſi epilogando, colligit quidnam
ex dictis nunc patet, & qd non patet, primum igitur qđ
patet ex nunc dictis, eſt omnem magnitudinem diuiſibi-
F lem eſſe continuam, hoc iccirco hic patet, qa patuit oẽ di
uiſibile eſſe vnum: non. n. diuiſio cadit in diſcreto, ſm ꝙ
non ex dictis patet, eſt huius conuertens, oẽ videlicet cõ-
tinuum eſſe diuiſibile, qa vt Simplicius addit, hic defini
tio cõtinui eſt ſumpta, et non demõſtrata, ſed in 6°. Phy-
ſic. demõſtratur. Inquit. Quæ igitur magnitudinum ſunt
diuiſibiles, eæ quoq; cõtinuæ ſunt, & hoc patet. At ſi oẽs
etiam continuæ diuiſibiles ſint, nondum ex his quæ nũc
diximus, patet. Melius fortaſſe exponerẽ, ꝙ continuum
eſſe diuiſibile, & diuiſibile eſſe continuum eſt verũ. At di
uiſibile eſſe continuum, & ė cõtra, non patet: & hoc plus
conuenit. Secundum quod patet eſt non dari vltra cor
pus, aliud genus magnitudinis, in qđ corpus ipſum fluẽs
efficiat illud, velut linea fluens facit ſuperficiem, et ſuper-
ficies corpus. Inquit. Rurſus ẽt illud profectò patet nõ eſ
ſe ė corpore in aliud genus defluxum, velut ex linea in ſu
perficiem, & ex ſupficie in corpus, probat hoc enthyme-
maticė ſic, ſi corpus fluens aliud genus efficeret magnitu
dinis, corpus non erit pfecta magnitudo: pbat conſequẽ-
G tiam: quia defluxus fit merito defectionis, vt quia lineæ
deficit latitudo, ideo defluens in latum, ſuperficiẽ efficit,
quia vero ſuperficiei deficit profunditas, idõ fluens in p-
fundũ, corpus facit, pterea hoc idẽ patet p rõnem vlẽm
motus, nam oẽ qđ mouetur, ideo mouetur: quia ſibi qcq̃
deficit, vt illud p motum nanciſcatur. Inquit, nõ talis, pfe
ctò magnitudo adhuc pfecta erit, deducit, quia oportet
vt defluxus fiat pp defectionem, vt patet et generatim et
ſpeciatim. Deſtruit conſequens, & inquit. At pfectũ defe
ctionem habere nequit, quia (vt dictum, eſt) id qđ oĩ ex
parte eſt tale. Sic igitur ex his patet non eſſe aliud genus
magnitudinis in quod fluxit corpus.

Eorum igitur corporum, quæ partis ſubeũt formam, quamuis tale ſit vnũquodque eam ob rationem, videlicet quia omnes habet dimẽſiones: nihilominus tamen quia ad id quod eſt propĩquum tactu definitum eſt: iccirco talium corporum vnumquodque multa quodam mo
H do eſt. At ipſum omne cuius hæc ſunt partes: omni ex parte (velut etiam eius nomen ſignificat) perfectum eſt: & non ex parte quadam ſic, ex parte quadam non.

Expoſitio. Vt dicebatur quarta ſumma erat in probando mun-
dum eſſe perfectum. Et ſuppoſuit ad hoc, corpus eſſe ma
gnitudinem perfectam, & epilogauit quæ patent, quæ ue
poſterius dicentur, nunc vt mihi vr̃, mundi perfectionẽ,
ex dictis nanciſcitur. Vbi debes ſcire duplicem eſſe perfe
duplex corporis expõ ctionem, alteram corporis quo corpus eſt, & hæc eſt ha-
bere tres dimenſiones, & vocatur perfectio ſm rõnem ſi
ue deſfõnem generis. Altera eſt corporis quo tale corpus.

Tunc

A Tunc concludit omne corpus qđ intra cœlum continetur eſſe pfectum p rõnem corporis, quia habet tres dimenſiones, p rõnem vero talis corporis vt quia cõtinetur ab eo corpore qđ eſt circa ipſum, aut quia finitur ad aliud ſibi proximum, imperfectum eſt, at vniuerſum p rõnem generis, vt quia corpus, & p rõnem ſpẽi, vt quia oĩa cõtinet & è nullo continetur, omni ex parte pfectum eſt. Inquit. Eorum igitur corporum, q̃ partis ſubeunt formam, q̃uis tale ſit vnumquodq; ob rõnem atq; defõnem corporis, videlicet quia oẽs habet dimenſiones, nihilominus tñ qa ad id qđ eſt ſibi propinquum tactu definitum eſt, idcircò talium corporum vnumquodq; multa hoc eſt impfectũ eſt. Quo vero ad verba attinet, verbũ illud multa græce eſt πολλα, qđ more Pythagoræ impfectum ſonat etiã, quia ipſe turpe & impfectum multa ſiue polla vocat, & hoc loquendi mõ vtitur nunc Ariſt. Sic igitur vnũqđq; corpus, qđ pars eſt mundi, ea pte qua corpus, p rõnẽ generis pfectum eſt, p rõnem ſpẽi, quia ad aliud finitur, imperfectũ. At ipſum oẽ cuius hæc corpora ſunt partes (velut etiã eius nomẽ ſignificat) oĩ ex parte pfectum eſt, hoc eſt tam rõne generis, q̃ rõne ſpẽi, & non ex parte quadã ſic, vt quia corpus: ex parte quadam non: vt quia finitur: ad aliud, eſt. n. corpus & ad nihil definitum: ideò ſimplr pfectum. Ex his talis emergit ſylls, quod eſt corpus & ad nullum corpus exterius definitum: eſt corpus ſimplr & oĩ ex parte pfectum: vniuerſum eſt corpus & ad nullũ corpus definitum, igitur eſt corpus ſimplr perfectum. B

Expoſitio verborum

Sylls.

De ipſius igitur vniuerſi natura, ſiue magnitudine infinita ſit, ſiue tota mole finita, poſteri⁹ conſiderandum erit.

Expoſitio.

Hactenus q̃ mundus ſit omni ex parte pfectus declarauit, quia oĩa continet, à nullo cõtinetur, ppea dubitauerit quiſpiam rõne Parmenidis, qđ nullo cõtinetur & omnia continet, eſt infinitum. Sed vniuerſum p Ariſt. nullo cõtinetur, & oĩa continet, igitur eſt infinitum, huic nũc quaſi rñdendo inquit. De ipſius igitur vniuerſi nã, ſiue magnitudine infinita, ſiue tota mole finita ſit, poſterius conſiderandum eſt, & ſic rũſionẽ ad tp̃s tranſmittens, excuſat ſe. C Debes ſcire de mundo fuiſſe duas poſitiones, alteram q̃ mũdi ſunt multitudine infiniti, alterã q̃ multitudine ſint finiti: ſed mole infinitus eſt, Ariſt. meminit ſecundę, quia illa poteſt ſequi ex dictis, aliam poſtea diſputabit, & nihil illius meminit, quia non ad dicta ſequitur.

Ratio aduerſa

Quę Auer. Com. 4. Qualis illa ſit Ariſtot.

Quia Auerroes multa circa textũ explicat, aggrediamur nunc quæ ipſe dicit: nam ex ijs multa quæ in textu omiſimus, explanabũtur. Quantum tamen ad primũ dictum quod eſt in textu perſpicuum, omnem magnitudinem diuiſibilem eſſe continuam, ſed omnem continuã eſſe diuiſibilem non eſt manifeſtum. Auer. vult has ambas eſſe manifeſtas, videlicet oẽ diuiſibile eſſe continuũ, & omne continuum diuiſibile, ſed non conuerſiue, quoniam vniuerſalis affirmatiua non cõuertitur in terminis, vt in principiis dicitur: ideo ſi prima ſit hic manifeſta, vt diximus in textu, videlicet omne diuiſibile eſſe cõtinuum: ſequitur hæc quoddam continuum eſt diuiſibile, & non vniuerſaliter, omne continuum eſt diuiſibile: propterea ait Auerroes non eſſe manifeſtam eius conuerſionem. D Ex hoc Auerroes infert non eſſe manifeſtum, omne corpus eſſe diuiſibile omni ex parte: nam ſi non patet omne continuum eſſe diuiſibile, non patet corpus eſſe diuiſibile: propterea ait, id tunc patere cum declaratum eſt nõ dari indiuidualia corpora quæ Democritus conceſſit, quare duo nõ ſunt hic manifeſta, ſed ex ſuppoſitione ſumpta, videlicet omne cõtinuum eſſe diuiſibile, & corpus omne omni ex parte diuiſibile, et certe Auerroes hic laudẽ non paruam meretur. Poſtea quaſi inferens recolligit ipſe, oẽ continuum eſſe diuiſibile, declaratum eſſe in ſexto Phyſicorum: & propterea hic, & in geometria eſt, vt principium: nam geometria eam ſumit, vt principium, naturalis experitur eam probare. A Poſtmodum Auerroes ex textu talem ſumit ſyllogiſmum, perfectum eſt quod non recipit additionem: corpus non recipit additionem, igitur eſt perfectum. Sed dices, ſolus deus non recipit additionem. Dici poteſt q̃ Auerroes ſic intelligit, perfectum eſt quod non recipit additionem ſui generis, modo & ſi corpus recipiat additionem: illa eſt alterius generis à corpore: ſed in ratione ſui generis non recipit illam. Poſtea Auerroes ibi. Vnumquodq;, docet differentiam inter corpora quæ ſunt partes in ſuis formis, ſiue ſuis continentibus: nam continens forma eſt contenti, quarto Phyſicorum: & ipſum vniuerſum, ex eo qa corpora quæ ſunt partes, perfecta ſunt in diſpoſitione perfecti, videlicet per rationem generis, & non ratione ſpeciei, quia ipſa in ratione ſpeciei diminuta ſunt, quia cum tangãt ſuperficies corporum continentium, poſſunt recipere additiones: at vniuerſum, vt dicebatur, eſt perfectum per rationẽ generis, vt quia corpus, & in ratione ſpeciei, quia è nullo continetur, nec contineri eſt aptum, ſed omnia continet. B Ex hoc exponit illa verba, propter quid quodam modo multa corporum vnumquodq; eſt: probat tamen primo corpora plura in eadem ſpecie eſſe, quia ſunt imperfecta, & arguere videtur primo, illa corpora ſunt plura in eadem ſpecie, quæ continentur ab aliquo: at partes contentæ in mundo continentur ab aliquo: igitur plura in eadem ſpecie. Secundo, diminutũ eſt illud ex quo inuenitur plus vno in eadem ſpecie. Corpus particulare eſt diminutum: igitur inuenitur plus vno in eadem ſpecie: probatur minor, quia ſi corpus particulare eſſet perfectum, non inueniretur plus vno in eadem ſpecie, ſicut de mundo dicitur. Sic igitur patet corpora particularia eſſe plura, quia ſunt imperfecta, diminuta, & contenta. Hinc cauſam infert multiplicationis indiuiduorum ſub eadem ſpecie, quia uidelicet eſſe eorum eſt diminutum: cum enim ſit diminutum, nam ſuppleuit in numero, vt ſpecies ſeruaretur ĩ ſua totalitate: verba igitur Ariſtotelis intelliguntur propter quid hoc eſt, quia imperfecta ſunt, quodam modo multa ſunt participatione ſpeciei: hæc Auerroes. C Deinde ibi totus mundus eſt perfectus. Auerroes congregat in mũdo omnes perfectiones: generis quidem, quia eſt corpus: ſpeciei vero, quia non continetur, & quia eſt vnus numero in ſua ſpecie, addit q̃ ſiue ſit finitus ſiue infinitus nihil continet ipſum: ſi quidem infinitus, patet, quia nihil ipm continet: quia extra ipſum nihil eſt, nec uere, nec imaginarie, vt patet per deſcriptionem infiniti. Si vero finitus minime, quia tũc eſſet pars alterius, vt dixit: quare omni ex parte perfectus eſt, & vnus numero in ſua ſpecie. Qua ratione patet totum particulare, vt elementum non ſignificatione perpetua eſſe perfectum, hoc eſt omni ex parte: at mundus ſemper eſt pfectus, & omni ex parte, hæc Auerroes in commento.

Replica. Defenſio.

Dĩa corporum.

Sed circa hæc quærunt, Primo, vtrum imperfectio ſit cauſa multiplicationis ſub eadem ſpecie, et uidetur q̃ nõ, nam phœnix eſt imperfecta, & tamen non eſt multa in ſuis indiuiduis. Secundo, vna eſt terra, & tamen eſt imperfecta. In contrarium eſt Auer. in cõmento. Reſpõdent quidam, q̃ imperfectio accipiendo imperfectionem pro D diminutione atque priuatione alicuius entis in ſpecie vel genere, eſt cauſa multiplicationis ſola indiuiduorum in eadem ſpecie, & hanc aiunt eſſe mẽtem Auerrois. Sed hęc poſitio eſt falſa: quia, ut dicit Auerroes tertio de Anima, commento quinto, quælibet ſubſtantia præter primam eſt imperfecta & compoſita ex potentia & actu: igitur quælibet ſubſtantia eſt multa in ſuis indiuiduis. Secũdo, ſi imperfectio eſt cauſa multiplicationis indiuiduorũ in eadem ſpecie: aut effectrix, aut formalis, aut materialis, aut finalis: & patet nullo horum modorum eſſe cauſam. Propterea dici poteſt, quòd imperfectio nõ eſt cauſa multiplicationis indiuiduorũ, niſi velut cauſa ſine qua non. Vnde cauſa prima, vt materia eſt ipſa materia, vt in multis locis habetur ab Auerroe, cauſa ſine qua non eſt

Prima qõ.

Pria rñſio.

Cõfutatio.

Propria põ

imperfectio, cauſa effectrix p ſe eſt generans, aptum plu-
ra generare in eadem ſpecie, cauſa formalis eſt forma rei,
qa, vt dicitur 2°. de Anima, com. 4°. indiuiduum eſt hoc
propter formam. Formalis, ſine qua non eſt continens.
Sunt. n. conteota in coortinentibus, vt 1o ſpeciebus, cauſa
vt finis eſt eſſe melius, nam eum natura ſemper agat de
poſſibilibus, quod melius eſt. Modo plura eſſe indiuidua
ſub vna ſpecie, qn̄ apta nata ſunt eſſe, eſt melius: igit̄ hoc
eſt cauſa vt finis. Vtrum vero mā ſit cauſa multiplicatio
Solutio rōnum. nis ſola, an vt quanta, alibi quære. Tunc ad rōnes, ad
primam patet ſolutio: eſt. n. phœnix multa in indiuiduis
ſm ſucceſſionem, & hoc ſanis, & de terra ſimiliter, immo
terra continue eſt alia atq; alia, hæc de prima quæſtione.

Secūda qō Quærunt ſecundo, vtrum aliqua ſpecies quanto plura
habet indiuidua, tanto ſit alia pfectior, videtur q̄ noo, qa
vt Auer. inquit, cauſa multiplicationis eſt impfectio: igit̄
ſpecies habēs plura indiuidua eſt noo habente tot impfe-
ctior. In contrarium eſt Auer. q in com. ait, plura indi-
Determiatio qōnis. uidua eſſe data pro ſupplemento, & ita videtur multipli-
catio dicere pfectionem in ſpecie. Quiequid velit qui-
Pria ſuppō dam. Primo debes ſcire, poſſe eſſe aliqd de pfectione alı-
cuius, quod tn̄ procedit ex impfectione illius. Exēplum,
vt ſciētia de nouo aequiſita eſt de pfectione hominis, ſed
de oouo aequiſita eſt propter hominis impfectiooem.
Secunda: Secuodo, debes ſcire duplicem eſſe alicuius pfectionem,
Tertia. videlicet p accidens, & p ſe. Tertio, debes ſcire, q̄ quæ-
dam eſt ſpecies prædicamentalis, vt illa quæ actu vel po-
teſtate continet plura iodiuidua, quædam æquoce dicta,
vt ſpecies cuius indiuiduum eſt æternum, ijs declaratis.
Dico primo, q̄ io ſpecie cuius indiuiduum eſt æternum,
eſſet de impfectione habere plura indiuidua, & ppter im
Cōclō pria pfectionem. Dico ſecundo, in ſpecie cuius indiuidua ſunt
Secunda. vel poſſunt eſſe multa, plura habere indiuidua eſt de pfe-
ctione non eſſentiali, ſed accidētali, & propter impfectio
nem accn̄talem, patet ex dictis. Dico tertio, q̄ habere
Tertia. plura idiuidua, nec eſt de pfectiooe eſſentiali, nec propter
impfectionem eſſentialem: & hæc ſunt pro mente Auer.
& tollitur cōtradictio, hæc de ſecunda quæſtiooe.

**At nunc de partibus ipſius per ſpeciem dica G
mus, hinc exordio ſumpto: omnia nanq; corpo
ra naturalia, atq; magnitudines, per ſe mobiles
loco dicimus eſſe: naturam enim principium
ipſis inſertum eſſe fatemur.**

Erat (vt dicebat Auer.) ſumma quarta in demonſtran
Expoſitio do cœlum eſſe corpus ſimplex, rotundum, conſimilis nāq;
cuilibet corpoꝝ ſimplicium, quæ recto mouentur motu:
hacten⁹ igitur de tertia, q̄ videlicet mundus eſt pfectus,
& de quarta aggreditur. Præſupponit tn̄ iotentionem, &
inquit. At nunc de partibus ipſius vniuerſi p ſpeciem di-
camus. Sed quo ad verba attinet, verbū illud kataidos
expoſitor forte auctoritate Simplicij exponit ſm ſpeciē r
ſunt. n. ptes vniuerſi duplices ſm ſpeciem ſiue ſm formā,
vt elementa quatuor & cœlum, quæ ideo ſm formā ſunt,
qa ſunt de eſſentiali cœli conſtitutione, ſunt & ſm mate-
riam, vt miſta, quæ ideo ſm mām ſunt, qa fluūt & reflu-
unt, tunc eſt ſenſus, q̄ vult dicere de ptibus ſm formam,
& noo ſm materiam, qa de quatuor elementis, & cœlo,
& tunc iuxta hoc, non tm̄ Ariſt. præſupponit intentionē
præſentis ſummæ quartę, ſed totius libri cœli, & videtur
rationabile, qa quę dixit hacteous, ſunt quaſi extrinſeca à
cœlo. Poteſt etiam intelligi, vt diximus p ſpeciem, qa
hactenus in libro Phyſic. dictum eſt de partibus cœli per
rationem generalem, & hic de his vult dicere p ſpeciem.
Sed quomodocunq; ſit, ſumit p declaratione ſui propoſi
ti quædam vt ſuppoſitiones: & hæc vt ſtudioſus mathe-
maticæ. Et inquit, omnia nanq; corpora naturalia, atque
magnitudioes per ſe mobiles ſunt in loco. Syllogizat hoc
omnia quæ naturā hn̄t, ſunt p ſe mobilia ſm locum, phy
ſica corpora & magnitudines naturam habēt, igitur p ſe

E mobilia ſm locum. Quo vero ad verba attinet, dixit Pria expō.
corpora naturalia, qa Platonici poſuerunt etiam corpora
dæmonica, & alia id gen⁹, dixit corpora et magnitudines
vt expoſitor ait, amplectendo etiam lineam & ſupficiem
quæ moueotur vt termini corpoꝝ naturalium. Sed hoc
non placet, quia dixit corpa & magnitudines p ſe moue-
ri, modo tales non p ſe mouentur. Melius igitur p corpo- Scda expō
ra elementa intelligit, & p magnitudines cœlos ipſos, qui
ſunt quaſi ſimplices magnitudines, dixit quæcunq; nām
hn̄t, ſunt p ſe mobilia in loco, qa latio eſt prim⁹ motuū, &
nihil pōt moueri aliquo motu, qn latione moueatur.

**Inſuper etiam omnis motus, qui per locum
eſt, quem lationem appellamus: aut rectus eſt,
aut circularis, aut ex ijs miſtus. Simplices enim
ij duo ſunt ſoli, ppterea q̄ & magnitudines hę
ſolum ſimplices ſunt, recta & circularis: circula
ris quidem profecto is eſt, qui circa medium fit:
rectus vero quo ſurſum atq; deorſum itur. At-
F que eo ſurſum ire dico, quo è medio pergitur:
eo autem deorſum quo ad medium ibitur.**

Secunda ſuppoſitio omnis motus q p locum eſt, quem Expoſitio.
lationē vocamus, aut rectus eſt, aut circularis, aut ex ijs
miſtus, vt motus obliquus coꝝ quæ hac illac feruntur: di
xit qui p locum eſt, ad excludeodum cæteros motus, vi-
delicet alterationem & auctionem, quoꝝ nullus eſt rect⁹
aut circularis, aut ex ijs miſtus. Adiecit quē, lationem ap
pellamus, propter coodēſationem & rarefactionem: q lo
cales motus ſunt: ſed non lationes: hæc eſt ſecunda ſuppo
ſitio. hanc ſuppoſitionē probat, quot ſuot ſimplices ma-
goitudines, tot ſunt lationes ſimplices, vt duæ ſunt ſim-
plices magnitudines, videlicet recta & circularis. Igitur
duæ lationes ſimplices, recta videlicet & circularis. Ma-
ior eſt pſpicua, qa lationes ſpecificantur à locis: vt cæteri
motus à ſuis terminis. Minor vero eſt ſuppoſitio mathe-
maticoꝝ. Deinde declarat ſuppoſitionem exponendo
mēbra diuiſionis, & inqt, circularis qdem profecto is eſt,
q circa medium fit: & vt addit expoſitor p medium intel
ligit medium mundi: nam rota molēdini circa mediū fer
tur, & non circulariter mouetur, ſed motu compoſito ex
eleuatione & depreſſione: rect⁹ vero duplex, quo ſurſum
itur, vt et ille leuium, atq; deorſum vt ille grauium. expo
nit autem quid p ire ſurſum, q̄due p ire deorſum intelligit
& inqt, atq; eo ire ſurſum dico, quo è medio pgitur: eo au
tem deorſum, quo ad medium ibitur. Sed dices, cur nō Dubitatio.
dixit eo ire ſurſum quo ad concauum itur, eo deorſum, q̄ Solutio.
è concauo. Dici pōt qa nondum patet eſſe cœlum conca-
uum, ideo pnotius deſcripſit. Hæc eſt declaratio craſſa ſe
cundæ ſuppoſitionis.

Auerroes com. 5°. multa pulchra declarat, ex quibus Quę Auer. Com. 5.
multa occulta in textu exponeotur, & primo declarat or
dinem dicendoꝝ, & inqt Ariſt. velle determinare de par
tibus vniuerſi incipiēdo primo à nobiliori & primo cor-
pore, videlicet cęlo, de quo determināndo, incipiet primo
declarare ea, è qbus natura ipſi⁹ apparet, videlicet de mo-
tu ſimplici: hic eſt ordo, & hęc eſt intentio. Sed aliquis Ordo intētionis.
obijciet, nam nulla ſcientia probat ſuum ſubiectum eſſe,
H nec ſpecies ſui ſubti, ut 1°. Phyſi. com. 83°. et 82°. com. 2°.
& 26°. dictum eſt: & 2°. de Anima, com. 27°. Modo cœ-
lum eſt ſubm hic, aut ſaltem præcipua ſubti ſpecies. Cui Obiectio.
reſpondens, inqt: eſſe. n. eius eſt ſenſile p ſe, quaſi velit, eē, Reſpōſio.
poſſe ſumi dupl'r, vno modo abſolute, videlicet vt termi
nat quæſtionem an eſt, & ſic cœlum eē eſt manifeſtū ſen-
ſu, qm̄ ſenſibus noſtris ſubiacet, ſaltem propter eius acci-
dentia ppria, vt p motum & lumen. Alio modo ſumitur
pro eo è quo eēntia ſumitur, & ſic quæritur, & ita eius eē
ſe vno modo eſt præcognitum, alio vero quęſitum. Se-
cūdo Auer. declarat qualis ſit hęc ppoſitio Ariſt. omnia Qualis ppō Ariſtot.
corpora nālia ſunt p ſe mobilia ſm locum, & vult hoc eē
p ſe principium, et quaſi ſuppoſitio p ſe manifeſta, vt per

principium

ꝓncipium qđ eſt in eis, uidelicet nãm quę ē ꝑ ſe manifeſta. A
Entia.n.naturalia non dicuntur nãlia niſi ꝓpter nãm eſſe
principium motus localis eſt ꝑ ſe manifeſtum, & ſic hæc
Digreſsio, à qõ Auer. de mã cęli. eſt ſuppoſitio ꝑ ſe manifeſta. Digredit̃ vero Auer. ibi,
Sed in hoc eſt qõ non parua. Ad cuius euidẽtiam Auer.
ſumit ꝓpoſitiones, ē qbus ſeqtur qõ. Prima ꝓpoſitio, na-
tura eſt prĩcipium ꝑ quod mouet̃, vel qeſcit res ꝑ ſe, vt in
definitione illius patet. Secunda, nã prius de forma dr̃, q̃
de mã. Tertia, nãm eſſe in nãlibus eſt ꝑ ſe notum, & mo-
tum eſſe aliud à motore eſt ēt ꝑ ſe notũ. Ex ĳs infert cœlũ
hẽre motorẽ ꝑ ſe aliũ à moto, qa oẽ quod mouet̃ ꝑ ſe & à
ſe hẽt motorem alium à moto, cœlũ mouetur ꝑ ſe, igitur
habet motorem alium à moto, cæteræ ꝓpoſitiones præ-
ter vltimã ad hunc ſyllogiſmum non ſunt vtiles, ſed ſunt
additæ ꝑ declaratione terminoꝝ. Tunc ſeqtur cęlum eſſe
cõpoſitum ex mã & forma, ſ. motore q eſt forma, & mo-
to quod eſt mã, & ita gñabile & corruptibile, & hæc eſt
Pria rñſio. quęſtio. Et ſi poſuerimus. Hic Auer. rñdet ſm aliquos,
dicendo cœlum cõponi ex mã & forma, ſed forma illius
Cõfutatio. eſt ſeparata à mã cœli, et non depẽdet à cęlo. Contra ob- B
ĳcit, qa tunc nã cœli quod mouetur, non differt à nã alte-
rius moti: nam oẽ quod differt nãliter ab alio, differt ab il
lo ꝑ ſuam formam, quæ eſt ꝑ ſe intrinſeca & non ſeparata
ab illo. Forma.n. ſeparata non eſt nã, & ita ꝑ illã nihil põt
Scđa rñſio. differre nãliter ab aliquo. Non eſt ergo. Secunda rñſio
eſſe põt, ꝙ in cœlo eſt forma ſeparata, quæ mouet ipſum.
Tertia reſponſio. Tertia, ꝙ citra intellectũ in cęlo eſt nãlis q̃dam forma, à
qua cęlũ cõponit̃, & qua dr̃ motꝰ nãlis, vt ponit Auic. o-
pinat̃.n. vltra intelligẽtiam in cęlo eſſe formã nãlem, qua
cœlũ dr̃ neq; graue, neq; leue, quẽadmodum ignis ꝑ ſuã
Cõfutatio primæ. formã dr̃ leuis, terrã ꝑ ſuã grauis, & ſic in cæteris. Contra
ĳcit Auer. et primo contra primã, & inqt: forma.n. ab
ſtracta non ſignificat nãm alicuius corporis: nã.n. de nul-
la forma abſtracta dici põt, qa natura ꝑ ſe ineſt enti nãli.
Cõfutatio ſecundæ. Contra ſecundam vero, qa tunc cœlum eẽt compoſitum
ex materia & illa forma nãls, & ita eſſet in eo potẽtia cor-
ruptionis, vtpote mã, quod deſtruetur poſtea. Et cum
ita ſit. Rñdet & concedit cœlum eſſe compoſitũ ex mã et
Reſponſio Auer. forma ſeparata, ſed vult motum nõ eſſe nãlem ꝑ illam for
mam ſeparatam, ſed à principio paſſiuo, & ita diuerſabũ C
tur nãæ reꝝ quæ mouentur, non quidem ſimplr̃, ſed paſ-
ſiue tm̃: & addit Auer. hanc quæſtionẽ eſſe magnã, qa fa
cit opinari cœlum cõponi ex mã & forma, qua cœlũ non
Obiectio. ſit graue, nec leue. Sed dices, tunc nã dicetur de nã cęli.
Reſpõſio. Rñdet, ꝙ dicitur hoc nomen nã de illa cęli, & hac reꝝ ge-
nerabilium, ęquoce & non vniuoce: æterno.n. & gñabi-
Dubitatio. li nihil eſt rõne vniuocum. Sed ambiges, qa vr̃ vtraq;
nã vniuoce dicta, qa vtraq; eſt potẽtia & principiũ paſſi
Rñſio. uum motus. Dici põt, vt diſputabit̃ poſtea, utrãq; dici
vniuoce in rõne metaphyſica, quæ eſt rõ potẽtiæ & prin
cipĳ: non aũt in rõne phyſica, quæ eſt rõ potentiæ tranſ-
mutabilis: ſed de his poſtea. Aut dicamus. Aliter rñdet
Scđa rñſio Auer. Auer. vbi primo debes ſcire apud Auer. formas eſſe ĩ du
plici drĩa: aliquas quę ꝑ ſubm̃ conſtituuntur, velut illæ q̃
dependent in eſſe, et conſeruatione à ſubiecto in quo ſunt
aliquæ quæ ſubiectum in quo ſunt, cõſtituunt ꝓbendo il
li eſſe, & accidentia propria illi, vt motum, & figuram, et
cætera id genus, colligitur hæc diſtinctio pluribus locis,
maxime in libro de Subſtantia orbis. Secundo, debes D
ſcire, ꝙ quemadmodum rationalis anima poteſt duplici-
ter cõſiderari apud latinos ſm gradum ſenſitiuum, & ſm
gradum intellectiuum, ſic quælibet cœli intelligentia põt
conſiderari ſm gradum intellectiuum, & eſſe intentiona-
le, & ſm gradum quo ſunt animæ cœloꝝ, & eſſe reale: &
vt anima rõnalis ſm gradum ſenſitiuum eſt forma homi
nis, et compꝛ̃henſa à corpore ſm gradum intellectus eſt ſe
parata & non à corpore cõprehenſa: ſic quælibet intelli-
gentia ſm eſſe reale, & eſſe aĩæ, cœlum cõſtituit in eſſe, &
accñtibus propriĳs illi. Secũdum vero eſſe intellectiuum
& intentionale, nullius corporis actus eſt, ſed eſt ꝓximæ
intelligentiæ forma, ſupꝛioris autem mã. Tunc ad quæ
A ſtionem dici põt intelligẽtiã eſſe cœli formam ſm eſſe rea
le, quo cœlum conſtituit in eſſe & ꝓpriĳs accñtibus, vide
licet figura & motu, & ſic maior eſt falſa: non.n. oẽs for-
mæ, qbus corpora differunt in motu, ſunt veræ formæ il
loꝝ, ſed ſat eſt eas eſſe formas conſtituentes corpora in eſ
ſe, & hoc inquit, aut dicamus ꝙ formæ abſtractę, vt ſunt
formæ abſtractæ, hoc eſt vt non dependent à ſubto, iĩna
tę ſunt conſtituere illud quod ab eis mouetur in eſſe cor-
poris cœleſtis, & rotundum, & ita quo ad eorum eſſe rea
le, corpus cœleſte conſtituunt in eſſe ſpecifico, & accñti-
bus propriĳs illi, velut forma ignis facit ignem, & omnia
ſibi accñtia. Sed dices, tunc intelligentia eſſet nã, rñdet Obiectio.
& concedit nãm dici de hac forma, vt de formis gñabiliũ Reſpõſio.
replicabis: igitur cęlum cõponitur ex mã & forma, et nã.
ſi quidem illa forma eſt nã. Rñdet & inquit, et quocum Refutatio. Rñſio.
que modo ſit non oportet intelligere de natura, quæ non
eſt grauis neq; leuis, niſi nãm corpis ſimplicis, & non na-
turam corporis compoſiti ex vera mã & vera forma, &
ita intelligentia eſt nã æquiuoce, & non vniuoce, hæc de
B ſecunda rñdit, addit ꝙ ſecunda rñſio eſt manifeſtior, licet
ſint vicinę, quod ideo ſunt vicinæ, quia ambæ renent cœ
lum non componi ex vera mã et vera forma, Sed ex natu
ra æquiuoce dictis. Et non eſt exiſtimandum: hæc eſt Scđa dubõ Auer.
ſecunda digreſſiuncula, vbi Auerroes ſoluit quęſtionem
tacitam: dicit.n. Ariſtot. motus ſimplices eſſe duos, quia
magnitudines ſunt duæ. Ideo quærit quid ꝑ magnitudi-
nes velit Ariſtot. Reſpondet, ꝙ diuiſio motus põt ſu- Reſpõſio.
mi penes magnitudines ſupra quibus ſit motus, & penes
magnitudines quæ mouentur, hoc eſt ipſa mobilia: reſpõ
det itaq;, ꝙ diuiſio motus non eſt penes magnitudines ſu
pra quibus fit motus, ſed penes magnitudines quę mouẽ
tur: cum.n. ipſum mobile quod mouetur ſit aut rectum,
aut orbiculare, ideo motus eſt aut rectuſ, aut circularis:
non enim datur tertia dimenſio ſimplex, ideo nec tertius
motus ſimplex. Sed contra, quia non ſemper res mota Obiectio.
eſt figurata: nam mathematici aſſerunt punctum moue- Rñſio.
ri, & lineam facere per ſui motum: propter hoc addit eſſe
in ſexto Phyſicor. dictum, omne quod mouetur eſſe cor-
pus, & ita omne motum habet aliquam figuram. Di- Tertia dubitatio.
C xit quaſi hoc, hic poteſt ſignari quaſi tertia digreſſiuncu-
la, et eſt propter quid Ariſtoteles circularem motum de-
ſcribit per medium terminatũ, hoc eſt per medium mun Rñſio.
di, quod eſt vnũ numero & ſpecie. Reſpondet, qa mo-
tus circularis eſt natura terminatus, hoc eſt unius ſpẽi, qa
eſt circa medium vnum tm̃. Sed dices contra, qa motus Obiectio.
circularis epicycli & eccẽtrici ſunt naturales, & non ſunt
circa vnũ medium, nec circa medium mundi. Reſpon
det, ꝙ tales motus nõ ſunt naturales, qa non ſunt circa cẽ
trum terminatum & vnius ſpẽi. Propterea negandi ſunt
epicycli & eccentrici, quos Ptolomæus in libro magnæ
conſtructionis ponit. Debes ſcire, ꝙ motus vnus ſpe
cie eſt ratione vnitatis medĳ & mobilis, vt ſecundo huꝰ,
comment. 49°. dicetur: ꝓpterea ſi darentur eccentrici &
epicycli, motus cœlorũ non eẽnt vnius ſpeciei, ſed de hac
quæſtione aliàs dicemus. Sed circa hęc dubitatur, prĩo Dubõnes. Pria dubitatio.
ſi elementa ſunt recta, aut circularia: videtur.n. quod ſint
circularia: igitur et motus eorum eſſe debet circularis. Di
ci poteſt, vt ſecundo huius colligitur, com. 108°. elñta eſſe
D nãliter figurę rectę, veꝝ naturalr̃ tale põt eſſe, aut eẽntia-
liter, vt riſibile homini, aut nãliter accidentalr̃, vt motus
deorſum terræ. Figura igitur recta eſt naturalis, elemen-
tis, ſed accidentaliter, propterea ab eis ſeparabilis, ſed de
hoc in ſecundo dicemus. Secundo dubitari poteſt, an
motus cœli ſit naturalis. Dici poteſt motum cœli eſſe per Solutio. Scđa dõ.
ſe animalem, ęquoce naturalem: animalem qdem ꝑ ſe, qa Solutio.
aĩæ tm̃, naturalẽ vero æquiuoce, qa & forma, & mã ęqui
uocè dicuntur naturæ. Tertio dubitant an motus cœli Tertia dubitatio.
ſit ſimplex, & vr̃ ꝙ nõ, quia motus lunæ compoſitus eſt Solutio.
ex acceſſu & receſſu, ex veloci et tardo. Dici põt breui
ter motũ ſimplicẽ eſſe aut ſimplicitate generis, & ſic duo
ſunt rectus & circularis, quilibet.n. horum ſimplex eſt,

quia

quia nullus ex recto & circulari compoſitus. Aut ſimplicitate ſpẽi, vt motus ſurſum & deorſum, & ẽt horum qlibet ſimplex eſt, quia nullus acceſſu & receſſu cõſtat. Tũc dico, ꝙ licet luna accedat ad nos vt qñ eſt in inferiori parte epicycli, & recedat, qñ eſt in ſupiori, non tñ mouetur motu compoſito, quia nõ compoſitus, ex motu deorſum & motu ſurſum, neq; ex recto & circulari, nõ.n. quilibet acceſſus ad nos eſt motus deorſum, ſed acceſſus infra orbẽ lunarem, nec quilibet receſſus à nobis eſt, motus ſurſum, ſed receſſus infra lunarem orbem.

Quare lationem omnem ſimplicem aliam è medio, aliã ad medium, aliam circa medium eſſe neceſſe eſt. Et videtur hoc ſequi ea cum ratione quæ in initio dicebatur. Nam & corpus tribus conſtat, & ipſius etiam motus.

Expoſitio. Dictum eſt oẽm lationem ſimplicem eſſe aut rectam, aut circularem, & rectã vlterius duplicem, videlicet aut è medio vt leuium, aut ad medium, videlicet grauiũ, hinc infert eſſe tres lationes ſimplices, aliam è medio, corporũ videlicet leuium, aliam ad medium, corporum grauium, aliam circa medium, corporũ neq; grauium neq; leuiũ, videlicet cœli. Et licet hoc ex nunc dictis ſequatur, tamẽ probat ipſum eadem ratione, qua numerum dimenſionũ nanciſcebatur, & inquit. Et vr̃ hoc ſequi ea cum ratione quæ in initio dicebatur, nam & corpus tribus conſtabat, & ipſius ẽt corporis motus conſtare debet tribus. Vt.n. corpus trib9 conſtare debet, qa numerus trinarius eſt nũs pfectus, ita motus corporis debẽt eſſe tres per hanc eandem rationem. Quibus patet hoc quod hic dixit Ariſtoteles, non eſſe niſi ſecundam ſuppoſitionem, licet alio modo conſtitutam.

Quæ auer. com. 6. Queſtio. Reſpõſio. Auerroes aũt verbis ſuis hic ſoluit qõnem non leuem, nã dici poſſet vt rectus mot9 eſt duplex, uidelicet è medio & ad mediũ, ſic & circularis eſſe debet duplex, & ita erũt quatuor, Rñdet his verbis, hoc autẽ non vr̃ in circulari, circularis.n. non contrariatur circulari, & ita erit vnus vnius ſpẽi tm̃, quare duo recti & vnus circularis, & per conſequens tres, hæc ex commento. Dubitatio. Solutio. Sed adhuc dubitabis, nonne motus Lunæ differt ſpẽi à motu Mercurij, vr̃ enim ꝙ ſic, vt mobile differt à mobili & motor à motore, & ita erunt plures. Dici põt vt Auerro. ſecundo huius, Com. 49. ꝙ oẽs motus cœlorum ſunt eiuſdem ſpẽi, qa oẽs ſunt circa idẽ mediũ numero, ſed de hoc poſtea.

Cum autem corporum alia ſimplicia, alia ex ijs compoſita ſint (dico ſimplicia ea quæ motus principium habẽt ſm naturam. Vt ignẽ & terrã & ſpecies, id genus, atq; ea quę ſunt ijs propinqua:) iure motus alios ſimplices: alios quodam modo miſtos eſſe neceſſe eſt: ſimplicium quidẽ ſimplices: compoſitorum autem miſtos: moueri tamen à ſimplici prædominante.

Expoſitio. Poteſt fortaſſe eſſe ratio proximæ ſuppoſitionis, & fortaſſe eſt tertia ſuppoſitio, videlicet ꝙ motus ſint duplices & ſimplices, & miſti, & ſimplices ſimplicium corporum miſtos vero compoſitorum. Hęc.n. eſt tertia ſuppoſitio, nanciſcitur autẽ hanc ex diuiſione corporum, & inquit. Cum aũt corporum alia ſimplicia, alia ex ijs compoſita ſint, exponit terminos dicens, dico ſimplicia ea quæ motus principium habent naturale, vt ignem & terram & ſpecies id genus, aerem & aquam, atq; ea q̃ ſunt ijs ꝓpinqua, uidelicet miſta impfecta, uidelicet pluuia, grãdo, nix, & id genus, aut per propinqua intelligit ſi eſſent alia ſimplicia vltra illa quatuor, ſumpto toto hoc vt añte. Infert conſequens, & inquit, iure motus alios ſimplices, alios quodãmodo miſtos eſſe neceſſe eſt, ſimplicium quidem ſimplices, compoſitorũ aũt miſtos, dixit mixtos quodãmodo, quia in motibus nõ eſt vera compõ, ſed metapho-

E rica, rõne ſubiecti. Obiectio. Solutio. Sed dices, igitur corpus miſtum non mouetur, quia cõponitur ex principijs contrarijs, ad hoc ſoluens addit moueri, tñ à ſimplici prædominante, & ita licet motus ſit miſtus, vergit tñ eam ad partem ad quam prædominans elementũ trahit. Hinc forſitan hæc tertia ſuppoſitio habetur ꝙ ſimplicis corporis motus eſt ſimplex, miſti miſtus, licet ſm prædominans.

Quę Auer. Cõmen. 7. Auerroes aũt textum hunc introducit Ariſtotelem in proximis non probaſſe diuiſionẽ illam motus, ſed nunc eam ex diuiſione corporum demonſtrare, & põt hæc expoſitio (vt dixi) conuenire. Vlterius declarat dr̃iam inter corpus ſimplex & compoſitum, poſſet.n. rõnabilr̃ dubitari, nam Ariſt. diffinit ſimplex ſic, qd' habet ṗncipiũ motus nãle, modo ẽt miſtum habet principiũ motus nãle. Iõ rñdit Auerroes & non eſt qõ, quia deſcriptio corpis cõpoſiti eſt intellecta ex eo, quia habet plura principia vno, & ita ſimplex corpus eſt, qd' motus nãlis vnum & ſimplex habet nãle principiũ. Miſtum qd' habet plura vno, mouetur tñ a prædominante. Replica. Sed dices elm̃tum habet ẽt duo principia motus, actiuũ videlicet formam, & paſ-

F ſiuum, videlicet mãm, igr̃ eſt miſtus eius motus. Dici põt eſſe ſic intelligendum ſimplex corpus eſt, qd' vnum principiũ nãle habet motus vnius rõnis. Rñſio. Licet elm̃tum habet plura, illa ſunt alterius rõnis, quia vnũ eſt actiuum, aliud paſſiuum. Tertio Auerroes ſoluit ex lr̃a aliam dubõnẽ nam ad ſenſum vr̃, multa miſta moueri motu æquali & ſimplici, puta recto, vt lapis, & pluuia, & id genus. Igitur ita põt exiſtimari de elm̃tis ꝙ ſint miſta, & motu moueantur ſimplici, ꝑꝑ hoc Ariſt. ſubiecit compoſitorum autem miſtos, moueri tñ à ſimplici prædominante, & ita velle vr̃ Auerroes motum corporis miſti eſſe miſtum, denominari tñ à prędominante. Debes ſcire ꝙ compoſitio in motu (vt inquit Auerroes in Lib. de Subã orbis) accidit ꝑꝑ dr̃iam principiorum mouẽtium, vt in aĩali euenit. Nã corporis eius grauitas principium eſt motus deorſum, aĩa autem motus circularis, oĩs.n. aĩa quatenus aĩa ſuapte natura mouet in orbẽ, ẽt quia hæc principia ſunt contraria, fit vt motus aĩalis nec rectus ſit, nec circularis, & ita miſtus ex vtroq;, qui vocatur progreſſiuus ab Ariſtotele I libro

G de cauſa motuum aĩalium, quare motus ſimplex erit per carentiam principiorum diuerſorum, & ita oẽ qd' mouetᷣ motu ſimplici, eſt corpus ſimplex, & qd' mouetur motu miſto, eſt corpus miſtum. Obiectio. An detᷣ miſtũ æquale ad pondus. Sed obijciet quis non ſemꝑ miſtum moueri à prædominante elm̃to, quia datur miſtũ quoddam qd' à medicis dr̃ æquale ad pondus, eo quia in illo ſunt elm̃ta quo ad eorum motiuas qualitates ęqualia. Obijcit huic Auerroes ſupplendo Ariſtoteli, & inquit, impoſſe.n. eſt in corporibus compoſitis aliqua componi æqualr̃, vt nos poſteà declarabimus, & nunc declarat aliquantulum, nam ſi tale corpus eſſet, aut moueretur, aut ſtaret, non eſt dicendum ꝙ mouetur, quia cum in cæteris elementis habet reſiſtentiam, moueretur ꝑ quamlibet regionem elm̃torum, & nullibi ſtaret, & ſi ſtaret non niſi in medio elementorum, hoc aũt eſt conſenſum, & ita breuiter ſi tale corpus eſſet, ſtaret in medio elementorum, & moueretur in cæteris regionibus, quod eſt conſenſum.

Obiectio. Reſpõſio. Sed dices lignum & oleum ſtant in medio elementorum, igitur illud inconueniens non eſt contra ſenſum. Dici poteſt ꝙ impoſſibile & contra ſenſum eſt vt aliquod cor-

H pus ſit mobile in qualibet regione alterius, & quieſcat in medio. Modo licet oleum & lignum ſtent in medio, non mouentur in regione cuiuslibet, lignum enim vel oleum poſitum in centro non aſcenderet. Aut forte impoſſibile Auerrois eſt, quia ſi tale æquale eſſet, non moueretur penitus, ſed ſemper quieſceret in medio, quia ſi moueretur vel motu plurium, vel vnius, non plurium, quia ſic ſurſum & deorſum, non vnius, quia non magis motu vnius quàm alterius. Sed de hac materia quære Auerroem decimo Metaphyſicæ, Comment. 23. & 2° de Generatione. Comment. 48. & 4° Meteo. Comment. decimo. & 3° huius Comment. 48. & 2° colliget. capite vltimo, nec

volo

volo aliter materiam hanc diſputare nunc, cùm ſit ad medicos attinens.

Prima qō. Prima pō Simplicij.

Sed circa hæc quærunt an ſit motus aliquis ſimplex, & videtur ꝙ non, quia quilibet eſt quantus ex duabus medietatibus cōſtitutus, igitur quilibet eſt compoſitus. Reſpondere videtur hic Simplicius motum ſimplicem eſſe eum, qui ſupra ſpatio ſit ſimplici, videtur autem Simplicius hanc poſitionem ex verbis Ariſtotelis colligere, inquit enim: ſimplices enim hi duo ſoli ſunt, ꝓpterea ꝙ & magnitudines hæ ſolum ſimplices ſunt, recta & circularis. Modo per magnitudinem vbique Ariſtoteles ſpatium intelligit.

Cōfutatio.

Sed hæc poſitio ſtare non poteſt, quia tunc motus corporis grauis qui fieret per lineam trāſuerſalem rectam eſſet ſimplex, quia ſupra linea ſit ſimplici. Similiter motus molæ circularis eſſet ſimplex, quia ſit ſuper lineam ſimplicem.

Pō Auer.

Auerroes autem Commento ſexto velle videtur motum ſimplicem eſſe, cuius mobile ſimplex eſt, & ſic per magnitudines, non ſpatia intelligit, ſed mobilia, quæ quia duo tantum ſunt, ideo & motus ſimplices tantum duo ſunt, & ſic velle videtur ſimplicem motum eſſe eum, cuius mobile eſt ſimplex, hæc autem poſitio ex verbis colligitur Ariſtot. Inquit enim ſimplicium quidem ſimplices, compoſitorum autem miſtos eſſe neceſſe eſt.

Cōfutatio.

Sed hæc poſitio ſic nudè intellecta videtur falſa, primò, quia motus elementi eſt ſimplex, & tamen elementum eſt compoſitum ex materia & forma, ſecundò poteſt elementum ſimplex moueri motu miſto, vt gleba violenter motu gitatiuo, vbi motus eſſet miſtus, & id quod mouetur ſimplex.

Pō Ioan.

Ioannes aliquantulum addens & defendens poſitionem Auerrois, velle videtur motum eſſe ſimplicem quoties mobile eſt ſimplex non moueri aptum niſi illo motu, & non illi contrario, et ſic velle videtur motum eſſe ſimplicē per hoc quod mobile caret principijs contrarijs motuum.

Defenſio Auerro.

Et per hoc poteſt dici ad primum contra Auerroem ꝙ elementum eſt ſimplex per carentiam contrariorum principiorum. Secundò licet elementum poſſit moueri motu miſto, nō tamen eſt moueri aptum motu miſto. Et propterea ille motus non eſt ſimplex, quia eſt quaſi à contrarijs principijs vt à virtute pellente, & à forma elementi pulſi.

Cōfutatio.

Sed hæc poſitio non valet, nam licet motus ſimplex eſſe non poſſit niſi illius ſubiectum ſit ſimplex, tamen motus non eſt formaliter ſimplex ſimplicitate ſubiecti, ſed cauſaliter ſimplex ob ſubiectum.

Pō Alberti de Sax.

Albertus vero ait motum eſſe ſimplicem, eò quia ſit per lineam breuiorem ad medium vel à medio, & hoc in motu recto. In circulari uero, motus ſimplex eſt, qui per lineam ſit circularem circa medium mundi.

Cōfutatio.

Sed hæc poſitio eſt diminuta, quia vt duplex eſt motus & rectus & circularis, & rectus aut à medio aut ad medium, ita duplex eſt ſimplicitas, & hanc non explicat Albertus.

Propria pō

Poteſt igitur dici ꝙ duplex eſt ſimplex ſecundum genus & ſecundum ſpeciem, ſecundum genus motus ſimplex eſt, qui non eſt compoſitus ex circulari & recto. & tunc rectè dicit circularem ſimplicem eſſe, qui ſit per lineam circularem circa mediū mundi, Simplicem vero rectum eſſe qui ſit per lineam rectam & non circa medium mundi.

Defenſio Simplicij.

Et quantum ad hoc bene ait Simplicius, ſimplices motus eſſe propter ſimplicia ſpatia, loquitur enim de ſimplicitate ſecūdum genus, & tunc ad rationes contra ipſum, ad primam cōcederem illum motum grauis corporis ſuper lineam trāſuerſalem eſſe ſimplicem ſimplicitate generis, hoc eſt non compoſitum ex recto & circulari, licet ſit compoſitus ſecundum ſpeciem, quia ex aſcenſu & deſcenſu. Et ad ſecundum dic ſimiliter, eſt enim motus ille ſimplex ſecūdum genus, quia non compoſitus ex recto & circulari, non tamē ſimplex ſecundum ſpeciem, quia compoſitus ex aſcenſu & deſcenſu. Et additur circa medium, quia motus rotæ non eſt circularis, non enim ſit circa medium mundi. Simplex vero ſecundum ſpeciem eſt qui non componitur ex motu ſurſum & motu deorſum, & ſic bene ait Albertus, ꝙ

A ſit ille qui ſit per lineam breuiorem à medio uel ad mediū mundi, & ſic ſequitur quòd motus rotæ non eſt ſimplex, nec motus factus ſuper lineam tranſuerſalem, hæc de motu ſimplici.

Si igitur eſt motus ſimplex, & circularis ſimplex eſt, atq; corporis ſimplicis ſimplex eſt motus, & mot⁹ ſimplex corpis eſt ſimplicis: (cōpoſiti nanq; à prædominante ſimplici eſt,) ſimplex eſſe aliquod corpus profectò neceſſe eſt: quod quidem ſit aptum circulari motu ſuapte natura ferri.

Expoſitio.

Hactenus ſuppoſitiones tres ſumpſit, nunc ex illis cōcludit eſſe corpus quintum aliud ab elementis, vtitur aūt de dictis ſuppoſitionibus duabus, addit tñ vnam, quam nō accepit, licet poſſit ex dictis intelligi, & has tres ſumit vt antecedens, & corpus quintū vt conſequens, & inqt. Si igitur eſt motus ſimplex, hæc ſuppoſitio non fuit inter illas ſumpta, ſed hæc nūc additur, & circularis motus eſt
B ſimplex, hæc fuit ſecunda ſuppō, vel illius pars, atq; corporis ſimplicis ſimplex eſt motus, & è contra hęc fuit tertia ſuppoſitio, addit, compoſiti nāq; motus à prædominā te ſimplici eſt, hæc tria ſunt ſumpta pro uno añte, dat cōſequēs & inquit, ſimplex eſſe aliquod corpus neceſſe eſt, quod quidem ſit aptum circulari motu ſuapte natura ferri, & ſic aliud quid ab elementis.

Quęſtio an eſt quō terminatur.

Aduerſione dignū qōnem an eſt terminari ſyllō hypothetico à conſtructione añtis ad conſtructionem cōſequentis, qōnem vero an non eſt, terminari ſyllō hypothetico à deſtructione cōſequentis, ad deſtructionem añtis, hac rōne hypotheticè conſtructiuè ſyllogizauit Ariſto. hoc modo, ſi motus circularis ſimplex eſt, oportet aliquod corpus circulare ſimplex eſſe, qđ tali motu ſit ſuapte natura moueri aptum, hæc patet ex eo, quia corpis ſimplicis eſt motus ſimplex, & è cōtra motus ſimplex cōpetit corpori ſimplici, ponat añs, & ſequitur pō conſequentis, hæc Ariſto.

Vni⁹ corpis ſimplicis ē unus mot⁹ naturalis.

Ferri enim poteſt vt vi eo moueatur motu: qui alterius atq; alterius eſt: at vt eo moueatur
C ſecundum naturam, fieri nequit: quippe cum vniuſcuiuſq; corporis ſimplicis vnus ſit motus ſecundum naturam.

Expoſitio.

Dictum eſt eſſe ſimplex corpus, qđ vno ſimplici circulari motu mouetur, ſtatim obijciet quis, nam pōt vnum corpus ut terra pluribus ſimplicibus moueri motibus, ut ad mediū, & ab impellente ab ipſo medio. Rñdet ſtatim, fieri. n. pōt vt vi idē ſimplex corpus eo moueatur motu, qui alterius atq; alterius eſt ſm nām. Et ita mouebit pluribus motibus, vno ſm naturā, alio verò vi, at vt eo moueatur ſm nām, fieri nequit. & ita non pōt pluribus motibus ſimplicibus moueri ſm nām, quippe cum vniuſcuiuſq; corporis ſimplicis vnus ſit motus ſm nām, vt ſumpſimus in ſuppōnibus, & ſic tollitur cauillus.

Quę Auer. Cōmen. 8.

Auerroes vero non multū attendēs ad verba, corpus ſimplex eſſe aliud ab elētis ſic nanciſcitur, accipit. n. ꝙ vnius corporis ſimplicis motus ſit vnus & ſimplex, & è cōuerſo. Et arguit ſic, vna nā eſt principium vnius mo-
D tus, igitur una nā habet unum motū. Sed corpus ſimplex habet vnam nām, igitur habet vnum motum. Cōfirmat hoc ꝑ locum à contrario, plures nāę, et corpus hñs plures nās habet plures vno motu, igitur vna nā & corpus hñs vnam nām, nō habet niſi unum & ſimplicē motū. Sed dices miſtū habet vnum motū, vt lapis. Rñdet id eſſe à ꝓdominio corporis ſimplicis, & ita habet vnū motum et ſimplicē quatenus lapis non eſt miſtus, ſed quatenus eſt ſimplex, qm̄ ſi hēret ſimplicē vt vnū motū q̄tenus miſt⁹, tunc miſtū eſſet ſimplex, eſſet. n. miſtū quia habet plures nās, eſſet ſimplex, qa ut ſic hēret unum et ſimplicē motū. Sic igitur patet vnum & ſimplicem motum non eſſe niſi corporis vnius & ſimplicis, & è contra. Vlterius accipit

pit ſecundo plures eſſe motus ſimplices, & tunc cõcludit etiam eſſe plura corpora ſimplicia. non enim poſſunt plures vni competere. Vlterius, poſitum eſt motum circularem circa mundi medium eſſe, & ſimplicem eſſe: concluditur, corpus quod mouetur illo motu, & eſſe, & ſimplex eſſe, poſtea reſumit omnia quæ Ariſtoteles fecit, & ordinat illa, & eius verba patẽt, hęc Auerroes de ſyllogiſmo. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire, ꝙ Ariſtot. iuxta barbaras tranſlationes quas Auerroes habebat, arguebat à primo ad vltimum: ſic, motus vnus eſt ab vna natura, & e contra. Igitur corpus ſimplex habet motum vnũ & ſimplicem, et miſtum corpus, miſtum & compoſitum motum. Vltra, ſimplex corpus habet ſimplicem motũ. igitur motus ſimplex competit corpori ſimplici: & hoc conſequens eſt, quod principaliter quæritur, quia ex hoc concludimus ſtatim cęlum eſſe: motus enim circularis cũ ſit & ſit ſimplex, cõpetit corpori circulari, quod eſt, et eſt ſimplex: & ita illud conſequens eſt quod quærimus. Tale autem conſequens quæſitum, poteſt ſequi per viam cõuerſionis à proximo antecedente, quia valet, corpus ſimplex habet motum ſimplicem: igitur motus ſimplex cõpetit corpori ſimplici, & poteſt ſequi ab antecedente aggregato ex illis duobus, primo videlicet & ſecundo: nam valet, vna natura habet vnũ motum, & corpus ſimplex habet vnum motum: igitur motus ſimplex competit corpori ſimplici: igitur conſequens illud quæſitum ſequitur tam ad totum hoc aggregatum, quàm ad partem ſecundam. Inquit Auerroes: ſed tamen tacuit conſequens iſtiꝰ propoſitionis, videlicet illud: igitur motus ſimplex competit corpori ſimplici, quoniá ſequitur à cõſequenti parte, vtpote à proximo antecedente, videlicet corpus ſimplex habet motum ſimplicẽ: & etiam ſequitur ab illo toto, quod poſuit pręcedens ſiue antecedens, hec eſt ab aggregato ex primo & ſecundo dicto, & expreſſit hoc conſequens videlicet: igitur corpus ſimplex habet motũ ſimplicem: ex hoc ſequitur, ꝙ motus ſimplex competit corpori ſimplici quaſi per viam conuerſionis, & ideo tacuit ipſum. Et tale conſequens quod ſequitur ad illud præcedens, ſiue totale, ſiue partiale, etiam accipi poteſt pars antecedentis, vt ipſe fecit: nam aggregando illa tria, uidelicet vna natura eſt vnius motus, & vnum corpus ſimplex habet vnum motum, & vnus motus vnũ habet corpus ſimplex, ſiue vni competit corpori ſimplici, addito hoc, ꝙ motus circularis ſit, & ſit ſimplex: dabitur concluſio quæſita, videlicet eſſe corpus circulare ſimplex, quod tali motu eſt aptum ferri ſuapte natura: hæc Auerroes, q̃ paruifacias, nam laborauit vbi non oportet. non .n. hæc textus examinatio literę noſtrę conuenit, nec in textu noſtro aliquid deficit. Tu vero conſidera.

Dubitatio.

Sed quæret qs, quoniam experientia patet, miſtum corpus moueri ſimplici motu, vt lapis: igitur illa propoſitio non eſt vera.

Solutio

Reſpondet ex textu, ꝙ propoſitio illa eſt ſic intelligenda, ꝙ motus ſimplex eſt corporis ſimplicis, aut per ſe & ſeorſum ſumpti, aut accepti in alio: hæc Auerroes.

Obiectio.

Adhuc replicabis, & dices cœlum eſſe miſtum corpus, mouerique circulariter à ſimplici in eo ſumpto.

Rñſio.

Reſpondet Auerroes, ꝙ ſi motus circularis cœlo ineſt propter ſimplex aliquod prædominans, neceſſe eſt vt illud ſimplex inueniatur per ſe, per illam communem regulam, omne quod inuenitur in alio miſtum, neceſſe eſt vt inueniatur ꝑ ſe: propter hæc inquit Auerroes, & cum ita eſt, neceſſe eſt, vt numerus corporum ſimplicium ſit ſecundum numerum motuum ſimplicium, vt patuit: & concluſio, vt diximus, videlicet illa, corpus circulare ſimplex eſt, quod moueri circulariter eſt aptum, collocatur in ſyllogiſmo potentia propinqua hoc eſt implicite, & non explicite, narrauit illud, quod ſequitur ex hoc, quaſi dicat ipſum actu, & ſi eam re uera non dixerit, tamen in fine textus eam expreſſit, dicẽdo manifeſtum eſſe tale corpus circulare eſſe, hec Auerroes, quæ quantum valeant, ex noſtra tranſlatione percipere potes.

Dubitatio

Sed contra hæc ambiges, quia non oportet

E vt omne id quod in alio inuenitur, inueniatur per ſe.

cõtra Auerroem.

Primo, quia accidens inuenitur in alio vt in ſubiecto, & non inuenitur per ſe. Secundo, forma inuenitur in materia, & materia in compoſito, & nihil horũ per ſe.

Solutio.

Dici poteſt pro nunc ad mentem Auerrois, duodecimo Metaphyſi. commen. 35°. & octauo Phyſicor. commen. 37°. ꝙ regula intelligitur in ſubſtantiis, & non in accidentibus. Secũdo in his quæ actu ſunt in alio, per primum ceſſat cauillus de accidẽtibus: per ſecundum ceſſat cauillus de materia & formis. Sed de his in libro octauo phyſicę auſcultationis.

Digreſſio Auerr.

Deinde Auerroes ibi, (& laborauit Ioannes.) digreditur: nam Ariſto. accepit vnum motum ſimplicẽ eſſe unius corporis ſimplicis,

Obiectio.

obiicit Philoponus, primo, aer & ignis ſunt duo corpora ſimplicia: & tamẽ ipſis unꝰ motus ſimplex competit: ambo enim à medio feruntur. Secundo, aqua & terra ſunt ſimiliter duo corpora ſimplicia, & tamẽ eis competit unus motus ſimplex, utpote ferri ad medium. Reſpondet Auerroes, & negat motus qui competunt igni & aeri eſſe vnum ſpecie: motus enim ſpecificantur à terminis ad quos. Modo terminus ad quẽ

F motus ignis, eſt cœli concauũ: motus vero aeris eſt ignis concauum, cuius ſignum eſt, quia ſi aer poneretur in cœli concauo, veniret ad cõcauum ignis naturale. Simili modo & de terra, & de aqua dici poteſt: locus enim terræ eſt concauum aquæ, locus aquæ concauum aeris: hæc autẽ differunt ſpecie, propterea motus neceſſe eſt ſpecie differre. Sic igitur negatur aſſumptum apud Ariſtotelem.

Dubitatio.

Sed replicabis, nam concauum cęli eſt ſuperficies, concauum ignis etiam eſt ſuperficies. Sed ſupficies non differt à ſuperficie ſpecie: igitur nec motus à motu. Dici poteſt Auerroem per cõcauum cœli ſumpſiſſe cœlum ipſum totum: ſimiliter per concauum ignis totum ignem, hęc autẽ ſpecie differunt.

Solutio. Quę Auer. Cõmen. 9.

Vlterius Auerro. comment. 9°. illam literam. Violentia quidem enim contingit, videtur exponere ꝙ Ariſtoteles remoueat hunc cauillum, videlicet ꝙ cœlum circulari motu moueatur, ſed non naturaliter, immo violenter, & ita teneri poteſt cœlum eſſe vnum quatuor elemẽtorum, vt aliqui dicunt eſſe ignem, & moueri circulari-

G ter violenter. Vult itaq; Auerroes Ariſtotelem hunc cauillum ſic confutare, omnis motus uiolentus vni eſt naturalis alicui, circularis motus eſt cœlo per te violentus: igitur naturalis alicui, quæro de illo cui eſt naturalis, vel eſt vnum quatuor elementorum, vel corpus præter illa, nõ vnum quatuor elementorum, quia impoſſibile eſt duos motus eſſe naturales vni corpori, & ita cum cuilibet elemento ſit naturalis vnus motus rectus, nulli illorum eſſe poteſt naturalis motus circularis: igitur oportet vt ſit aliud corpus præter quatuor ipſa elementa, cui naturaliter competit, & illud eſt quæſitum noſtrum. hæc expoſitio pulcra eſt & acuta, verum eſt textui aliquantulum diſcõueniens, & cum maxima difficultate ſibi applicabilis: ꝓpterea exponas, vt nos diximus: exponendi enim ſunt auctores, ut dicunt, etiam ſi falſa interdum dicant.

Quęſtio.

Sed circa hæc quęruntur, utrum miſtum moueatur ab elemento prædominante. Et arguunt ꝙ non. Primo, unus motus ſimplex eſt unius corporis ſimplicis: igitur plurium corporum plures ſunt motus, locus eſt è contra-

H riis: at miſtum eſt plura corpora elementaria: igitur non ſimplici motu mouetur. Secundo, unus motus eſt uniꝰ naturæ: igitur plurium naturarum plures ſunt motus, at miſtum eſt plures naturæ: igitur non uno ſimplici mouetur motu.

Põ Ioãnis & Auer.

Auerroes tenet miſtum non æquale ad pondus moueri motu ſimplici ab elemento prædominante, dico motu ſimpl'i, qa aĩal mouet̃ motu miſto ex recto & circulari, ſed ab aĩa mouetur,

Rõnes Ioãnis.

ꝑſuadet Ioãnes põnem, qa miſtũ ipſum mouet̃, ut ſenſu patet: aut igr̃ ab elm̃to ꝑdominante, aut elm̃to exupato, aut ab utroq;. non ab elm̃to exuperato, quia ab proportione minoris inæqualitatis non prouenit actio, non ab vtroq;, quia ſi non ab elemento exuperato, nec ab vtroq;: igitur ab elemento prędominante

nante

A nante, & ſic mouetur motu ſimplici ab elemento prædominante. Secundo, illud debet moueri à natura elemẽti prædominantis, quod principium motus in ſe habet. Sed miſtum habet principium elementi prædominantis, vt lapis in ſe habet principium motus terrę, videlicet grauitatem: per hæc Ioannes de mente Auerrois tenet duo, & ꝙ miſtum moueatur naturaliter motu ſimplici: & ꝙ moueatur ab elemento prædominante. Et cum quæritur quo ordine motus competat elemento prædominanti, & miſto, reſpondet apud Auerroem, motum illum primo competere elemento dominanti. Secundo miſto: miſtum enim moueri dicit motu elementi prędominantis, non vt ſubiectum primum. Sed elementum prædominans mouetur vt ſubiectum primum, qua ratione miſtum habere poteſt inclinationem ad motum contrarium, quia mouetur vt ferrum ſubiectum motus elementi. Sed quicqd ſit de poſitione in ſe, hęc defenſio eſt falſa. Primo, quia motus primo competit mobili per ſe, q̄ mobili per accidens:

Cõfutatio rñſionis Ioannis.

at mobile per ſe eſt totum miſtum, elementum eſt mobi-

B le per accidens, quia mouetur vt pars miſti: igitur miſto competit primo. Secundo, ſi primo elemento competit motus, deinde miſto: tunc miſtum violenter moueretur.

Alia defenſio Auer.

Propter hæc melius dici poteſt in doctrina Auerrois, vbi animaduerſione dignum, ꝙ forma elemẽti in miſto non agit per ſe: nã ita agit res, vt eſt in actu. Modo forma elementi non eſt in actu, quia ſiue ſit uera poſitio Auerrois, ſiue poſitio latinorum, nunquam forma elemẽti eſt in miſto actu, ſed modo medio inter potentiã & actũ. Quare id quod per ſe agit, eſt forma ipſius miſti vltima et propria, quæ in materia recepta eſt mediantibus formis elementorum. Secundo, debes ſcire, ꝙ licet diſpoſitio alicuius formæ non agat per ſe, eſt, vel poteſt eſſe conditio, & quaſi diſpoſitio agendi, veluti caliditas ignis reſpectu formæ ignis. Ex ĳs ſequitur primo, ꝙ id quod per ſe primo agit motum miſti, eſt forma miſti: hæc enim mouet corpus miſti in quo eſt, et mouetur. Mouetur quidem vt in materia. Mouet uero ut forma miſti. Secundo, ſequitũ, ꝙ primo primitate diſpoſitionis miſtum mouetur ab elemento prædominante, ſiue forma illius: nam vt ignis ca-

C leſacit, non inquantum ignis, ſed inquantum calidus, ſic forma miſti mouet, vt diſpoſita forma elementi prædominantis: & ita miſtum moueri ab elemento prędominãte eſt miſtum moueri diſpoſitiue ab illo, & principaliter ab eius forma. Sed dices, adhuc dubitatur: nam tunc in ligno prædominarentur duo elementa, quia deſcendit in igne & aere, & ſic prædominatur terra, & aſcendit in aqua: igitur prædominatur aer. Amplius, aurum eſt grauius terra: igitur non mouetur à prædominante terra.

Replicę.

Rñſio.

Adhuc defendi poteſt diſpoſitio Auerrois: non enim eſt impoſſibile in ligno prędominari duo elementa reſpectu duorum aliorum: prædominatur enim aer reſpectu aquæ & terræ, prædominatur terra reſpectu aeris & ignis, & reſpectu diuerſorum nunc vnum, nunc aliud prædominatur. Amplius, ſi aurum grauius eſt, illud eſt per accidens propter maiorem denſitudinem partium.

Poſitio ꝓpria.

Hæc dici poſſunt pro Auerrois poſitione. Eſt tamen alia poſitio, & multo melior, quæ tenet miſtũ non moueri motu ſimplici, ſed motu mixto ex contrarĳs naturis t

D prædominante tamen motu elementi prædominantis: nã vt miſtum eſt plures naturę, ſic eius motus eſt plures motus, & vt miſtum eſt alterum elementum prædominatiue (vt ita loquar) ſic motus eius eſt elementi prædominatiue. Hæc poſitio videtur Ariſtotelis: dixit enim ſimplicium quidem ſimplices. Miſtos autem compoſitorum, & quia quis dicet: igitur non magis ſurſum quàm deorſum. ſubſcribit: moueri autem ſecundum prædominãs, quaſi dicat, licet motuſ miſti ſit miſtus, dicitur tamen uel deorſum vel ſurſum ſecundum prædominans. Similiter & textu ſequẽti inquit. Et enim ſi compoſiti fuerit, ſecundum prædominãs erit, ecce quomodo vult ꝙ motus corporis compoſiti ſit compoſitus, vt motus lapidis, & non

A ſimplex, vt ſentit Auerroes. Et tenẽdo hanc poſitionem demonſtratio Ariſtotelis erit tutior. Sed replicabis primo, quia Ariſtoteles diuiſit motum in ſimplicem & compoſitum, & ſimplicem in tres: videlicet à medio, ad medium, & circa mediũ: ſed miſtum mouetur à medio, vel ad medium: igitur motu ſimplici. Secundo ille motus fit ſuper lineam ſimplicem & breuiorem: igitur eſt ſimplex.

Replicę.

Defenſio.

Defenditur poſitio noſtra: dico nãq; miſtum moueri motu miſto, & compoſito ex motu ad medium, & ex motu à medio, & ſic negarem illum motum eſſe ad medium tãtum, vel à medio, licet ſenſu ſic appareat, ſed bene à prædominio videtur alter horum. Secundo dico motum illũ non eſſe ſuper lineam breuiorem: quia adhuc per contra operàturam eſt ſuper linea compoſita.

Replica

Adhuc replicabis: igitur idem corpus mouebitur ſurſum et deorſum, vt miſtũ.

Defenſio.

negatur conſequentia: bene enim ſequitur, vt moueatur motu miſto ex illis, non tamen aliquo illorum.

Solo rõnuꝫ Ioannis.

Per hęc ad rationes Ioannis, ad primam dico, miſtum nõ moueri motu elementi prędominãtis, nec exuperati, ſed motu miſto ex motu vtriuſq;, nõ quòd ille motus ſit duo

B motus actu, ſed vnus actu plures potentia media altero tantum prædominante. Ad ſecundum dico, ꝙ miſtum habet principia duorum elementorum, ideo pro ratione amborum mouetur. Rationes vero in principio ſunt pro noſtra poſitione.

Præterea, ſi is motus qui pręter naturam eſt, ei qui ſecundum naturam eſt: contrariatur, atq; vnum vni eſt contrarium: ſi non ſecundum naturam illi corpori ineſt quod fertur: præter naturam illius competat neceſſe eſt, modo circularis ipſe motus ſit ſimplex.

Expoſitio.

Secundo arguit Ariſtoteles ad idem: & primo ſumit duas ſuppoſitiones, vnam ad ſyllogiſmũ, alteram ad cauillum, & inquit. Præterea, ſi is motus qui præter naturã eſt, ei motui qui ſecundum naturam eſt, contrariatur, ita vt non poſſint eidem competere, atq; vnum vni eſt con-

C trarium. Sequitur ſi circularis motus non competet cœlo naturaliter, vt præternaturaliter competat: eſt igitur vis ſyllogiſmi, omnis motus aut competit alicui naturaliter aut præternaturaliter: nam per ſuppoſitionem, naturalis & præternaturalis ſunt contrarĳ, circularis motus eſt motus: igitur cœlo & corporibus alĳs ab elemẽtis cõpetit naturaliter vel preternaturaliter. Sed per te non cõpetit cœlo naturaliter, quia ſic haberem propoſitum: igitur præternaturaliter: addit, modo circularis ipſe motus ſit ſimplex, quia vbi eſſet compoſitus, poſſet competere præternaturaliter & naturaliter, vt motus proceſſiuus animalis competit naturaliter & præternaturaliter, quia corpori præternaturaliter, animæ naturaliter.

Si igitur ignis, vel aliud quidpiam id genus ſit, quod circulo fertur: ipſius motus circulari motui contrarius erit: at vnum vni contrarium eſt: ſunt autem & motus qui ſurſum, & qui deorſum, mutuo contrarĳ.

Expoſitio.

D Cauillabit aduerſarius veritatis, concedendo cœlum non eſſe aliud ab elementis, ſed eſſe vnum quatuor elemẽtorum. moueri quoque motu circulari pręternaturaliter, obĳcit & inquit: ſi igitur ignis, vel aliud quidpiam id genus, vtpote aqua, aer, vel terra, cęlum ſit, & non aliud ab elementis, & mouetur ſupple præternaturaliter motu circulari: tunc motus ipſius, vtpote ignis, ſi ponatur eſſe ignis, (vt Plato inquit:) aut aer, (vt Empedocles:) tali motui circulari contrarius erit, quia per primam ſuppoſitionẽ naturalis motus, et ꝑternaturalis contrarĳ ſunt & ſic motus à medio q eſt naturalis igni, erit contrarius motui circulari, qui cõpetit eidem igni pręternaturaliter.

Vltra

Vltra, ſequit̃ vni duo eſſe contraria, vt motui qui à medio erit cõtrari⁹ circularis p nũc deducta, et ali⁹ q ad medium: at vni vnum eſt contrariũ, vt ſupponebat: & quia poſſes præuenire dicendo, motui qui eſt ſurſum non eſſe contrariũ niſi circularem, ſubiecti ſunt autẽ & motus qui ſurſum, & qui deorſum mutuo contrarij, & ſic vni duo erunt contraria. hæc Ariſtoteles.

Sin vero aliud qdpiã ab elemẽtis ſit illud corpus, quod p̃ter naturã in circulũ fertur: erit ali⁹ qdam motus ipſius ſm̃ naturam: quod fieri nequit: nã ſi motus ille erit is quo ſurſum petitur: illud profecto corpus ignis erit: aut aer. Sin vero petitur deorſum: illud erit aqua aut terra.

Expoſitio.

Secundo cauillabit, dicẽdo corp⁹ quod circũfertur p̃ternaturalr̃, non eſſe aliqd' q̃tuor elſtoꝝ, ſed aliud qd, contra obijcit p illã regulã, cuicũq; corpori aliquis mot⁹ eſt p̃ternaturalis, cõpetit aliqs naturaliter. Tũc q̃ritur, ſi illi corpori cõpetit aliqs mot⁹ nãliter, vel eſt à medio, & ſic erit aut ignis, aut aer, uel ad mediũ, et ſic erit, aut terra, aut aqua. Ex his oĩbus accipit̃ motũ circularẽ non poſſe cõpetere p̃ternaturalr̃ cœlo, qa p primũ cauillũ nõ põt cõpetere naturaliter alicui q̃tuor elſtoꝝ, & p ſecundũ, nec alicui alij corpori ab elntis, igr̃ cœlo naturalr̃ cõpetit, & ſic nã cœli erit alia ab elntis, hoc modo text⁹ hos exponẽdo facilior eſt eoꝝ ſenſus.

Quę Auer. Com. 10. Obiectio. prima.

Mouet Auer. in com. 10°. vt mihi vr̃ quęſtionẽ, ex eo, qa rõ Ariſt. põt infirmari. Prĩo, qa non valet motus circularis nõ eſt ſm̃ nãm cœli, igr̃ cõtra nãm. Inſtãtia. n. eſt, qa ignis mouet̃ circulariter in cõcauo Lunæ non nãliter: & tñ non mouet̃ p̃ternaturalr̃, & ſic dici põt ad Ariſt. cœlũ eſſe igneum, moueriq; circulariter, non nãliter: non tñ naturaliter, nec præternãliter.

Secunda.

Secundo dici põt cœlũ moueri nõ nãliter in orbem, et tũc ſeqtur vni motui eſſe contrarios duos cõtrarietate medij ad extrema, quod nõ eſt impoſſe: non. n. eſt impoſſe circulari eſſe duos cõtrarios hoc modo, aut recto cõtrarios eſſe duos hac rõne.

Tertia.

Tertio de facto videtur motui terrę eſſe cõtrarios motũ ignis, & motũ aeris, ſilr̃ motui ignis motum aquę & terræ.

G

Ex verbis Auer. colligi põt ſolutio, ad prĩam, dici põt illã conſequentiã valere de materia & in caſu, petit. n. Ariſt. duo. Prĩo, q mot⁹ q vni eſt præternãlis alicui, alteri eſt nãlis. Scd'o, q mot⁹ q non nãliter cõpetit alicui, cõpetit ei per nãm communẽ et ſupiorẽ ad illud, uerbi cã motus diurnus, q Lunę cõpetit nõ naturalr̃, cõpetit prĩo mobili nãliter. Silr̃ motus circularis ignis cõpetit ei non nãliter, p naturam orbis. Ex ijs ſeqtur in cęlo idem eſſe moueri non nãliter, & moueri contra nãm: qm̃ nullũ eſt corpus cœlo ipſo ſupius, per eos q negãt qntum corpus, & ſic illa hypothetica eſt neceſſaria p accñs.

Solutio prima.

Secunda.

Et p idẽ tollitur alia inſtãtia, ſeqtur. n. motũ cœli eſſe p̃ternaturalem, ſi non eſt ſm̃ nãm: & ita cõtrarius cõtrarietate extremi ad extremum: nã naturale & contranãle extremalr̃ cõtrariantur.

Tertia.

Ad tertiã dici põt, q motus terræ duo motus ſunt cõtrarij non cõtrarietate extremi ad extremum, ſed medij ad mediũ vel ad extremũ: eſt. n. mot⁹ ignis motui illius contrari⁹ extremalr̃, mot⁹ vero aeris non extremaliter: hæc ex Auer. cætera cũ ſint barbare dicta, & parũ fruct⁹ afferãt, p̃termiſi.

Dubitatio.

H

Dubitant alij adhuc rõnem Ariſt. infirmando: dicunt. n. poſſe fingi cęlũ eſſe igneum, ip̃mq; duos hẽre mot⁹, rectũ uidelicet, et circularẽ p duas diuerſas q̃litates inſtrumẽtalr̃ motiuas, ita ut ignis calefacit & exiccat, ſic cœlũ his motib⁹ ferri eſt aptũ p duas q̃litates inſtrumẽtalr̃ motiuas,

Reſpõſio.

fortaſſe Ariſt. rõ eſt ex famoſis. erat. n. famoſum ſuo tp̃e oẽ corp⁹ ſimplex vnũ habere inſtr̃m, ac vnam q̃litatẽ localiter motiuã, aut fortaſſe ſupponit cõtrarioꝝ corpoꝝ cõtrarios eſſe motus & numero ęquales. Et ita ſi cœlum eſt ignis, & habet duos motus nãles ob duas q̃litates localr̃ motiuas, neceſſe ẽ vt terra habeat alios duos illis cõtrarios ob duas q̃litates localiter motiuas, q̃s nullus poſuit, qua rõne Ariſt. id ſubticuit, qa nemo poſuit.

E

Alterа dubitatio.

Vlterius dubitãt rõnabiliter ex poſſibili ſm̃ imaginationẽ non ſeqtur impoſſe ſm̃ imaginationem: ponat̃ igitur ad imaginationẽ aliqua ſtella in centro terræ, vtpote Sol, & q̃ritur, aut ibi qeſcet, aut illinc mouebitur, ſi quieſcet, tunc violentũ ppetuum erit. Si mouebitur illinc, nõ poterit moueri niſi à medio, et nãliter, qa nullo impellẽte, & ſic cœlũ habet duos motus nãliter in orbem, & è medio. Quod ſi dicas ſolẽ illic qeſcere, et nõ violenter, ſed non naturaliter, veluti orbis Lunæ, nec nãliter mouetur motu diurno, nec violenter, ſed nõ naturaliter, & ſic non incõuenit cœlum ſiue Solẽ ibi nec nãliter qeſcere, nec violẽter qeſcere, ſed non nãliter, quod eſſe põt ppetuo. Si ſic dicas, volo ad imaginationẽ, vt Soli illic cõſtituto obuiet ignea aliqua portio intẽdens Solẽ illinc pellere, & q̃ro aut Sol illi reſiſtit, vel non. Si reſiſtit, igit̃ ibi naturaliter quieſcit, ſi vero nõ reſiſtit, igr̃ mouebit̃ cũ igne, et arguatur vt prius, aut nãliter, aut violẽter: non violenter, qa nihil moueri põt violẽter ſurſũ in ppriũ locum. at ſi nãliter, tunc vt prius ſibi duo cõpetent motus naturales.

F

Scd'o, oẽ quod eſt tale non nãliter, eſt tale ob aliquod illi ſupius, vt dicimus, igitur ſi Sol illic non nãliter qeſceret, oportet vt qeſceret pp̃ter qetem alicuius ſupioris ad Solem, quod p ſe qeſcit, modo nullũ tale eſt.

Reſpõſio.

Dici põt, q Sol in centro poſitus qeſceret qete oppoſita motui recto, nõ qdem nãliter, cũ ſuapte natura ſit aptũ moueri in orbem, non violenter, qa nullũ violentũ eſt ppetuũ, & ſic cõcedo ip̃m qeſcere illic non naturaliter, qa p nãm cõem vt totius vniuerſi, quod nõ eſt aptum recto moueri motu. Tũc ad rõnes, dico q ſi obuiaret ſibi ignis moueretur ad motũ ignis nõ naturaliter, nec eſt impoſſe aliquod moueri non naturalr̃ ad ſuum locum, qñ non eſt moueri aptum eo motu, q in locũ pficiſcitur, ad ſcd'm patet: Sol enim ibi qeſceret nõ naturaliter pp quietẽ totius vniuerſi, quod nõ eſt aptũ moueri recto motu, & fortaſſe moueret̃ circa cẽtrum ſemp in orbẽ, & ita teneri põt ipſum moueri ĩ orbẽ, & naturaliter, qeſcere vero qete vniuerſi, qd' non eſt recto motu moueri aptũ. Aut dici põt Solẽ poſſe cõſiderari, vt magnitudo q̃dam, & ſic caſus eſt poſſis: abſtrahit. n. imaginatio à materia ſenſili, et hoc modo nullus ſibi cõpetit motus, niſi ſm̃ imaginationẽ mathematicoꝝ. Aut cõſiderari põt vt corpus nãle, & hoc mõ caſus eſt impoſſis: ſequunt̃. n. ad illũ impoſſibilia.

Defenſio Platonis.

Platonici nonnulli Ariſt. & Platonẽ de cœli natura idẽ ſentire contendunt, hoc tñ differre ſolũ q Ariſt. noĩbus vſus eſt rebus pprijs. Plato metaphoricis. Qua rõne aiũt Platonẽ voluiſſe cęlum eſſe ignẽ puꝝ, non qdem ſpecie & forma, ſed pprietate & virtute: nã cœlũ luce & motu calefacit, et ita pprietatẽ ignis ſortit̃, eſtq; æther pp motus velocitatem, & ſic velle videt̃ ipſum eſſe ignẽ quaſi p noĩs quandam æquocationẽ, hoc aũt nõ negaſſet Ariſt. q ubiq; cœlum calefacere & ignire fert. Huius poſitionis & concordię eſt doctiſſimus Simplicius et Ammonius, preceptor, hi. n. ſunt, qui Ariſt. intellectui Platonis nõ contradixiſſe volũt, ſed verbis q̃ male à Xenocrate intelligebant̃. At Alexan. aphrodiſieus & Philoponus vbiq; aiunt Ariſt. inuexiſſe verbis & intellectui, cuius ſignũ affert Philoponus 1°. Poſterior. qa Ariſt. fuit Platonis auditor, et ita nõ eſt cõſentaneũ ipſum non percepiſſe verba illius.

H

Alia cõcordia.

Propterea videt̃ mihi Platonẽ voluiſſe cœlum eſſe ignem purum, ſpiritibus plenum, etiã per vniuocationem noĩs, nõ differens ab igne hoc, niſi puritate & candore. Tunc dicerem conſequẽter motũ circularẽ cœlo competere, nec naturaliter, nec violenter, ſed non naturaliter: eſt. n. motus animæ tantũ, quæ circulo ſeipſam mouet, ad cuius motũ cœlũ ipſum in orbẽ fertur. Et cum dr̃, oẽ qd' alicui cõpetit non nãliter, oportet vt alicui ſupiori cõperat nãliter. Plato diceret eſſe veꝝ nõ qdẽ de corpe, ſed de aĩa, & ſic ẽ in pposito: cõpetit. n. mot⁹ hic in orbem cœlo, non qdem pp nãm alicuius corpis ſupierioris, qd' illo motu naturaliter mouet̃, ſed pp̃ter naturã aĩæ, quæ p eẽntiã eſt ſeipſam

mouens

mouens in orbem, & ſic ceſſant obiectiones Ariſtotelis. A Vtrum vero aīa cœli ꝑ eſſentiā moueatur motu reali, vel intentionali, nūc diſputo: nā quocunq; dato, ꝑ motum illius ſiue realē ſiue intētionalē, dūmodo ſit in orbē, poteſt ratio Ariſtot. elidi, vt patet ſapide conſideranti.

Commen. ii. Auer.

Expoſitio. Animaduerſione dignū Auer. aliter textū Ariſtot. expoſuiſſe: voluit enim Ariſtotelē ſic ſyllogizare textū illū, ſiquidē igiť eſt ſimplex, oīs motus ſimplex à motib⁹ quatuor elemētorū, cōpetit naturaliter alicui corpori alteri à quatuor elementis: motus circularis eſt ſimplex, aliuſq; à motib⁹ cæterorū elemētorū, igiť cōpetit corpori alteri ab elemētis. Cōtra hāc rationē poteſt trifariā obijci. Primo cōtra maiorē negādo illā, qa poteſt vnus motus ſimplex cōpetere duob⁹ corporib⁹. cōtra hūc cauillū obiecit Ariſtot. textu illo, violētia quidē. n. cōtingit. Poteſt obijci cōtra minorē. Primo, ꝙ cōpetit violēter, & nō naturaliter cœlo: imaginādo cœlū eſſe aliquod quatuor elemētorū, et B cōtra hūc cauillū inſtetit, adhuc ſi ꝑter naturā, vt viſum eſt. Secūdo imaginādo cœlū violenter moueri, & nō eſſe vnū quatuor elemētorū, ſed aliud ab illis, & cōtra hunc obijcit litera illa, Si aūt alterū: nā licet eo ipſo ꝙ poniť eſſe Reſpōſio. aliud corpus ab elementis, habeať ꝓpoſitū, videlicet eſſe quintū corpus: bonitatē tñ doctrinæ demōſtrat, cōfutando hunc tertiū cauillū, hęc implicare, videlicet ꝙ ſit aliud ab elemētis, et moueať in orbē ꝑter naturaliter, vt in expoſitione dictū eſt. Vult igitur Auer. ꝙ Ariſtot. fecit hactenus vnā tātū demōſtrationem textu illo. Siquidē igiť eſt ſimplex, deinde tres alias, non ad cōcluſionē principalem, ſed ad tres cauillos. quaꝝ vna aufert dubitationē cōtingentē in maiori, Aliæ duę auferunt cauillos emergentes in minori, & ſic non eſt ſecunda demōſtratio, ſed tres demonſtrationes nō ad cōcluſionem, ſed ad obiectiones. Ego vero volui textu illo, adhuc ſi q pręter naturā, poſuiſſe ſecundā rationem ad cōcluſionē principalem, vt græca C ſeries indicat: deinde duos cauillos cōtingētes rōni, vt viſum eſt: hęc volui notare, nō quia ea q̄ Auer. ait, ſunt vtilia, ſed quia difficilia, nam multi eius doctrina nimis afficiuntur, etiam ſi erronea ſit.

Inſuper etiā talē lationē primā eſſe neceſſe eſt: nā perfectū eſt imꝑfecto prius: hic aūt motus, q eſt in orbem, perfectus eſt: recta autem li- Defenſio Platonis. nea nulla eſt ꝑfecta. infinita quidem nō: finem enim ac terminū haberet. finitarū autē nulla: poteſt enim extra ſemꝑ ſumi quidpiā: etenim augeri poteſt quantumuis.

Tertio Ariſtoteles ad principalē cōcluſionē arguit, & ſupponit primo lationem orbicularem eſſe primā: & hoc ꝓbat, quia ꝑfectū eſt imꝑfecto prius: hic autē motus, qui in orbē, eſt ꝑfectus: igitur, ſuple tu, primus eſt. Quod autē motus orbicularis ſit ꝑfectus, patet ꝑ locum à contrario. nam rectus eſt imꝑfectus, nā linea recta ſupra quam motus rect⁹ fit, imꝑfecta eſt, & nulla ꝑfecta. infinita quidem D non eſt ꝑfecta, qa de rōne ꝑfecti eſt habere finē & terminum: & ſic ſi infinita eſſet perfecta, haberet finem & terminum, aliter ſibi aliquid deficeret. Finitaꝝ aūt nulla perfecta eſt, qa poteſt extra ipſam ſemꝑ quidpiam ſumi, qa Alia cōcl dio. augeri poteſt quantumuis: ſic igiť recta linea nulla perfecta eſt, et ita nec motus, q ſuper rectā fit, ꝑfectus eſt: ſolus igiť circularis prim⁹ eſt & ꝑfectus: hæc eſt prima Ariſtotelis ſuppoſitio pro ratione dicenda.

Quare ſi prior quidē motus, corporis natura ſit prioris: motus vero qui in orbem eſt, prior eſt recto (Eſt autem motus ipſe rectus ſimplicium corporum: etenim ignis recto motu ſurſum fertur, & terracea corpora ad medium: neceſſe eſt eum motum, qui in orbē fit, alicuius corporis ſimplicis eſſe: nam miſtorū lationē à prędomināte ſimplici fieri dixim⁹.) Si igitur hæc ſint, perſpicuum eſt aliā quādam ſubſtantiam eſſe corporis alicuius præter corporum conſtitutiones, quę hic ſunt, diuiniorē his cunctis atq; priorem.

Secundo ſumit Ariſtot. motum circularem conuenire primo corpori, & ſyllogizat ſic: quare ſi prior quidē motus eſt corporis natura prioris. Motus vero qui in orbem eſt, prior eſt recto. Suſpēſiue legať vſq; ibi: ſi igiť hęc ſint: tū adde cōcluſionē, videlicet igiť mot⁹ circularis eſt prioris corporis. Tertio ſupponit circularē motū eſſe ſimplicē, & vtiť tali rōne, omnis rect⁹ eſt ſimplex, igiť omnis circularis: tenet cōſequētia, qa ſi rectus eſt, ſimplex eſt, quia eſt ſuper linea recta ſimplici, modo linea circularis eſt ita ſimplex, vt recta: ſunt. n. duæ magnitudines ſimplices, recta et circularis, inqt: eſt autē motus ipſe rectus cōpetens ſimplici corpori, vt inductiōe patet. qa ignis corpus ſimplex recto motu ſurſum ferť, & terracea corpora etiā ſimplicia, motu ſimplici recto ꝓficiſcūtur ad mediū, neceſſe eſt eū motū q in orbē fit, alicuius corporis ſimplicis eſſe: nā miſtoꝝ lationē à ꝑdominātē ſimplici fieri diximus. Sic igiť habeť tertia ſuppoſitio, ꝙ motus in orbē ſit ſimplex. his ſtātibus terminādo ſuſpēſionē, inqt, ſi igiť hæc ſint, ꝑſpicuū eſt aliā quādā ſubſtātiā eſſe corporis alicuius ꝑter corporꝝ cōſtitutiones, quæ hic ſunt, diuiniorē his cunctis, atq; priorē. Poteſt igiť ſyllꝰ ex his ſic cōponi, omne corpus, cui primus & ſimplex motus cōpetit, eſt ſubſtātia, et diuinitate elemētis prius, & aliud ab illis, cęlū eſt corpus, cui prim⁹ & ſimplex motus cōpetit. igitur eſt aliud ab elementis, ſubſtantia & natura diuinius. minor patet ex ſuppoſitionibus, maior eſt ſuppleta, hæc Ariſtoteles.

Sed circa hāc rōnem primo tāgemus dubitatiōes: ſecūdo defendemus Platonē rñdendo ad hanc rōnem. Prima dubitatio eſt, qa nō videtur verū lineā rectā eſſe imperfectiorē circulari, quia recta habet principiū, medium, & finem, vt circularis. Quidam reſpōdent ꝙ habere hæc tria bifariam contingit, aut in ſeipſo, aut in alio. modo, octau⁹ orbis habet hæc in ſeipſo: recta autem corpora habent in alio. Sed replicabis, ſi recta linea non habet hæc tria in ſe ipſa, igitur in alio, & tūc quęro in quo? & non videtur. Secundo hæc ſunt puncta, modo pūcta ſunt in linea, quia vel partes, vel aliquid lineæ. Propterea dici poteſt, ꝙ linea recta habet in ſe illa tria, ſed nō ratione ſua intrinſeca, ſed ratione eius ad quod finitur: at orbis habet ratione ſui illa tria, quia ſuapte natura continet, et non continetur, et forte ſic Expoſitor ſentit. Secundo dubitatur, quia nō videtur verum, ꝙ omni lineæ rectæ finitę poſſit additio fieri, quoniam non axi mundi. Reſpondet Expoſitor, ꝙ axis poteſt bifariam cōſiderari, quatenus linea, & quatenus linea talis. Si conſideretur primo modo, ſibi non repugnat additio, ſed ſecūdo modo bene repugnat. Sed replicari poteſt, qa ſimili ratione eſt de motu cęli, quoniam motui cœli vt eſt motus, poteſt fieri additio, licet nō quatenus talis. Secundo tunc aliquid competeret ſuperiori, quod repugnaret inferiori. Defendi poteſt, ad primū dicerē, ꝙ licet poſſit fieri additio in velocitate, & tarditate, non tamen in dimenſione. Ad ſecundum dico, ꝙ nihil competit ſuperiori, qn competat inferiori: bene tamen aliquid poteſt non repugnare ſuperiori, quod repugnat inferiori, vt videre nō repugnat animali, & bene talpæ. Tertio dubitatur, nam motus circularis eſt æternus: igitur nō recipit principium neq; finem. Reſpondet quidam, ꝙ eſt intelligendum reſpectu vnius reuolutionis, nā illa recipit hæc tria. Sed hæc reſponſio ſtare non poteſt, quia tunc nō tota reuolutio, ſiue totus motus eſſet perfectus, ſed reuolutio tantum. Secundo reuolutio non differt à reuolutione, niſi vt tempus differt à tempore: ſed vnum numero eſt tempus totum, igitur vna numero reuolutio,

Dubitationes. Prima dubitatio. Reſponſio Thomæ. Replica. Propria ſolutio. Secunda dubitatio. Reſponſio Expoſitor. Confutatio. Replica. Defenſio. Tertia dubitatio. Reſponſio Expoſitor. Confutatio.

alicuius

Propterea

Propterea dici poteſt circularẽ motũ habere illa tria cau- E
ſaliter, veluti Deus ipſe. Deus enim habet principiũ, quia
eſt aliorũ principiũ: finẽ, quia aliorũ finis: medium, quia
aliorum medium: ſic cœli motus, vt dicitur 8. phyſicæ au
ſcultationis: vna tñ reuolutio habet illa tria, vt dicit Expo
Quarta dubitatio. ſitor. Vltimo dubitatur, quia nõ videtur verũ, imper-
fectum eſſe poſterius pfecto, immo prius, quia ſimplex
prius eſt cõpoſito. Reſpõdet quidam, ꝙ imperfectum
cõparatur ad perfectum ratione potẽtiæ ad actum, & ſic
in vno & eodem eſt prius. Sed replicabis, quia ipſum
imperfectũ oẽ recipit, nec recipitur in ipſo perfecto: igi-
tur nõ eſt illius potentia. Secundo, tunc omne cõpoſitum
ex perfecto & imperfecto eſſet compoſitum ex potentia
Propria ſolutio. & actu, quod ipſe negat. Propterea dici poteſt imperfe-
ctum eſſe prius origine, qa natura incipit ab imperfecto,
hæc de primo. Sed quantũ valeat ratio Ariſtotelis con
tra Platonem trãſigamus: diceret itaq; Plato maiorẽ eſſe
verã ſic, quando ille motus competeret corpori per natu-
ram illius propriam, modo circularis motus cœlo cõpetit F
per naturã animæ: ipſum enim eſt ignis purus & candor,
cui magis motus ẽ medio ipſo competeret, ſed ratione ani
mæ quaſi non naturaliter competit ille motus: propterea
nõ oportet cœlum eſſe corpus aliud, ſubſtantia & natura
diuinius vniuerſis elemẽtis, ſed ſolum quibuſdã craſsis et
fœculentis: hæc Plato. Simplicius vero & Ammonius
eius doctor dicerẽt argumẽtũ concludere cœlum nõ eſſe
ignem elementarium per propriam formam, ſed bene po
teſt eſſe ignis proprietate & æquiuocẽ.

Commen. Auer. 12. 13.

Animaduerſione dignum Auerroem formaſſe hypo-
thetice ſyllogiſmũ, licet, vt dicit, poſsit etiã categorice for
mari. Formatur igitur hypothetice ſic, ſi motus primus
eſt naturalis primo corpori, & circularis eſt primus mo-
tus: igĩ erit naturalis primo corpori. huius ſyllogiſmi ma
ior eſt in ſyllogiſmo hypothetico, & poteſt eſſe per ſe in
categorico: nã dẽpta nota cõditionis, ſyllogiſmus reddĩ G
categoricus. Sed dices in illo antecedẽte nõ ſolum ſunt
accepta illa duo, videlicet ꝙ circularis motus ſit primus,
& ꝙ primus motus debeat cõpetere primo corpori, ſed
etiã alia multa, vt ꝙ alij motus ſimplices cõpetũt corpori
bus ſimplicibus, et etiã circularis ſit ſimplex, & probatio
ꝙ circularis ſit primus motus, et multa alia, igitur ſuper-
flua. Reſpõdet alia accepta eſſe in præcedẽte ſiue ante-
cedẽte ad probationẽ illius antecedẽtis, quod ſumitur in
ſyllogiſmo hypothetico, quæ probatio eſt per locũ à mi-
nori ad maius ſic, motus alij recti competunt corporibus
ſimplicibus naturaliter, igĩ multo magis circularis, cũ ſit
ſimplex & primus, & ſic habeſ maior ꝙ prim⁹ motus cõ
petat naturaliter primo corpori. Sed dices, locus dialecti-
cus nõ cõuenit demõſtratiuis. Reſpondet & inquit, &
hoc nõ cõtingit poſteriori motui, ſ. recto, niſi quia inueni
tur in eo ex præcedẽte, & ideo locus iſte eſt neceſſarius,
quia eſt in poſteriori & præcedente naturaliter, & innuit
Locus à maiori dupliciter accipit. (vt mihi videtur) talem diſtinctionẽ ꝙ locus à maiori po- H
teſt dupliciter accipi, aut in naturaliter ordinatis, & ſic fa
cit neceſsitatẽ, & hoc modo proceſsit Ariſtoteles: nã cir-
cularis motus & rectus ſunt naturaliter ordinati. Alio
modo in terminis accidẽtaliter ordinatis, & ſic facit diale
Dubitationes. cticũ, & ſic nõ proceſsit hic. Sed ambiges primo, quia
Auerroes intelligit de corpore, videlicet ꝙ infinitũ cor-
pus nõ eſt perfectũ, quia nõ habet mediũ, principiũ, et fi-
nẽ. Sed tũc cõtra, quia motus circularis caret hiſmet. Di
Prima dubitatio. Solutio. ci poteſt ꝙ ſecus eſt de corpore, ſecus de motu: corpus. n.
ſui natura expoſcit finem, quia dimenſionibus clauditur,
at motus nõ: propterea corpus infinitum ſi eſſet, eſſet im-
perfectum, quia ſibi deeſſet id quod eſt de illius ratione.
Secunda dubitatio. Solutio. Secũdo dubitatur, quia nõ videtur verum, motum ſu-
mere perfectionem à ſubiecto, ſed à termino ad quem, è
quo ſumit ſpeciem. Dici poteſt per accidens etiã motũ
ſumere perfectionem à ſubiecto, ſaltem in motibus loca-

E libus: in cæteris vero non eſt ita. Hæc ex Auerroe.
Secundo animaduerſione dignum Auerroes, cõmen-
to 13. alium accepiſſe ſyllogiſmum ſic: omne corpus inge
nitum & incorruptibile, & in toto, & in parte, eſt diuini⁹
alijs corruptibilib⁹, vel in toto, vel in parte. cœlum eſt in
genitum, & incorruptibile ſecundum totum & partem,
cætera elementa ſaltem ſecundum partem ſunt corrupti-
bilia: igitur cœlum diuinius cunctis eſt.

Pręterea, ſi quis etiã aliter accipit, omnẽ mo
tũ aut ſecundũ naturã, aut præter naturã eſſe,
& eum, qui alteri præter naturã, alteri ſecundũ
naturã eſſe (aeri qui ſurſum, et qui deorſum ſe
ſe habẽt: alter enim igni, alter terræ præter na-
turã & ſecũdum naturam eſt) fit vt circularis
motus (cum his præter naturã cõpetat) alicui
alteri neceſſario ſecundum naturam inſit.

F Hæc quarta ratio, vt græcis placet expoſitorib⁹ ad p- Expoſitio.
bandum id quod probare incępit. Sumit autẽ hæc ratio
duas ſuppoſitiones, & ex his infert propoſitũ. Prima ſup-
poſitio eſt, ꝙ omnis motus eſt aut ſecũdũ naturã, aut præ Mot⁹ naturalis, & præter naturã, quid ſit.
ter naturã, hæc ſuppoſitio fuit ſupius bene declarata. qp-
pe cũ omnis mot⁹ cõpetat alicui, aut ẽ principio intrinſe-
co vel extrinſeco: q enim ẽ principio intrinſeco eſt, ſecun-
dũ naturã eſt, ſiue naturalis: qui vero ẽ principio extrinſe
co, pter naturã cenſeſ. Secũda ſuppoſitio eſt, ꝙ qui mo
tuũ eſt cuipiã præter naturã, is alij naturalis eſt. quod exẽ
plo patet in his motibus, qbus ſurſum itur, atq; deorſum:
nã alter igni, alter terræ præter naturã & ſecundũ naturã
eſt: qui. n. ſurſum eſt, igni eſt ſecũdũ naturã, terræ præter
naturã. Qui vero deorſum, eſt terræ naturalis, igni pręter
naturalis: ſimili ratiõe poſſet in omnibus alijs idem indu-
ci: verum in hoc cum nulla ſit vis, Ariſtoteli ſuffecit. Hypothetice.
Hæ ſunt duæ ſuppoſitiones. quæ, ſi accipiantur in antece-
dente ſub hypothetica figura, cõſequens erit, motum cir-
G cularem competere alicui corpori ſecundum naturã. pro
batur conſequentia, quia circularis motus competit his
omnibus corporib⁹, vtpote igni, terræ, aquæ, et aeri præ-
ter naturam, ſiue ſaltem non ſecũdum naturam: vnde hy
potheticus ſyllogiſmus eſt, ſi omnis motus, aut eſt natu-
ralis, aut non naturalis, & omnis non naturalis alicui, eſt
naturalis alteri, circularis motus erit alicui corpori natu-
ralis: probatur, quia circularis motus competit omnibus
elementis nõ naturaliter. Categorice autem poteſt ratio Categorice.
ſic componi, omnis motus non naturalis alicui vel aliqui
bus corporibus, eſt naturalis alicui alteri præter illa. hæc
eſt ſecunda ſuppoſitio, motus circularis eſt non naturalis
alicui, vel aliquibus corporibus, vt probatur in textu, qa
non naturaliter competit quatuor elemẽtis: igitur eſt na-
turalis alicui corpori præter quatuor elementa collocato:
quare, ſi licet cõuertere propoſitionẽ ex obliquis, ſeque-
retur eſſe aliquod corpus præter quatuor elementa collo
catũ, cui cõpetit naturaliter motus circularis, quod erat
H propoſitum. huius rationis tangit maiorem ibi, & eum,
quod erat ſecunda ſupoſitio. Tangit concluſionem, & mi
noris probationem ſimul ibi (fit vt) & hoc pacto perſpi-
cua eſt ratio quarta. Quo vero ad verba attinet, verbũ Verborũ declaratio.
aut præter naturam, quod græce eſt Paraphyſin, non vi-
detur conſonare his quæ ſuperius dixit, quia non omnis
motus eſt aut ſecundũ naturam, aut pter naturam alicui
competens: quippe cum ignis in propria regione feratur
motu circulari, & tamẽ talis motus nec natura, nec præ-
ter naturam igni competit. Nonnulli dixerunt verbum Solutio nõnullorum.
Paraphyſin, hoc eſt præter naturã eſſe hic, et ſupius quo-
dam modo æquiuoce ſumptum, ſed de his in cõmento di
cemus dum Auer. expoſitionem perlibrabimus.

Commen. Auer. 14.

Auerroes itaq; vult rationem hanc eſſe aut quintam,
aut ſextam in ordine, ꝙ fortaſſe eſt quinta ſi demonſtra-

tio ſuperior 10. com. eſt vna, eſt ſexta: ſi demonſtrationes 10. commen. fuerunt duæ. Melius autem credo demonſtrationem hanc eſſe quartam, vt placet græcis expoſitoribus, & conſonat verbis Ariſtotelis: eſt autem concluſio textus apud Auerroem. Motus circularis eſt naturalis ei corpori, quod mouetur illo motu. Et ratio accipit duo. Primum, omnis motus competens alicui, eſt naturalis, aut accidentalis illi, hoc eſt pręternãlis. Secundum, oĩs motus q̃ alicui competit nãliter, alicui cõpetit accñtaliter, & ẽ cõtra: omnis motus cõpetens alicui accñtaliter, alicui cõpetit naturaliter. Tunc arguitur ſic: omnis motus qui alicui competit accidentaliter, alicui competit naturaliter per ſecundam ſuppoſitionem. Motus circularis competit cœlo: igitur vel naturaliter, vel accidentaliter. Si naturaliter, habeo intentum, ſi autem accidentaliter: igitur alicui alteri naturaliter, & iterum habetur intentũ, & addita eſt propoſitio maior primæ demonſtrationis, ſuper quam ſuſtẽtatur in hoc loco, quaſi dicat tota vis rationis præſentis conſiſtit in illa propoſitione, videlicet omnis motus competens alicui, competit aut naturaliter, aut accidentaliter, quæ fuit maior primæ demonſtrationis, quam fecit comment. 10. in ſecundo ſyllogiſmo, vt illic patet. Sed Auerroes dubitat qualis eſt hæc demonſtratio, an ſimpliciter, an ex conceſſis: & videtur quòd ſit ex conceſſis, quia ſumit duas ꝓpoſitiones pro antecedẽte ſub conditionis nota, vt viſum eſt in expoſitione text⁹, et infert conſequens: igitur eſt demonſtratio ex hypotheſi, & non abſoluta. Reſpondet Auerroes, quòd hæc demonſtratio eſt ſimpliciter & abſoluta, et non ex hypotheſi, quia licet Ariſtoteles propoſitiones acceperit hypotheticè: tamen propoſitiones acceptæ ſunt tales, quas aduerſarius confiteri cogitur velit nolit: igitur demõſtratio eſt ex abſolutis. Et dixit hæc Auerroes propter Auicennam, qui tenet demonſtrationem pręſentem eſſe ex hypotheſi, vt videbitur. Secundo dubitatur, quia Ariſtoteles de ſuppoſitionibus ſecundam ponit hoc pacto, videlicet omnis motus naturalis alicui, eſt præternaturalis alteri: conſtat hanc propoſitionem eſſe & ambiguam, & non ad propoſitum, ambiguam quidem, quia Auicenna videtur ipſam negare, vt dicimus, non ad propoſitum vero, quia non ſeruit rationi, vt viſum eſt. Reſpondet Auerroes, & primo dicit propoſitionem eſſe ad propoſitũ, quatenus, aut ipſa, aut eius euerſa ſeruit rationi. Sua euerſa eſt omnis motus præternaturalis alicui, eſt naturalis alteri: hæc enim ſeruit rationi, vt tactum eſt in textu: igitur pro tanto hæc propoſitio eſt ad propoſitum, pro quanto eius euerſa rationi ſeruit: et hoc inquit, quamuis magiſter non poſuerit niſi conuerſum, tamen intendebat dicere euerſum, & quòd hoc intendebat: probat primo, quia facile patet illud euerſum loco ẽ maiori: quoniã ſi omnis motus naturalis alicui, eſt alteri præternaturalis, per locum ẽ maiori ſequitur ẽ contra, vt omnis locus præternaturalis alicui, ſit naturalis alteri. Secundo, probat eandem conſequentiam per impoſſibile, quia ſi eſſe poteſt, vt aliquis motus ſit præternaturalis alicui, & nulli naturalis, tunc aliqua ſpecies motus eſſet per accidens tantum, & violenta, quod eſt impoſſibile, cum naturale ſit prius violento, & per ſe prius, eo quod eſt per accidens. Sic igitur patet euerſum, tum loco ẽ maiore, tum per impoſſibile, & quia patet illius euerſum, & conuerſum non ita, iure poſuit cõuerſum tanquam minus notum, omittens euerſum, tanquam omnibus patens, & ſic patet quonam modo ſit ad propoſitum. Sed an ſit uera, Auicẽna negat illam: nam ſi omnis motus naturalis alicui, eſt pręternaturalis alteri, addam: ſed motus cęli eſt cœlo naturalis ſecundum rei veritatem: igitur aliĳs violentus ac pręternaturalis, ponatur ita, tunc duo motus eſſent contrarĳ eidem, vtpote motui ignis ſurſum contrarius eſſet motus deorſum q̃ eſt terræ, & motus circularis, qui per illata eſt ei pręternaturalis & violentus, & ſic uni eſſent duo ꝑ ſe contraria. Tunc rñdet Ariſtotelis, & dicit Ariſtotelem locutum eſſe hypotheti-

A ce, & non abſolute, quia propoſitionem illam noluit omnino uerã eſſe, ſed ſi eſt vera, ſequi propoſitũ, vt viſum eſt, & ita vult Auicenna demonſtrationem Ariſtotelis eſſe ex hypotheſi. Tertio, dubitatur de euerſo, videlicet, omnis motus præternaturalis alicui, eſt naturalis alteri. Nam eſt dubium ſi hæc propoſitio eſt vera, vniuerſaliter intelligendo præternaturale pro cõtra naturali, & pro non naturali: pręternãle .n. accipitur biſariã, ꝓ contra nãli & ꝓ non nãli, ideo quęrit ſi eſt tale euerſum uniuerſaliter, & ſecundum omnem modum intelligendi, verum. Reſpõdet Auerroes dupliciter vno modo, quòd propoſitio illa eſt vniuerſaliter vera, ſumendo pręternaturale pro cõtranaturali, modo teneatur ignem & aerem moueri ĩ proprĳs regionibus contra naturam. Nam ſi ſic teneatur, verum eſt vniuerſaliter, ſi aliquis motus eſt præternaturalis alicui, eſſe naturalem alteri: & ita omnis motus præternaturalis alicui eſt naturalis alteri. Sed quoniã aſſumptum eſt falſum, videlicet quòd ignis & aer in proprĳs regionibus circulariter mouẽtur contra naturam: quia tunc talis motus non eſſet perpetuus. B Reſpondet aliter, quòd Ariſtoteles accipit præternaturale communiter pro oppoſito eſſentiali, hoc eſt pro non naturali, & ſic etiam eſt vniuerſaliter vera dicta propoſitio: omnis .n. motus non naturalis alicui, eſt alteri naturalis: hęc enim non habet inſtantiam, & hoc inquit: nam motus contrarius naturali, quia dicitur violentus, non inuenitur niſi in aliquo quatuor corporum, ſed oppoſitus eſſentiali, qui dicitur non naturalis, inuenitur in pluribus, quia in igne & aere, quippe cum motus eorum ſit compoſitus ex recto & circulari, hoc eſt quum quodlibet eorum gemino motu moueatur recto per ſe, circulari non per ſe. Sic igitur motus violentus vni quatuor tantum competit, quia ſemper oppoſito corpori, motus non naturalis competit pluribus vno quia aer et ignis mouetur motu circulari non naturaliter, quibus addit Auerroes rationẽ Ariſtotelis valere, ſi hoc pacto ſumatur antecedens: ſi enim omnis motus non naturalis alicui eſt alteri naturalis, ſequitur circularem motum eſſe cœlo naturalem, vt deductum fuit. Demum recolligit ambas propoſitiones, quarum vna erat motus C accidentalis corpori alicui, neceſſario erit naturalis alicui corpori, & dicit hanc eſſe veram quouis modo, ſiue accidentale ſumatur pro contra naturam, ſiue pro non naturali. Altera propoſitio erat, motus naturalis alicui eſt accidentalis alteri: & hanc vult eſſe diſtinguendam: nam ſumendo accidentale pro contra naturam, motus cęli nulli eſt contra naturam. Sumendo accidentale pro non naturali, illa eſt vniuerſaliter vera, quia omnis motus naturalis alicui, eſt alteri non naturalis. Hæc Auerroes circa quæ primo animaduertas, quòd translationes Auerrois ſunt falſæ: ſcribitur enim in illis, quòd omnis motus naturalis alicui, eſt pręternaturalis alteri, & ſuper hanc mouet primam dubitationem. Vbi patet in codicibus græcis hanc non eſſe: & propterea dubitatio illa non fuit ad propoſitum. Secundo animaduertas, quòd hęc propoſitio biſariam intelligi põt, vt recte Auer. ĩquit, q̃a pręternãle poteſt accipi pro violento, et contra nãm, & accipi ꝓ non nãli. Si accipiĩ ꝓ violẽto, illa ẽ falſa: nõ .n. opꝫ vt oĩs mot⁹ nãlis alicui, alteri ſit violent⁹, vt recte de circulari ẽ inſtã D tia: ſin aũt accipiĩ pręternãle, pro non nãli, patet ꝓpõnem eſſe vẽr ueram: nã oĩs motus nãlis alicui corpi, eſt non nãlis alteri, & non hẽt inſtantiã: hęc de ꝓpõne iõ ſe. Tertio, aĩaduertas, q̃ ſyllĩs literę ẽ iſtę, oĩs mot⁹ pręternãlis aliquibus eſt nãlis alicui corpi diſtincto ab illis, Sed circularis ẽ pręternãlis aliq̃bus corpibus, vt igni & aeri: igitur nãlis alicui ſepato ab oĩbus eĩs: igitur ꝑ conuerſionẽ ꝓpõnis factæ ex obliq̃s, eſt aliquid corpus ſepatum ab eĩs, cui nãlis eſt motus circularis, & eſt propoſitũ. Tunc circa hunc ſyllm dubitãt q̃dam quo ad minorem, quia ſupius Ariſt. ꝓbauit motum circularẽ nulli corpori eſſe præternaturalem, & tñ in minore ſumit oppoſitũ, videlicet q̃ ipſemet motus circularis eſt præternãlis alicui corpori.

Rñdet primo (vt mihi vr̃) iuxta Auer. ſoſonem, ꝙ prçter naturale põt accipi cõiter pro oppoſito eẽntiali, hoc eſt, ꝑ non oãli: & põt accipi ꝓprie pro uiolento: voluit igr̃ maiorem eſſe veram quouis mõ ſumptam, qm̃ omnis mot⁹ ꝓternaturalis aliqbus, eſt nãlis alicui, ſiue ſit prçternãlẽ intellectum ꝑ violento ſiue ꝑ non nãli. Minorẽ vero voluit intelligi ſumendo præternãle ꝑ non nãli cõiter, quod diſtinguitur cõtra eſſentiale, & ſic eſt vera: oã motus circularis cõpetit igni & aeri non nãliter.

Obiectiones. Sed qdam refellit ſoſonem, primo, qa ſupius & hic vtitur eodẽ verbo, vcʒ παρὰ φύσιν, hoc eſt prçter nãm: & non eſt conſonũ in tam paucis verbis æquocaſſe. Secundo, qa vtitur ijſdem exẽplis hic, qbus vtebatur illic: igr̃ non uidet̃ ſibi diſsimilis, & ita præter nãm hic & illic vr̃ accipere pro violento.

Solutio. Tenet igitur Expoſitor Ariſt. hic ꝓbare cœlũ non moueri circulari motu violenter: & hoc contra nonnullos, q dixerunt oppoſitũ, vel ſaltem cõtra aduerſariũ, q poſſet ſic dicere: vnde dupl̃r contra hoc arguit: primo oſtendendo hũc motum nõ eſſe contra nãm: ſecundo ꝙ dato ꝙ ſit alicui contra nãm, ſeqtur intentum, videlicet eẽ alicui nãle: & ita vult Ariſt. eſſe ſibi vbiq; ſimilem. hæc Expoſitor. Sed mihi vr̃ hunc reddere rõnem Ariſt. leuem. Nam tũc eius rõ eſſet ex conceſsis, & ita ad hominem, imõ Ariſto. (vt Auer. inqt) ſimpl̃r itelligit. Propterea ſi qs deductione Auer. afficeret̃, dicere poſſet παρὰ φύσιν, eſſe acceptũ hic aliter q̃ prius: nec eſt incõueniens in tã paucis verbis. Ariſt. varie loq, modo id quod dicit, non ſimpl̃r aduerſet̃ ei, quod dixit: & licet ſit vſus eiſdem exemplis: non tamẽ vtitur illis eodẽ ſenſu, vt patet intelligenti. Reliqua quæ Expoſitor addit ſunt ad græcoꝝ mentem recte dicta.

Inſuper & ſi circularis motus alicui inſit ſecũdum naturã: patet profecto fore corpus quoddam ſimplicium atq; primorum, quod quidem ſic ſuapte natura eſt illud circũferri aptum: quẽadmodum ignis ſurſum, & terra deorſum. Si autem corpora quæ circulo feruntur, præter naturam circularem motum ſubeunt: mirabile & omnino rationis expers videbitur: hunc ſolum motũ eſſe continuum atque perpetuum: qui quidem præter naturam eſt: quippe cum alia quæ præter naturam ſunt citiſsime aboleri conſpiciãtur: itaq; ſi ignis eſt id quod circunfertur, quemadmodum nonnulli autumant, nõ minus hic motus prçter naturam inerit ipſi, q̃ is qui deorſum eſt: ſi quidem motum ignis, eum videam⁹: quo ipſe è medio recta fert̃ via. Quapropter ex his omnibus aliquis ratiocinans, corpus aliquod aliud eſſe credet præter ea corpora, quę hic & circa nos ſunt, ſeparatum, tanto ſublimiorem habens naturam, quanto plus ab his diſtabit, quæ ſunt hic.

Quinto, Ariſt. arguit, motus circularis alicui cõpetit, vt ſenſu patet: videmus. n. ſenſu aliquod circulariter moueri, vt Solem q 24. horis ab ortu mouetur ad occaſum, redeundo in ortum. Sic igr̃ patet motum circularẽ alicui cõpetere. Aut igr̃ prçter nãm, aut ſm nãm. Si ſm nãm alicui cõpetit corpori: patet per conuerſionẽ ꝓpoſitionis ex obliquis, eſſe aliquod corp⁹ de numero ſimplicium & primoꝝ, quod qdem ſic ſuapte nã eſt illud circunferri aptũ, quẽadmodum ignis ſurſum, & terra deorſum: eſt igr̃ conuerſio, mot⁹ circularis alicui cõpetit corpori ſm nãm: igr̃ eſt aliquod corpus, cui motus circularis cõpetit ſm nãm, & hoc erat intentũ. Addit tñ in conueniente, quędã, quæ non accepit in cõuerſa: vt ꝙ id corpus ſit ſimplex, & primum, qa ſuppoſuit ex prioribus rõnibus motũ circularẽ eſſe ſimplicẽ & primum. Sin aũt alicui corpori competit prçter nãm, illud eſſet aliquod quatuor elẽtorum, uel ipſa quatuor elẽta: at ſi corpora, q̃ circulo feruntur, præter naturam circularẽ motum ſubeunt: mirabile & omnino rõnis exps videbitur hunc circularẽ motum ſolũ inter cæteros eſſe continuũ, atq; ꝑpetuum, qui quidem prçter nãm eſt: qppe cum alia oĩa quæ præter nãm ſunt, citiſsime aboleri cõſpiciantur, quemadmodũ calefactio aquæ, & mot⁹ terræ ſurſum, & cætera id genus.

Ariſt. argumentatio. Erigat̃ rõ ſic, ſenſu conſtat circularẽ motum alicui corpori cõpetere: aut igr̃ ſm nãm, aut præter nãm, ſi ſm naturam, tunc ꝑ conuerſionẽ ſeqtur eſſe aliquod corpus, cui circularis motus competit ſm naturam: & hoc erat propoſitũ. Sin aũt alicui competit corpori præter nãm, maxime eſſet aliquod elẽtorum: at hoc eſſe non põt, qa tunc eiuſmodi motus non eſſet cõtinuus et ꝑpetuus, cuius contrarium eſt demõſtratum in libro Phyſico. 8°. patet igitur eſſe aliquod corp⁹ ſimplex primum quod circulari motu ꝑpetuo torquetur.

Error quorundam. Ex hac rõne infert errorem coꝝ, qui dixerunt cęlum, & quòd ꝑpetuo circulari motu mouetur, non eſſe ignem, vt nõnulli dixerunt: & attribui ſolet Platoni, vt in libro Meteor. habetur, & inquit: itaq; ſi ignis eſt id, quod circunfertur vt nonnulli autumarũt) non minus hic motus præter nãm inerit ipſi, q̃ is, qui deorſum eſt: ſi qdem motum ignis eũ cẽſeamus, quo ipſe è medio recta fertur via. Ex his omnibus epilogat, & quæ dicit, clara ſunt tranſlatione ipſa.

Difficultates. Sed in his ſunt difficultates non paucæ. **prima.** Prima, quia videtur Ariſtot. diuiſio inſufficiens: nam motus poteſt competere alicui natura, prçter naturam, et non ſm naturam, vt ſupius diximus. **Secunda.** Secunda eſt, qa põt motus competẽs alicui non ſm naturam, eſſe continuus & perpetuus. Nã ignis l eius regione, perpetua agitatione torquetur: at cõſtat ipſum moueri circulari motu, non ſecundum naturã. **Tertia.** Tertia eſt, qa non vr̃ bene confutata poſitio Plat. quę dicit cęlum eſſe ignem vel igneũ, quia motus circularis minus competit igni præter naturam, q̃ motus deorſum: imo apud Ariſtotelem circularis motus competit igni, & non præter naturam, ſed magis non ſecundum naturam. **quarta.** Quarta difficultas eſt in verbo commenti, qui auctoritatẽ Albumaſaris, dicit hanc propoſitionem, videlicet cœlum non eſt corruptibile, non ducere ad primæ certitudinis ordinem, verum illi nec aliquis ſenſus, nec ratio contradicit, modo hoc videtur implicãs in adiecto: nam propoſitio cui nec ſenſus, nec ratio contradicit, eſt prima: imo eſt dignitas ſm Auer. **quinta.** Quinta eſt in epilogo: oã corpa cęleſtia oĩa ſunt eiuſdem ſpẽi, vt dicet̃ in ſecũdo huius, cõment. 49. igitur alterum altero ſublimiorem non ſubibit naturã, tanto magis ac magis, q̃to magis ac magis ab his diſtabit corporibus: hę ſunt difficultates nõ paucæ, quas græci omiſerunt pro magna parte.

Solutionũ primarũ difficultatum. Pro ſolutione ad difficultates, quæ contingunt in textu, animaduerſione dignum Ariſtotelem ſupponere motum non poſſe competere alicui nõ naturaliter, niſi alicui competat naturaliter: verbi cauſa, competit igni motus circularis non naturaliter, quia ſibi competit per naturam corporis ſuperioris, cui hic motus competit naturaliter. Ex hac ſuppoſitione ſequitur ſi non eſt aliquod corpus, cui naturaliter competit circularis motus, motum circularem, cuiq; competere aut ſm naturam, aut præter naturam: patet, quia cum nõ ſit aliquod ſuperius corpus, cui natura competat, neceſſe eſt cuicunq; competit: competere autem ſecundum naturam, aut præter naturam, cum non per naturam alterius competere poſsit, quod eſt non ſecundum naturam competere. Ex hac ſuppoſitione patet, quòd diuiſio Ariſtotelis in caſu ſuo eſt ſufficiens. Secundo patet in caſu ſuo non poſſe circularem motum competere igni non ſecundum naturam, quippe cum in caſu ſuo non detur corpus ſuperius, ratione cuius competat igni. Tertio patet eſſe bene confutatam opinionem Platonis in caſu ſuo, quia vbi non eſt aliquod ſuperius corpus, cui per naturam motus is competat, neceſſe eſt circularem motum eſſe

præter

A præternaturalē igni, vt ſibi eſt præternaturalis motus deorſum. & p hęc patet ſolutio ad tres primas difficultates. Ad quartam fortaſſe Auer. loqtur ſm opinionem hominis illius: at ſm ſe oīs propoſitio cui cōcordant oēs ſenſus & rō eſt prima. Vel dicendum eſſe drīam, inter propoſitioni alicui non contradicere ſenſus, & conuenire ſenſus oēs: ſtat. n. alicui ppoſitioni non contradicere ſenſus, nec rōnē, qa non bene cadit eius ſignificatio in ſenſib⁹, cui tñ non concordabūt ſenſus. Auer. autē vbi propōnem primam vult eſſe, cui non mō non contradicūt ſenſus, ſed cōueniunt ſenſus oēs, & rō, & ſic tollitur cōtradictio. Ad quintam rńdet Auer. in com. 16° & pertie, & dicit, q̄ corpora cœleſtia non ſunt ęq̄lia nobilitate, ſed variantᷓ nobilitate, p drīs locoꝝ: nam quod eoꝝ eſt loco ſublimi⁹, eſt nobilitate excellentius, cuius ſignū affert: qa Ariſt. in lib. de aīalibus aſſimilauit Lunā, quæ eſt īfima orbiū: terrę, quę eſt infima elītoꝝ: qa vt in terra vīr diuerſitates in montibus & uallibus, ita in Luna conſpiciunᷓ ptes maculoſę et limpidæ. Ad formam difficultatis conceditur corpora cœleſtia eſſe eiuſdem ſpēi, non tñ vniuoce, ſed æquoce, vt 2° B huius dicemus, & ſic pñt dignitate nāę, et locoꝝ differre. Vtrū uero quemadmodū orbes drūnt loco, differāt nā, duodecimo libro primę philoſophiæ recte perlibrauim⁹, commento 44°, & tu lege ea quæ illic diximus, & de difficultatibus hactenus.

At qui cū eorum quæ dicta ſunt, alia ſuppoſita ſint, alia demōſtrata: patet neq; leuitatē, neq; grauitatem habere corpus omne.

Expoſitio Auer. Com. 17.

Hactenus demonſtrauit, q̄ corpus qđ circulariter mouetur, differat ab hiſce corporibus, q̄ recto mouentur motu. Nunc, ut Auer. placet, uult declarare q̄nam ſit nā talis corpis, aſſerens nām talis corporis eſſe neq; grauem, neque leuē, et q̄m Plato arbitrabatur oē corpus eſſe aut graue, aut leue: hac qdem rōne, qa graue & leue ſunt contraria, inter quę non datur mediū ſubm: dicit corpus tale eſſe leue, imo igneum atq; leuiſſimū: quatenus oībus ſuperfertur: pp opinionem itaq; Platonis, Ariſt. ut inqt Auer. addet q̄ non oē corpus eſt aut leue, aut graue, imo q̄ ſunt C tres naturę, grauis qdem & leuis, et media, q̄ eſt neq; grauis neq; leuis. Et cum dixit Plato inter contraria non eſſe medium ſubm, & non poſſe eſſe mediū inter graue & leue, obiter rńdet Auer. inter contraria dari medium ſubm p negationem, non aūt medium aptū denominari ab altero contrarioꝝ: verbi cauſa, inter cæcum & videns, datur mediū p negationem, vt pote lapis, qui nec eſt cęcus, nec videns: itemq; nec mutus, nec loquens. Tñ non eſt dare aīal, quod eſt ſubm aptum denoīari ab altero eoꝝ, qn ſit cæcum aut uidens, mutum aut loquens. Sic in ppoſito, in his quæ apta ſunt eſſe grauia & leuia, nullum eſt corpus, quod nō ſit graue aut leue: ſimplr vero p negationem cœlum neq; eſt graue, neq; leue: ſic igitur vt Auer. dicit Ariſtot. duo declarabit, & quænam ſit nā corporis, quod circulariter mouetur, & quod inter graue & leue ſit nā media p negationem ſaltem.

Quę Auer. Cōm. 17.

Et q̄ cœlū neq; ſit graue, neque leue, ſm Auer. ſic ſyllogizatᷓ: oē graue moueᷓ ad medium, oē leue mouetur ē medio: at corpus quod circulariter fertur, neq; ad mediū neq; ē medio mouetur, ſeqtur in D ſecunda figura cœlū non eſſe graue neq; leue, ſed nāæ tertię, quod erat propoſitum. Vult igitur Auer. q̄ in hac rōne quædam ſupponuntur tanq̄ ſupius declarata, vt q̄m corpus quod circunferᷓ, neq; ad mediū, neq; ē medio mouetur, quæ erat minor: hanc. n. ſuperioribus rōnibus demonſtrauit: & nunc ſupponit q̄dam quæ demonſtrabuntur, vt quod oē graue ad medium, & omne leue ē medio moueatur, quæ erat maior, et tunc iuxta Auer. expoſitionem, inqt Ariſt. atq cum eoꝝ quę dicta ſunt, hoc eſt cum eoꝝ, quæ dicenda ſunt in ſyllō: alia ſuppoſita ſint ex ſuperioribus rōnibus: alia demōſtrata, qa demonſtrabuntur patet, qa erit pſpicuum, neq; grauitatem, neq; leuitatem A hēre corpus oē, hoc eſt cœlum, quod dr̄ oē, quaten⁹ continet oīa. hęc ex Auer. Hæc Auer. expoſitio cōuenire videtur his, quę ſubiunget, at his quę dicit non conuenit, qa videtur verba non exponere, ſed euertere.

Qualr̄ Auer rois expō.

Melius igr̄ referanᷓ verba hęc ad dicta tam: nam eoꝝ quę dicta ſunt, quædam ſunt ſuppoſita, vt q̄ vni vnum eſt contrarium, & q̄ ſint ſolæ duæ ſimplices magnitudines, & quædam alia: quędam autem ſunt demonſtrata ex quibuſdam pręmiſſis, vt q̄ ſint tres motus ſimplices: & q̄ motus circularis ſit nālis alicui corpori: quod eſt aliud ab elementis & miſtis, ex his ptim declaratis, ptim ſuppoſitis cōſtare pōt cœlū quod vocatur totū corpus: neq; habere grauitatem neq; leuitatem. Verum Ariſto. non contentus declaratione hac: iteꝝ nouam facit declarationem in qua iteꝝ quædam ſupponit, & quædam demonſtrat. Et ſic Ariſt. verbum illud eoꝝ, quæ dicta ſunt, non ad dicenda, vt Auer. autumat, ſed ad dicta refert. Quo vero ad uerba grę ca attinet, verbū illud, omne, græce ē apan, latine tum totum, tum oē, quod quidam referunt non ad cœlum, ſed in B telligunt ſic: patet non oē corpus leuitatem aut grauitatē habere: græci referunt ad cœlum: nā ubiq; cœlum Ariſt. appellat apan, hoc eſt totū & omne: quatenus nihil eſt extra ipſum, & de intentione ad dicenda hactenus.

Atq ſupponere oportet qdnā graue, qdue leue appellamus, nūc qdem quo ad ſatis eſt, ad vſum præſentem: diligenti⁹ vero rurſus, cū ipōrum conſiderabimus ſubſtantiam.

Quia dixit ad eam rem demonſtrandam, eſſe quędam ſupponenda, quædam demonſtranda: nunc quę nam ſupponenda ſunt, explicat, & dicit ſupponēda eſſe quidnam graue, quidue leue ſit, & non quidem exacta conſideratione, ſed craſſa quadam minerua, vt ad præſentem chriam, hoc eſt vſum vel neceſſitatem ſufficit. Nam in quarto huius libri volumine diligentius conſiderabit ipſorum ſubſtantiam. Sic igitur duo ſupponenda proponit, ut pote, quid leue ſit, & quid graue. Harum ſuppoſitionum & neceſſitatem, & cauſam tradit Expoſitor, & ſapide: nam Ariſtoteles demonſtrare intendit cœlum eſſe neq; graue C neq; leue: ſed (vt dictum eſt) omnis demonſtrationis principiū eſt, quod quid ē quæſiti, vel paſſionis, vt dicit Philoponus: quare opportet ſupponere quid graue, quidque leue ſit, quod eſt quæſitum de cœlo: iure hæc ſupponere oportet. Quo vero ad verba attinet animaduerſione dignum, cuiuſq; rei duplicem poſſe aſſignari diffinitionē, alteram quid nominis, alteram quid rei, et quia in doctrina demonſtratiua oportet ſupponere, & præcognoſcere de q̄ſito qđ noīs, ideo Iuniores dicunt Ariſt. iure ſupponere qđ noīs graue, & qđ noīs leue: quo vero ad eorum definitiones eſſentiales, loquetur in quarto de his: propterea dicit nunc quidem ſatis quo ad vſum præſentem, quia quo ad definitiones quid nominis. Diligentius vero rurſus, cum ipſorum conſiderabimus ſubſtantiam, quia in quarto libro de his tradet definitionem eſſentialem. Sed hæc expoſitio videtur non temere facta: verum non videtur ad mentem expoſitorum: volunt enim expoſitores definitiones grauis & leuis hic traditas eſſe eſſentiales, & nō tātum quid nominis: immo & explicare ſignificationem D nominum, & eſſentias rerum, nec aliter unquam Ariſto. hæc in tertio vel quarto definit: vt patet his, qui libros illos reuoluerunt.

Cōfutatio

Sed vt recte Auerroes animaduertit, definitiones hæ non ſunt dictæ ad diligentiam, ſcilicet ad ſufficientem vſum, quia non ſunt de illis dictæ opiniones veterum: itemq; nec traditæ per regulam poſteriori cam. In quarto vero diligenter ſunt dictæ, & quia opiniones de his, & per regulam ſunt narratæ: hęc Auerroes, & optime.

Quę Auer.

Expoſitor vero dicit definitiones haſce omnes dictas non diligenter, quia vtitur eis, ut ſuppoſitionibus. In quarto vero & tertio libris dictæ ſunt diligenter, quia per artem ſunt traditę, & ita hæ definitiones ſunt quid rei ſecundum expoſitores omnes. Hæc de ſuppoſitionibus.

Quæ Expoſitor.

Graue igitur id ſit, quod ad mediũ ferri aptũ eſt: Leue vero quod è medio.

Proſequitur, & primo declarat quidnam graue, quidue leue ſit, & inqt, graue eſſe id, quod ad medium ferri eſt aptum, leue vero etiam id, quod è medio ferri eſt aptum. Videntur aũt definitiones hæ bonæ: conſtant. n. ſuis generibus, ſuiſq; differentijs. Nam p verbum id, quod græce eſt τὸ, iodicat genus. quod eſt corpus ſimplex, vel in q aliquod ſimpliciũ corporũ excellit, p id verbũ qđ ad medium ferri eſt aptum, intelligit differentiam, qua differt è leui: propterea definiẽs leue, inquit eſſe id corpus vel ſimplex, uel in quo ſimplex prędominatur, quod eſt è medio ferri aptum: nam leue & graue cõueniunt in gñe: quia vtrunq; eſt ſimplex corpus, vel mixtum in quo ſimpliciũ aliquod prædominatur, differunt ſpecie: quippe cum graue ad medium, leue è medio ſit ferri aptum. Sed ambiges fortaſſe. Primo qualis nam ſit hæc, ſi gñica omnibus coouenien, vel ſphærica. Secũdo ambiges cur Ariſt. vtitur hoc modo per negationem, dicens: graue ad medium, & leue à medio ferri eſſe aptum: & non dixit graue deorſum, et leue ſurſum eſſe aptum ferri. Ad primam ſoluit Auer. diffinitionem eiuſmodi eſſe gñicam, cum altera cõpetat omnibus ſpeciebus grauis, & altera omnibus ſpeciebus leuis. Ad cuius euidentiam duo indicat. Primum, quod duplex eſt graue, duplexque leue, alterum in reſpectu, terra & ignis ſunt talia ſimpliciter, quia terra omoibus elemeotis eſt grauis, ignis omnibus elemẽtis leuis, aqua & aer ſunt graues leueſue reſpectu: eſt. n. aqua ad aerem atq; ignem grauis, ad terram vero leuis, aer uero ad terram atq; aquam leuis, ad ignem grauis: probat hæc, quia ſi aqua per poſsibile vel impoſſibile eſſet in centro mundi, moueretur ad ſuperficiem terræ, & ad concauum aeris, quæ ratio docet illã ad terram leuitare: ad aerẽ vero grauitare. Præterea, ſi aer poneretur in cœli concauo deſcenderet ad conuexum aquę, et ad cõcauum ignis, quę ratio docet aerem ad ignem grauem, ad cętera leuem eſſe. Indicat ſecundo, & corollarie in aqua grauitatem abũdare, in aere leuitatem. quippe cum aqua ad duo ſit grauis, ignem videlicet & aerem, ad vnum leuis, terram videlicet, aer cõtra, ad vnum grauis, ignem, ad duo aquã & terram leuis ſit. Ex his vult definitiones haſce genericas eſſe, cũ omnibus ſuis ſpeciebus competant, & ego addo eſſe genericas, non modo quia ſuis ſpeciebus proprijs cõpetuot vt omnibus grauibus, & omnibus leuibus ſimplicibus, ſed etiam omnibus ſpeciebus extraneis, quia oĩbus miſtis ex his: lapis. n. grauis: & eſt ad mediũ fertur, q tamẽ mixtus eſt, oleum è medio aptum eſt moueri, quod tamen eſt miſtum. Ex dictis colligit Auer. Ariſt. principium quo graue ad medium, & quo leue è medio feruntur, eſſe formam ſubſtãtialem eorum, quæ eſt illorum habitus, & perfectio eſſentialis, & ſi diceretur vulgares vel le leuia moueri à leuitate quæ eſt accidens, & graue à grauitate quę etiam eſt accidens. Rñdet hoc eſſe dictum vulgarium, qui non percipiunt niſi accidẽtia & non ſubſtantias: tamen re vera principium verum eſt forma ſubſtantialis illoꝝ: hæc Auer. Ex quibus patet de mẽte Auer. ꝙ grauia & leuia mouentur principaliter è ſuis formis effectiue, licet contingat ſecundum vulgus tribuere nomẽ principij accidentibus, quæ formã conſequuntur, quæq; ſunt inſtrumentaria principia, veluti caliditas calefactionis. Ad ſecuodum reſpõdet Expoſitor, & bene Ariſt. ſic definiſſe per negationem, & non per ſurſum, vel deorſum, quia noo oẽs concedunt ſurſum & deorſum in mundo elementario: omoes tamen concedunt medium, propterea ne impediãtur definitiones, dixit graue eſſe id, qđ ad medium, leue quod è medio aptum eſt ferri, donec ĩ ſecundo declarabit in mundo eſſe differẽtias poſitionis, videlicet ſurſum & deorſum: hæc Expoſitor, & ſapide. Quo vero ad verba attinet, dixit (graue igitur id ſit,) & non dixit graue eſt, ut indicaret definitiones haſce eſſe hic acceptas: vt ſuppoſitiones, donec illas per artem nanciſcetur in tertio libro & quarto. Et etiã dixit, quod ad medium ferri aptum eſt, Nam non oportet, vt ſemper graue feratur deorſum, ſed ſi aptum ferre, et magis per aptũ moueri, ꝙ̃ p aptum quieſcere deſcribit: qppe cũ hæc inueſtigatio p motuũ ſimpliciũ dñiam agat. Accedit ẽt ad hæc, ꝙ mot⁹ eſt notior qete, vt habit⁹ priuatione: hæc de v̾bis.

Dubĩones. prima.

Secunda.

Pria ſolo. Quę Auer. Com. 17.

Solo ſcđi Quæ Expoſitor.

cõſidratio verborum

Grauiſsimum id his oĩbus ſubſtat, quæ deorſum feruntur: Leuiſsimum id quod oĩbus ijs ſuperfertur, quæ ſurſum petunt.

Et de prima ſuppoſitione hactenus. Secunda vero ſuppoſitio eſt defioitio grauiſſimi & leuiſſimi: grauiſſimum quidem eſt id quod omnibus ijs ſubſtat, quæ deorſum feruntur: leuiſſimum vero id quod omnibus ijs ſuperfertur, quæ ſurſum petunt. Auerroes vero in ſuis trãſlationibus ſic habet, graue eſt illud quod grauitatẽ præcedit oĩa grauia, & reſidet ſub omnibus deſcendentibus ad inferius, hoc eſt quieſcit ſub omnibus, quæ deorſum mouẽtur, leue vero quod leuitate præcedit omnia leuia, & eleuatur ſuper omnia, quæ ſurſum feruntur. Super his definitiooibus plurima tangit Auerroes, quorum primum eſt quod hæc eſt alia deſcriptio, grauis & leuis: nam prima fuit communis omnibus ſpeciebus, grauis & leuis, hæc eſt propria & graui, & læui ſimpliciter. Secundum eſt, quod hæc definitio poteſt eſſe vna, & plures: ſi vna, hæc datur per quietem, qua graue quieſcit ĩ loco proprio prima vero ex motu: ſin autem plures, prima eſt p motũ quæ dicit graue eſt, quod præcedit grauitate omnia grauia: ſecunda per quietem, quę dicit, et quod omnibus ſubſtat. Addit tamen ꝙ forte hæc definitio eſt vna compoſita ex illis duab⁹, ita ut definitio grauis & leuis ex illis duabus proprietatibus cõpoſita ſit notior, & ſic videtur velle hanc eſſe ſecundam definitionem grauis & leuis ſimpliciter, differens à prima multifariam: primo quia illa fuit communis omnibus ſpeciebus grauis & leuis: hæc competit graui & leui ſimpliciter tantum: ſecundo, quia hæc data eſt per quietem. Superior per motum: tertio hæc cõponitur ex duabus proprietatibus: ſuperior vero per genus & differentias: quarto hæc eſt notior, illa vero oſcurior. Nam hæc datur per proprietates notiores. Illa per genus & differentiam, hæc ex Auerroe. Tu vero animaduerte, ꝙ omnia hæc ſunt ſuꝑflua, & tranſlationibus noſtris, & græcis codicibus diſſona: ſunt enim ſolum ab eo ficta. Quo vero ad verba attinet, grauiſſimum hic non intelligitur illud, quod eſt gradualiter intenſius graue. Nam aqua eſt grauiſſima gradualiter, quia grauis ut octo, & aer leuiſſimus gradualiter ſimili ratione, ſed intelligitur grauiſſimum & leuiſſimum, quod eſt tale ſimpliciter, & reſpectu omnium, vt recte Auerroes. Qua ratione nõ indocte Auerroes aſſeruit eſſe duas definitiones grauiſſimi & leuiſſimi: nam prima erat communis, ſecunda vero propria graui & leui ſimpliciter. Secundo dixit, ꝙ omnibus ſubſtat eorum quæ deorſum feruntur: adijcit enim eorum quæ deorſum feruntur: nam centrum terræ omnibus ſubſtat: non tamen eorum quæ deorſum feruntur: non enim deorſum fertur. Similiter de leui dixit ꝙ omnibus eminet, quæ ſurſum petunt, propter cœlum: nam cœlum omnibus eminet, non tamen eſt eorum, quæ ſurſum petunt. Quibus patet definitiones haſce datas eẽ per quietem: prima vero dabatur per motum: verbum enim ſuperfertur gręce eſt epipolázon latine tum eminẽs tum emergẽs. Tertio, aĩaduerte uerba illa ſurſum & deorſum eſſe ſumpta vt prius, videlicet deorſum, p medio, ſurſum, p è medio recedere, ſed vt indicaret vſum cõem, ſic locutus eſt, & de grauiſſimo, leuiſſimoq; hactenus.

Quę Auer. com. 17.

Qualis expõ Auerr. Cõſideratã verborum

Neceſſe igitur omne quod fertur aut ſurſum aut deorſum aut leuitatẽ aut grauitatẽ aut vtrũque habere, non ad idem tamen. Ad alia nanq; ſunt grauia & leuia, vt aer ad aquam, & aqua ad

terram

terram. Corpus igitur quod circulo fertur, im-
poſsibile eſt habere grauitatem aut leuitatem.

Ex dictis ſuppoſitionibus ſyllogizat ꝓpoſitum ſic, oē
hñs grauitatem aut leuitatē, aut vtrūq;, mouetur aut ſur
ſum aut deorſum, hoc eſt aut è medio, aut ad mediū: hæc
maior ex ſuppōnibus patet. Corpus quod circulo fertur,
neq; mouetur è medio, neque ad mediū: igr̄ corpus quod
circulo fertur, neq; hēt grauitatē, neq; leuitatē, neq; vtrū
que, & hoc in 2ª figura: huius rōnis non ponit maiorē in
ꝓpria forma, ſed eius conuertentē, & inqt: neceſſe igitur
oē quod fertur, aut deorſum, aut ſurſum, aut leuitatē, aut
grauitatem, aut vtrunq; hr̄e: & qa dixit aut vtrunq;, qđ
vr̄ forraſſe impoſſe, niſi ſit mixtū: addit nō ad idem tñ, ſed
ad alia, atq; alia: ad alia nāq; ſunt grauia et leuia, ut aer ad
aquā eſt leuis, & ad terrā: aqua vero ad terram tm̄, è con-
tra, aqua ē grauis ad aerē & ignem; aer aūt ad ignem tm̄.
Sic igr̄ corpus ſimplex hr̄e pōt vtrūq; in reſpectu. Ex his
igr̄ vult habere hanc maiorē: oē hñs grauitatem aut leuita
tem, aut vtrunq;, mouet̄ aut deorſum, aut ſurſum, vt ex
B definitiōibus patet. Poſuit tñ non ipſam, ſed eius cōuertē
tem, vt indicaret demonſtrationē hanc cōſtare ex vniuer
ſalibus & conuertibilibus. Poſuit ēt & cōcluſionem di-
cēs: corpus igr̄ quod circulo fertur impoſſe eſt hr̄e aut gra
uitatem, aut leuitatem: ſed neceſſe eſt eē neutꝝ, vt è prin-
cipio ꝓbare propoſuit. De ſyllo igitur tetigit maiorem et
concluſionem: hæc de ſyllogiſmo.

Quæ Auer. com. 17.

Auerroes aūt eodem mō textum introducēs, vult ma
iorem quo ad ambas ptes cōuerti, vt patet ex deſcriptio
nibus, q̃ ſemꝑ conuertuntur cū deſcriptis: dictum eſt. n.
graue eſſe id quod ad mediū fertur: igr̄ ꝑ conuerſionē de-
ſcriptionis, quod ad mediū fertur, eſt graue. Silr̄ leue eſt
quod è medio fertur: igr̄ quod è medio fertur, eſt leue, per
eandem regulā: igr̄ congregando ambas ptes, oē quod è
medio fertur eſt leue, & oē quod ad mediū fertur eſt gra-
ue: quare ꝑ conuerſionem, oē grauitatē, aut leuitatē, aut
vtranq; hñs, mouetur aut ad mediū aut è medio, & è cō-
tra: oē quod ad mediū vel è medio fertur, eſt graue aut le-
ue, & ſic patet cōuerſio maioris. Quare accepta maiore,
C videlicet oē hñs grauitatem, aut leuitatē, aut vtrūq;, mo
uetur ſurſum aut deorſum, q erat maior. Secundo, aduer
tit Auer. eodem mō eſſe dicendū de graui & leui, quo
& de deſcenſu aſcenſuq; dr̄. Eſt. n. aſcenſus ſimplr̄, quo le
ue ſimplr̄ ſurſum fertur, aſcenſus in reſpectu, quo leue in
reſpectu ſurſum aſcendit, in reſpectu & de deſcenſu ſilr̄.
Quare de graui & leui non aīr q̃ de deſcenſu aſcenſuue di
citur, eſt dicendū, & hæc q̃ Auer. dixit, ſunt ſapide dicta.
Quo igr̄ ad verba attinet, patet vt recte dicit Auer. opꝫ
Ariſt. adiecīſſe ꝑticulam igitur, q̃ græce eſt dì, qa hoc ex
dictis deſcriptionibus ſeqtur: q̃ ſemꝑ conuertur cū deſcri
ptis, recte etiam in cōcluſione adiecīſſe ēt, igitur ut indica
ret eſſe perfectum ſyllogiſmum: hæc de mente Auer.

Non. n. pōt ipſum aut ſm̄ nām, aut præter
naturam, aut ad mediū, aut è medio moueri. Re
cta. n. latio non cōpetit ipſi ſm̄ nām: qppe cum
vniuſcuiuſq; ſimpliciū vna ſit. Quare erit idem
alicui eorū, quæ hoc pacto mouentur. Quod ſi
D præter nām ducat̄, ſi latio quæ eſt deorſum, ſit
præter nām, quę ſurſum eſt, erit ſm̄ nām. Sin au
tē quę ſurſum ꝑter nām, quę deorſum ſm̄ nām.
erit. Poſuim⁹. n. contrariorū, quorū alterum eſt
præter naturam, alterum eſſe ſm̄ naturam.

Quę Auer. Com. 18.

Minor dictæ demōſtrationis erat, ſed corpus quod cir
culo fertur, non mouetur ad mediū, nec è medio, & ideo
ꝓbat illam, & ꝓſyllogizat ſic: oē quod mouetur ad medi
um, vel è medio: mouetur aut ſm̄ nām aut præter nām re
cto motu, ut ſuperioribus lectionib⁹ patuit. Sed quod circu
lo fertur, nō mouetur recto motu: igr̄ nec è medio, nec ad

A medium: probat minorem, nam ſi recta latio competit cę
lo, aut ſm̄ nām, aut præter nām. Si ſm̄ nām, tunc cœlum
eſſet eiuſdem naturæ, ac ſpeciei cum quatuor elementis,
cuius oppoſitum in ꝓximo problemate eſt deductum: de
ducit, qa cuiuſque ſimplicium vna eſt latio ſm̄ naturam,
quare ſi cęlum recto motu mouetur ſm̄ naturam, procul
dubio oportet fateri cęlū eſſe aut de ſpecie ignis, vel aeris
aut de ſpecie aquæ vel terræ, aut dicere vnā lationem ſim
plicem ſm̄ naturam conuenire pluribus ſpecie differenti-
bus, quæ oīa ſunt ſupius bene diſputata. Sin autem præ-
ter naturam latio recta cœlo competit: cum omnis recta
ſit aut è medio, aut ad medium: quæratur quæ harum cœ
lo competit, ſi quæ eſt deorſum, ſit præter naturam, quæ
eſt ſurſum erit ſecūdum naturam: ſin autem è contra quæ
eſt ſurſum eſt præter naturam, quæ eſt deorſum, erit ſm̄
naturam. Nam duorum cōtrariorum, ſi vnum eſt natu-
ra alicui competētes, alterum eſt præter naturam eidem
conueniens, vt ſuperius eſt demonſtratum. Quare patet
cœlum non poſſe recto motu moueri, & ſic nec è medio,
B nec ad medium, quæ erat minor. De proſyllogiſmo, tan-
git concluſionem quæ erat minor ſyllogiſmi prædicti, &
inquit: non. n. poteſt ipſum cœlum aut ſm̄ naturam, aut
pręter naturam, aut ad medium, aut è medio moueri: hęc
fuit minor ſyllogiſmi, quam ſumit vt concluſionē ꝓſyllo
giſmi: deinde probat minorem ꝓſyllogiſmi, & vtitur di-
uiſione, dicens: recta. n. latio non competit ipſi ſecundum
naturam: quippe cum vniuſcuiuſq; ſimplicium in ſpecie,
vna ſit latio ſimplex in ſpecie. Quod ſi ſic vna ſm̄ naturā
cœli & elementorum, erit idem alicui eorum quæ hoc pa
cto, ſcilicet recto motu mouentur, & ſic erit ſpecie idem
alicui quatuor elementorum: cuius oppoſitum in proxi-
mo problemate eſt demonſtratum: eſt. n. dictum corpus
quod circulo fertur eſſe alterius naturæ ab elementis. De
inde probat q recta latio non competit cœlo pręter natu
ram, quia vel illa erit è medio vel ad medium, & quicqd
dicatur, altera erit ſibi naturalis, & ita ſequetur vt prius,
ipſum eſſe eiuſdem ſpeciei cum aliquo, vel omnibus ele-
mentis: patet igitur minor dicti ſyllogiſmi.

Mouet Auerroes hic dubitationem: nam Ariſtoteles
C vtitur ad probandum cęlum non recto motu moueri pręc
ter naturam, hac propoſitione, videlicet, ſi aliquis mo-
tus ineſt alicui præter naturam, oppoſitus ineſt illi ſecun-
dum naturam: vnde ſunt duæ propoſitiones. Prima, ſi ali
quis motus ineſt alicui ſecundum naturam, eius oppoſit⁹
ineſt eidem præter naturam. Secunda eſt huius conuer-
tens, videlicet ſi aliquis motus ineſt alicui præter naturā,
eius oppoſitus ineſt eidem ſecundum naturam. Dicit mo
do Auerroes, q Ariſtoteles poſuit primam, ſed intendit
conuertentē, quam ipſe appellat conuerſam: nam hæc vi-
detur ad propoſitum. Intendit enim probare, q recta la-
tio non competit ei præter naturam, quod eſt ſecundum
mēbrum diuiſionis, & probat per hanc regulam quæ eſt
conuertens primæ propoſitionis, videlicet ſi aliquis mo-
tus ineſt præter naturam alicui, eius oppoſitus ineſt illi ſe
cundum naturam. Dicit modo Auer, dubitando hanc
eſſe occultiorem prima, quia poſſet aduerſarius illam ne-
gare: nam diceret vtroſq; rectos motus ineſſe cœlo præ-
ter naturam, & circularem ineſſe illi ſecundum naturam,
D & ita negatur, q ſi aliquis motus ineſt alicui præter natu
ram, eius oppoſitus ineſt illi ſecundum naturam, quia poſ
ſunt ambo competere præter naturam, & circularis ſe-
cundum naturam. At in prima non poteſt ſic dici, quia
omnes concedunt ſi aliquis motus ineſt ſecundum natu-
ram alicui, eius oppoſitus ineſt illi pręter naturam, nec ad
uerſarius poteſt hanc negare, & ſic aſſumptum Ariſtote
lis eſt dubium. Reſpondet Auerroes, & dicit, quòd li-
cet illa propoſitio ſit occultior tamen ſtat, & eſt vera, ali
ter cœlo ineſſet aliquod contrarium, & ſic eſſet corrupti-
bile: & deducit, quia ſi illi duo motus inſunt cœlo præter
nām, alicui alteri inerūt ſm̄ nām, qa oē qđ ineſt alicui ꝑ-
ter naturā, ineſt alteri ſm̄ naturam (vt ſupius dicebatur)

Solutio Auer.

& ita illud alterum erit cęlo contrariũ, ex quo ei eſt aliqđ nãle, quod eſt p̃ternaturale, & ꝓpea dicit Auer. ꝙ Ariſt.

Qual' Auerrois expõ. adiecit in textu cęlũ non habere cõtrariũ: hæc Auer. Sed miror hęc, ꝗ Auer. ingt, nam & conuertẽs, & conuerſa tenet eadem regula: hæc. n. ſi aliqs motus cõpetit alicui nãliter, eius oppoſitus cõpetit eidem p̃ter naturã, tenet hac regula, videlicet ꝗa duoꝝ cõtrarioꝝ ſi alterꝝ competit alicui ſm nãm, alterꝝ competet eidem p̃ter nãm. Similiter ſi aliqs cõpetit alicui præter nãm, eius oppoſitus cõpetit eidem ſm nãm, ambæ. n. hæ tenent virtute contrariorũ; quæ eſt, ꝙ ſi alterũ alicui nã competit, alterꝝ præter nãm competere debet. Quare ambæ illæ videnť ęquẽ notæ, et nulla eſſe altera occultior. Cum ambæ vim hẽant ꝓprietate contrarioꝝ. Et quum dicebat, ꝙ aduerſarius põt fingere vtroſq; motus ineſſe coelo præter nãm: circularẽ vero ſm nãm, dicerem hoc eſt dictum uoluntariũ, & contra ꝓprietatem contrarioꝝ. Quod vero addit Auer. ſoluendo ſuam dubitationẽ, & ſuum, & non reptum in codicibus græcis. Quare vĩr mihi Auer. fruſtra laboraſſe?

F Quum autẽ ad idem, totum & pars ſm nãm ferantur: veluti tota terra, & parua gleba: euenit primo vt ipſum quidem, neq; leuitatem, neq; grauitatem habeat vllam: nam aut ad medium, aut è medio ſuapte natura ferri poſſet. Deinde fieri nequit, vt ipſum moueatur motu ad locũ, aut ſurſum, aut deorſum detractum: quippe cũ motu alio moueri non poſsit, neq; ſecundũ naturam, neq; præter naturam: neq; ipſum, neq; partium aliqua: eadem ſiquidem ratio ſit de toto & parte.

Obiectio. Poſſet ad dictã rationẽ reſponderi, ꝙ licet totũ coelũ, nec ſurſum, nec deorſum ferať: tñ ẽ graue vel leue, q̃tenus ſi ps è toto coelo detrahať, reſcindaturq;, moue reť aut ſurſum, aut deorſum nã: & hoc dicebãt veteres cęlũ eſſe graue, aut leue, ſed ipm nõ moueri ꝓprio loco ſurſum aut deorſum, qm̃ nullũ elmtum in ꝓpria regione moueť ſurſum, aut deorſum, ſed ꝗa oẽ elmtum in ꝓpria regione mouetur circulo, & ptes moueñ recto motu, iõ fingi poſſet cęlum eſſe aut graue, aut leue: & ſi in ꝓprio loco moueať circulo, ꝗa ptes ſunt recto motu moueri apte, ſi è toto reſcinderentur.

G

Rñſio. Rñdet et duo ſimul cõplicat, ꝗa rñdet & epilogat & ſumit illud quod omnibus conſtat, videlicet ad eundẽ locum ferri totũ & ptem, & hoc maxime in ſimilaribus corpibus locũ hẽt. Ex hoc infert duo, quoꝝ primũ eſt ꝙ cęlũ ipſum totũ neq; grauitatẽ, neq; leuitatẽ habeat vllã: patet, ꝗa nec è medio, nec ad medium eſt aptũ ferri. Scđo infert, vt neq; ipm detractũ atq; reſciſſum moueri poſſit aut ſurſum aut deorſum, qđ eſt dicere, vt neq; eiꝰ ps reſciſſa è toto, moueatur aut ſurſum aut deorſum: neq; nã, neque p̃ter nãm, ꝗppe cũ vna ſit rõ de toto & pte, maxime in ſimilaribꝰ. Quare pſpicuum eſt cęlũ nullam ꝓrſus grauitatẽ aut leuitatẽ habere, & eſſe ſimilare in toto & omnibus in ptibus: hæc de cauillo deq; epilogo.

Quę Auer. Cõm. 19. Auer. vero commento p̃iti ait Ariſt. ꝓbaſſe cęlum, neq; eſſe graue, neq; leue demonſtratione facta in ſecunda figura hoc pacto: oẽ graue aut leue mouetur è medio vel ad mediũ, coelum neq; ad medium, neq; è medio mouetur: igĩ coelum neq; eſt graue, neq; eſt leue: iſtæ ſunt duæ propoſitiones,

H

in ꝗbus demõſtrationẽ Ariſt. aſſerit eſſe fundatam, quas vtraſq; rõne probatas eſſe fatetur. Nam maior probata eſt definitionibus grauis & leuis: Minor vero diuiſione, quia ſi cęlum mouetur ad medium, vel è medio, moueretur aut natura aut præter naturam, & reliqua: & ſic ambæ bona ratione ſunt probatæ. Dicit ſecundo, ꝙ licet ambæ propoſitiones ſint bona ratione ꝓbatæ, adhuc minor ratione etiam vlterius probatur & componitur ſic; ad quemcunq; locum mouetur pars, mouetur & totum. Nulla pars coeli mouetur è medio, nec ad medium, igitur

E in tertia figura vel per ſe vel reductiue: coelum nec mouetur ad medium, neq; è medio, quę erat minor: hæc rõ continet duas propoſitiones, videlicet maiorẽ et minorem. Dicit modo Auer. maiorem patere ratione, eſſeq; intelligibilem hoc eſt intellectu notam, minorem vero ſenſu: maior quidem patet ratione, ꝗa conſtat eundem eſſe locum totius & partis, modo totum & pars ſint conſimiles rõne & ſpecie, quam vlterius declarat exemplo, quia ad quem locum mouetur gleba, ad eum mouetur & vniuerſa terra, ſi eſſet extra locum ſuum: & hanc vlterius ratione declarat, qua & exemplum ẽt patere põt: eſt & rõ, ꝗa totius & ptium in ſimilaribus una eſt nã definitione: ꝙ ſi natura eſt una definitione, vna erit forma totius & partium, ꝗa definitio ſumitur è forma: vbi vna ſit forma, vna erit actio, & vnus motus ratione & ſpecie: vbi vnus eſt motus ſpecie, vnus eſt locus: vnum. n. motum vnus conſequitur locus: quare in cõſimilaribus totius & partis vnus eſt locus: et patet maior rõne, videlicet ꝙ ad quemcũque locum mouetur pars, mouetur & totũ. Minor vero patet ſenſu: nulla. n. pars cęli mouetur alio motu q̃ circulari. Aſtronomi. n. q ſtellas obſeruauerũt ab antiquo, inuenerunt illas eodem ſemper numero in numero, atq; eodem in loco, & nullã cecidiſſe neq; aduolaſſe tradunt. Sic igitur patet hęc minor ſenſu, & obſeruatione aſtronomorum: obſeruatio. n. ſenſu fit, & inſtrumentis ſenſibus, præſentem igitur textum aliter Auer. aliter & nos expoſuimus: nam nos cauillum remouiſſe diximus. Auer. vero vult Ariſt. hoc in textu probaſſe minorẽ dictæ demõſtrationis, & ambæ expoſitiones conuenire poſſunt. Quę Auer. Cõm. 17.

Sed occurres primo, ꝗa iam uidemus ſtellas cadere, quas appellamus diſcurſus. Secundo, ſol calefacit, igitur eſt ignis vel igneus, tenet argumentum, quia omnis ignis calefacit, igitur per conuerſionem in terminis, omne calefaciens eſt ignis, Sol igitur eſt ignis vel igneus, & ita leuis. Obiectio Secunda. Ad primam reſpondet negando aſſumptum, videlicet ꝙ ſtellæ cadentes ſint partes coeli, immo ſunt res elementariæ, quia exhalationes motu veloci accenſæ, vt in Meteoris dixit Ariſtot. Quod autem non ſint ſtellæ, patet, quia ſtellæ coeli non ſunt huc uſq; diminutæ numero, immo aſtronomi qui & illas, & illarum numerum & magnitudinem obſeruarunt, reperiunt eaſdem & numero & magnitudine ſemper. Ad ſecundam reſpondet negando conuerſionem, quia vniuerſalis affirmatiua non conuertitur in terminis, vt primo priorum dictum eſt, verũ cur ſol calefacere poſſit, & non eſſe ignis, ſecũdo lib. huius cõm. 42°. dicet. Vlterius dicit hæc eſſe dicta, vt Alexander inquit contra eos qui dixerunt coelum eſſe graue, non cadere vero, quia defertur ſuper omnia elementa, quę tenẽt ipſum ne cadat. Ariſtoteles igitur ſumit, ꝙ licet totum non caderet: ſaltem partes cęli cecidiſſent, quia totum poteſt ſuſtineri ab elementis intra contentis: partes vero minime: hæc igitur ſunt dicta ad illos qui ſic de coelo autumant, vt Alexander inquit. Ex his colligit Auer. duo, primum ꝙ coelum non eſt aliquod elementorum ſimplicium; vt patet ratione accepta ab illius motu. Secundũ, ꝙ coelum non eſt mixtum, quoniam cum non ſit æquale ad pondus, aliquod elementorum in illo prædominari oportebit, & ſic moueri à prædominante elemento: conſtat autem coelum non moueri è medio, nec ad medium; nec vt ſimplex, nec à prædominante elemento, & ita perſpicuum eſt ipſum eſſe naturam neq; grauem neq; leuem ſed eſſentiam neutram, hæc Ariſtot. Iuniores dubitãt quia non videtur eundem eſſe locum totius ignis, & portiunculæ ignis, quoniam tũc pars eſſet æqualis toti, quippe cum locus æqualis ſit locato. Sed de hac dubitatione, deq; poſitione huius quęſiti diligenter diſputabimus, tertio phyſicæ auſcultationis: at nunc ſufficiat dicere, quę Auerroes dicit tertio phyſicæ auſcultationis, commento quinquageſimo ſecundo, quòd propoſitio Ariſtotelis eſt vniuerſaliter vera, modo pars ſit è toto ſeparata, & de eodem loco ſecundũ ſpeciem, non ſecundũ numerum

& de toto

& de toto & parte ſimilaribus, eſt igitur locus idem ſpe-
cie, totius & partis: modo pars ſit è toto diuiſa, dixit idē
ſpecie, & non numero, quia locus totius eſt maior, partis
minor, dixit modo pars ſit diuiſa è toto: nam vbi eſſet in
toto, locus partis eſſet omnino idem loco totius, quoniā
tunc pars non eſſet in loco per ſe, ſed per accidens ratione
totius: dixit in ſimilaribus, quoniam in diſſimilaribus nō
eſt neceſſarium, vt patet, hanc ſolutionē Auerroes è The
miſtio, & à textu accepit, vt eo in loco diximus. Si quis
vero copioſius rem hanc velit, quærat noſtras commen-
tationes in tertio lib. auſcultationis phyſicæ.

Quæſtio — Quærunt iuniores, ſi cœlum ſit eiuſdem naturæ cum
elementis. Arguitur multifariam q ſic. Primo, quia cę-
lum generat elementa, igitur eſt eiuſdem formæ, quippe
cum generans & genitum conueniant in forma vniuoca
ſecūdum peripateticos, quicquid velint platonici. Quod
ſi ſint eiuſdem formæ, erunt proculdubio eiuſdem natu-
ræ. Secundo, cęlum & elementa conueniunt iiſdem in
accidentibus, vt in denſo, & raro, & luminoſo, & opaco,
igr̄ in forma: fluunt. n. accidentia ppria è formis. Ter-
tio, cęlum & elēta continētur ſub eodem ſubiecto eiuſdem
potentiæ, qa ſub re ſenſibili, quod eſt obiectum intell's, igr̄ ſunt
eiuſdē naturę. Quarto, cęli partes nonnullę ſunt igneę,
vt aries, leo, & ſagittari⁹: nōnullę aereæ, vt gemini, libra,
& aquari⁹: nōnullę terreæ, vt taur⁹, virgo, & capricorn⁹:
nōnullæ aqueæ, vt cancer, piſcis, & ſcorpius: igitur cęlū
aut eſt miſtū, aut eiuſdē naturę cum elētis. Quinto, cę-
lum calefacit hęc infera corpa, igr̄ eſt calidū: non. n. nō ca
lidū calefacit, & ſi eſt calidū, igr̄ eſt ignis vel igneū, & ſic
eſt eiuſdem naturæ cum elementis. In contrarium eſt
Ariſtot. qui cęlum eſſe alterius naturæ ab elētis, & aſſe-
ruit, & pbauit. Natura ſecūdo auſcultationis phyſicę,
vno modo forma rei dr̄. Alio modo mā. Tertio modo ge
nitura, quæ via eſt in forma, quę eſt principaliter natura.
At nonnulli appellant naturā oē compoſitum ex realita-
te & realitate, qua rōne eſt natura generica, & eſt natura
ſpecifica, & hoc pacto equinitas quę reſultat ex compo-
ſitione materiæ & formæ dr̄ natura ſpecifica. Aīalitas ue
ro generica. Sed hæc expoſitio eſt potius ad aures Aui
cen. q̄ Ariſt. nam ſm Ariſt. differt ens naturæ ſiue natu-
rale: & natura: ens. n. naturæ ſiue naturale, vt 2° Phyſic.
colligit ex cōpoſitione māæ & formæ reſultat: nā vero ē

Pō Ioānis — aut materia, aut forma. Ad qōnem igr̄ reſpondēt non-
nulli q vnum dr̄ multifariam, vt vnum nūo, vnum ſpē,
vnum gñe, et vnum analogia. Tunc dicit cęlum, & elētā
non eſſe eiuſdē naturæ ſm numerū, vt pſpicuum eſt. Se
cūdo dicit illa non eē eiuſdē nāę ſm ſpēm, ut rōnes Ariſt.
pbant in litera. Tertio dicit illa non eē eiuſdem nāę ſm
genus: qa, vt deducet Auer. 2° huius, com. 19°. tunc cęlū
eſſet generabile & corruptibile: nā corruptibile & incor-
ruptibile differunt genere. Quarto, dicit cęlum & elemē
ta eſſe vnum ſm analogiam, qm̄ elementa dependēt è cę-
lo igr̄ inter illa eſt ordo cauſæ & cauſati, & ita vnitas ana
logiæ. Sed quæ dicit hæc poſitio, vera ſunt: non tamen
ſunt ad neruum quæſtionis: quærit. n. quæſtio, ſi cęlum
eſt eiuſdem naturæ cum elementis vel elementorum aliq
& cum natura ſit trifariam dicta, non videtur quæſtio in
telligi niſi de identitate naturæ, vt naturā accipiunt peri-

Pō Anaxa. & Plat. — patetici. Quare Anaxagoras & Plato velle videnī cœ
lum eſſe eiuſdem naturæ cum elētorum aliquo, videlicet
cum igne, qua ratione ſequitur apud eos cęlum & ignem
eſſe eiuſdē ſpēi, qppe cum mā & forma conueniāt: vtrūq
enim ignis eſt, aut igneū. Empedocles cœlum dixit eē mi
ſtum ex quatuor elētis, & eſſe à prædñio graue, non aūt
eadem celeritate motus. Qua rōne cęlum ſaltē prædñan-
ter eſt terreū, eiuſdemq ſpēi cum terra. Sed has pōnes

Cōfetatio pōnum p rōnes Ariſ. — vbiq refellit Ariſt. cōiter qdem in hoc lib. pbauit. n. cœ-
lum non eſſe eiuſdem nāæ cum elētis, vel elementorū ali-
quo, qa eius mot⁹ proprius, & nālis differt ſpecie à cæte-
ris motibus cæterorū elementorum, & cum motus argu-
at nām, ſeqtur cœlum differre oā: ſpeciatim vero contra

A Anaxagorā in lib. Meteor. qa ſi cęlū eſſet ignis aut igneę
nāæ, elētum ſingulū annihilaret contra Emped. qa nullū
violentū eſt ppetuum: hæc Ariſt. contra hos. Sed oc-
curres cōtra rōnes Ariſt. pmo contra rōnem cōem, nam
rō illa ſupponit falſum: ſupponit. n. circularē motū eſſe nā
lem & ppriū cœlo: hoc. n. vr̄ falſum, nā mot⁹ cęli eſt mot⁹
aīalis & volūtarius, igr̄ non arguit nām: ubiq. n. Ariſ. &
Auer. dixerūt motum cœli nec eſſe nālem, nec violentū,
ſed aīalem. Quare ſupponit falſum et ſibi contrariū. Cō
tra rōnem qua refellit Anaxag. occurres, qd p annihilari
intelligat Ariſt. Aut. n. intelligit p annihilari redigi in ni-
hilū. Aut redigi in mām & priuationē, non primū, qa ſi-
cut ex nihilo nihil fit ſm pipateticos, ſic nihil cōuertit in
nihil. Sin aūt intelligit corruptionē, tunc aliud qdpiā gña
bitur, cū corruptio vni⁹ ſit alteri⁹ gñatio. Scd'o, diceret
Anaxago. ſolē eſſe maiorē elētis ſm rei veritatem, minorē
tñ ad actionē, quod teſtatr̄ apparētia: cū. n. ſol nimis diſtet
à nobis, minor apparet, & ita ob talē diſtantiā hucuſq a-
gere non pōt. Tertio, diceret ignē eſſe ſolem: habere tñ
B virtutes geminas, alterā qua agit, alterā qua cōſeruat res
ipſas: & ſic non ſeqtur ipſum deſtruere elēta, cū ſit æqua
lis in cōſeruando & agēdo. Contra rōnem uero qua re
fellit Empedoclē occurres. Prīo qa violentū vr̄ ppetuū:
nam ignis in ppria regione ppetuo motu torqtur, vbi cō
ſtat talē motum nō eſſe ſibi nālem. Secundo, qa mot⁹ cœ
li eſt ab intelligentia, q mouet ſine labore, cū ſit īmortalis
& infatigabilis ſm Empedo. & oēs philoſophos. Pro-
pter hæc fortaſſe iuniores alr̄ refellunt eiuſmodi pōnes, et
pbant primo cœlū eſſe alterius nāæ ab elementis, ex dif-
ferentia figurarū: nam cœlum eſt figuræ ſphæricæ, elemē
ta figuræ rectæ. Secundo, probant cœlū non eſſe ignē
vel igneū. Prīo qa tunc in breui euaneſceret: non. n. ignis
pōt diu pmanere, niſi aliquo humore pabularet. Conſtat
autem in cœlo nullū eſſe humorem. Secundo, quia tunc
cęlū eſſet figura pyramidalis: ppria. n. ignis figura eſt py
ramis. Tertio, pbant cœlum non eſſe miſtum & prædo-
minanter terreum. Nam cœlum vbi eſſet miſtū eſſet poti
us aqueū, cum colore & fluxibilitate ſit aq pſimilis. Sed
rōnes ſunt friuolæ, prīa qdē ex dr̄ia figuræ nulla eſt, qm̄
C ignis ī propria regione eſt ſphęricę figuræ, et patet ipſum
eſſe nāliter locatum & conſtitutum. Rōnes qbus probāt
cœlum nō eſſe igneū, etiam nullæ ſunt, prima quidem nō
qa etiam p eorum rationem, ignis in propria ſphærā eua-
neſceret, quippe cū illic nullus ſit humor. Secunda mini-
me, quia etiam ignis in regione propria non eſſet figuræ
ſphęricæ, ratio etiam qua improbant Empedo. etiā nulla
eſt: ſupponit. n. cœlum eſſe colore & fluxibilitate perſimi
le aquę, hoc eſt falſum, nam cœlū nullam ſubit elētariam
affectionem: nō. n. eſt coloratum, nec durum, nec molle,
nec fluxibile, nec rarū, nec denſum: qppe cum affectiones
eiuſmodi qualitates ſectentur primas, à qbus cœlum ab-
ſoluitur. Propter hæc dicendum, cœlū eſſe eiuſdē nāæ
cum elētis bifariā poſſe intelligi, aut in ratione phyſica,
aut in ratione metaphyſica. In ratiōe phyſica: nam eſt a-
ctus ſiue forma tranſmutabilis, vel potentia ſiue materia
tranſmutabilis. In rōne metaphyſica eſt rō actus vel po-
tentiæ. In ratione itaq phyſica cœlum differt natura ab
elementis, quoniam eius forma, vel eius materia nequaq
D tranſmutabilis eſt: at elementaria, vel forma, vel materia
tranſmutabilis. At in ratione metaphyſica cœlum & ele-
menta ſunt eiuſdem naturæ, quoniam forma cœli, & for-
ma elementorum in ratione actus ſunt eiuſdem rationis:
ſimiliter mā cęli & materia elētorum in ratione potentię
ſunt eiuſdem ſpeciei. Quare cęlum & elementa in ratione
metaphyſica eiuſdem ſunt naturæ ſpecificæ. In ratione
phyſica differunt natura, hęc peripatetici. Nunc quo-
nam modo poſitiones veterum poſſint conuenire; ape-
riamus: cœlum itaq & ſtellas eſſe igneas bifariam intel-
ligi poteſt, aut vniuoce, ita vt ignis, vel igneum dica-
tur vna ratione de cœlo & elemento, aut equiuoce, ita vt
ignis vel igneum dicatur æquiuoce de cęlo & elemento.

Si Anaxagoras intelligat ſecundo modo, fortaſſe non eſt contra Ariſt. & Auer. vnde in libro de Subſtantia orbis ſecūdo, & duodecimo huius, com. 42°. Auer. vult quodlibet aſtrum eſſe formaliter calidum, ſed ęquoca ratione, quippe cum cęlicus calor ſit vitalis, elemētarius corruptiuus, cęlicus conſeruatiuus, elemētarius mortiferus. Qua rōne non eſſet diſſonum cœlum dicere ignem vel igneū, modo igneitas æquoce intelligatur, quemadmodum & calor: cui.n. accñs ignis proprium competit ęquoce, eidē nihil prohibet conuenire ignem ęquoce. Prohibet igitur nihil dicere cœlum eſſe ignem vel igneum, vt Anaxagoras & Plato ſentiunt. Sin autē velint cęlum eſſe ignem vel igneum vniuoca ratione, proculdubio falluntur, & ratio Ariſtotelis eſt efficax, qa vbi cœlum eſſet igneum elementaria ratione eſſet calidum elementaria ratione, ubi eſſet calidum elementaria ratione, eſſet ſuo calore corruptiuum & mortiferū, quare elūtum ſibi proximum deſtruxiſſet: & illud iterū aliud ſibi pximum, & illud iterū aliud ſibi pximum, & ſic oīa iam eſſent conuerſa in ignē. Simili ratione fortaſſe Empedoclis poſitio poteſt interpretari: nam cœlum eſſe miſtum & terraceum poteſt intelligi miſtione uniuoca & formali, qua ratione eſt lignum et animal miſtum, aut æquoca & cauſali: qua rōne poetæ dixerunt Solem eſſe omnium patrē, quatenus continet virtutem omnium cauſatiuam. Primo modo erraſſet Empedocles, cū cœlum ſit ſimplex corpus, vt dictum eſt. Secūdo modo recte ſentit, & poetice locutus eſt: eſt enim cœlum miſtum æquiuoca ratione, & cauſaliter, quia conti-

Solo rōnū net in ſe vires omnium rerū: hæc de dilucidatione.

Ad rationes nunc dicamus, & primo ad obiectiones, quibus iuniores refellunt rationes Ariſtot. Ad primam iam dictū eſt Ariſt. accepiſſe naturale, vt diſtinguit contra violētum & pternaturale: & hac rōne circularis motus eſt naturalis cœlo proprius, & eſſentialis, cum omnis alius ſit ſibi, aut contra naturam, aut præter naturam: talis autē poteſt eſſe animalis & voluntarius: & propterea ſeqtur cęlum eſſe alterius naturæ ab elūtis in ratione phyſica, quæ eſt ratio motus: quippe cum motus cœli & motus elementorū differant ſpecie. Ad obiectiones contra rationes factas ad Anaxagoram, dico, q ex impoſſibili ſequitur quodlibet, qa vtraq; pars contradictionis, ad cęlum eſſe ignem vniuoca ratione, ſeqtur elūta eſſe annichilata, & elūta eſſe conuerſa in ignem. Ad ſecundam, dico rōnem Ariſtot. habere vim hoc pacto, qa vbi cœlum eſſe ignis vel igneū vniuoca ratione, corrumperet elūtum ſibi pximum, à quo non diſtat, & illud corrumperet aliud ſibi proximum, & ſic tandem omnia conuerſa eſſent in ignem. Ad tertiam patet, quia Ariſtot. probat cœlum non eſſe ignem uniuoca ratione, quoniam tunc non haberet niſi vim corruptiuam, vt eſt vis ignis vniuoci. Ad rationes factas contra demōſtrationes ad Empedoclem. Dico primo ignem in ppria ſphæra non moueri violēter, ſed non naturaliter, quoniam mouetur circulo non p naturam ignis, ſed cœli ſibi pximi. Ad ſecundam dicemus, ſecundo huius. Nam ibi declarabitur, q ſi cęlum eſſet miſtum, & moueretur ab aīa eius, iam moueretur cum pœna & labore, & vſq; in illud tempus differatur. Ad rationes principales. Ad primam rñdeo generans & genitum conuenire in forma in rōne metaphyſica: nō autem in ratione phyſica, verū de hac re in libro Metaphyſicę. Ad ſecundam patet ſolutio: diximus .n. cœlum non eſſe rarum, nec denſum, nec tale quicq;, niſi ratione æquoca. Ad tertiam patet ſolutio: nam ratio hæc concludit, cœlū & elūta eſſe eiuſdem rōnis metaphyſicæ. Ad cæteras dic vno verbo illas concludere cœlum eſſe ignem, vel igneum æquoca rōne & cauſali: hæc de quæſtione.

Secundo pncipaliter ārunt, ſi cœlū ſit neq; graue, neq; leue, ſed neutrū, & uī q ſit leue, vel graue: prīo qa ſtella aliquando accedit ad medium, vt quando eſt in oppoſito ſuæ augis: aliquando recedit à medio, vtpote quando eſt in auge. Aſtipulatur huic viſus: nam medio eodem mo-

E do diſpoſito, & viſu non impedito, ſtella aliquando apparet maior, aliquando minor. Maior quidem cum medio acceſſerit. Minor vero, cum è medio receſſerit, igitur ſtella eſt tum grauis, tum leuis. Præterea ſecundo, diſcurſus ſunt ſtellæ, vt viſu patet, & tamen eiuſmodi deorſum feruntur, cū cadere videantur: igitur cœlum eſt grauæ. Tertio cęlum omnibus alijs ſupfertur, ſupereminetq;: igitur eſt leuiſſimum, vt per Ariſt. in litera deduci poteſt. Quarto, vnus orbis eſt alio leuior, aliter nulla videretur ratio: quare hic ſit ſuperior, ille inferior: igitur orbes ſunt leues & graues, vt aer & aqua. Quinto ponaī vna cœli pars, vtpote mercurius in manibus noſtris, vel in aere, caſus eſt poſſibilis ſaltem ad imaginationem: & quæritur vel moueretur, vel ſtaret, non eſt dicendum q ſtaret, qa aut naturalr, aut uiolenter: naturalr quidem non, qa tunc eſſet de natura aeris: violenter et minime, quia tunc naturalr illinc recederet: & ſic eſſet illa pars cęli leuis, & habetur ppoſitum: igitur moueretur, vel circulariter, vel motu recto: non circulr, quia nulla eſt illi parti applicata forma, quę moueat illā circulr: igitur motu recto, & ita eſſet

F aut grauis, aut leuis. In oppoſitum eſt Ariſtot. & eius ratio. De quęſito eſt poſitio antiquorum, q cœlum ſit graue. Sed cur ppetuo motu torqueatur, & non cadit, nō vna rōne antiqui definirent. Poetę aſſerunt motū cœli eſſe ppetuum, cœlumq; ipſum ſuſtineri ſubſidio Atlantis gigantis, q pedibus conſtitutis ſup duas columnas, humeris cœlum ſuſtinet, ipſumq; perpetuo reuoluit. Reſpōſio.

Empedocles ait cœlum eſſe graue, motumq; eius eſſe violētum: ppetuo tñ torqueri ob eius celerem conuerſionem, quæ celerior eſt cœli propria ad cētrum declinatione, veluti in motu aquæ in ſcypho repoſitæ accidere videtur, quæ ſurſum detinetur ob ſcyphi celerem agitationē circungyrationemq;. Plato vero his aſſentiens cęlum detineri aſſerit in Timæo ab anima mundi, quam in medio locat; hæc.n. cœlum ſuſtinet, & ipſum ppetuo motu torquet, hæc veteres. Obijcit autem his Ariſt. in textu, vt patuit, & in ſecundo huius contra euaſiones iterum obijcit, & contra Atlantem qdem, qa fabuloſa eſt traditio, quę niſi ad allegoriam referatur, eſt fictio poetica, vt

G in ſecundo dicemus libro. Contra celeritatem motus, quia non tanto fuiſſet cœlum ſuſtentatum, ſiquidem nullum uiolentum ſit ppetuum. Contra aīam uero obijcit qa tunc vita talis aīæ beata eſſe non poterit. Mouet.n. vi & conatu perpetuo, & ita vitā cum triſtitia ſemp ducet. Quare nec beata, nec delectabilis erit: hæc Ariſt. de quibus in ſecundo diligentius. Pro dilucidatione, vt dicemus, ſecundo huius, primo animaduerſione dignum has tres poſitiones reduci in vnam: nam poetæ p Atlantem animam voluerunt intelligere, vt Plato allegorizat. Empedocles p velocitatem, motum aię mentalem, quæ Plato animæ motum dicit. Secundo animaduerſione dignum poſitionem horum poſſe reduci in bonum, vt Simplicius autumat: nam verbum illud baron, quod nos graue dicimus interdum pro corpore deorſum ferri, interdū p corpore depēdente ſumpſerunt græci: quo in ſenſu ſumpſit Plato: cœlum.n. graue appellat ſiue baron, pro quanto ſubtracta eius anima, & depēdentia eius ab illa, demergeretur ad chaos, hoc eſt ad priuationē, & ſic graue ſumpſit pro corpore depēdente ab illa anima. Ex his ſequi Dilucidatio.

H tur dilucidatio: nam ſi graue ſumitur pro principio, quo corpora ſunt apta ferri ad medium, & leue pro principio quo corpora ſunt apta ferri è medio, cęlum nec eſt graue, nec leue, & hoc pacto proceſſit Ariſtot. accipiens definitiones grauis & leuis. Sin autem ſumitur pro corpore depēdente ab alio quodam ſpiritali, ac incorporeo, ſic cœlum, & omne corpus citra ſpiritalem naturam graue dicitur: quippe cum omne tale ſuapte natura inclinetur deorſum, hoc eſt ad chaos, priuationemq;. Et hoc pacto recte ſentiunt veteres. Tunc ad rationes, ad primam reſpondent iuniores, non omne accedere ad medium eſſe moueri deorſum, nec oē recedere, eſſe moueri ſurſum, ſed mo-

do

do vtrunq; fiat p lineam rectam: at ſtellę illæ accedunt re ceduntq; ob motum quem hñt: tum ab eccentrico, tum ab epicyclo. Alij dicunt non oē recedere à medio eſſe moueri ſurſum, nec oē accedere ad medium eē moueri deorſum, ſed modo vtrunq; fiat infra ſphęram actiuoꝝ & paſſiuorum. Ad ſecundam Auer. ſoluit in commento, diſcurſus non eſſe ſtellas cœlicas, ſed elementarias exhalationes, vt in lib. Meteoroꝝ dictum eſt. Ad tertiam dictum leuiſſimum eē non illud, quod omnibus ſupeminet quouis modo, ſed ſolum in ſphæra actiuoꝝ & paſſiuoꝝ. Et hac rōne tollitur quarta ratio: vnus. n. orbis non eſt alio leuior nec grauior, cum vnus non ponatur ſuper alio vi grauitatis, ſed vi nobilitatis. Ad quintam multiſariam rñderi ſolet: alij nanq; dicunt caſum eē impoſſibilē, & ppterea ſequi quodlibet, vt ꝙ dicta ſtella aſcendat & deſcendat. Alij dicunt, ut Albertilla, talē ſtellam quieſcere in eo loco, vbi iam ponebatur. Et cum dicitur, ꝙ Ariſtot. vult oē corpus moueri ſuum in locum, cum ponitur extra illum, dicit Albertilla eē intelligendum in his B corpibus quæ ſunt apta moueri motu recto, & non de cęlo, cum cœlum, nec cœli quicq̃ poſſit poni extra ſuum locum naturalr, ſed bene non naturalr: & cum dicit, ſi hæc ſtella quieſcit, vel naturaliter, vel violēter: dico ꝙ quemadmodum non eſt illic naturalr, nec uiolenter, ſed non naturaliter, ſic nec naturalr nec violēter illic quieſcit, ſed nō naturalr. Alij dicunt ſtellam hanc moueri ſurſum: non quidem ab intrinſeco eius principio, ſed à pellente: cū. n. ſtella poni in regione aeris, & aer totus appetit ſtare ſub illa ſtella, pellit illam ad ignis regionem, & cum ignis vniuerſus ēt appetat ſtare ſub cœlo, & etia ſingula parte, iterum illam pelleret tandem ad cœlum. Quare per accidēs iſta moueretur ſurſum, & non eo ꝗa ſit aut grauis, aut leuis. Solutiones hæ omnes ſunt imaginariæ, atq; poſſibiles, tamen ego breuibus dicerem caſum eſſe poſſibilem ad imaginationem: poſſum. n. imaginari cœlum cadere, & quoduis tale, & quia caſus eſt poſſibilis ad imaginationem, etiam oē ſequens eſt concedendum tanq̃ poſſibile ad imaginationē. Quare ſi imaginor ſtellam poni in aere, C poſſum etiam imaginari illam ferri ſurſum vel deorſum, & ita eſſe leuem aut grauem tanq̃ poſſibile ad imaginationem: concedo igitur cœlum eſſe graue tanq̃ poſſibile ad imaginationem, vel leue ſimiliter: tamen de ineſſe, nec eſt graue, nec leue: hæc de quæſtione.

Simili modo de ipſo arbitrari rationi eſt conſentaneum, quòd ſit & ingenerabile, & incorruptibile, itemque & augmenti, & alterationis expers.

Quæ Auer. Com. 20. A uerroes commento præſenti ſic textum introducit ꝙ cū Ariſt. demonſtraſſet corpus quod circulariter mouetur, eē alterius naturæ à quatuor elementis, quia quintæ naturæ: rurſuſq; nec ſit graue, nec leue: nunc vult etiā oſtendere ꝙ nec eſt generabile, nec corruptibile, nec augmentabile, nec alterabile, & hoc eſt, ꝙ Ariſtot. præſenti textu ppoṅit. Quæ Expoſitor. Expoſitor noſter auctoritate Simplicij introducit ꝙ cum Ariſt. declaraſſet differentiam corporis quod circulariter fertur ad alia elemēta ex parte naturæ, D & accidentium conſequentium naturam, quæ ſunt grauitas & leuitas, hic demonſtrat differentiam eiuſdem corporis ad eadem elementa quo ad alios motus, oſtendens eiuſmodi corpus non ſubijci generationi, corruptioniq;, auctioni & alterationi, quibus elemēta & miſta ſubijciūtur, & proponit primo intētionem ſuam tanq̃ concluſionem capituli: deinde probat illam rōnem & ſigno, hęc expoſitor. Quo vero ad verba attinet in tranſlationibus arabicis, quas Auer. commentatur, habetur, (neq; generatum ab aliquo) et tunc diſputat Auer. cur adiecit ab aliquo, dicens ipſum nec factum, nec genitum ab aliquo, & Quæ Auer. Com. 20. & non dicit ſimpliciter nec factum, nec genitum. Vbi animaduerſione dignum de ipſo cœlo apud veteres fuiſſe tres poſitiones, prĩa dixit cœlum eſſe primam cauſam, &

A nullatenus cauſatū, vt Empedocles cecinit. Secunda dixit cęlum nec eē factum, nec genitum, ſed cauſatum à prima cauſa, & æternum, vt Plato in Timæo. Tertia dixit cœlum eſſe genitum & corruptibile, vt phyſici, haꝝ poſitionum hæc eſt differentia. Nam ꝗ dixerunt cœlum eē primam cauſam, dicunt ipſum nec eſſe factū ab aliquo tanq̃ è materia, nec eſt cauſa alia, cum ſit prima cā. Qui vero dixerunt ipſum eſſe cauſatum & æternum, dicunt ipſum non eſſe factum ab aliquo tanq̃ è materia, ſed bene è prima ipſa cauſa dependere: at qui dixerunt ipſum eē nouum generabile et corruptibile, dicunt ipſum eſſe à prima cauſa, & ab aliquo tanq̃ è materia. Quare qui dixit cœlum eſſe primā cauſam, dicet ipſum nec è materia, nec ab agente effici. Qui cauſatum & ęternum, dicet eſſe è cā quidem, non aūt è materia aliqua. Qui uero dixit cœlum gñabile & corruptibile, dicet ipſum eſſe è cauſa, & è materia aliqua. Vult igitur Auer. Ariſt. adiecıſſe ab aliquo vt induceret dr̃iam inter opinantes ipſum eſſe primā cau B ſam, & primum cauſatum, quoniam vtriq; dicent ipſum non eſſe ab aliquo tanquam è materia: at qui dixerunt eē primam cauſam, dicent ipſum ſimpliciter eſſe ingenitum & incorruptibile: qui vero dixerunt ipſum eſſe primum cauſatum, dicent ipſum eſſe è cauſa, non autem ab aliquo vt è materia ipſa. Quare p illud verbum, ab aliquo, notatur conuenientia & dr̃ta: conuenientia quidem, quia poſitiones ambæ dicūt cęlum eſſe è nullo tanq̃ è materia: differentia vero, quia Empedocles dixit cœlum eſſe è nullo vti è materia, & è nulla cauſa. Plato è nullo uti è materia, Dubitatio. ſed è prima cauſa. Sed occurres: nam ſi Plato dicit cęlū eſſe è prima cauſa, tunc concedet ipſum eſſe factum & genitum: omne. n. ꝙ è cauſa proficiſcitur, uidetur factum & genitum, & ita videtur implicatio. Reſpondet Auer. Solutio. ꝙ fieri pōt vno modo capi pro depēdere, & ſic quod hoc pacto ſit è nullo tanq̃ materia, & in nullo tempore ſit: immo poteſt eſſe æternum. Alio modo pro generari ꝙ ꝗdem eſt ab aliquo tanq̃ è materia, & in quodam certo tēpore. Primo modo, quod eſt æternum, pōt dici eſſe, fa C ctum & genitum: nam gñatio & fieri ſumuntur æquiuoce, & tranſumptiue. Secundo modo, ęternum non pōt eē factum nec generatum. Primum gñari Ariſto. non remouet è cęlo, ꝗa cęlum dependet è prima cauſa. Secundū gñari, quod intelligunt vulgares Ariſto. remouet. Vlterius aīaduertit, quid Ariſt. intelligat per tranſmutationem, cūm dixit, neq; aliquam tranſmutationē: in ſuis. n. trāſlationibus habetur, neq; aliquam tranſmutationem, & vult ꝙ intelligat tranſmutationem quæ eſt triplex, videlicet in ſubſtantia, quantitate, & qualitate. Quaſi dicat ꝙ vult oſtendere cęlum eſſe omnino immutabile. Tertio aīaduertit quid Ariſto. intelligat p alterabile, cum dixit neq; alterabile, & vult Ariſt. intelligere alterationem corruptiuam, cuius finis eſt gñatio, non aūt perfectiuam, vt illuminatio. Nam cęlum eſt perfectiue alterabile, non autem corruptiue. Hæc Auer. quorum duo prima vana ſunt: in noſtris. n. græcis codicib⁹ non inuenimus verbum, ab aliquo, nec verbum, aliquā tranſmutationem, et idcirco oīs Auer. conſideratio vana eſt, cum conſideret, ꝙ non eſt. Tertium vero eſt optime dictum, cum cæteri D græci id aſſerant, & de conſideratione verboꝝ hacten⁹.

Propterea quòd omne quod generatur, & ex contrario, & ex ſubiecto quodam generatur ſimiliter etiam quod corrumpitur, ex ſubiecto quodam, & ex contrario, atque in contrarium corrumpitur, quemadmodum in primis ſermonibus diximus. Contrariarum autem rerum, et lationes contrariæ ſunt. Si igitur huic nihil contrarium eſſe poteſt: propterea quòd motui circulari nullus motus eſt contrarius: conſulte videtur natura hoc quod nunquam in futurum generabile.

nerabile:aut corruptibile erit, è contrarijs exce
piſſe:ſi qdē in contrarijs,& ort⁹& interit⁹ ſit.

Concluſio ſylls. Nunc probat concluſionem, & primo corpus circu
lariter mouetur, non ſit generabile nec corruptibile, &
ſyllogizat ſic:omne generabile & corruptibile habet cō
trarium & materiam, corpus quod circulariter fertur nō
habet contrarium & materiam:igitur non eſt generabile
nec corruptibile, de ſyllō tangit primo maiorē,& inquit,
propterea omne quod generatur et ex contrario et ſub
iecto quodam generatur. Similiter ēt quod corrumpitur
ex ſubiecto quodā,& ex contrario ut è termino è quo,&
in contrarium, vt in terminum ad quē corrumpitur,quē-
admodū in primis ſermonibus, qui fuerūt de phyſica au
ſcultatione diximus:hæc eſt maior, cuius fidem vult eſſe
ex libro phyſicæ auſcultationis. Tacuit minorem,& il
lius probationem ſubſcribit,quę ſic cōponitur: oē habēs
contrariū et ſubiectum aliquod mouetur motu,cui aliqs
motus eſt contrarius. Sed corpus quod circulariter fert,
non mouetur motu,cui aliquis motus eſt cōtrarius, quo-
niam mouetur motu circulari, cui nullus motus eſſe pōt
contrarius, vt dicemus, igitur non habet contrarium nec
ſubiectum aliquod: de hac probatione tangit vim maio-
ris,& inquit:contrariarum aūt rerum contrariæ lationes
ſunt,hęc eſt vis maioris,videlicet,oē habens contrarium
mouetur motu,cui aliqs motus eſt contrarius:deinde tā-
git minorē,& concluſionem,& inquit: ſi igitur huic mo-
tui ſupple quo fertur cęlum, nihil contrarium eſſe poteſt,
propterea motui circulari nullus motus eſt cōtrarius,
hæc eſt minor,& eius probatio, dat concluſionem,& in-
quit: conſulte videtur natura hoc, videlicet cœlum quod
nuq; in futurum eſt gñabile aut corruptibile,redimere à
contrarijs:ſi quidem(vt dictum eſt in libro phyſicorum)
in contrarijs & ortus,& interitus omnis ſit. Corpus igit
quod circulariter fertur eſt ingenitum & incorruptibile,
Dubitatio. quod erat propoſitum. Sed quæres vtrum hæc propo
ſitio, omne quod generatur, gñatur ex contrarijs ſit vni-
uerſalis, videtur quod non. Primo, quia miſtum aliquod
gñatur ex elementis immediate, vt minerale, & planta,
& animal ex putri fit materia: & tamē conſtat tale miſtū
non eſſe contrarium elementis. Secundo, quia vnum mi-
ſtum gñatur ex alio, vt ſanguis ex chylo, ſiue pane conco
cto, & membrum ex ſanguine, vbi patet ſanguinem non
eſſe chylo contrarium, nec membrum ſanguini. Reſpō-
Quę Auer. Com. 20. det Auer. & dicit propoſitionem eiuſmodi eſſe vniuerſa
lem, tam in gñatione ſimplicium, ꝗ̄ miſtorum, vbi pri-
mo animaduerſione dignum bifariam eſſe generationē,
alteram quidem ſimplicium, hoc eſt elementorum. Alte-
Gñatio duplex. ram compoſitorū, quæ miſcentur ex elñtis, gñatio ſimpli
cium iterum eſt duplex (licet Auer. nō dicat) nam alia eſt
ſimplicis ex ſimplici, ut ignis ex aqua, & aqua ex terra, et
de cæteris id genus. Alia ſimplicis ex miſto: gñantur. n.
elemēta quandoq; ex miſto, vt qñ miſtum reſoluitur im
mediate ad elñta: gñatio vero miſtorum iterum bifariā
eſt, aut miſti ex elementis, vt quando aliquod miſtum fie
ret immediate ex elemētis, vt minerale, planta, & animal
ex putri ortum materia. Aut miſti ex miſto, vt ſanguis
ex chylo, & chylus ex pane, & panis ex tritico gñatur:
amplius & membrum ex ſanguine, vt dictum eſt. Secun
do animaduerſione dignum, cōtrarietatem multifariam
eſſe: nam alia eſt extremi ad extremum, qua contrarieta-
te aduerſantur album & nigrum, alia extremi ad mediū,
& è contra medij ad extremum: qua contrarietate oppo-
nuntur album et rubrum. Alia eſt medij ad medium, qua
rubrum croceo opponitur, ijs ſumptis. Reſpondet Auer.
 illa propoſitio eſt vniuerſalis: non tñ eadem ſpecie con
trarietatis: nam gñatio elementi ex elñto, eſt inter contrā
ria contrarietate extremi ad extremum: gñatio elementi
ex miſto, vel miſti ex elemētis eſt inter contraria contra-
rietate extremi ad medium, uel medij ad extremum: at ge
neratio miſti ex miſto eſt inter contraria cōtrarietate me

E dij ad medium Quare vniuerſaliter patet omnem gñatio
nē, oēmq; corruptionē eſſe inter cōtraria, & dicit Auer.
hanc propoſitionem patere: tū rōne tum inductione, in-
ductione quidem, vt Ariſt. primo Phyſicorū probauit, et
nunc in omnibus eſt inductum: ratione vero, qa omne ge
nerans gñat vt ſimile, et vt cōtrarium: niſi. n. eſſet aliquo
modo ſimile, non eſſet determinatum ex determinato, &
ſi non eſſet cōtrarium, gñatio non eſſet actio & paſſio: oē
enim quod agit, agit vt contrarium et, quod patitur, vt di
ctum eſt in libro de generatione. Sic igitur patet vniuer-
ſalitas propoſitionis. Ad rationes patet ſolutio. Ad pri
mam quidem, qa inter miſtū & elñta eſt contrarietas me
dij ad extrema vel extremi ad medium. Ad ſecundam
dico, eſt contrarietas medij ad medium, quæ ſufficit.
Et ſi replicares, ſubſtæ nihil eſſe contrarium, ſolutionem q-
re quinto Phyſicæ auſcultationis, comment. 10°. & lege
commentationes noſtras, quia huius reſolutionem inue-
nies diligenter: hęc Auerroes, & laute. Vlterius Auer Quę Auer. Com. 20.
roes exponendo textum, vult Ariſtot. ad propoſitum in prima.
ferendum accepiſſe duas propoſitiones, prima eſt: omne
F quod gñatur, gñatur & corrumpitur à contrario, vt pro Secunda.
batum eſt. Secunda eſt, contraria corpora ſunt, quorum
motus ſunt contrarij. Ex his concludit tertia, quam Ari- tertia.
ſtot. nō propalauit, videlicet motus gñati ſimplicis eſt
cōtrarius motui eius, è quo generatur, v̄bi cauſa, motus
ignis, q gñatur ex terra, eſt contrarius motui terrę. Sed
occurres primo, quia ignis gñatur ex aere, & tñ motus i-
gnis non eſt contrarius motui aeris. Secundo, occurres
vtrum hęc ꝓpoſitio habeat locum in miſtis: videtur. n.
non, nam ignis gñatur ex aliquo miſto, cuius motui mo-
tus ignis non aduerſatur. Ex alio videtur ſic, aliter de-
monſtratio Ariſtot. non eſſet vniuerſalis. Mihi videt, Dubōnes.
 hæc propoſitio ſit vniuerſalis ad hunc ſenſum, mot⁹
gñati ſit ſemp cōtrarius motui eius è quo gñatur, aut ſim
pliciter, aut ſm quid. Item aūt propter ſe, aut propter ali-
quid ſui. Tunc ad rōnes. Ad primam, dicerem motum Ad primā.
ignis, & motum aeris eſſe contrarios ſm quid: nam mot⁹
ignis eſt ſimpliciter ſurſum, motus aeris eſt ſm quid deor
ſum. Ad ſecundam, dicerem motus miſti in ſe non ſem Ad ſecūdā
G per eſſe contrarium motui elementi ex quo miſcetur, ſed
bene miſtum continet aliqd, cuius motus contrarius eſt
motui elñti ex miſto geniti, quia continet aliud elñtum,
cuius mot⁹ eſt illi motui cōtrarius, v̄bi cauſa gñetur ter-
ra ex ligno. Dico motus ligni non eſt contrarius motui
terræ per ſe, ſed rōne contenti, qa lignum ultra terram cō
tinet ignem, cuius motui motus terrę eſt cōtrarius: ſic igi
tur oē quod gñatur, mouetur motu contrario motui eius
è quo gñatur, aut ſimpliciter, aut ſm quid. Item, aut rōne
ſui, aut ſaltem rōne eius quod continet, & ſic propoſitio
eſt vniuerſalis. Tunc Auerroes componit ſyllm, & vult Sylls.
maiorem eſſe hanc: oē quod gñatur vel corrumpitur, mo
uetur motu contrario motui eius è quo generatur uel cor
rumpitur: patet hæc maior, intelligendo illam vt dictum
eſt. Sed cœlum non mouetur motu contrario motui alicu
H ius, nec ſimpliciter, nec in parte. Item nec in ſe, nec rōne
contenti: igitur cœlum non eſt gñabile nec corruptibile.
Maior eſt expoſita: Minor patet per hoc, quia motui cir-
culari nullatenus eſt aliquis motus contrarius, quod qui-
dem ſumit hic tanq̄ notum, verum non eſt notum, ſed ꝓ
batum ex ſuo ſermone infra dicendo. Sed occurres, nō Dubitatio
ne motui cœli aliquis motus eſt contrarius ſm quid: uide
tur. n. ſic, vt Ariſto. probabit infra, & videtur rō: nam
motus ſtellæ ad ortum contrarius eſt motui eiuſdē ad oc-
caſum, ſaltem ſm quid. Dici poteſt, in cœlo nullum Solutio.
eſt principium neq; finis, niſi ſm deſignationē, & ita illa
contrarietas non eſt ſecundum naturam, ſed ſm deſigna-
tionem mētis: & propterea non ſunt illi motus contrarij
ſm quid naturaliter, ſed ſm quid deſignatiue. Modo hæc
contrarietas non ſufficit ad gñationem et corruptionem,
cum mathematici illam fingant in lineis & ſuperficiebus Quę Auer.
in quibus nulla eſt gñatio. Vlterius Auer. declarat in Com. 20.
natura

natura de cœlo ipſo fuiſſe duplex conſiliũ. Primo faciendo ipſum ingenerabile & incorruptibile. Secundo in remouendo ab eo omne contrarium, primũ conſilium concluſit natura ꝑ hoc, qa ſi non eſſet aliquod corpus ingñabile & incorruptibile, hic inferius nõ eſſet gñatio nec corruptio alicuius: hanc conſequentiam probat Ariſto. octauo Phyſicæ auſcultationis. Nam oẽ quod gñatur exit de potẽtia ad actum, & omne quod exit de potẽtia ad actũ, deducitur ab aliquo exiſtente in actu. Si igitur cœlum eẽt gñabile, deduceretur ad actum eſſendi ab aliquo exiſtente in actu, & ſic procederetur in infinitum, aut oportet venire ad aliquod, quod ſemp eſt in actu. Quare ſi gñatio & corruptio ſunt, oportet eſſe aliquod corpus æternum, & hæc fuit ratio primi conſilij. Ratio vero ſecundi conſilij eſt, qa vbi natura dediſſet ſibi contrarium, tunc eſſet corruptibile, & ꝑ conſequens gñabile: qm omne corruptibile eſt generabile: igitur ſi natura deliberauit de æternitate, bene fecit remouendo omne contrariũ à cęlo ipſo. Ex dictis Auerrois infert. Primo, quòd cœlum non eſt compoſitum ex materia et forma, eo modo videlicet quo elementa componuntur. Secundo infert quod eſt ſimplex, hoc eſt non miſtum è pluribus elementis, vt Empedocles autumat, primum probat contra Auicẽnam, multifariam. Primo ſic, omnis forma in materia habet contrarium, formæ cęli nihil eſt contrarium, igitur non eſt in materia: igitur cœlum non componitur ex materia & forma. Secundo, ſi cęlum eſſet compoſitum ex materia & forma elementarijs, tunc aliqua forma eſſet in materia elementaria ſine contrario, deduco, quia probatum eſt cœlo nihil eſſe contrarium, cum moueatur motu ſine contrario: quare forma cœli eſſet in materia ſine contrario. Sed hoc eſt falſum, quia tunc natura ocioſe aliquid feciſſet, deduco, quia talis materia, vbi eſſet forma cœli, eſſet ſine potentia ad non eſſe: nam omnis potentia in materia eſt ad ſeparationem, quæ eſt non eſſe. Si igitur definitio materiæ eſt poſſe non eſſe, & eſſet forma in materia, quæ nunquam non eſſet, tunc potentia materiæ eſſet ocioſa, quia nũquam veniret in non eſſe, ad quod ipſa eſt ordinata. Tertio arguit, ſi forma cœli eſſet in mã, & nõ eſſet gñatio nec corruptio illius vnqȝ, tunc mã cœli careret propria opatione, deducit, qa opatio materię eſt gñatio & corruptio, ſicut acuminis gladij ꝓpria operatio eſt ſcindere dura. Si igitur forma eſſet in materia, cuius potẽtia nunquam eſſet ad non eſſe, tunc aliquod ens eſſet ſine propria operatione, & forte hæ tres rõnes ſunt vna, ſi recte conſiderentur.

Dubõnes. Sed circa hęc ſunt plures dubitationes prima, qa Ariſt. arguere videtur cœlum non habere contrarium, qa motus cœli non habet contrariũ. Quæ Philoponus. Modo hoc videtur erroneum, cum corpus de gñe ſubſtantiæ contrarium non habeat, cum ſubſtantię nihil ſit contrarium, & tamen motus eius habere poteſt contrarium, hæc Ioannes grammaticus, qui Philoponus dicitur. Quę Simp. Simplicius vero reſpondet etiam corpus ſubſtantiale habere contrarium, ſaltem fuſo verbo loquendo de contrario, et hoc pacto motus qui habet contrarium, eſt corporis humani cõtrarium, vel preſſe, vel fuſe: at cœlum nullatenus contrarium habet, nec eius motus: & propterea elongatum eſt à corruptione: hæc Simplicius. Quę Auer. 5. phyſico. Com. 20. Auerroes vero quinto Phyſicæ auſcultationis: ait etiam in ſubſtantijs eſſe contrarietatem, verum aliqua dici contraria bifariam eſt, aut in ſe primo & principaliter, et ſic ſolum in accñtibus reperitur vera rõ contrariorum, aut ſuis in qualitatibus diſpoſitionibuſqȝ: & hoc pacto ignis & aqua contrarij ſunt, qa qualitates quæ formas conſequuntur, contrariæ ſunt: & ſic rõ Philoponi nulla eſt.

Solu dõ. Secundo occurres, quia non videtur verum, motuum contrariorum corpora eſſe contraria. Nam ferrum & terra pura, ſunt contraria, ſaltem cõtrarietate medij ad extremum: nam elatum contrariatur miſto ſaltem contrarietate medij ad extremum: vt dixit Auer. & tñ eodem motu ſpecie ferrum & elatum feruntur: ambo. n. ad mediũ ſimpliciter. Præterea, ſi motuum contrariorum corpora ſunt contraria: eſt, quia contrariorũ effectuum cauſæ ſunt contrariæ. Sed hoc falſum eſt, nam album & nigrum ſunt cauſæ contrariæ: & tamẽ cauſant intentionem in medio, quę eſt vna rõne ſubiecti. Inſuper Auerroes tertio cœli, vult nigredinem effici tam à frigiditate qȝ à caliditate, quæ ſunt contrariæ. Com. 4[?] Rñdetur ad primam, ferrum & terram inquantum mouentur, non contrariari aliqua contrarietatis rõne, qa ferrum vt mouetur eſt prędominanter terra. Ad ſecundam, dico regulam Ariſtot. intelligi in effectibus realibus: non aũt intentionalibus, in qbus ratio cõtrarietatis eſſe non põt, vt dicitur ſeptimo Phyſicoꝝ lib. Quę Iunij. Ad tertiam ſoluunt iuniores nigredinẽ effici tam à calido, qȝ à frigido, ſed à nullo hoꝝ immediate: at regula Ariſt. intelligitur in effectibus immediatis. Sed hæc ſolutio videtur ambigua: nã frigiditas cauſatur immediate à frigido, & caliditas immediate à lumine: & tamen lumen & frigidum non ſunt formaliter contraria. Quæ alij. Iuniores. Propterea alij Iuniores dicunt regulam Ariſto. intelligi ſolum negatiue, qꝫ videlicet ſi effectus non ſunt contrarij, cauſæ non ſunt contrariæ: tamen poſſunt effectus eſſe contrarij, & cauſæ non vt rõ cogit. Sed omnes hæ ſolutiones ſunt vanæ: nam regula Ariſto. non eſt niſi in motibus, et cauſa eſt, qa ſolus motus arguit naturam et formam, cum immediate à forma proficiſcatur, cæteri effectus non procedunt ſic à forma, vt motus: & propterea ſolum in motibus, verum eſt qꝫ ſi motus nõ ſunt cõtrarij, corpora, quorum illi ſunt motus proprij, & naturales, non ſunt contraria. & ſi motus ſunt contrarij, corpora: quoꝝ illi ſunt proprij et naturales, ſunt cõtraria & tu intellige, aut per ſe, aut rõne qualitatum: hæc Auer.

Quæſtio. Quęrunt ſi cęlum, quod circulariter mouetur, ſit generabile & corruptibile. Arguitur qꝫ ſic, quotiens ad antecedens eſſe, ſeqtur conſeqñs eſſe: ad añtecedens poſſibile ſeqtur conſeqñs poſſibile. Hæc regula eſt ꝑoriſtica. Sed ſeqtur, cęlum qeſcit, igitur cęlum non eſt ſm philoſophos, vt in libro de Subſtantia orbis dictum eſt: & dicemus ſecundo huius: igitur ſi cęlum põt quieſcere, cœlum poteſt non eſſe: at cœlum poſſe quieſcere, teſtatur Auer. duodecimo Metaphyſicæ, Com. 41. aſſerens quod de poſſibilibus eſſe, et non eſſe ſolus motus eſt æternus, igitur cœlum poteſt nõ eſſe, ſed omne poſſibile non eſſe eſt corruptibile, vt dicetur in hoc libro: igitur cœlum eſt corruptibile. Secundo cœlum habet materiam, igitur eſt corruptibile. probat antecedens, qa ſi cœlum non haberet materiam, eſſet propter rationem Auerrois in commen. probat. n. Auerroes cœlum non habere materiam, qa eſſet eius materia in potentia ad non eſſe, & ſi eſſet in potentia ad non eſſe, eſſet quandoqȝ ſub non eſſe cœli, aliter potentia eſſet fruſtra. Solu. pria. Modo hæc rõ non valet: Primo, quia concederẽ cœlum eſſe corruptibile, eiuſqȝ materiam eſſe in potentia ad non eſſe, & negarẽ materiam illam debere quandoqȝ ſtare ſub non eſſe, quia ſufficit vt reducatur ad actũ alia materia eiuſdem ſpeciei, vt puta materia ignis, ſic. n. tollitur fruſtratio potentiæ. Secunda. Secundo, dicerẽ illam materiam eſſe aptam natam ſtare ſub non eſſe: non tamẽ poſſe ſtare ſub non eſſe, & ſic non oportet reduci ſub non eſſe, quia potẽtia fruſtratur, non aptitudo quę non reducitur ad actum. tertia. Tertio dicerem, vt Albertilla dicit, qꝫ potentia ad eſſe reducitur ſemper ad actum: non autem potẽtia ad non eſſe, qa potẽtia ad impfectionem non debet reduci ad actum, ſed illa quæ eſt ad perfectionem. Philoponus tenet cœlum eſſe corruptibile & gñabile ſm ſui naturam: æternitatem vero nactum eſſe ab alio, cuius poſitionis ẽt Auic. eſſe videtur, qui ponit aliquod corruptibile ab alio poſſe perpetuum effici. Probat autem Philoponus ſuam poſitionem primo authoritate Platonis, qꝫ cœlum & mundum genitum eſſe dicit, & corruptibile, ſed ab opifice eſſe nactum æternitatem, vt in Timæo ſcribitur. Secundo arguit, quia omnis virtus corporis finiti, eſt finita: quia, vt dicitur octauo Phyſicæ auſcultationis, virtus corporis finiti non poteſt ſe extendere ad durationem infinitam

ſinitam. Vnde per uirtutẽ ſinitam nihil moueri pōt tempore infinito. Sed virtus cœli eſt virtus corporis finiti, eũ cœlum ſit corpus finitum, vt in præſenti libro deducetur; igitur cœli virtus eſt finita: & ita non poteſt durare per infinitum tempus. Tertio, in omni corpore naturali eſt materia, forma, et priuatio, eum hęc ſint vniuerſalia principia omnium corpor: naturalium. Sed vbicunq; eſt materia, & forma, & priuatio, eſt potentia ad corruptionem igitur corpus cęleſte eſt corruptibile. Nec valet ſi quis dicat cœli materiam eſſe alteram, & corruptibilium alterã: Nam, vt arguit Philoponus, tunc materia eſſet compoſita ex eo, videlicet, q eſt commune vtriq; materiæ, & eo quod eſt proprium quemadmodum quælibet ſpecies.

De opinione Plato.

De opinione Platonis in genitura mundi nemo poteſt certè ſentire. Nam Plato nũc facturam innuit temporalem, qualem theologi dicunt: nunc æternam qualem peripatetici diſputãt. Platonici etiam inter ſe diſcrepant. Nam (vt proculus narrat in Timæo) Seuerus & Atticus & Plutarchus Mundum non fuiſſe ſemper de Platonis mente aiſſerunt. Crantor vero & Plotinus, & Porphyrius, & Iamblicus. Mũdum ſemper fuiſſe, & fuiſſe ſemp à deo. Immo
F
fluxiſſe arbitrãtur, ſm Platonem, quatenus deus ſemper eſt, ſemperq; ab ipſo fiat, atq; fluit: vnde Simplicius inqt, ſi ad initium temporis reſpexeris, quo mundus ipſe caret ingenitum dices mundum. Sin autem ad ppetuum à deo eius effluxum aduertes, aſſidue genitum aſſeres, unde Expoſitor noſter hic ait, quod enim Plato poſuit cœlum genitum, non intellexit ex hoc quod eſt gñationis ſubiectũ, quod Ariſt. hic negare intendit, ſed quod neceſſe eſt ipſum habere eſſe ab aliqua ſupiori cauſa, vt pote multitudinẽ, & extenſionem habens, per quas certificatur eius receſſus à pricipio uno, è quo oportet multitudinẽ cãre, & ſic videtur velle non diuerſa Ariſtot. & Platonem ſentire. Vnde vbiq; Expoſitor & Simplicius ſic Ariſtot. & Platonem conciliant, q duplex ſit generatio: altera quidem naturalis, videlicet quæ eſt de cõtrario in contrarium ſubiecto mediante p præuiam alterationẽ affecto: altera quę eſt emanatio ab ipſa ſupiori cauſa, p quam genitum accipit eſſe in partibus diſtinctum. Tunc dicunt, q cęlum eſt
G
genitum ſecũda gñationis rõne, quoniam eſt ab ipſo deo primo, & p ſe, & habet in partibus multitudinem, p quã recedit à prima cauſa. Hæc Simplicius & Expoſitor vbique. Alexander vero obijcit huic reſponſioni, & videbitur in ultimo huius libri: primo, qa Plato dixit ante mũdi generationem præceſſiſſe chaos (vt patet in Timæo) et tale chaos moueri motu inordinato: & q deus reduxit tale chaos ad ordinem: igitur loquitur in vera generatione. Præterea Plato eodem libro ait, cœleſtia corpora eſſe ſuapte natura corruptibilia: nacta tñ eſſe ęternitatem à voluntate dei, quæ eſt maior eorum nexu: igitur propria generatione ſunt genita: & tunc ſm Alexandrum dicendũ eſt authoritatem Platonis non eſſe audiendam, quia contrarium ſentit: ſed quę ſit mens Platonis, aliàs diſputabitur. Hæc ad primam.

Duplex potentia.

Ad ſecundam rñdet Auer. duplicem
H
eſſe virtutem ſiue potentiam: alteram quidem ad eſſe, alteram ad motum. Tunc dicit in cœlo eſſe potentiã ad motum duntaxat, non autem ad eſſe. Nam potentia cœli eſt finita ad motum, rõne videlicet corporis cœleſtis: infinita vero rõne motoris, qui mouet ſemper, & ſic ad formã negatur minor; ad pbationem diceret Auerroes cœlum eſſe finitum magnitudine, non autem duratione, quia cum finitate magnitudinis ſtat infinitas durationis. Sed

Obiectiones Tho.

Expoſitor obijcit Auer. primo ex verbo Ariſt. nã Ariſt. infra ponit in corpore cœleſti virtutem ad ſemper eſſe, igitur virtutem ad eſſe. Secundum virtus eẽndi magis à forma q̃ à materia debet ſumi, quoniam p formã res eſt, p materiam res non eſt, ut dicitur ſeptimo Metaphyſicę. Tertio, obijcit alibi; quoniam quodlibet cœlum dependet à proprio motore: igitur habet virtutem eſsẽdi, vt pote motorem, è quo ſemper eſt. Vltimo, arguo ego fortiſſime contra Auer. cœlum non habet potentiam ad eẽ,

E
igitur non poteſt eſſe: tenet argumẽtum ab eodem in idẽ; vltra, cœlum non poteſt eſſe: igitur non contingit eſſe. tenet argumentum ab eodem in idem: vltra non contingit eſſe: igitur impoſſibile eſt eſſe. tenet argumentum ab æquivalenti ad æquivalens: vltra cœlum impoſſibile eſt eſſe: igitur neceſſe eſt non eſſe. Tenet argumentum ab æquivalenti ad æquivalens: ſed vltimum hoc conſequens eſt contra ſenſum: igitur & primum antecedens eſt impoſſibile, & ſic oportet concedere cœlum habere potentiam ad eſſe.

Solutio Thomæ.

Propter hæc ſoluit Thomas: videtur tamen ſm hi ipſum velle, q cœlum poteſt bifariam conſiderari, vt pote ſm eſſentiam, & ſm variationem. Si ſm eſſentiã cõſideretur, ſic nec eſt per ſe finitum, nec infinitum, quoniam vt ſic abſtrahit ab omni quãtitate tam continua, q̃ diſcreta. Sin autem conſideretur ſm ſui variationem ſic habet potentiam infinitam vel finitam: & cum dicis, igitur corrumpetur, negat argumentum: quoniam ſm ſui eſſentiam nõ cadit ſub aliqua quantitate, ſed ſm ſui variationem: hẽt igitur potentia ſm ſui variationem ſit finita
F
nãciſcitur æternitatem à motore: hæc mihi videntur ſm eius verba: ſi quis autem dicat me non intelligere ipſum, fateor ingenue, verum nihil curo.

Obiectio Ioannis.

Obijcit autem Ioannes gandauenſis aduerſus Expoſitorem in eo, q ille dicit cœlum ſm eſſe non ſubijci tempori: nam cęlum & eſſe eius ſubijcitur motui: at tempus vel eſt motus, vel in motu: igitur cœlum ſm eſſe ſubijcitur motui, & motui & tẽpori.

Reſpõſio propria.

Sed pro ſolutione aiaduertendum apud Auerroẽ eſſe, virtutem ſiue potentiam ad eſſe, & virtutem eſſendi multum differre: nam eſſe ubiq; Auer. ſumit pro forma è qua ſumitur ſpecies eius, cuius eſt, virtus eſſendi, vt proprie loquar, eſt diſpoſitio qua ipſum eſſe, quod eſt forma, habetur in materia, licet ſæpe p ipſa forma accipiatur virtus ſeu potentia ad eſſe, eſt materia, quæ deſcribitur per poſſe. Quib⁹ patet compoſitum ipſum eſſe habere à forma, virtutẽ eſſendi à diſpoſitionib⁹, quibus illa forma recipitur vel conſeruatur in materia, potentiam ad eſſe habet à materia, quæ eſt qua res poteſt eſſe & non eſſe, huiꝰ cauſa eſt, quia virtus & potentia idem eſt: à potentia vero poſſibile accipitur: at poſſibile eſt unumquodq; ratio-
G
ne materiæ, vt in libro Perihermenias dicitur. Quare cõpoſitum habet potentiam ad eſſe rationẽ materiæ, & ita virtutem ad eſſe rationem materiæ, præterea potentia apud Auer. non intelligitur niſi per tranſmutationem, & ſic oĩs potẽtia reqrit nouitatẽ, ſed nihil eſt cã noui niſi mãa igitur virtus ad eſſe, vt potentia ad eẽ eſt materia ipſa.

Solutio rõnum.

Tunc ad ratiões Expoſitoris. Ad primam diceret Auer. q Ariſto. in nullo loco ponit cœlum habere virtutem ad eſſe, nec ad ſemper eſſe, nec virtutem eſſendi, licet ponat cœlum ſemper eſſe contra Platonem. Vel dici poteſt potentiam ad eſſe bifariam dici, aut ſm vtrunq;, videlicet q̃ eſt ſimul ad eſſe, & non eſſe, aut quæ eſt ad alteram dimidium, ſ. ad eſſe tantum, primo modo Ariſt. non poneret potentiam ad eſſe, ſed bene ad motum, quatenus in cœlo eſt potentia ad motum & quietem. Secundo modo in cę
H
lo eſt potẽtia ad eſſe, quoniã eſt in eo materia quæ eſt ad eſſe tantum; & forma, per quam ſemper eſt, & ſic intelligeret Ariſt. ſi illud diceret. Ad ſecundã diceret Auer. virtutem eſſendi, nec eſſe è materia, nec à forma, ſed à diſpoſitione, qua forma recipitur in materia. Vel dicendũ q virtus eſſendi ſm dimidium eſt à forma, & etiam à materia quę eſt alterius rationis in cœlo, ſed ſm vtrunq; nulla ibi eſt, nec finita, nec infinita, niſi reſpectu mot⁹. Ad tertiam, concedo fuſo verbo intelligentiam poſſe dici virtutem eſſendi: proprio tamen potius eſt eſſe cœli. Vel dicas intelligẽtiam eſſe virtutem eſſendi ſm dimidium, & materiam cęli quæ eſt alterius rationis, etiam eſſe potentiam eſſendi ſm dimidium, non autem ſm vtrũq;. Ad quartam dico, q illa propoſitio, cœlum non habet potentiam ad eſſe, habet duas cauſas veritatis, vna eſt, quia cœlum eſt, q̃a ſi cœlum eſt, verum eſt ipſum non habere potentiam ad eſſe, vt quoniam Socrates currit de ineſſe, fal-

ſum

ſum eſt ipſum poſſe currere de contingenti. Altera eſt qa A repugnat ſibi eſſe, vt hyppocentaurus non habet potentiam ad eſſe, quia impoſsibile eſt eſſe. Tunc dico in cœlo non eſſe potentiam ad eſſe, quia cœlum eſt, et ſemper eſt, quæ eſt vna cauſa veritatis, & hoc ſufficit. Vel dicẽdum cœlum non habere potentiam ad eſſe ſm vtrunq;, è qua potentia deducit contingens, bene tamen ſm dimidium, & ratione formæ, quæ eſt ratio eſſendi, & ratione materiæ, quæ ſemper eſt actui eſſendi coniuncta, & ſic tollitur diſcurſus. Ex his ſequitur inter Expoſitorem & Auer. non eſſe differentiam. Nam idem videtur ſentire, ſi recte intelligo. Expoſitor. n. concedit in cœlo virtutem eſſendi vel potentiam ad eſſe, quod credo, ſi accipit potẽtiam ad

Solo Auer.

eſſe ſm dimidium contingẽtis. Auerroes negat potentiã ad eſſe, quod credo, ſm vtrunq;: & ſic ratio Ioannis nulla eſt contra Expoſitorẽ. Ad ſecundam rationem Philoponi reſpõdet Auerroes in compluribus locis: & vult ꝙ in corpore cœleſti non ſit materia, niſi reſpectu motus, & ad vbi. Tunc ad formam negaret maiorem, quia ſuffi- B cit cœlum ipſum componi ex materia & forma ad motũ, non autem ad eſſe.

Obiectio Expoſitor.

Obijcit aũt huic Expoſitor, & ſyllogizat ſic, omne ens actu, aut eſt actus, vel habens actum. Sed cœlum eſt ens actu, igitur eſt actus, vel habens actũ. Maior eſt omnibus nota, & ſupponatur nunc. Minor ꝓbatur, quia cœlum agit in hæc infera corpora. Igitur aut actus, aut habens actum. Et cum perſpicuum ſit cœlum non eſſe actum, relinquitur ipſum eſſe habens actum: at cum omne habens actum ſecundum Auer. ſit compoſitum ex materia atq; forma: igitur cœlum eſt compoſitum ex materia & forma.

Solutio Expoſitoris.

Reſpondet igitur Expoſitor aliter, & vult cœlum componi ex materia atq; forma etiam circunſcripta intelligentia, verum materia cœli eſt alterius rationis à materia generabilium, cum materia cœli ſit ad eſſe tantum, dicatq; ordinem ad formam alterius rationis.

Quales poſitiones.

De re hac plurima diſputaui in libro de Subſtãtia orbis: at nunc uidetur mihi breuiter eſſe dicendum poſitiones haſce eſſe partim concordes, partim diſcordes. Vterq;. n. horum concedit materiam in cœlo, vterq; ho- C rum vult materiam cœli eſſe alterius rationis, quia in potentia ad eſſe tantum, atq; ad formam alterius rationis. Vterq; horum aſſerit materiam cœli eſſe in potentia ſm dimidium contingentis, et non ſm vtrunq;, cum ſolum illa potentia ſit ad eſſe atq; formam: non autem ad non eſſe atq; priuationem. Differunt vero, quia Expoſitor ponit in cœlo duplicem formam, quia animam, quam Peripatetici intelligẽtiam appellãt, & formam cœli ex qua & materia illa alterius rationis componitur cœlum, ex quo cœlo ſic exiſtente in actu, & anima ſit vnum animal ęternũ, vnum dico ſicut ex nauta & naui, inſtrumento & motore. Qua ratione fit vt apud Expoſitorem materia motus ſit alia, à materia ad eſſe, quia materia ad eſſe eſt materia ad formam cœli, quæ eſt citra itellectum. Materia ad motum eſt cęlum compoſitum citra intelligẽtiam. Auer. autem ponit in cœlo vnam formam, & vnam materiam tantum: nã anima cœli eſt intellectus, & eſt forma, vt eſt quo cœlum intelligit, eſt anima & intellectus, vt eſt quo cœlum mouetur, eſt forma. Materia cœli, vt dicit ordinẽ ad animam, eſt materia ad eſſe, quia anima cœli eſt prin- D cipium eſſendi cęli, vt dicit ordinem ad motum, & vt eſt in actu per animam, eſt materia ad vbi, hæc Auer. & Expoſitor.

Solo rõnis Thomæ.

Tunc ad rationem Thomę, diceret Auerro. ꝙ cœlum circunſcripta intelligentia per intellectum, nec eſt actus, nec habens actum. Sed eſt potentia ſm dimidium, hoc eſt ſemper ad eſſe, & negaret cœlum eſſe agens circũſcripta intelligentia, immo illa circunſcripta nullũ habet eſſe, nec actionem: vt Auerroes ſcribet poſtea in hoc lib. Ego vero ſolitus ſum dicere, ꝙ materia cœli poteſt conſiderari in ratione metaphyſica, hoc eſt in ratione potẽtię, vel in ratione phyſica, hoc eſt in ratione potẽtię tranſmutabilis: ſi in ratione metaphyſica, hoc eſt in ratione potentiæ: ſic materia cœli, & materia generabilium ſunt eiuſdẽ A rationis, cum ambæ conueniant in ratione potentiæ. Sin autem in ratione phyſica, hoc eſt in ratione potentiæ trãſmutabilis, ſic differunt, vt recte dixit Auer. & Thomas. Tu vero lege rem hanc in libro de Subſtantia orbis. Hęc de poſitione Philoponi, deq; rationibus eius.

Opinio Ariſtot.

Ariſtoteles vero de diſputatione credidit cœlum & mundum, nec incœpiſſe per generationem, nec corrumpendos fore per corruptionem: proceſſiſſe tamẽ à deo per quendam efflu xum, vel dependentiam, modo quo accidens perficitur à ſubiecto, & radius è ſole, & ſic cœlum ſiue mundũ poſuit deo ipſi coæternum, quatenus nec deus prius cœpit mundo, nec mundus prius deo, ſed coeterno tempore, atq; perpetuo fuerunt. Nos vero tenemus nec cœlum, nec mũdum cœpiſſe per generationem, ſed per creationem: item nec corrumpendos, licet cœlum à motu ceſſabit, rationes vero hinc inde in pluribus locis ſcripſimus. Hæc nunc ſufficiant.

Solutio rõnum.

Ad rõnes quas fecimus in principio, ad primam concedo regulam, & concedo minorem, & totum: B tamen nego cœlum poſſe quieſcere ſimpliciter, bene ſm partem: vt. n. quęlibet aqua poteſt corrumpi, & non tota aqua, ſic cœlum poteſt quieſcere à qualibet reuolutione: non tamen à toto motu, & ſic nõ ſequitur, ipſum poſſe quieſcere ſimpliciter à motu, propter quæ ſorticolæ dicerent cœlũ à motu poſſe quieſcere, non autẽ cœlum poſſe quieſcere à motu. Ad ſecundam reſpondeo, ꝙ cęlum habet materiam alterius rationis: at ratio Auer. probat cœlum non habere materiam eiuſdem rationis phyſice, & hoc ꝓbat ratio. Ad rationes, dico ꝙ ſecus eſt de potentia ad eſſe vel non eſſe, & ſecus de potẽtia alterius. Ariſtot. probat in primo Cęli potentiam ad eſſe, & ad non eſſe, omnẽ debere reduci ad actum, nec poſſe ſaluari in ſimili ſpecie. Tu vero expecta rem hãc in fine huius. Ad ſecundam, omnis aptitudo materiæ eſt potentia, quoniam aptitudo ſequitur formam, & propterea ratio illa nulla. Ad tertiam, dicerem potentia ad non eſſe, eſt ad eſſe, quoniam corruptio vnius eſt generatio alterius: quare ſi potẽtia ad eſſe debet reduci ad actum, quia etiam eſt ad eſſe. Hæc de quæſtione.

C At vero & creſcit oẽ quod creſcit, & decreſcit oẽ quod decreſcit à cognato: quod aduenit, & quod ĩ materiam reſoluitur: huic aũt competit nihil, ex quo factum fuerit.

oẽ ꝑticula addita.

Hactenus ꝙ corpus ipſum quod circulariter fertur, nõ ſit generabile, nec corruptibile, ꝑſuaſit. Quod vero non ſit augmentabile, nec diminuibile, probat, & ratio componitur hoc pacto, omne quod creſcit & decreſcit, creſcit & decreſcit ab aliquo cognato ſiue ſimili, quod aduenit, & quod in materiam reſoluitur. Nam, ut dicet in libro de Generatione, cremẽtum fit ab aliquo, quod in principio eſt contrarium, in fine ſimile, ideo aduenit augmentabili ipſi, & reſoluitur in materiam, vt conuertatur in materiã eius, quod augetur vel diminuitur. Hæc eſt maior, & eius declaratio. Sed cœlo nihil accidit, quod in materiam reſoluatur, ex qua factum ſit, cum cœlum ex nullo factum ſit, vt præcedens problema dixit: cœlum igitur nec augetur, nec diminuitur, huius ſyllogiſmi ponitur primo ma- D ior, & perſpicua eſt. Secũdo minor, & inquit: huic autem competit nihil, ex quo factum fuerit: neq;. n. habet materiam, neq; contrarium, ex quo fieri poſsit, vt præcedens problema dixit. Animaduerſione dignum in omni auctione atq; diminutione duo cõcurrere, vt in libro de Generatione dicet, videlicet materiam ex qua ipſum augmẽtabile ſit, & in quam nutrimentum conuertatur, & cibũ qui ſit contrarius, & cognatus ſiue ſimilis, cognatus quidem in fine, contrarius vero in principio, & hæc duo tetigit in maiorẽ, cum dixit à cognato, tetigit cibum, qui in fine eſt ſimilis, in principio aduerſans, & cum dixit, & qđ in materiam roſoluitur, tetigit materiã, & ex qua augmẽtabile fiat, & in quam cibus conuertatur, roſoluaturq;. At in minore, tetigit alterum horum tantum, vt pote ma

teriam

teriam, cum dixit, huic autem competit nihil, ex quo factum fuerit, quia caret materia, ex qua res fiunt, vel tetigit contrarium tantum, natura cœlum non habet contrarium, ex quo factum ſit, & fortaſſe intelligit vtrunq;. Nã cęlo non competit aliquid, vtpote materia vel contrariũ, ex quo fuerit factũ. Quare nec augeri, nec minui poteſt.

Quæ Expoſitor & Simplicius,

Vel poteſt ratio Ariſt. componi vt Expoſitor & Simplicius indicant ſic, omne augmentabile, & omne diminuibile generatur, & corrũpitur ex aliquo: at cœlum ex nullo generatur vel corrumpitur (vt præcedenti problemate eſt probatum) igitur cœlum nec eſt augmentabile, nec diminuibile. Maiorem & probationem ſimul ponit, & inquit: & creſcit omne quod creſcit, et decreſcit omne qđ decreſcit ab aliquo cognato, quod aduenit, et quod in materiam reſoluitur, hoc eſt per appoſitionem alicuius materialis aduenientis: quod quidem cum prius eſſet diſsimile, factum eſt ſimile per reſolutionem in propriam materiã, quæ depoſita forma priori: formam corporis augendi aſſumpſit. Sicut panis reſolutus in materiam accipit formã carnis. Quæ ratio docet in omni auctione vel minutione F fieri generationem & corruptionem aliquo modo: & ſic patet maior, quod omne quod augetur vel diminuitur, generatur & corrumpitur ſaltem ſm quid: hæc eſt maior & eius expoſitio: deinde tangit minorem, & inquit: huic autem competit nihil, ex quo factum fuerit, quia cœlum non eſt dare aliquid ex quo fuerit generatum, quaſi dicat ſed cœlum non poteſt generari, nec ſecundum quid, nec in toto, igitur non eſt augmentabile. hæc Expoſitor, & ſapide.

Quę Auer. Com. 21.

Auerroes vero rationem textus ſic componit: oẽ quod augetur uel diminuitur, nutritur, cœlum non nutritur, igitur cœlum nec augetur nec diminuitur: maior ſupponitur, minorem probat ſic, omne nutriẽdum eſt homogeneum vel ſimilare ei, è quo nutritur, cœlum non eſt ſimilare alicui è quo nutritur: igitur nõ nutritur. Maior patet exẽplo, quia ſanguis eſt materia animalium, & eſt nutrimentum proximum membrorum omnium (quicquid velint medici) conſtat autem ſanguinem nunquam nutrire, niſi fuerit ſimilis.

Dubitatio.

Sed occurres, ſi augendum augeẽ à ſimilari: diminuendũ diminuiẽ à ſimilari: indicat Auer. G ſolutionem, ꝙ tam augendum, q̃ diminuendum à ſimilari augetur vel diminuitur. Nam ſi ſimilare inuenit nutriẽdum paratum generationi, auget ipſum. Si autem fuerit paratum corruptioni diminuit, eo vſq; quouſq; diſſoluãtur elemẽta in materiam, ex qua componitur miſtum nutriendum: dicitur vero nutriendum paratum generationi ab ortu vſq; ad ætatem conſiſtentiæ, quo tempore nutriẽdum eſt humidũ: dicitur vero paratum corruptioni è cõſiſtentia ipſa per ſenectutem vſq; in mortem, quo tempore areſcit, atq; exiccatur humidum eius, hæc Auer.

Si autem nec accreſcere, nec corrumpi poteſt, eadem ratione, & inalterabile eſſe exiſtimandum eſt.

Quod quidem non ſit augmentabile, nec diminuibile, H ex his conſtat. Quod autem nec alterationes ſubeat, modo probare aggreditur, & primo proponit concluſionem quam probare enititur, & ſimul vim rõnis. Concluſio quidem eſt, cœlum non ſubeſt alterationi: vis vero rationis, omne alterabile accreſcere vel corrumpi poteſt, cœlum nec accreſcere, nec corrumpi poteſt: igitur cœlum nõ eſt alterabile. Vel melius (vt dicit Auer.) vis rõnis eſt omne alterabile eſt generabile, cœlum non eſt generabile igitur nec alterabile, & hanc vim indicat, dicens. Si autẽ nec accreſcere nec corrumpi poteſt, ſubaudi ratione illa, ꝙ non eſt generabile, eadem ratione (quia non eſt generabile) & inalterabile eſſe accipiendũ eſt, & ſic videtur Ariſtot. velle cœlum alterationibus non ſubijci, illa met rõne

Expoſitio Thomæ.

qua probatum eſt ipſum nec augmento ſubijci. Alij & diſerti viri ſic intelligunt, ꝙ eadem rõne è cęlo ipſo remouetur alteratio, qua & generatio, verum ratio qua remouetur generatio, eſt quia caret contrario, & hac rõne etiã E remouetur alteratio, quia caret cõtrario. Sed non placet: Nam licet cœlum careat contrario propter motum, quia eius motui nullus motus eſt contrarius, qui ſit ſm graue & leue: tñ fingi poteſt cœlo competere contrarium ſm alias qualitates, & ſic poſſet teneri ipſum eſſe alterabile.

Expoſitio Ariſt.

Prima expoſitio eſt Expoſitoris, q vult Ariſtot. remouere alterationem à cœlo per hoc quod ab eo remouetur auctio, & diminutio, & cõſonat eius probationi, quia ſequẽti textu probat cœlum nõ eſſe alterabile, quia nec eſt augmentabile, nec diminuibile. Verum expoſitio Auer. conſonat præcedentibus, & non diſſonat ſequentibus, qa licet Ariſt. probet cœlum non eſſe alterabile per hoc, qa nec eſt augmẽtabile, nec diminuibile: tamen quia concluſio poteſt probari duplici via, quia videlicet non eſt generabile, & quia non eſt augmentabile, ponens concluſionem, cõplicauit vnam viam breuiter, alteram autem explicuit vtens ſuo artificio, & ſic vtraq; expoſitio conuenire poteſt verbis Ariſto.

Expoſitio verborum

Quo vero ad verba attinet, verbum corrumpi græce eſt ἄφθαρτον, hoc eſt incorruptibile, & Auer. recte intelligit per icorruptibile, indiminuibile, quaſi velit cęlum non eſſe alterabile eadem rõne F qua non eſt augmentabile, nec diminuibile, & ſapide cõmentatur. Nam diminui eſt ire ad corruptionem, et ita aliquo modo corrumpi, verbum eadem ratione græce eſt ἀναύξησίας, & licet multipliciter latine dici poteſt, ita ego intellexi eadem ratione. Quod quo modo intelligatur dictum eſt.

Alteratio enim motus eſt in qualitate, qualitatis autem qui quidem ſunt habitus, & diſpoſitiones, non ſine mutationibus in paſsionibus fiunt: vt ſanitas atq; morbus. Quæ vero naturalium corporum in paſsionibus mutãtur: ea oĩa videmus incrementum ſuſcipere, atq; decremẽtum ceu animalium corpora, parteſq; ipſorum, atq; ſtirpium etiam: & elementorum ſimili modo. Quare ſi corpus quod circulo fertur, neque G accrementum, neq; decrementum ſuſcipere poteſt, & inalterabile eſſe conſentaneum eſt rõni.

Nunc ſyllogizat propoſitum, & rõ ſic componitur: oẽ alterabile eſt augmẽtabile atq; diminuibile. Corp⁹ quod circulo fertur, non eſt augmentabile, nec diminuibile: igiẽ cœlum quod circulo fertur non eſt alterabile. Minor iam ex dictis perſpicua eſt. Maior probatur iterum ſic: omne mutabile in paſsionibus eſt augmentabile atq; diminuibile: hæc maior probatur in textu inductione in animalib⁹, & plantis, & elementis. Sed omne alterabile eſt mutabile in paſsionibus: hæc conſtat definitione alterationis. Nã alteratio eſt motus in qualitate, & non in quauis qualitate, ſed in qualitate tertiæ ſpeciei, quę eſt paſſio. Nam in habitibus vel diſpoſitionibus non fit proprie alteratio ꝑ ſe, vt patet ſeptimo Phyſicor. niſi quatenus fit in paſsionib⁹ H quas habitus & diſpoſitiones conſequũtur: ſanitas enim & morbus non proprie ſunt termini alterationis, ſed conſequuntur terminos alterationis, vtpote motum ad qualitates elementarias. Sic igitur patet Minor, videlicet ꝙ oẽ alterabile ſit mutabile in paſsionibus. Ex his patet textum hunc debere reſolui in duos ſyllogiſmos, videlicet in principalem & proſyllogiſmum, quo probatur maior ſyllogiſmi principalis. De ſyllogiſmo principali maior omittitur, minor autem ponitur ibi, quare ſi corpus: concluſio demum ibi & inalterabile: at primo probat minorem proſyllogiſmi per definitionem alterationis: eſt. n. minor: oẽ alterabile eſt mutabile in paſſionibus, quæ ſunt qualitates tertiæ ſpeciei, probatur per definitionem alterationis. Nam alteratio eſt motus in qualitate, non quidem ſimpliciter in omni qualitate: propterea ſubdit, qualitatis autẽ, qui quidem ſunt habitus & diſpoſitiones, hoc eſt primæ ſpeciei, ad quas videntur alterationes eſſe, vt ad ſanitatẽ

licet

morbumq; , non ſine mutationibus in paſſionibus fiunt:
eſt enim ſanitas & morbus habitus vel diſpoſitio. Modo
licet ad hæc videatur eſſe alteratio: tamen re uera non eſt
quia eſt ad qualitates quæ ſunt paſſiones, ſine quibus ſa-
nitas & morbus eſſe non poſſunt, quare concludatur hęc
minor: omne alterabile eſt mutabile in paſſionibus, quæ
quidem eſt minor proſyllogiſmi: deinde tangit maiorem
eiuſdem proſyllogiſmi, & inquit: quæ vero naturalium
corporũ in paſſionibus mutantur, ea oĩa videmus incre-
mentum ſuſcipere, atq; decrementum: & hanc probat in
ductiue in animalibus & partibus ipſorum, quę in paſſio
nibus mutantur, & ſuſcipiunt augmentum & decremen
tum, & in plantis, & ipſarũ partibus, & in elementis: quę
dum alterantur etiam, augeri videntur, vt terra alteratur
Tot⁹ pſyllõ in ignem: igitur totus proſyllogiſmus eſt omne mutabile
in paſſionibus eſt augmentabile, atq; diminuibile, omne
alterabile eſt mutabile in paſſionibus: igitur omne altera
bile eſt augmentabile, vel diminuibile. Tunc ſumpta hac
concluſione pro maiore ſic: omne alterabile eſt augmen-
tabile atq; diminuibile, addemus hanc minorem, corpus
quod circulo fertur, neq; accrementum, neq; decremen-
tum ſuſcipere pōt. Quare concluſio erit ꝙ ipſum inaltera
bile eſſe ſit conſentaneum rõni, & ſic patet quo modo de
principali ſyllogiſmo tantum minorem, & cõcluſionem
expreſſit, de proſyllogiſmo vero maiorem & minorem.
Quæ auer. com. 21. Auer. vero hic declarat in quibus qualitatibus ſit alte
ratio, & in quibus non: & dicit primo, ꝙ alteratio eſt ad
qualitatem, vt augmentatio ad quantitatem, & latio ad
vbi, & gñatio ad ſubſtantiam. Secundo dicit, ꝙ non ad
oẽm qualitatem eſt alteratio, ſed ad quaſdam ſic, ad quaſ
dam non. Ad genus animatum quod eſt habitus, & ina-
nimatum quod eſt diſpoſitio, hoc eſt ad qualitates primę
ſpeciei non eſt alteratio: itemq; ad genus quod dicitur na
turalis potentia vel impotentia, quæ eſt ſecunda ſpecies,
non eſt alteratio, ad genus, quod eſt qualitas in quantita-
te non eſt alteratio: hoc ad figurã quæ eſt quarta ſpecies,
non eſt alteratio: eſt igiť alteratio ad qualitates tertiæ ſpe-
ciei, quæ ſunt paſſiones, quia alteratio hoc pacto eſt in ha
bente ſubiectum & materiam. Qua ratione fit, vt cęlum
Dubitatio. careat alteratione, cum careat materia. Sed occurres,
quia coelum videtur alterari, vt patet in eclipſibus Solis
Solutio Auer. & Lunæ. Rñdet Auer. & indicat duas formas rñden-
di. Nam primo dici pōt coelum non eſſe alterabile, & qđ
dicitť de eclipſibus & illuminationibus; dici pōt illas non
Alteratio duplex. eſſe alterationes, quia non ſunt ad paſſiones. Secundo, di
ci pōt duplicem eſſe alterationem ſubitariam, & tempo-
rariam: ſubitaria eſſe pōt in coelo, ut illuminatio & obſcu
Replica Solutio. ratio, temporaria quę fit propter materiam & contrariũ,
remouetur à coelo: hęc Auer. Sed replicabis, quia ecli-
pſis Lunæ videtur tẽporaria & ſimiliter & illuminatio, vt
obſeruatio docet, dic hoc eſſe ꝑ accidens propter motum
localem, quo opacum corpus interponitur, vel remouetť,
non autem propter lumen, quod ſui natura eſt ſubito ac-
Quatuor decerpta Auer. quiſibile. Ex his concludit Auer. quatuor primum ꝙ
omne gñatum, & omne auctum alteratur alteratione paſ
ſiua, quæ eſt in qualitatibus primis, cuiuſmodi ſunt calidi
tas & frigiditas, & id genus, quæ ſunt tertiæ ſpẽi ſiue ge-
neris qualitatis. Secundo, ſequitur à coelo eſſe remota, al-
terationem, ſanitatem, morbum, iuuẽtutem, ſenectutem,
& oĩa ea quæ ſequuntur eiuſmodi qualitates, cum ſit im-
poſſibile in illo eſſe alteratione. Tertio, ſequitur in coelo
poſſe eſſe omnia illa accñtia, quæ non conſequuntur illas
primas qualitates, vt figuram, & id genus. Quarto, ſequi
tur vniuerſaliter in coelo non eſſe eas qualitates, quæ acq
runtur mutatione de cõtrario in contrariũ, vt album, ni-
grum, & id genus: ſed quęcunq; acqruntur mutatione de
cõtradictorio in contradictoriũ, bene eſſe pñt, & ſic qua-
litas quæ caret cõtrario in coelo eſt, quæ habet contrariũ
non poteſt illi ineſſe: dico nec ſm mutationem, nec ſm eſ-
ſe, quia ad tales mutari non pōt, nec ſub talibus pōt eſſe:
hæc Aue. commen. duodecimo.

A Animaduerte textum illum (quare ſi corpus) Auerro. Quę Auer. Com. 22.
non eum præcedenti copulare, ſed cum ſequente, propte-
rea comment. textum illum introducit alio modo q̃ nos
induximus. Nam inquit ꝙ Ariſto. vult copulare ſenſum
cum rõne, & ponere conuenientiam teſtimoniorum anti
quorum, & verba corũ obſcura in antiquo tẽpore dicta,
hæc Auer. & fallitur, nam textus ille debet continuari cũ Error Auerrois.
præcedenti, cum in illo ponatur minor, & concluſio ſyl-
logiſmi principalis, quem intẽdit in præcedenti textu, vt
viſum eſt. Quo vero modo Ariſt. dederit cõuenientiam
inter ſenſum & rõnem de iſto corpore, poſtea dicemus.
Sed mouet Auerroes dubitationem non paruam. Nam Dubitatio Auer. commen. 22.
Ariſto. vt ipſe exponit, fecit talem propoſitionem: omne
quod non recipit augmentum, nec diminutionem, non re
cipit alterationem, & ſic videtur apud ipſum Ariſt. feciſ-
ſe tale enthymema, cœlum non augetur, nec diminuitur:
igitur cœlum non alteratur. Modo hæc conſequentia eſt
ab inferiori negatiue ad ſupius: nam omne augmentabile
B eſt alterabile, & non conuertitur, apud expoſitionem no
ſtram ſyllogiſmus erat, omne alterabile eſt augmentabi-
le vel diminuibile, cęlum nõ eſt augmentabile, igitur nec
alterabile. Modo maior videtur ambigua, qa non omne
alterabile eſt augmentabile: vt patet in libro de Genera-
tione. In plus. n. eſt alterabile q̃ augmentabile, & ſic du-
bitatio Auer. habet locum tam in ſua q̃ in noſtra expo-
ſitione. Rñdet Auerro. dupliciter, & primo ait ꝙ ra- Solo prima Auer.
tio non eſt intelligenda, vt iacet. Sed hoc pacto, ꝙ ſi cœ-
lum non recipit augmentum, nec decrementum propter
cauſam ſupius dictam, videlicet, qa caret materia, & ſub
iecto, ob ſimilem cauſam ẽt non recipiet alterationem, cũ
omne alterabile egeat materia & ſubiecto: non igitur ar-
guitur ab inferiori negatiue, ſed à conuertibili ad conuer-
tibile ſm cauſam, & hoc pacto bene arguebar. Secun- Solo ſcda Auer.
do rñdet ꝙ augmentabile, & alterabile conuertuntur, ſi
augmentabile ſumitur large, vbi Auer. diſtinguit de au-
ctione atq; diminutione: eſt. n. triplex quędam propria, Triplex auctio & diminutio.
quæ eſt conuerſio nutrimenti in ſubſtantiam nutriti: &
hæc proprie in animalibus eſt, & omni viuente. Alia eſt
C rarefactio vel condenſatio, quæ ſequuntur calidum & fri
gidum, & hæc repitur tam in elementis, q̃ in miſtis ſimi
laribus. Nam aer condẽſatur & rareſit, & aqua ſimiliter,
quæ ſunt elementa, item ſucci condenſantur & rareſiunt,
q̃ ſunt miſti ex elementis. Alia eſt iuxta poſitionẽ partiũ.
quo modo creſcit aut decreſcit paries ꝑ additionẽ vel ſub
tractionem alicuius ſimilis naturę cum pariete: & hæc ẽt
eſſe poteſt tam in miſtis, q̃ in elemẽtis: nam pōt ignis cre
ſcere ꝑ iuxta poſitionem alterius ignis, et quicquid ſit oĩs
augmentatio eſt aut cõiter dicta, aut proprie dicta. Tunc
ad dubitationem patet ſolutio: nam oẽ alterabile eſt aug-
mentabile ac diminuibile, & è cõtra, modo accipiatur au
ctio & diminutio cõiter. Qua ratione non male addidit
Ariſtot. in textu etiam in elẽtis eſſe auctionem diminu-
tionemue, quia auctionem accepit cõiter, vt dixit Auer.
hæc Auerroes & optime. Ex his infert Auerroes, ꝙ ſi
omne alterabile eſt augmẽtabile atq; diminuibile, ſeque-
tur ꝑ conuerſionem è contrario, quæ eſt conuerſio ꝑ con
tra poſitionem, ꝙ omne non augmentabile, & omne non
D diminuibile eſt non alterabile: hec Auer.

Quod quidem igitur ſempiternum ſit pri-
mum corporum, & neq; accrementum, neque
decrementum, neq; ſenectutem, neq; alteratio
nem, neq; paſſionem ſuſcipiat, ſi quis hiſce quę
ſuppoſita ſunt credet, perſpicuum ex dictis eſt.

Auerroes introducit, ꝙ Ariſt. det conuerſum, ꝙ vult Quę Auer. Com. 22.
Ariſtot. in priori textu probaſſe coelum non eſſe alterabi
le, quia non eſt augmentabile: at nunc vult ꝙ probet è cõ
tra coelum non eſſe augmentabile, qm̃ non eſt alterabile,
& hoc intelligit per ſempiternum, quaſi dicat, qa coelum
eſt ſempiternum, hoc eſt, qa coelũ non eſt alterabile, neq;
augmentabile

augmẽtabile erit, & reliqua, ecce quo modo apud Auer.
Ariſtoteles:dedit conuertens. Quę expoſitio eſt omnino
diſſona græcis codicibus, & noſtris etiam translationib⁹
& quod fecit Auer. errare, eſt verbum διότι, quod in ſuis
trãslationibus eſt cum, & hac de cauſa errauit. At nos
melius dicamus ꝙ nunc epilogat quæ declarauit. Nam
διότι Ariſtot. in epilogis conſueuit apponere, & quæ di-
cit, translationibus patent: verum adiecit unum quod nõ
probauerat, videlicet quòd cœlum non ſuſcipiat iuuentu
tem. Nam iuuentus & ſenectus cum auctione & diminu
Error Auerrois. tione coordinari ſolent: & propterea dicit Auerroes, &
videtur ꝙ Ariſtot. non poſuerit priuationem additionis,
id eſt, ꝙ non dixit cœlum non eſſe augmentabile, niſi ad
ſignificandum quod non recipit ſenectutem, neq; iuuen-
tutem. Quare recte in epilogo adijcit illud, quoniam coin
telligebatur in prioribus dictis: hæc Auer. & recte.

Videtur autem & ratio his aſtipulari. quæ ap
parẽt:& ea quæ apparent rationi:omnes enim
homines de dijs exiſtimationem habent:& oẽs
qui deos eſſe arbitrãtur:tam barbari, quàm græ
ci ipſum ſupremum locum deo attribuunt, vt
videlicet immortale ad immortale ſit àccõmo-
datum: quippe cum alio modo ſit impoſsibile.
Si igitur eſt aliquid diuini, quemadmodum &
eſt ea profecto quæ & nũc de prima corporum
ſubſtantia dicta ſunt, bene ſunt dicta.

Quę Auer. Auerroes vult Ariſtot. in hoc capitulo declarare conue-
niẽtiam inter ſenſum & rationem circa ea quæ de ipſo cę
lo ſunt dicta: necnon & eorum teſtium, qui in antiquis tẽ
poribus de ipſo uerba obſcura fecerunt, etiam aſtipulatio
nem. Sed quoniam multa dicta ſunt de ipſo cęlo, vt quod
non ſit generabile, non augmentabile, non alterabile, &
deniq; nec ſeneſcibile, circa quod horum velit Ariſtot. ta
lem declarare conuenientiam, Auerro. non exponit, ideo
Expoſitor ait Ariſtot. velle adducere ſigna ad manifeſtã
Quæ Expoſitor. dum propoſitum, & ſic velle videtur Expoſitor hæc ſi-
Iuniores. gna eſſe poſita ab Ariſtote. ad omnia illa oſtendenda.
Alij volunt Ariſt. redire ad declarandum cęlum eſſe ęter
num tria ſigna, & omnes recte ſentiunt, quia ſi Ariſt. per
ſigna probat cœlum eſſe æternũ, & ex æternitate cœli cæ
tera de cœlo ſequũtur, vt ꝙ non ſit augmentabile, non ſit
alterabile, non ſit ſeneſcibile, ſequitur etiam Ariſt. redire
ad probandum per ſigna etiam illa cętera. Quare quouis
modo textus introducatur, ſequitur recte Ariſt. redire ad
probandum propoſitum ꝑ tria ſigna. Addit tñ Auer.
ſenſu conſtare, ꝙ cœlum nec alterationem, nec auctionẽ,
vel minutionem accipiat, quia rerum cœleſtium ſcripto-
res, qui antiquis temporibus ſtellas obſeruarũt, ſemper il
las adinuenerunt eadem ſub quantitate, & eodem in nu-
mero. Quare velle videtur Auerroes ꝙ redeat Ariſtote.
ad probandum de cœlo per illa ſigna. ſolum ſempiternita
tem. Nam ipſum non eſſe augmẽtabile, nec alterabile, cõ
ſtat obſeruatione, & inſtrumentis ſenſilibus. Sed cur
Quę Auer. Com. 22. Ariſtot. vltra rationes intellectiles, adiecit & ſigna ſenſi-
Scrib⁹ dicãis bilia, Auer. declarat, & dicit hoc eſſe recte factum ab Ari
hoies ꝑpõi ſtot. quia multi homines nõ poſſunt aſſentire primis pro-
bus rõni cõ poſitionibus per intellectum notis ex rõne tãtum. Cuius
ſentaneis n̄ cauſa eſt, aut propter diminutionem innatam in natura i
aſſentiunt. ſunt. n. nonnulli adeo intellectu imbecilles, vt ad nihil at-
tollãtur, quod ſenſus tranſcendat, quales ſunt natura ru-
Com. 8. des, & hebetes, vt dicitur ſecundo Phyſicæ auſcultatio-
nis libro. Alia cauſa eſſe poteſt paucitas exercitij in ſcien
tia, in qua tractatur de illis rationibus: ſunt. n. nonnulli, q
paucitate exercitationis in ſciã, non facile conſentiunt rõ
Com. 84. nibus illius ſcientiæ, vt tertio huius dicit Auer. de Auicẽ.
Tertia cauſa eſſe põt. Mala conſuetudo in doctrina, quæ
multis annis eſt radicata falſis in fundamentis, vt dicitur
Comẽ. 14. ſecundo Metaphyſi. & ponit exemplum de ſectatoribus

E ſuę legis. Nam hi à pueritia ſunt aſſueti audire propoſitio
nes falſas, apparentes tamen: et propterea deducuntur ad
negandum naturales propoſitiones, cum aſſerant nihil eſ
ſe neceſſarium, aut poſsibile, aut impoſsibile niſi in deo.
In ceteris remouent neceſſarium, & poſsibile. Item remo
uent virtutes in rebus, cum dicant deum omnia agere, &
cætera quæ Saraceni opinantur. Animaduerte tamen
hæc dixiſſe Auer. contra ſectatores ſuæ ſectæ: nos vero q Quid re vera ſentiẽdũ.
veritatem habemus, non ſic dicimus, quia rebus præbe-
mus virtutes, licet dicamus omnia agere virtute primæ
cauſæ, quod etiam philoſophi dicunt. Præterea damus re
bus neceſsitatem, ſaltem ex ſuppoſitione: item & poſsibi
litatẽ & impoſsibilitatẽ. Sed Auer. vult habere, nonnul-
los eſſe adeo ſuę opinionis, vt nullis alijs credant, niſi per
ſenſus conſtet contrarium. Adiecit igitur Ariſtote. ſigna
pręter rationes propter naturas hominum, q non poſſunt
rationibus aſſentire, niſi cõuenerint ſignis. Albumazar
aliam aſſignauit cauſam, et ait Ariſt. addidiſſe ſigna poſt
rationes, quia ſic veritas concluſionis erit propinquiſsima
veritati certæ, hoc eſt primis principijs: nam licet veritas
F talis concluſionis non ſit ueritas primorum pricipiorum,
eſt illi propinquiſsima, cum conſtet ſenſibus, quare ad vi
gorandam veritatem concluſionis: hæc ſigna ſuppleuit.
Galenus vero in libro quem demonſtrationem appella-
uit, aliam rationem adiecit: dixit. n. Ariſtote. addidiſſe ſi-
gna, qa mundi æternitas non põt aliter probari, & pro-
pterea in libro quem compoſuit de creditis, mũdum eſſe
æternum repoſuit inter credita, qa non poteſt probari niſi
ſi per credita: patet igitur quare Ariſto. vltra rationes ad
iecit ſigna: hæc Auer. Tunc primum ſignum ſic compoſi
tum eſt, locus ſubſtantiarũ æternarum ac ſpiritalium eſt
æternus, & aliqua ex parte ſpiritalis: cœlum eſt locus deo
rum, q ſunt ſubſtantiæ æternæ ac ſpiritales: igitur cœlum
eſt æternum atq; ſpiritale. Maior patet, qa locus debet eſ
ſe locato ſimilis & accommodatus. Minor habetur. Ex
opinione hominum, q ponunt deos: hi. n. & ponunt deos
æternos, & ſpiritales: & oẽs tam græci q̃ barbari illos in
cœlis ſtatuunt. Quare ſeq;tur concluſio, vt ꝙ cœlum ſit
æternum & ſpiritale: æternum qdem, quatenus eſt locus
G dei æterni: ſpiritale vero, qa plus præ cæteris corporibus
accedit ad diuinas ſubſtãtias. Sed occurres, qa homines Dubitatio.
etiam exiſtimant templum eſſe locum deorũ: & tamen cõ Vbiq; deus coli ſe vult
ſtat templum eſſe corruptibile: dicitur templum eſſe locũ ſʒ i ſpũ ac
dei, non qdem ex parte dei, ſed ex parte colentiũ deos, qs veritate.
oportet in aliquo loco colere: vnde, vt recte Expoſit. ait,
tẽpla corruptibilia ſunt ꝑportionabilia hoĩbus corrupti- Solutio.
bilibus: cęlum aũt eſt incorruptibile proportionale ſubſtã
tiæ diuinæ. Quo vero ad verba attinet, conſideratione Verborũ cõſideratio.
dignum, primo ꝙ tam barbari q̃ gręci ipſum ſupremum
locum deo attribuunt: nam vt Auer. ait, oẽs gentes con-
corditer exiſtimant, cœlum eſſe locum dei & aliorum ſpi
rituum, qui vulgariter dicuntur angeli: eſt tamen (vt di-
cti) differẽtia, qa barbaræ leges & Sarracenæ angelos po
nunt corporeos: græce vero incorporeos, quod quo mo-
H do ſit, illis relinquo. Secundo conſideratione dignum
deum eſſe in cœlo (vt Auer. ait) non vt corpus eſt in loco De⁹ ī cœlo
ꝑ circunſcriptionem, nec vt aqua in vaſe ꝑ æqualitatem, potiſsimum eſſe dr̃ cuꝫ
ſed eo modo quo dicetur in libro Metaphy. & quo dictũ ob nobili
eſt in libro octauo Phy. Ibi. n. dictum eſt deum eſſe in cę- tatẽ, tñ ob
lo per operationem, qa ibi apparet eius operatio: de hoc dice- potẽtiã ac
mus in ſecundo libro huius. Conſideratione dignũ ter pudentiã.
tio in translationibus barbaris, quas Auer. commentat.
ſcribi hoc pacto. Et oportet eſſe ſicut eſt in loco q non di-
minuitur neq; corrumpitur, & reliqua: & Auerroes du-
pliciter exponit, vno modo referendo verbum oportet eſ
ſe, ad primum principium omnium, quod eſt deus, ita vt
ſit ſenſus, ꝙ deus oportet vt ſit in loco, qui non diminuit̃,
neq; corrumpitur, ſed in loco æterno, omni tranſmutatio
ne carente. Alio modo referendo verbum illud ad cęlum,
quaſi dicat oportet cęlum eſſe in loco incorruptibili, quia
cœlum eſt locus æternorum, quaſi indicet deum & cœlũ
(cum

(cum nõ diminuantur nec corruſpantur) eſſe cauſas tranſmutationum, & eorum quæ agunt & recipiunt tranſmutationem: hęc Auer. & fruſtra, nam nec in codicibus gręcis, nec in noſtris tranſlationibus verba hæc reperi, propterea hæc ſunt prætereunda. Quarto, animaduerſione dignum circa illa verba: impoſsibile enim eſt alio modo, quia dixerat ſuperius, vt videlicet mortale ad immortale ſit accommodatum: ſubiecit, quia impoſsibile eſt aliter. Declarat modo Auer. quare impoſsibile eſt aliter, & ait eſſe impoſsibile aliter, quia cœlum ipſum oportet eſſe quoddam medium inter diuinas ſubſtantias & ſublunares res: & ideo fieri non poteſt aliter quin videlicet ſit accommodatum diuinis illis ſubſtantijs. Et quod ſit neceſſarium ipſum cœlum eſſe medium tale, declarat, quia niſi cœlum eſſet tale medium, diuinæ illæ ſubſtantiæ non poſsẽt agere in ſublunaribus corporibus: quippe cum ab ęterno immobili atq; ſimpliciſsimo principio non poteſt immediate prouenire actio in rebus generabilibus, quibus patet quo nam modo ſublunares res alligentur diuinis illis ſubſtantijs: copulantur enim ipſum cœlum, quod eſt mediæ naturæ. Nam eo quia in ſubſtantia eſt incorruptibile, cum diuinis ſubſtantijs cõuenit, quia mutatur in loco, cum ſublunaribus, & hoc mediante, illæ ſubſtantiæ mutant nos: recte igitur dixit impoſsibile eſſe aliter, quia niſi corpus cœlicum eſſet tale, non eſſet actio, nec generatio, nec corruptio, nec alteratio rerum ſublunarium: hæc Auerroes, & ſapide.

Excerptus Auerr.

Ex his infert Auerroes errorem ſectatorum ſuæ legis, quos loquentes appellat vbiq;: vbi animaduerſione dignũ ſectatores ſuæ legis probaſſe Deũ eſſe æternũ hoc enthymemate, videlicet mundus eſt creatus: igitur Deus eſt ęternus, quia factio tandem non deuenit niſi ad æternum principium, aliter eſſet proceſſus in infinitum.

Sarracenoꝝ ĩpugnatio.

Auerroes vult oſtendere ex tali enthymemate potius deduci oppoſitum, videlicet ꝙ Deus nõ ſit ęternus: vel quòd ſit deueniẽdum ad vnum corpus ęternum, quæ ſunt oppoſita eis, q̃ dicunt, & vis deductionis Auer. eſt in propoſitionibus, quarum prima eſt, ꝙ generatio ſit alterationis finis, ut phyſici dicunt. Secunda, ꝙ omnis noua productio ſit generatio: nam ex nihilo aliquid fieri perterruit omnes philoſophos. Tertia, ꝙ nihil alteret, nihilq; alteretur niſi corpus ſit, hęc deducitur in libro de Subſtantia orbis. Ex his tribus arguitur, mundus creatur de nouo: igitur generatur per ſecũdam petitionem. Sed per primam gñatio eſt finis alterationis, igr̃ aliqd præalterabat, et aliquid præalterabat, ſed p tertiam, oẽ alteratum, & oẽ alterans eſt corpus, igr̃ præceſsit corpus alterans, & corpus prealteratum. Queritur de illo ſi ſit genitum, vel ęternum: & cum non ſit procedere in infinitum: oportet deuenire ad corpus æternum, quod ſit primum alterans, & primum mobile: ecce quo modo ex ratione loquentium ſuæ legis deducitur oppoſitum potius.

Error Aũ.

Sed hic homo errauit & valde: ſupponit enim omnem nouam productionẽ eſſe generationem: hoc eſt dicendum ſecundum eos, qui philoſophantur ex ſenſibus.

Chriſtianorum ſententia de creatione.

At nos catholici tenemus quædam, quæ ſenſus tranſcendunt, de quorum numero eſt creatio ex nihilo: et ſic negat̃ illa ſuppoſitio. Vtrum vero creatio ſit naturalis, alibi diſputauimus: at nunc ſit dictum Auerroem erraſſe cum omnibus philoſophis ſuę profeſsionis: & ſic ex creatione non modo deducitur ęternitas primi principij: ſed etiam infinitudo, cum nihil creet niſi virtus infinita: hæc ad Auerroem.

Accidit autem hoc, & per ſenſum ſufficienter, vt ad humanam eſt dicere fidem. In omni enim præterito tempore, per traditam inuicem memoriam, non mutatum vllo pacto fuiſſe videtur: aut in toto vltimo cęlo, aut in ſuarum propriarum partium vlla.

Secundo ſigno idem probat, quod eſt per ſenſum, cum ſumatur ex obſeruatione longi temporis, & dicit: accidit A autem hoc, quod ratione et opinione hominum eſt probatum, etiam per ſenſum, non quidem ſimpliciter, ſed ſufficienter, vt dici poteſt ad humanam fidem, perſuaſiuoẽq;.

Nam obſeruantes præterita omnia tempora per traditam inuicem memoriam, vt filius obſeruat à patre, & pater ab auo, & auus ab attauo, & ſic ſucceſsione, nõ mutatum vllo pacto videtur fuiſſe cœlum, dico vllo pacto, quia nec in toto vltimo cęlo, neq; in ſuarum propriarum partium vlla.

De obſeruatione.

Animaduerſione dignum aliter fieri rerum obſeruationem, quę longiori tempore manent, & aliter rerum, quæ breui tranſeunt tempore. Nam celeres res obſeruantur ab omnibus, vt ꝙ rheubarbarũ purget choleram: omnes & ſinguli vel obſeruãt vel obſeruare poſſunt: & hoc pacto obſeruatio fieri ſolet rebus ipſis in medicis, atq; ĩ multis rebus naturalibus. Tarde autem obſeruantur ſucceſsione, vt docuit Ptolemęus eo in lib. quẽ magnam conſtructionem appellauit. Deprehẽſum. n. eſt ſtellas non errantes moueri econtra ab occaſu in ortũ ſingulis B centenis annis gradu vno. Nam Abraches ſic obſeruauit, & Timocharis confirmauit: & cæteri per inſtrumẽta vſq; ad tempora Ptolemæi: & ſic ſucceſsione obſeruãtium verificatur tardus ille motus. Quare cum mundus atq; cœlum ipſum ſit tardi temporis, recte Ariſtote. eius æternitatem perſuaſit ſucceſsione obſeruantium. Nemo enim tradit cœlum cępiſſe ſuo tempore. Vnde & Adam non dixiſſet cęlum cœpiſſe ſuo tempore, quippe cum ipſe ſecundum ſcripturam Moſis factus ſit ſexto die è mundi creatione. Quare cum obſeruantium ſucceſsione nemo dicat vidiſſe cœlum factum, coniectura eſt de cœli ipſius æternitate.

Error Ari.

Sed iſtud ſignum peccat primo, quia licet nemo ſuo viſu poſsit teſtari de factura mundi: tamen aliqs teſtatur de factura illius reuelatione diuina, ut Moſes ipſe qui aſſerit cœlum & terram eſſe creatum in principio ante omnia, & noua productione. Præterea ſecundo, Adã potuit teſtari de hominum principio, quia ipſe vidit ſe eſſe primum hominum, & ab eo mulierem profectam eſſe: igitur bona coniectura potuit arguere de mundi factura. C Tertio, vt recte Expoſitor ſentit, quanto aliquid eſt diuturnius, tãto maius tempus requirit ad hoc quod eius mutatio deprehendatur, ſed trãſmutatio hominis non deprehenditur duobus vel tribus annis, in quibus deprehenditur tranſmutatio canis, vel alicuius alterius animalis breuiorem vitam habentis: poſſet igitur aliquis dicere, ꝙ & ſi cœlum ſit naturaliter corruptibile: eſt tamẽ tam diuturnum, ꝙ totum tempus, cuius memoria poteſt haberi, nõ ſufficit ad comprehendendam eius tranſmutationem. Quare hoc ſignum non eſt neceſſarium, & hoc aduertit Ariſtoteles cum dicit hoc confirmari per ſenſum, nõ quidem ſimpliciter, ſed ea ſufficientia, quæ in humanis perſuaſionibus, vt innueret ſignum hoc non eſſe neceſſarium, ſed coniecturale.

Quę Auer. Com. 22. Duplex veritas & ſufficientia.

Auerroes autem declarat primo quid ſit ſufficiẽtia, & inquit, quod ſufficere eſt profiteri aliquid quod ſenſui videtur, nec illius contrarium apparet aliqua hora. Secũdo, diſtinguit de ſufficientia, qm̃ quædam eſt ꝓbabilis, ut pote q̃ñ non fuerit confirmata p demonſtrationes, & hęc non eſt certa veritas, ſed ꝓpinquiſsima veritati certę, quę D dam eſt per demonſtrationes approbata: & hæc eſt veritas certa, & per hanc demonſtrationem ꝑficiuntur: nam de conditione bonaꝝ demonſtrationum eſt conueniẽtia ſenſus: huius cauſam aſſignat & diſtinguit de duplici demonſtratione, qa quædam eſt in intellectu, ſed confirmata p ſenſus, quales ſunt demonſtrationes mathematicæ, q̃ ſunt in primo gradu certitudinis: quędã uero eſt in intellectu, ſed nõ confirmata p ſenſum: & hæc bifariam eſt, qa aut eſt de rebus, quę ſunt aptę cadere ſub ſenſu: & talis demonſtratio eſt naturalis, aut eſt de rebus, quę non ſunt aptę cadere ſub ſenſu, vt ſunt res ſepatę atq; metaphyſicę.

Duplex demõſtratio.

Demonſtratio igitur prima cum ſit confirmata ſenſibus, eſt certiſsima, & in primo certitudinis gradu. Secunda demõſtratio, quæ dr̃ nãlis, non ita certa, ſed quatenus eſt de

rebus, quæ cadere poſſunt ſub ſenſu, eſt veritati certè ꝓpioqua, & ita in ſecundo gradu certitudinis, metaphyſica demonſtratio ob id, quia eſt de rebus à ſenſibus remotis, eſt in vltimo gradu certitudinis, quibus patẽt ea, quæ

Com. 18. Auer. ait ſecundo metaphy. Rectè igitur dixit Ariſto. in textu accidere hoc ſufficienter per ſenſum, quia hæc demonſtratio, quam modo fecit de cœlo, eſt per ſenſum confirmata, quia ratio docet illam eſſe more mathematicarũ demonſtrationum in primo gradu certitudinis: & hac de cauſa appellauit hanc ſufficientiam, quoniam vno modo eſt demonſtratio certiſsima, alio modo probabilis: quo vero eſt demonſtratio per ſenſus cõfirmata, eſt in primo gradu certitudinis: quo vero illam ingreditur teſtificatio quædam, videtur ſermo probabilis. Tertio Auer. declarat quo ſenſu dicta demonſtratio eſt confirmata, & ait illam eſſe confirmatam ſenſu uiſus, quia in hoc omnes gẽtes conueniunt, ꝙ nunquam viſum fuerit ab hominibus cœlum fuiſſe tranſmutatum, nec videlicet in toto, nec in parte: & tu per tranſmutationem intellige nomen commune ad omnem mutationẽ præter localem, hæc Auer-

F

Cõſideratio verboꝝ. roes. Quo vero ad verba attinet, animaduerſione dignum Ariſto. dixiſſe nec in toto nec in parte, propter elementa, quæ nunquam fuerunt viſa mutari, & tamen non ſunt æterna, quia licet non in toto mutentur, ſaltem in parte, videntur continuo mutari.

Videtur autem & nomen fuiſſe datum à veteribus etiam vſque ad præſens tempus eodem modo opinantibus: quemadmodum & nos dicimus: non enim ſemel, neque bis: ſed infinities eaſdẽ ad nos acceſsiſſe opiniones putare oportet. Quapropter quia primum corpus diuerſum quoddam eſt è terra ipſa, igne, aere, atque aqua, ęthera ſupremum locum appellauerunt, à ſemper currendo perpetuo tempore illi cognomentum ponentes. Anaxagoras autem nomine hoc non rectè vtitur: æthera enim pro igne dicit.

G

Tertium ſignum eſt ab etymologia nominis, quã veteres dederunt de cœlo. Nam cœlum appellauerunt hoc nomine æthera, ab α & thin, quod eſt ſemper currere, α enim græcè, latinè eſt ſemper, thin vero currere, hanc autem appellationem non dediſſent, niſi opinati fuiſſent cœlum eſſe æternum, & omni mutatione carens, veluti et nos opinamur. Occurres quia aliqui tempore Ariſto. dixerunt cœlum eſſe genitum, vt Plato, reſpondet ꝙ opiniones veræ ſunt innouatæ non ſemel, aut bis, ſecundum diuerſa tempora, ſed infinities, ſuppoſita tamen temporis infinitate, nam vt rectè Expoſitor adiecit, ſtudia veritatis ob diuerſas mutatiões, quæ è ſuperis cauſis his in ſublunaribus contingunt, deſtruuntur, verum quia mentes noſtræ naturaliter ad veritatem tendũt, vt dicitur primo

H

metaphy. ceſſantibus impedimẽtis rurſus emergunt ſtudia, & homines tandem perueniunt ad opiniones veras, quæ priua fuerunt, falſas opiniones non neceſſe eſt renouari, niſi per accidens, quia nõ ſunt per ſe intentæ, ſed ceu

Com. 16. Non à θεῖν, ſʒ ab αἴθειν .i. ab ardẽdo, cõburẽdoq; nomẽ hoc deduxit Anaxa. monſtra in natura, vt dicit Auerroes tertio de anima, & ideo antiqui opinantes cœlum eſſe alterius naturæ ab elementis appellauerunt ſupremum locum mundi æthera, dedicantes illi nomen ab eo quod ſemper eſt, quibus increpat Anaxagoram, qui æthera ab α, & thin compoſuit æthera, ſed thin voluit idem eſſe quod vrere, quaſi ſemper vrens. Nam cœlum eſſe igneæ naturæ opinatur. Inquit eum non rectè accepiſſe, quoniam thin eſt currere, vt dictum eſt.

Quę Auer. Com. 22. Auerroes vero ait Ariſtotelem ideo induxiſſe teſtes Chaldæos, in quibus philoſophia fuit quandoque perfecta, quia ipſe fuit primus græcorum qui cœpit torquere problema de æternitate cœli ad partem affirmatiuã, om-

E

nes enim græci cœlum factũ dixerunt, ipſe primus probauit cœli æternitatem, quam ob cauſam Ariſtoteles in ſuſpitionem neglectæ religionis incidit. Vnde accuſatus apud Hirophantam ſummum eo tempore ſacerdotem, ꝙ mundum æternum demonſtrauerat, in Chalcidem ille aufugit, ne Athenienſes bis in philoſophum peccarent, quoniam pauloantè Socratẽ falſis teſtimonijs cõtemptæ religionis crimine condemnauerant, nunquam enim caruit philoſophia neglectæ religionis ſuſpitione, aut quoniam ſapientia inſipientibus inuiſa eſt, aut quia hypocritæ eos oderunt, è quibus ſe, ſuaſque doloſas ſimulationes cognoſci ſuſpicantur. Ariſto. igitur Chaldęos in teſtes adducit, quia vt dicit Auerroes, illi cum Ariſtotele opinabãtur. Dicebant enim cœlum eſſe quintũ præter quatuor elementa corpus, & nomẽ ei impoſuerunt ętherem à curſus eius velocitate atque perpetuitate. Et quia ſic de cœlo ipſo Chaldæi opinabantur, ſequi etiam videtur ad illos ꝙ cœlum contrario caruerit, quia vbi contrariũ habuiſſet, cum illud non potuiſſet eſſe aliquod quatuor elementorum, oportuiſſet eſſe ſextum adhuc corpus, quod

Hereſis Ariſto. Ariſt. è patria ob hæreſim pfugit in chalcidem.

Indocti & hypocritę doctis, ac piis ſemp infenſi.

F

eſſet cœlo quinto contrariũ. Nam contraria oportet eſſe paria, & duo, vt in quatuor videmus elementis, ſequitur ſecundò etiã ad eos cœlum caruiſſe materia, & eſſe æternum, nam ſi caret contrario, oportet vt materia careat, & æternum ſit. Secundò Auerroes oſtendit ſyllogiſmũ, quo Anaxagoras errauit. Syllogizauit enim ſic, æther eſt corpus leue, & velociter motum, ignis eſt corpus leue, & velociter motum, igitur ignis eſt æther, patet ſyllogiſmum eſſe in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis, hæc Auerroes.

Quæſtio prima. Sed vtrum artes, opiniones, & ſcientiæ poſſint renouari, non parua eſt quæſtio. Primò, quia Auerroes credidit de opinione Ariſtotelis eſſe, intellectum humanũ debere ſemper eſſe in maiore ſui ſubiecti parte perfectũ, nihilque illi deeſſe de ſcibilibus, quæ eius perfectionẽ efficiant. Secundò, rerum ſcientia eſt animæ rationalis perfectio, homines ſecundum Ariſtotelem ſunt perpetui ſaltẽ ſpecie, ita vt nunquã rationalis anima mundo deſit, igitur eius perfectio nunquam deficere debet. Tertiò,

G

vnicuiq; perfectibili natura creauit perfectionem illi cogruam, ſaltem in aliquo indiuiduo ſuæ ſpeciei. Cum igitur homo ſit perfectibilis à ſcientia, omnes enim homines natura ſcire deſiderant, igitur aliquis homo debet eſſe ſemper in ſcientia ipſa perfectus, & ita nihil noui ſcire, quod non ſciebatur. In contrariũ eſt Ariſtoteles hic, & primo Meteo. & duodecimo Meta. vbi opiniones, artes, & ſcientias infinities renouari aſſerit.

Opinio Auer. Auerroes, cuius doctrina apud latinos ẽ in honore habita, opiniones, artes, ſcientias, mores, inſtituta, leges, & conſtitutiones, in certa atque conſtituta regione deleri atque corrumpi, renouari vero denuo autumat, at per totum mundum ſimpliciter illas deſinere atque vniuerſum impoſſibile eſſe affirmat, immò neceſſe eſt, vt ſemper in aliqua mundi regio-

H

ne intellectus ipſe ſit in ſui ſubiecti parte maiore perfectus, atque plenus, ne fruſtra ſit aliquid in natura, huic opinioni videtur aſſentire Ariſto. Nam ipſe mundum fecit æternum, & hominem æternum, & in libris ſuæ philoſophiæ voluit ſcientias, artes, & opiniones, eſſe animę humanæ perfectionem, ſi igitur homo eſt æternus, eius anima non debet eſſe abſque propria perfectione, aliter eſſet iũe aliquid fruſtra in natura.

Cõfutatio. Sed hæc poſitio neq; eſt vera, nec peripatetica, vera quidem non, quia certum eſt diluuium fuiſſe generale, in quo omnes homines fuerunt corrupti, vt credidit græca vanitas, & rurſus renatum mortale genus apud Scytham ſagam, aut paucos fuiſſe ſaluatos, vt dicit Ariſt. in libro politicæ, in quibus artes, ſcientiæ, & opiniones non modo fuerunt deletæ, immò compluribus temporibus corruptæ, vt dicit Plato in libro de legibus, & in timæo, dico compluribus tẽporibus corruptæ, quia poſt diluuium homines exules per ſyluas viuebant rudiler ad modum brutorum, qui

cum à

cum à feris nimis inuaderentur, ſe neceſſitate ſalutis in lo
cum vnum congregarunt, vt illis ſuis copijs reſiſterent,
& ſic facta fuit communio, quam græci Polin, hoc eſt ci-
uitatem appellant, qua facta cœperunt artes, quibus ho-
minum genus viuit, opiniones & ſcientię, ad quas ratio-
nalis anima naturaliter inclinatur, mores, ſine quibus ciui
tas ſtare non poſſet. Quare patet compluribus tempori-
bus corruptas fuiſſe artes, opiniones, & ſcientias. Peri-
patetica vero non eſt, quia Ariſt. ſecundo Poli. libro tra-
dit diluuium, vbi totum mortale genus fuit corruptũ, &
rurſus autẽ renatum, aut pro parte ſaluatum, quare opor
tet fateri artes, ſcientias, & ſtudia veritatis fuiſſe non ſe-
mel, aut bis renouata. Ariſtoteles igitur ſentit artes, opi
niones, & ſcientias, atque veritatis ſtudia fuiſſe nõ ſemel
renouata. Vbi primo animaduerſione dignum multũ re
ferre opiniones & ſciẽtias mutari, & illas corrumpi. Mu-
tantur quidem opiniones, & ſcientiæ, & artes, quẽadmo-
dum & mores, quando propoſitiones ex quibus profici-
ſcuntur mutantur de vno contradictorio ad aliud. Mutã-
tur vero mores, quando leges & conſtitutiones mutãtur,
vt dicitur Primo Ethicorum. Corrumpuntur vero quan-
do deſinunt eſſe, & hoc quãdo homo, qui eſt artium, opi-
nionum, & morum ſubiectum, deſinit eſſe. Vnde, ſi in di
luuio deſijt homo eſſe omni ex parte, ſine dubio artes, opi
niones, ſcientiæ, mores, & veritatis ſtudia deſierunt. Se-
cundo animaduerſione dignum, ꝙ propoſitionum, è qui
bus artes, opiniones, ſcientiæ, & ſtudia veritatis profici-
ſcuntur, aliæ ſunt primę, & omnibus communes, quę grę
ce dicuntur axiomata, verbi cauſa in ſcientijs, vt oĩs ignis
eſt calefactiuus, Omne totum eſt maius ſua parte, & eiuſ
modi. In moribus, omnis pater honorandus, amicis bene
faciendum eſt, & cæterę id genus. Aliæ ſunt veræ & ne-
ceſſariæ, ſed nõ omnibus cõmunes, & harum, aliæ ſunt,
de quibus neutro modo opinamur, quoniam ambæ par-
tes cõtradictionis ſunt occultæ, vt ſtellæ ſunt numero pa
res, vel impares. Alię ſunt quarum vtraq; pars contradi-
ctionis eſt aliqua ex parte probabilis, verũ interdũ ęqua-
liter, nonnunq; altera magis altera, vt ſi anima rationalis
ſit immortalis, vt ſi mundus ſit æternus, & id genus: am-
bæ. n. contradictionis partes ſunt probabiles, licet altera;
altera magis. His acceptis, Ariſt. primo diceret, artes,
ſcientias, opiniones, atq; veritatis ſtudia fuiſſe corruptas
oĩ ex parte: probatur, quia apud ipſum fuit diluuiũ, in quo
totum mortale genus fuit dilutum, & poſtea renatũ, vel
ſaluatum in tam parua parte, vt perfectæ artes, opiniões,
ſcientię, & ſtudia ſalurata fuiſſe potuerint minime: modo,
deſinente ſubiecto, deſinit accidens illius, quare eſt res ra
tioni cõſentanea, vt artes, ſcientię, & opiniones deſierint.

Secũdo diceret, artes, opiniones, & ſcientias, nõ ſemel
fuiſſe mutatas, nam remanẽte ſubiecto, vtpote homine,
propoſitiones è quibus proficiſcuntur artes, opiniones, et
ſcientiæ, mutantur: igitur & artes, ſcientiæ, & opiniones.

Tertio diceret, remanente homine, illas non fuiſſe mu
tatas omni ex parte, probatur, ꝙ artes, opiniones, & ſciẽ-
tiæ, mutantur propoſitionibus mutatis è quibus illæ pro-
ficiſcuntur: at propoſitiones omnes mutari non poſſunt,
non enim propoſitiones omnibus communes, quę ſunt ſi
cut locus ianuæ, mutari poſſunt, primo Meta. nec propo-
ſitiones de quarum contradictorio, neutro modo opina-
mus, quoniam de contradictorijs nihil opinamur: igitur
illæ non poſſunt mutari quo ad nos: Reſtat igitur artes,
opiniones, ſcientias, & ſtudia mutari ſecundum quid re-
manẽtibus hominibus, quia ſolum quo ad propoſitiones
probabiles, quarum cõtradictoria nos opinamur. Qui
bus patet artes, opiniones, & ſtudia veritatis poſſe omni
ex parte corrumpi, mutari vero minime: corrumpi qui-
dem, quia homo poteſt omni ex pte deſinere, mutari ve-
ro non, quia non poſſunt mutari niſi ſine, quod enim mo-
uetur, eſt, at vbi artes, opiniones, & ſcientiæ ſunt, non
poſſunt mutari omni ex parte, quia ſaltem quo ad primas

A communes propoſitiones ſunt immutabiles. Quarto
diceret Ariſtot. opiniones, artes, ſcientias, & ſtudia infini
ties fuiſſe genitas corruptaſq;, infinities mutatas, hoc eſt
ſpectatim dicendum ſecundum Ariſtot. & Chaldęos qui
mundum æternum autumant. nam ſuppoſita æternitate
mundi, deſolationes contingunt in mundo non ſemel, aut
bis, ſed infinities, at ſecundum nos & Sacros Viros, opi-
niones, artes, ſcientiæ, & veritatis ſtudia poſſunt corrum
pi & renaſci, itemq; & mutatio non ſemel aut bis, verum
infinities minime, cum ſupponamus mundum eſſe factũ.

Sed de cauſis corruptionis atque renouationis horum
tranſigamus: & primo ſumamus artes, opiniones, ſcien-
tias, & veritatis ſtudia deſinere atque renouari non poſ-
ſe niſi deſinente & renouato homine. Mutari etiam mini
me niſi aliqua mutatio cõtingat homini, Quibus & quot
cauſis homo deſinat & renouetur, quibus etiam mute-
tur, non leue eſt tranſigere. Deſinit igitur homo primo
B ob diluuium, græca enim vanitas credidit totum morta-
le genus in diluuio fuiſſe interẽptum, totumq; renatum,
in ſcythia ſaga, vt Euripides inquit. Secundo ob aeris
mutationes, quia propter peſtem, vniuerſalemq; regionis
luem, vbi & ſapientes & rudes deſinere ſolent, vt in peſte
quæ fuit anno. 1243. illa enim peſte omnes ſapientes Gal-
liæ, Græciæ, atque Italiæ periere, vt etiam aliquando con
tingit ægypto. Item & propter terræ motum, in Aſia. n.
terræ motum ſub Tyberio Cæſare fuerunt. 12. vrbes vna
nocte proſtratæ, vbi plures ſapientes periere. Similiter in
Lacedæmonia, quem Anaximander vaticinatus eſt.

Tertio deſinit homo propter bella, vt & nos legimus
& vidimus. Vnde in bello Gothorum & Longobardo-
rum & hoĩes ſapientes et libri fuerũt corrupti, ob quos vſ
que ad noſtra tempora artes rudes & ſcientiæ craſſæ ha-
bitæ ſunt. Mutantur vero opiniones, artes, ſciẽtiæ, & ſtu
dia veritatis, & propter has cauſas, & potiſſimũ pp dog-
mata ſiue ſectas. Cum. n. emergit vir aliquis, cui ſuma prę
C betur fides, dogma emergit nouum. Illinc mutãtur artes,
opiniones, & ſciæ. Vnde tẽporibus Bacconis viri eruditi
apud Pariſium fuit prohibita philoſophia Ariſt. Auer. &
Auicen. vt ipſe narrat, donec emerſerint ſcti viri, qui illã
non damnauerunt, vt Albertus, Thomas, Hẽricus, & alij.
Renouantur vero artes, ſcientię, & ſtudia veritatis reno-
uato aut mutato hoĩe. verum non ſtatim, ſed ex admira-
tione, vt dicit Ariſto. cũ. n. Hoĩes aliqua admirantur, quę
runt rei dubiæ cãm, inde ſiſcitantur ad rerũ euentuũq; cau
ſas inueniendas, poſtea admiratione aliquas congregant
opiniones, quæ ſi bene dictæ ſint, à poſteris ſeruantur, ſin
autem male poſteriores illas corrigendo tandem verita-
tem attingunt, & ſic renaſci tandem incipit veritas, vt
Ariſtot. inquit. 2. Metaphyſi. hæ ſunt cauſæ ſublunares.

Cælicæ vero cauſæ non vna ratione habentur. Nã Al- Cęlicæ cſæ.
bumaſar rerum cœleſtium obſeruator, mutationem, cor-
ruptionem, & renouationem, tribuit mutatis coniunctio
nibus, quæ ſiunt varijs temporibus, & nõ modo ſcientia-
D rum, opinionum, artium, & moꝝ, immo ſectarum, dog-
matum, & cęterorum grandium: quæ hic viſuntur. Pe-
trus Aponenſis hæc ad motum ſtellarum non errantium
reducit, quatenus caput Arietis ſtellarum non errãtium
ſua peragratione per. 12. ſigna. 16. angulos deſcribit, ad
quorum quemlibet cum acceſſerit, magnæ mutationes
hic ſpectantur. Vnde credidit quòd coniunctio triũ ca-
pitum, quæ fuit prope Saluatoris Geneſim, nouæ reli-
gionis fuerit cauſa, & cęterorum, quæ tunc apparue-
runt ſub luna, hæc de quæſito. Tunc ad rationes fa-
ctas in principio reſponderem, illud quod Auerro. cre-
didit de Ariſtotel. poteſt eſſe erroneum, cum hiſtoriæ
narrent contrarium, immo poſt diluuium generale gen
tes fuerunt adeo rudes (vt Plato tertio libro de legi-
bus, inquit) vt vix humani quicquam habuerint, qua
ratione eſt conſonum veritati, eo tempore homines,
fuiſſe & ignaros, & inſcios.

tia, antecedens declaratur, quia ſi altera ſtella conſtituatur in ortu, & altera in occaſu, hæ maxime diſtant, igitur contrarię, & accedit ad hæc ꝙ tales ſtellę dicuntur diametraliter oppoſitæ apud aſtronomos. In contrarium eſt Ariſto. in litera. Ptolomæus in primo apoteleſmatum, capite de luna, volẽs reddere cauſam, cur luna eſt humidior cæteris ſtellis, ait quia ipſa mutuatur humores à vaporibus terræ, & ita velle videtur cœlũ eſſe alterabile, in paſſibilibus qualitatibus. Sed aduerſus Ptolomæum aſſurgit Albumaſar primo, ex eo quia Luna non eſt ſic terræ proxima, vt poſſit humoribus terræ refici, quippe cũ vapores non vltra. 16. ſtadia putentur attolli (vt phyſici ſcribunt.) Secundo, quia nec ſtellæ nec cœlum elementarijs qualitatibus inficitur, vt tradit Ariſto. hic & ſecundo cœli. Propter hæc Ioannes in quæſtionibus tenet cœlũ eſſe alterabile alteratione æquiuoce dicta, quæ quidẽ eſt de priuatione ad habitum, non autẽ alteratione vniuoca, quæ eſt de contrario in contrarium, vnde in reſponſionibus concedit cęlum eſſe alterabile alteratione perfectiua, nõ aũt alteratione corruptiua. Ego vero dico, ꝙ, ſi Ioãnes intelligat de alteratione reali errauit, quia nec perfectiue, nec corruptiue alterari poteſt cœlũ realiter, qm̃ omnis alteratio realis eſt in qualitatibus pmanentibus in ſubiecto, quæ non ſolo motu locali acquiruntur deperdũturve, at cœlum ſolo motu locali acquirit deperditq; qualitates, quibus alteratur, vt lumen & aſpectum, & cætera id genus, igitur cœlum nullatenus alterari poteſt alteratiõe reali. Quare ſi Ioannes intelligit de alteratione intẽtionali, recte ſentit, qm̃ alteratio intentionalis fit in qualitatibus momentarijs, tranſitorijsq;, quæ non hñt permanẽtiam in ſubiecto, quæq; ſolo motu locali acquiruntur deperdunturq;. Et hæc eſt intentio Auer. in hoc loco, qui dicit qualitates quarum alteratio non eſt contradictio ſecundũ ſuũ eſſe non eſt poſſibile vt ſit in eo ſm mutationẽ & ſm eſſe hoc eſt qualitates, quarum alteratio non realiter illas abijcit, non eſt poſſibile vt mutẽtur, & ſint in cęlo ſm eſſe reale. Hæc Auer. idem octauo Metaphy. vt legenti patet. Sic igitur dicendum alteratione reali cœlũ non eſſe alterabile, nec corruptibile, alteratione vero intẽtionali & in qualitatibus tranſitorijs, quæ ſolo motu locali acquiruntur deperdunturq;, non tm̃ eſt poſſibile cœlũ alterari, immo de facto luna eclipſatur, non quidem propter mutationem in ſubſtantia, vel in qualitate permanẽte, ſed propter motum localẽ, quia ſubintrat luna ipſa vmbram terræ, & hoc eſt peripatetica interpretatio. Tunc ad rationes. Ad primam patet ſolutio, nam cœlum eſt alterabile intentionaliter, et hoc pacto luna alteratur à ſole.

Ad ſecundam dico, ꝙ ſol nec in hyeme, nec æſtate eſt calidus, ſed bene caloris productiuus, & magis æſtate per accidens, quia magis venit ad apicem noſtrum. Ad tertium dico, ꝙ ſol nec eſt contrarius, nec ſimilis his quę ſunt hic, ſed bene cõtrarius vel ſimilis virtualiter, quia eſt productiuus alicuius, quo res hæ corrumpuntur vel generantur, & ex hoc non ſequitur ſolem eſſe formaliter alterabilem, ſed bene per accidens ratione motus adductiuus conuenientis vel contrarij. Ad quartam aſtronomi appellant ſtellas contrarias, vel quæ ſunt contrariorum productiua, vel cõtrariarũ hęreſum, vt dicit Ptolomæus, & hoc pacto ſol & ſaturnus ſeſe habẽt, quia ſol caloris, ſaturnus frigoris eſt productiuus. Saturnus & mars etiam oppoſiti, quia diurnus eſt ſaturnus, mars nocturnus. Ad vltimam dico, ꝙ non omnis maxima diſtantia eſt contrarietas, ſed omnis maxima diſtantia gradualis, vt nunc loquimur, & hęc non eſt reperibilis inter ſtellas. Vtrum vero Ptolomęus voluerit lunã refici vaporibus terrenis, in noſtro libro eruditionum acutiſſime, diſputamus contra Albumaſarem, & tu lege illic. Hæc de tertia qõne.

Patet aũt ex dictis, cur impoſſibile eſt numero plura eſſe ea, quę ſimplicia corpora dicũtur. Simplicis .n. corporis motum, ſimplicem eſſe A neceſſe eſt. Solos autem hos ſimplices dicimus eſſe, & circularẽ & rectũ. & huius duas partes, alterã quidẽ e medio, alterã vero ad medium.

Expoſitor facere videtur hic nouũ caput: quia vult, ꝙ Ariſt. oſtendat pter dicta corpora, videlicet quatuor elementa, & quintum vniuerſi, integritas non expoſcat ſextũ corpus, ſed ꝙ ſit cõtẽta his quinq; tm̃. *Quę expoſitor.* Auerroes vero velle vr̃ Ariſt. ex dictis addere corollariũ, quod ex dictis facile põt eẽ excerptum. *Quęſt Auer. commẽ. 25.* Sed quouis modo exponaſ, ſyllõs eſt, quot ſunt motus ſimplices, tot ſunt corpora ſimplicia: quinq; ſunt motus ſimplices, quia circularis & rectus, & rectus ducitur in quatuor, quia in deorſum & ſurſum, & motus qui deorſum, eſt deorſum ſimpliciter, vel in reſpectu. & qui ſurſum, ẽt in duos, quia vel ſimplr̃, vel in reſpectu, igitur quinq; ſunt motus ſimplices, & nõ plures nec pauciores, igitur integritas vniuerſi non plura corpora expoſcit, & hoc inquit {Patet aũt ex dictis & cur impoſſibile eſt numero plura eſſe ea, quæ ſimplicia corpora B dicuntur:} & quia dixit hoc patere ex dictis, coniectura eſt Ariſt. feciſſe corollarium, vt ſentit Auer. Ponit aũt propõnes radicales, quibus res hæc deducitur, vt Auer. ait, quarum prima eſt, corporum ſimpliciũ motus debent eſſe ſimplices, & ẽ cõtra, motus ſimplices eſſe debent corporũ ſimpliciũ, & p hãc vult habere Auer. tot eſſe corpora ſimplicia, quot ſunt motus ſimplices. Secunda, quinque ſunt motus ſimplices, duo primi, videlicet rectus & circularis: & rectus primo ducitur in duos, quia in motũ ẽ medio, & in motum ad mediũ, & quilibet horũ in duos, vt dictum eſt, quia motus ẽ medio eſt, aut ſimpliciter, aut in reſpectu, ſimiliter & motus ad mediũ, igitur motus rectus multiplicatur ĩ quatuor, & circularis eſt vnus tm̃: igitur quinq; ſunt motus ſimplices, quibus ſequitur quinq; eſſe corpora ſimplicia, harum propoſitionum maiorẽ tangit dicens {Simplicis enim corporis motum ſimplicẽ eſſe neceſſe eſt,} per hãc vult habere tot eſſe ſimplicia corpa, C quot ſunt motus ſimplices, quæ erat maior. Minorẽ ſubſcribit, & inquit. {Solos aũt hos motus ſimplices dicimꝰ eſſe, & circularem & rectũ, & huius, videlicet recti duas partes, alterã quidẽ, qua pergitẽ medio, alterã vero qua itur ad medium, & quælibet harum duplex eſt, quare quinque ſunt motus ſimplices, igitur quinque erunt corpora ſimplicia, hoc Ariſtote. & Auerro.

Sed occurres quia non vnus tm̃ eſt motus circularis, cũ ſaltem ſint duo, videlicet diurnus ab ortu in occaſum. & proprius ab occaſu in ortum. primo motu mouetur primum mobile, ſecundo vero mouentur cæteri orbes: quæ ratio docet ſaltem mobile circulare eſſe geminæ naturæ, igitur erunt ſex corpora ſimplicia. Pręterea, multi ſunt motus circulares, vt dicunt Mathematici: quoniam tot quot orbes, qui ſunt plures quatuor, igitur non tantum quinque ſunt motus, nec corpora. Ad hæc, motus ẽ medio & ad medium vnus videtur, quia aqua mouetur ẽ medio, quia ſupra terram, & ad medium, quia ſi remo- D ueatur terra, veniet vſque ad medium. Præterea, idem eſt deſcenſus & aſcenſus, nam aer qui mouetur à concauo lunæ ad concauum ignis deſcendit & eodem motu aſcendit, quia mouetur ſupra aquam & terram. Reſpondetur quòd tantum ſunt tria prima corpora ſpecie diſtincta, & non plura ſpecie diſtincta, nec pauciora. *Solutio.* Vbi animaduerſione dignum, motum circularem eſſe vnum tantum ſpecie, quoniam omnis motus circularis eſt circa medium. modo, ferri circa medium conſtituit vnum motum ſpecie ſimplicem. Duo vero ſunt recti primi motus. quia alter, quo itur ad medium, alter quo pergitur à medio, ferri autem ad medium conſtituit motum ſimplicẽ rectũ, ferri à medio ẽt cõſtituit alterũ, igitur duo tm̃ ſunt motus recti primi: quare prima corpa ſpẽ & ſimplicia tria tm̃ ſunt: graue, videlicet et leue, et neutrũ: & hoc Ariſt. cõcluſit. Qđ ſi velis multiplicare rectos motus in duos, erunt corpora ſimplicia quinque, vt fecit Auerro.

Quod ſi velis multiplicare rectos in duos, & circularem in tot quot ſunt orbes, erunt multo plura quinque.

Ariſtot. autem tm̃ aſpexit ad primas motus ſimplicis differentias, quæ ſunt tres, videlicet è medio, ad medium, & circa medium, & ita tria corpora tm̃ prima eſſe declarauit graue, leue, et neutrum. Auer. reſpexit ad primas differentias, & ad ſubalternas: & ideo dixit quinque, qui vellent vlterius reſpicere, adhuc adderent, per hæc ad primã rõnẽ. Ad ſcd'am principalẽ de motu aquę: patuit ſol. nam aqua naturaliter mouetur ad concauum aeris, ꝑ accidens autem ad replendum vacuum, mouentꝰ & aqua & aer & ignis etiam. & ſic idem corpus poteſt aſcendere per ſe ad vnum elementum, & per accidens deſcẽdere ad illud. Per idem ad illud de aere, dicerẽ aerem per ſe deſcendere ſm̃ quid reſpectu ignis, aſcendere reſpectu aquę & terræ, nec eſt impoſſibile idem corpus aſcendere & deſcendere deſcenſu & aſcenſu in reſpectu. Simpliciter vero nullum corpus eſt tale, hæc de dubitatione.

Quod autem circulari motui non ſit alia latio cõtraria, multifariã quiſpiam fidẽ ſumet.

πλεοναχόθεν multifariã, ex cõpluribꝰ ex multiſ.

Concluſio, quam nunc enititur probare, eſt, motui circulari nullũ motum pnſſe contrarium eſſe. Neceſſitas capituli eſt (vt ex Simplicio colligitur) tũ ex ante dictis, tũ ex poſt dictis. ex ante dictis quidem, quia probauit cœlũ nõ eſſe generabile nec corruptibile, per hoc quia caret cõtrario, probauit aũt cœlum carere contrario, quia motus circularis, quo cœlum mouetur, caret contrario, quare in illa probatione ſuppoſuit motũ circularem carere contrario. Cogitur itaqꝫ nũc ſuppoſitionem quam tũc aſſumpſit, probare. Ex poſt dictis vero, quia probauit tria tãtum eſſe ſpecie prima mundi corpora, graue, leue, & neutrũ, vel quinqꝫ, vt Auer. dixit, & hoc probauit ſupponendo motui circulari nullũ eſſe motũ contrariũ, quia vbi eſſet contrarius, poſſet dici ꝙ quẽadmodum eſt duplex corpus, quod mouetur motu recto ob eius motus contrarietatem, ita etiã duplex corpus quod moueretur motu circulari, ob cõtrarietatem motus circularis. Hoc autem dici nõ poſſet, ſi motui circulari nullus motus prorſus ſit cõtrarius. Quare ꝑꝑ poſt dicta, cogitur declarare motui circulari nullum eſſe motum cõtrarium, & hoc pacto.

Quæ Auer. commẽ. 24.

Auer. exponere vr̃ hunc locũ, vult cõcluſionem præſentem eſſe vtilẽ, tum ad ea, quæ antea dixerat de cœli ęternitate, tum ad ea, quæ poſtea adiecit de numero primorum corporũ quæ ſunt mundo neceſſaria, & ſufficientia.

Quo vero ad verba attinet, Ariſt. per fidem intelligit (vt Auer. inquit) non abundantiam exiſtimationis: hoc eſt non credulitatem, quæ habetur per ſyllogiſmum dialecticum, ſed fidem perfectam, quæ eſt ſcientia per demõſtrationem, procedit enim Ariſt. hic non ex creditis, atqꝫ probabilibus, ſed ex neceſſarijs,

Primo quidem quia circulari rectum opponi maxime ponimus. Nam cõcauum & curuũ non ſolum inter ſe opponi videntur, ſed etiam ipſi recto, vbi cõiuncta ſint, atqꝫ ſimul ſumpta. Quare, ſi qua eſt cõtraria, eã lationẽ maxime q̃ ſup rectũ ſit, circulari cõtrariã eſſe neceſſe eſt.

Rectum τὴν εὐθεῖαν
Vbi, particula ẽ addita Sil.
σύνθεσιν Cõiũctio ne ꝑ copulationẽ.
Lationẽ κίνησιν

Trifariam (vt Expoſitor inquit) põt motui circulari cõſiderari motus cõtrarius: aut vt motui circulari rectus ſit contrarius, aut ſit aliqua contrarietas in ipſis partibus motꝰ circularis, aut vt vni motui circulari alius motus circularis ſit contrarius. Ariſt. igitur primo declarat motui circulari motum rectum non eſſe contrarium, & incepit primo ab hac conſideratione, quia maxime videtur circularis motus recto opponi, qm̃ differunt ſpecie, & genere cõueniunt. Præterea, quia ex hac probatione quaſi habetur probatio in alijs, vnde ſyllogizat hypothetice ſic, ſi circulari motui videtur aliquis motus contrarius, maxime

E videtur motus rectus: ſed rectus motus illi non opponitur: igitur nullus. Maior probatur, quia concauum, & curuum, quæ ſunt circularia imperfecta, videntur contraria recto, quia non ſolum inter ſe relatiue opponuntur, ſed ẽt recto, ſi igitur quæ ſunt imperfecte circularia, opponi videntur recto, perfecte circulare maxime recto videbitur opponi. quare maior patet, ꝙ, ſi aliquis motus videtur oppoſitus circulari, maxime videtur rectus. Minor vero diſputabitur poſtea. de pꝛĩa ratione primo tangit maiorẽ, quę eſt illa hypotetica, & inquit {primo quidem, quia circulari rectum maxime ponimus opponi} eſt hypothetica, ſi motui circulari aliquis motus ſit contrarius maxime erit rectus. deinde ſubdit probationem, & inquit {nam concauum & curuum non ſolum inter ſe relatiue opponi videntur, ſed etiã vbi ipſa coniuncta ſint, atque ſimul ſumpta, videntur opponi ipſi recto. Hæc autem ſunt imperfecte circularia. quare, ſi quæ ſunt ĩperfecte circularia, ſunt recto oppoſita, quæ erunt perfecte circularia vidẽtur maxime recto oppoſita. Tũc repetit maiorẽ & inquit {Quare, F ſi qua latio eſt motui circulari cõtraria, eam lationem maxime, quæ ſuper rectum fit ſpatium, circulari contrariam neceſſe eſt eſſe} Hæc eſt maior, & eius probatio.

Motum Rectum ἐπὶ τῆς εὐθείας Sup lineã recta.

Cõmẽ. 24. recta.

Auer. vero velle videtur Ariſto. non probare illa tria per ordinem, ſed probare ſyllogiſmo ꝑ locũ à maiore, ꝙ motui circulari nullus motus ſit contrarius. Sed vtraqꝫ expoſitio conuenit textui, qm̃ licet hoc videatur Ariſtot. facere in principio, in proceſſu per ordinem primo declarat rectum non eſſe contrarium motui circulari, Secundo oſtendit ꝙ non ſit contrarietas in partibus motus. Tertio ꝙ nec vnus motus circularis ſit alteri circulari contrariꝰ, partes patebunt ſuis locis. Verum Ariſto. vſus eſt hoc probandi modo, vt indicaret primum modum eſſe vniuerſaliorẽ, cũ ex eius veritate ſequatur veritas ceterorꝫ.

Quæ Auer. commẽ. 24.

Vlterius extra textum Auer. aliquantulum vagando, probat circulari motui maxime rectum videri oppoſitũ, & ſua probatio eſt, quia rectus & circularis videntur plꝰ habere de conditionibus contrarietatis, q̃ꝫ circularis & G circularis, quoniam omnis circularis omni circulari videtur idem motus ſpecie: at rectus & circularis videntur ſpecie differre: modo hęc eſt vna conditionum cõtrarietatis, vt 10. Metaphyſi. conſtat. Vtrum vero omnis motus circularis omni motui circulari ſit eiuſdem ſpeciei, Secundo huius dicetur, at nunc ſupponatur. Vlterius Auer. ꝓbat motui circulari motum rectum non opponi, quod licet Ariſto. poſtea faciet, ad bonum opus.

Quæ Auer. commẽ. 24.

Auer. nunc illud præponit. Probat igitur motui circulari rectũ non cõtrariari, primo, quia contrarietas eſt maxima diſtantia ſecundum lineam rectam, vt nunc ſumit: at inter circularem motum & rectum non poteſt eſſe diſtãtia ſecundum lineam rectam: igitur nec contrarietas.

Secundo, in motibus non eſt contrarietas niſi propter loca, vt dicitur quinto Phyſico. ſed locus eius quod mouetur circulariter, & locus eius, quod mouetur recto motu, non contrariantur, vt nunc ſupponit, & aliquantulum declarat: quia illud, quod mouetur circa medium, non H opponitur ſecundum locum eis quæ mouentur, vel ad medium, vel à medio, vt eſt notum, igitur circulari motui non videtur rectus opponi. Tertio, ſi motui circulari eſſet rectus motus contrarius, tunc cœlum elementis eſſet contrarium, quoniam motus contrarij ſunt corporum cõtrariorum, vt ſæpe eſt dictum. Quod vero cœlum non ſit elementis contrarium, probat, quia tunc oporteret cœlum & elementa motu inter ſe trãſmutari, vt ignis in aquam, & è contra, at contrarium videtur, cœlum enim elementa conſeruat, cum contineat illa, immo eſt elementis quaſi forma conſeruatrix, cum omnis virtus contiguetur inde, vt dicitur primo Meteoro, hæc Auer. de contrarietate motus recti & circularis.

Quæ Auer. commẽ. 25.

Commen. vero ſequẽti declar Auer. duo, primo ꝙ rectum videtur opponi curuo & concauo. Secundo ꝙ propter hoc magis opponi videt circulari: primũ declarat ex

definitionibus

deſinitionibus, quia rectum eſt cuius omnes partes ſunt æquales. Curuum vero cuius vna pars ſupereminet, concauũ etiam cuius vna pars eleuatur, & ſic ſequit͂ rectũ opponi illis, ſaltem ſm qd. Hinc declarat ſcd'm, nã ſi rectũ opponitur illis ſm qd, quia participat circularitatis, maxime videt͂ opponi circulari, q̃m ſimpliciter circularis omnes partes ſunt inæquales, & ſic patet propoſitum. Animaduerte tñ, vt recte Auer. inquit, rectum & curuũ atq; cõcauum opponi, ſed aliter illa inter ſe, aliter recto. Nam inter ſe curuũ & concauũ opponunt͂ relatiue; recto vero ſi opponant͂, opponunt͂ cõtrarie, hæc Auer. circa textũ.

Sed circa hæc q̃ Ariſt. inquit, ſunt dubiõnes nõ paruæ. Prima eſt contra rõnem Ariſt. q̃m illa conceſſa, ſequitur motum rectum non habere motum contrarium, quia per formam rõnis Ariſt. ſi motus rectus haberet aliquem motum contrarium, maxime videtur circularis, quia per rationem Ariſt. circularis differt ſpecie à recto. Sed circularis non videt͂ cõtrarius recto igitur nullus alius, & ita nec rectus recto, & per conſequens motus ſurſum & motus deorſum minus vidẽtur contrarij, cũ ſub eodẽ mẽbro contineantur, vtpote ſub recto. Vel põt aliter dubõ oriri, quia minus videtur motus deorſum cõtrarius motui ſurſum, q̃ rectus circulari. Sed motui ſurſum contrariat͂ motus deorſum, igitur recto cõtrariatur circularis. Maior patet p rationem Ariſto. quia rectum & circulare differunt ſpecie, & genere conueniunt. Secundo dubitatur, quia rõ Ariſt. ſupponit motum rectum & motum circularem eſſe euſdẽ generis. Sed hoc, videtur falſum, primo qa corruptibile & incorruptibile differunt ſpecie & genere, vt vbiq; colligitur è Peripateticis contra Platonẽ, cõſtat aũt rectũ motum eſſe corruptibilem, circularem æternum.

Secundo, quia in lib. de Subſtantia Orbis ſp Auer. inquit, æternis & corruptibilibus nihil eſſe cõe vniuocum; at circularis motus æternis competit, rectus corruptibilibus. Tertio dubitatur, quia ratio Ariſto. videtur conſiſtere in hoc, q̃ quia rectus & circularis non ſunt ad cõtraria loca, motus rectus & circularis nullatenus ſunt cõtrarij. Modo hoc videtur falſum, quia Auerro. quarto Phyſicor. cœlo aſſignauit medium mundi pro loco, & leuibus

Comen. 41.

corporibus concauum lunæ. Modo hæc loca opponi videntur; cum maxime per lineam rectam diſtent. Quare & loca, & motus, & corpora videntur cõtraria. Dubitat Expoſitor &c. Quarto, quia Ariſt. ait circulari maxime contrariari rectum. Modo hoc videtur erroneum, cũ in præſentis dictum ſit figuræ nihil eſſe contrarium, rectũ vero & circulare ſunt differentiæ figuræ. Quinto Philoponus hic redarguit Ariſto. Nam Ariſto. ait cõcauum & curuũ opponi ſm relationem. Sed hoc videtur falſum, quippe cũ relatiua ſimul ſint, atq; nõ ſunt, fieri aũt poteſt, vt hæc non ſimul ſint. nam poteſt ſphæricum corpus exterius eſſe curuum, & interius non concauum, vt pila. Igitur concauum & curuum non ſemper ſunt ſimul. Sexto dubitant nonnulli & perite, quia motus circularis ſaltem habet priuatiue oppoſitum. ſ. quietem, modo termini generationis ſunt priuatio & forma. Si igitur ex natura

D

motus ſuper naturam formæ arguitur. Inuenietur forma cœli habere ſaltem priuatiue oppoſitũ, & ſic ipſam inueniemus terminare mutationem in ſubſtãtia, arguo igitur cõtra Ariſt. q̃ ſi ratio ſua valeret, tunc cœlum eſſet corruptibile, vtrum vero circulari motui ſit motus aliquis contrarius poſtea diſputabitur. Nunc autẽ nobis ſufficiat, ſaltem defendere rationem Ariſto. & dubitationes haſce refellere. Verum ante hæc non eſt inutile tangere opiniones quaſdam. Iuniores itaque tenent primo motui circulari cœleſti nullum motum eſſe contrarium. quia, ſi q̃s eſſet, ille eſſet in rerum natura. quoniam contrariorum ſi alterum eſt in rerum natura, & alterum. at nullus motus eſt talis in rerum natura, oportet enim eſſe per eandem lineam omnino vel æquiualentem, & ita oporteret eẽ ab occaſu in ortum per meridiem & ſuper eoſdem polos, & ſuper lineam eandem: at talis nullus eſt, quia perpetuo cœ-

A

lum mouetur ab ortu in ipſum occaſum per meridiem, igitur nullus eſt dabilis huic contrarius ob occaſu in ortũ per meridiem, & per eoſdem polos, & eandem lineam.

Secundo tenent in his inferioribus motui circulari eſſe dabilem contrarium, quia imaginari poſſumus duos motus circulares, alterum ad vnam regionem, & alterum ad oppoſitam per eandem lineam, & ſuper eoſdem polos, & circa eandem axem. Modo tales videntur contrarij. tum quia incompoſſibiles in eodem, tum quia mutuo receptibiles in vno eodemq; ſubiecto. Sed obijcit albertilla &

Albertillæ.

ſapide, quia motus eiuſmodi poſſunt inter ſe continuari, igitur non ſunt contrarij, per regulam quinti libri Phyſicorum: & antecedens deducit longis verbis, quæ vide.

Melius poteſt hæc poſitio refelli, q̃ videlicet ad motus contrarietatem ſunt pernecceſſaria quatuor. Quorũ pri-

Confuta. noſtra.

mum eſt vt ſint ad loca contraria pariliter: defectu cuius motus hi qui fiunt ad latus non ſunt contrarij, quia talia loca poſſunt non eſſe contraria. Secundum eſt, vt fiant

B

ſuper lineam breuiſſimam, quæ eſt recta ſecundum Geometras: quam ob cauſam recto motui circularis non contrariatur. Tertium, vt fiant ſuper eandem lineam, vel æquiualentem: qua ratione motus ſtellæ non errantis & motus Saturni non contrariantur, quia non fiunt per eandem lineam, nec ſuper eoſdem polos, nec circa eandem axem. Quartum vt ſi alter ſit naturalis alicui, contrarius ſit eidem præter naturalis. Quam ob rem motus terræ deorſum non contrariatur motui ignis deorſum, cum vterq; ſecundum ſpeciem ſit naturalis terræ. ex his refellitur poſitio. Nam licet illis motibus quos fingunt, nõnulla horum competant, tamen deficit ſecunda conditio, nõ enim fiunt ſuper lineam rectam, & propterea nõ poſſunt eſſe contrarij ſecundum perfectam rationem contrarietatis, hanc enim contrarietatem ſic completam Ariſtot. remouet à motibus circularibus. Expoſitor vero ait in

Quæ Expoſitor.

omni genere reperiri differentiarum contrarietatem, non tamen ſpecierum. licet enim rationale & irrationale ſint

C

contrariæ differentiæ, non tamen homo & equus ſunt ſpecie contrarij, vult igitur inter motum rectum & circularẽ eſſe contrarietatem ſecundum differentias, non autem ſecundum ſpecies: & ita conceditur in cœlo contrarietatẽ, quia ſecundum differentias, & non ſecundum ſpecies, immo in cœlo eſt contrarietas ſecundum differentias paris & imparis, recti & circularis, et id genus. Hęc Expoſitor.

Ego vero multum ambigo quonam modo differentiæ ſpecierum poſſint eſſe contrariæ ſecundum omnes conditiones, & ſpecies quas illæ differentiæ conſtituunt non. Nam omnis contrarietas eſt propter formas: modo, differentiæ ſpecierum, aut ſunt formæ illarum, aut colliguntur à formis: igitur vbi differentiæ erunt contrarię perfecte, formæ ſpecierum erunt contrariæ, quia differentiæ, vel ſunt formæ, vel ex formis collectæ, vbi autem formæ ſpecierum erunt contrariæ, ſpecies erunt contrariæ formaliter. igitur non ſtat differentias eſſe contrarias, & ſpecies non eſſe cõtrarias. Propterea quicquid velint alij,

D

peripatetice ſentiendo, dico, q̃ contrarietas motuum nõnũquam pro oppoſitione priuatiua intelligitur, vt Auer. inquit in phyſicis, nonnunquam pro oppoſitione, quę eſt maxima diſtantia ſecundum lineam rectam eandem vel ęquiualentem ab vno loco oppoſito ad alterum ſecundũ, duos motus, quorum vnus eſt alteri naturalis, & alter eidem violentus. Interdum pro incompoſſibilitate motuũ vel formarum in eodem ſecundum aliquas conditiones. Si igitur loquimur de oppoſitione priuatiua, ſic circulari motui reſpondet contrarium, quia reſpondet quies ſecundum Peripateticos. Vnde cœlo non repugnat quies, ſaltem ſecundum partem, & ſi non ſecundum totũ: quieſcit enim cœlum à reuolutione heſterna, & eſt in potentia ad reuolutionẽ futuram, & hanc non negat Ariſtot. in cœlo atq; motu cœli: non enim ex contrarietate motus hac, ſequitur cœlo ineſſe cõtrariũ in ſubſtantia poſitiuũ, immo nec priuatiuũ. ſtat. n. alicui motui cõuenire contrariũ pri-

uatiue, et tñ mobile qd naturaliter moueť illo motu, nullũ habet contrarium aliquo pacto, vt de cœlo ipſo dicimus. Vnde contrarietas poſitiua motuum arguit contrarietatem mobilium, quæ naturaliter mouentur illis motibus. Contrarietas vero priuatiua nullatenus cauſa eſt, quia poſitiua contrarietas motuum proficiſcitur è formis mobilium, omne enim quod naturaliter mouetur, mouetur à ſua forma, Priuatiua vero contrarietas è formis nõ exit, nam accidentibus pura accidentis priuatio reperiri poteſt, quæ nullam formam poſitiuam inſeparabiliter comitetur. Quare ſtat motum cœli habere contrarium priuatiue, & cœlum eſſe omnino abſolutum à contrarietate.

Sin autem loquimur de contrarietate poſitiua, ſic inter circulares motus eſt dabile contrarium, non quidem ſm omnes conditiones, ſed ſm aliquas, vt dictum eſt: Ariſt. vero remouet à motu cœli contrarium poſitiuum, & ſm omnes conditiones requiſitas ad veram contrarietatem, his elucidatis, ad dubitationes dicamus. Et ad primam primo dico, q non ſunt cętera paria, primo, q licet ratione habita ad differentiam, quæ eſt inter motum rectum & circularem, recto motui videatur circularis magis contrarius, ratione vero cæterarum conditionum recto magis rectus cõtrariari videtur. tum quia non omnis rectus omni recto eſt idem ſpecie, tũ quia motus recti effici poſſunt ſuper lineam rectam, circulares minime. Ideo valet, ſi circulari cõpetit motus contrarius, ille eſſet rectus, qm̃ rectus differt ſpecie à circulari, at circularis à circulari minime, de recto vero, non eſt ita, quia recto poteſt aſſignari motus contrarius rectus. Tum quia rectus poteſt ſpecie differre à recto: Tum quia effici poſſunt ſuper lineã rectã.

Per idem ad ſecundam. Nam motus ſurſum & deorſũ magis habent de ratione contrariorum, q̃ rectus & circularis. tum quia habent ſufficientem differentiam, quæ eſt ſpecifica: tum quia fieri poſſunt ſuper lineam rectam, & etiam propter alias cauſas. Ad tertiam, quæ eſt ſecũda dubitatio, poteſt defendi motum rectum & motum circularem eſſe eiuſdem generis, quia ambo ſunt in prędicamẽto ipſius vbi. Nam, vt dicitur quinto Phyſicæ auſcultationis ad tria prædicamenta eſt motus, & localis ad vbi, quare omnes locales ſunt eiuſdem generis vbi, quod & Aue. aſſerit contra Auicennã quarto Phyſicæ auſcultationis, ſic igitur defendi poteſt motus hoſce eſſe eiuſdẽ generis. Tũc ad primam dico, q dictum illud locum habet in ſubſtantijs tm̃. In illis enim corruptibile & incorruptibile differunt genere. In accidẽtibus vero minime. vñ ſm Auer. dimenſio terminata, & dimenſio interminata ſunt eiuſdẽ generis, & tñ altera eſt æterna, altera corruptibilis. Cauſa vero cur in ſubſtantijs auctoritas illa locũ habeat, non aũt in accidentibus eſt, quia omnis ſubſtantia eſt incorruptibilis per hoc quod caret materia & contrario, corruptibilis vero è contra, quia eſt in materia, & habet contrariũ. quod aũt caret materia & contrario, eſt ſubſtantia ſeparata, quod habet materiam & contrarium, eſt ſubſtantia cõpoſita. Conſtat autẽ apud Peripateticos ſubſtantiam ſeparatam differre genere à ſubſtantia cõpoſita, quicquid velit Plato. Accidens vero eſſe poteſt corruptibile, nõ tã tum quia habet contrariũ, & ſubiectũ, ſed quia ſequiť formam mortieinam, põt eſſe æternum. & habere cõtrariũ, quare æternum & corruptibile in accidentibus non efficiunt differentiam generis, quia poſſunt alterum eſſe ęternum, & alterum corruptibile, tñ ambo habere contrariũ & ſubiectum. In ſubſtantijs vero ſic, pp rationem tactã.

Comen. 41.

Ad dictum Auer. in libro de Subſtãtia Orbis, dico, q habet locum in omnibus alijs præter motum. Nam motus idem genere poteſt cœlo & elementis conuenire.

Et ſi obijceres, q tunc cœli dimenſio, & dimenſio interminata erunt eiuſdem generis, quia ambæ æternæ, dici poteſt dimenſionem interminatam eſſe ſaltem corruptilem ſm terminos. Ad tertiam, dico, q licet illa loca ſint contraria, tñ illa loca nõ ſunt contraria, quatenus ſunt termini motus. Præterea, licet illa loca ſint contraria, non

E ſunt acquiſita modo contrariorum. Ad dubitationẽ expoſitoris, ipſe optime ſoluit, verbum Ariſtot, eſſe propoſitionem hypotheticam, in qua ſtat antecedens & conſequens eſſe falſum, & tamẽ totam eſſe veram. Ad quintam Philoponi, etiam Expoſitor optime reſpõdet, q Philoponus loquitur de concauo & conuexo quatenus inueniuntur in linea, & non in corpore. Ad ſextam patuit ſolutio in dilucidatione.

At hæc quæ ſup linea recta ſunt inter ſe cõtrariæ ſunt ob loca, Surſum. n. atq; deorſum & differentia loci, & contrarietas eſt.

ἐπὶ τῆς εὐθείας in recto.

Super linea recta.

Syllogiſmus literæ (vt dicebatur) erat, ſi motui circulari eſt aliquis motus contrarius, maxime eſſet rectus: at rectus non eſt: igitur motui circulari nullus eſt motus contrarius, maior iam probata eſt, et optime diſputata. At nunc minor probatur in textu, & arguit ſic lationis rectę, quæ ſuper linea recta ſunt, inter ſe contrarię ſunt ob loca: igitur nulla latio recta poteſt eſſe circulari cõtraria, alter

F vni motui ſimplici eſſent plures motus contrarij, quod ſuperius eſt reprobatum, Quod vero rectæ lationes, quę ſuper linea recta fiunt, ob loca ſint contrariæ, probat ex eo, quia ſurſum & deorſum ſunt tum loci differentiæ, tum locorum contrarietates. locus enim diuiditur per ſurſum atque deorſum, itemq; & loco ſurſum contrarius eſt locus, qui eſt deorſum. Quare motus rectus ſurſum & motus rectus deorſum ob loca contrarij ſunt, & ſic patet ſyllogiſmus totus, quo probauit motui circulari rectum nõ eſſe contrarium. Auer. vero præſenti commen. probat, totum hoc ſenſu, & inquit, & hoc quod dixit Ariſto. eſt manifeſtum ſenſui. quoniam ſi corpora cœleſtia eſſent cõtraria elementis, corrumperetur hic mundus inferior ſtatim propter exceſſum magnitudinis cœlorum ad elementa, & probat conſequentiam etiam ratione Ariſtot. in libro Meteororum, qua refellit poſitionem Pythagoræ dicentis cœlum eſſe ignem: arguebat enim Ariſto. q ſi cœlum eſſet ignis, omnia elementa deſtrueret in tempore breui:

Quæ Auer. comm. 14.


G per hęc igitur vult habere cœlum non eſſe contrarium elementis, & ſi cœlum non eſt contrarium elementis, nec motus cœli erit contrarius motui elemẽtorum, & ita motui circulari rectus non eſt contrarius, hæc Auer. hic, & ſuperiore comment.

Deinde ſi quis opinetur, eandem eſſe rationem, quæ eſt & in recta linea, & in circulari: eã enim, quæ ab A in B. lationem contrariam eſſe ei quę ab ipſo B in A eam quę in recto dicit: hęc enim finita eſt. circulares vero circa eadem pũcta erunt infinitæ,

Finita eſt. [illegible] vna eſt.

Portiones circuli diuerſæ.

H




Nunc ſecundo oſtendit motui circulari non eſſe cõtrarietatem dandam ſecundum partes, vbi animaduerſione dignum, q contrarietas in partibus motus circularis poteſt trifariam intelligi, aut quatenus accipitur ſm diuerſas portiones circuli, quæ deſignantur inter duo puncta, & ſm eandem regionem, vtpote inter A B per C D, & cæteras portiones quæ ſm eandem regionem deſignantur. Aut ſm eũdem ſemicirculum, vtpote ab A in B, per C D, & ab ipſo B in A, per eundem ſemicirculum C D: aut ſecundum diuerſos ſemicirculos, vtpote ab A in B, per meridiem, & ab ipſo B in A per medium noctis.

per

Figura oſtendens triplicem modum, quo imaginari poteſt circulari motui circularem contrariari. uel per diuerſas circuli portiones, uel eundem ſemicirculum, ſiue duos ſemicirculos, & qua totum circularē motū toti circulari opponi eſt īpoſſibile, ſiue p eandem ſiue diuerſam regionem fiant.

Hæc textus ſequenti patet figura.



per ordinem igitur Ariſt. primo oſtēdit in ptibus motus circularis no eſſe contrarietatē ſm diuerſas portiões, quæ accipiuntur inter puncta A B: & vtitur ea rōne, qua ſuperius vtebaẽ, quia portiones eiuſmodi pñt eſſe infinitę, & ita motus, qui ſuper eiuſmodi portiones fierent, eſſent infiniti. quare vni motui cōtingeret motus infinitos cōtrarios eſſe. Inquit {Deinde, ſi quis opinetur eandē eſſe rōnē, quæ eſt & in recta linea, & in circulari: nā eam, quę ab A in B lationē contrariā eſſe ei, quę ab ipſo B in A ſup. dicit, hic quidē ſi hoc dicit, nō in circulari, ſed ī recta linea dicit. cuius cām addit: qa hæc linea inter A B, eſt finita, hoc eſt vna, circulares vero inter eadem A B, pñt eſſe plures atq; infinitæ. quare dicens lationem ab A in B, eſſe cōtrariā ei, quæ eſt ab ipſo B in A, non in circulari linea dicet, ſed in recta. Animaduerſione dignū, aliquē poſſe exiſtimare inter A B puncta fieri motus contrarios, vtpote exiſtimando motui ab A in B eſſe contrariū motū ab ipſo B in A &, quia hęc exiſtimatio vr̄ fieri poſſe tam p circularē q̄ per rectā lineā, Ariſt. occurrit & oñdit hoc non eſſe exiſtimabile, niſi in recta linea, vel in circulari rōne rectę: cuius cām tradit, quia inter puncta A B, vna tm̄ cadit linea recta, infinitæ vero circulares: at, cum cōtrarietas ſit vnius ad vnū, iure inter A B puncta, non pōt exiſtimari contrarietas motuū, niſi quatenus fiunt in linea recta, vel in circulari, rōne rectæ lineæ. Ex hoc colligitur ſylls, ſi in partibus motus circularis intelligeretur cōtrarietas ob diuerſas portiones deſignatas ſuper A B pūcta, eſſet quatenus exiſtimaretur motus ab A in B, & ab ipſo B in A, eſſe cōtrarios in circulari linea: vltra, ſed hi non ſunt contrarij, quatenus intelligunẽ ſup linea circulari, quia ſup A B puncta circulares lineæ fieri pñt infinitæ, ſed quatenus intelligunẽ ſup linea recta, quæ ſup A B puncta eſt vna, igr̄ in partibus motus circularis non eſt cōtrarietas, ſm diuerſas portiones circuli deſignatas ſup eadē pūcta, hoc eſt vis textus, & ſylls. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire, q Ariſtot. dixit, hæc. n. finita eſt, & græce ſcribitur ἄυτη γὰρ πεπερασμένη hoc eſt, hoc enim finiẽ vel finita eſt, nam accepit finitam eſſe pro vna eſſe: q. d. hoc enim vna eſt inter duo puncta, at circulares lineæ ſunt plures, quia infinitæ. Occurrit Philoponus huic rōni, vt Simplicius narrat, primo, quia ratio Ariſt. deducit ad hoc q infiniti

Obiectiões Philoponi.

A motus eſſent infiniti contrarij, & non quod vni eſſent infiniti motus contrarij, declarat quia motui facto ab A in B per G lineam circularem non is motus eſt contrarius, qui fit ab ipſo B in A per F circularem, ſed per eandē portionē G, & ſimiliter motui facto ab A in B per F portionem non eſt contrarius is, qui ē contra per E portionem, ſed per eandem F portionem, & ſic de cæteris: quare infiniti erunt infinitis contrarij, & non vni, hoc autem nō videtur abſurdum, ſed neceſſarium. ſecundo occurrit, qa eadem abſurditas vr̄ ſequi in rectis. Nam quēadmodū inter duo puncta poſſunt infinitę portiones circuli deſcribi, ita à centro mundi ad circunferentiam pñt deſcribi infinitæ lineæ rectæ. Quare iuxta vim rōnis Ariſto. vni motui recto eſſent infiniti recti contrarij. Sed Philoponus errauit, & Ariſt. non intellexit. Ariſto. n. ſuppoſuit motus ab A in B, & ē contra ab ipſo B in A contrarios eſſe ſm contrarietatē A B terminorū, quēadmodum accidit in rectis ipſis motibus, contrarietas vero A B terminorum eiuſdē
B rōnis eſt in omnibus illis motibus, qui fiunt per eas circuli portiones, quas deſcripſimus, vnde & Ariſt. dixit. Deinde, ſi quis opinetur eādē eſſe rōnem, quæ eſt & in recta linea, & in circulari. Ad denotandum q ſuppoſuit motus illos non aliter eſſe contrarios, q̄ꝫ recti ſint cōtrarij, vtpote rōne terminoꝝ A B. Qđ, ſi hęc ſuppō vera ſit, ſequitur q quilibet motus, qui fit ab A in B, per quāuis portionē circuli, ſit contrarius motui qui fit ab ipſo B in A: quæ ratio docet, q non ſolū vni motui ſint infiniti cōtrarij, ſed quod cuilibet infinitorū motuū ex vna pte incipientiū contrarientur infiniti motus, qui ex parte cōtraria incipiunt, vt recte Expoſitor Simplicij interpretaẽ. Ad ſecūdam recte Simplicius & Expoſitor dicūt, q oēs lineæ, quæ ē centro deducunẽ ad circūferentiā ſint æquales, & iō eandem deſignāt diſtantiā inter cōtrarios terminos, quo fit, vt in oībus eadē ſit rō cōtrarietatis, quæ maximā importat diſtantiā, lineæ vero curuæ, quæ infinitæ deſcribunẽ ſup eadē puncta, ſunt inęquales, quapp in illis eadem non eſt cō
C trarietatis ratio, cum non ſit vna eademq; diſtātia ſm curuā lineam accepta, & ſic ceſſant Philoponi obiectiones.

Auer. vero textū pñtem vr̄ aliter interpretari: vult. n. Ariſt. remouere cauillū, quia poſſet quiſpiā dicere in circulari motu eſſe cōtrarietatē quēadmodū in recto. Nā, vt motus, qui eſt ab A in B contrariatur ei motui, qui eſt ab ipſo B in A rōne cōtrarietatis terminoꝝ A B, p lineam rectā, ſic motus ab A in B p arcū C D eſt contrarius motui facto ē cōtra ab ipſo B in A p arcū H. hūc cauillū refellit Ariſt. & oñdit nō eſſe ſiſe, quia nō eſt dicendū motus ab A in B, & ab ipſo B in A, eſſe cōtrarios rōne arcus C D, & arcus H, quēadmodū rōne lineæ rectæ A B. Qđ autē nō ſit ſimile, vult Auer. Ariſt. demonſtrare, & demſonē eius fouet duabus ſuppōnibꝰ, quarū prima eſt, q vni vnū duntaxat eſt cōtrariū, hæc ſuppō nō ſemel in hoc libro eſt declarata, & in. 10. Meta. demſ̄ata. ſcđa eſt, q cōtrarietas proprie ſolū p lineā recta deſcribiẽ. probat, quia cōtrarietas motuū deſcribiẽ p maximā terminoꝝ diſtantiā, vt. 10.

Comm. 27. Auer.


D Meta. deducitur, terminoꝝ maxima diſtantia eſt linea recta, quæ eſt vna tm̄ inter terminos. Nā inter duos terminos vna linea recta tm̄ deſcribitur, quæ eſt maxima, qua nulla maior deſcribi pōt, & minima, qua nulla minor. at inter duos terminos infinitæ curuæ aſſignari pñt, quaꝝ altera eſt ſp altera maior, ac maior, igiẽ contrarietas motuū ſolū p lineā rectā eſt deſcribenda. Ex his ſuppōnibꝰ ſyllogizat Auer. dupl'r, primo longitudo recta eſt motus recti, igitur cōtrarietas motuū nō inuenitur niſi in motu recto. vnde ſylls cōponitur, ſm lōgitudinē rectā eſt motuū contrarietas, ſm longitudinē rectā fiūt motus recti, igiẽ in tertia figura contrarietas motuū eſt ſm lōgitudinē rectā.

Secundo ſyllogizat ſm infinita non eſt cōtrarietas motuum, lineæ curuæ ſunt infinitæ, igitur ſm lineas curuas non eſt motuum contrarietas. Maiorem probat, quia ſi ſecundum infinita eſſet motuum contrarietas, tunc vni eſſent infinita contraria, contra primam ſuppoſitionem.

Hæc

Hæc Aoerro. quæ quantum textui conſonent, tu animaduertas.

Similiter aũt & in ſemicirculo vno, vtpote A in B, & ab ipſo B in A. Eadem enim in diametro eſt. Semper enim vnumquodq; per lineam rectam diſtare ponimus.



Vide ſupiorem figurã, hæc legens.

Secundo oñdit q; non eſt contrarietas in partibus circularis, quæ accipiuntur ſm eundẽ ſemicirculũ. poſſet.n. aliquis dicere q; motui qui eſt ſuper vnã circuli portionẽ vtpote ab A in B non contrariatur quilibet motus q eſt à B in A per quamuis portione, ſed p vnã eandẽue, vtpote q per vnũ ſemicirculũ ab A in B per C contrariatur motui, q eſt ſuper eundem ſemicirculum à B in A per C, regionem.

Contra obiicit, & ratio componitur ſic, contrarietas ſumitur penes maximã terminorum diſtantiam: linea curua non eſt maxima diſtantia: igitur penes illam non ſumitur contrarietas. Quare in partibus motus nõ põt eſſe cõtrarietas, nec ſm eundem, nec ſm diuerſum ſemicirculũ. Inquit. Similiter aũt & in ſemicirculo vno eſt contrarietatis ratio vt in ſemicirculis pluribus, & addit exemplũ, & inquit, vtpote ab ipſo A in B, & ab ipſo B in A, & tu intelligas per C regionẽ: q.d. q; quemadmodũ non poterat accipi rõ contrarietatis per ſemicirculos plures, ita nec p ſemicirculum vnũ. cuius cãm ſubdit, quia ratio cõtrarietatis q ſumeretur in vno, & in pluribus ſemicirculis eadẽ eſt. Nã ratio illa non poteſt eſſe niſi linea recta quę eſt inter A B. Modo hæc linea recta A B vna eademq; eſt, ſiue ſuper illa vnus, ſiue plures conſtituantur ſemicirculi. Et quod illa ratio eſſe non poſſit niſi linea recta, probat, & iquit. Sẽper enim vnũquodq; maxime diſtare ponimus per lineã rectam. et p hoc vult habere minorẽ ſyllogiſmi, videlicet q; linea curua non eſt maxima terminorum diſtantia, ſed linea recta. Dictum eſt enim ſuper duo puncta conſtitui non poſſe niſi vnam tm̃ lineam rectam, ppea eſt minima & maxima & vna, lineę vero curuæ poſſunt eſſe infinitę ſuper eadẽ puncta, & ſic patet vis ſyllogiſmi.

Auer. comment. 28.

Auerroes vero parum differẽs ab expoſitoribus, velle videtur Ariſt. remouere cauillum hunc, quia poſſet dici ſuper duo puncta non poſſe conſtitui niſi vnum ſemicirculum eiuſdem circuli, & ita videtur eſſe vnus inter puncta contraria. præterea videtur eſſe maximus & minim⁹. maximus quidem, quia maior eiuſdem circuli cõſtitui nõ põt, & minor eiuſdem circuli etiam cõſtitui non põt. ſi.n. maior vel minor ſemicirculus ſup puncta A B conſtitueretur, non eſſet vnius & eiuſdem circuli, quia eiuſdem circuli vnus eſt ſemicirculus, vna quoque medietas tm̃, quare motus ab A in B per C ſemicirculũ, videtur contrarius motui A B in A per C ſemicirculũ, qm̃ eſt ſuper maxima diſtãtia & vna diſtantia & minima. Contra obiicit Ariſt. & ſupponit ex. 10. Meta. rationem contrarietatis non poſſe ſumi à linea curua in eo quod curua, ſed in eo q; eius baſis eſt linea recta. probatur, quia ideo vnus tantum ſemicirculus ſuper A B puncta eiuſdem circuli formatur, quia ſuper vna linea tantum recta quæ eſt A B collocatur, igitur prima ratio cõtrarietatis non eſt à ſemicirculo, ſed à recta linea, quæ eſt illius ſemicirculi vna baſis. Hunc Auer. dupliciter componit ſyllogiſmum, primo ſic, maxima diſtãtia non eſt niſi in linea recta: contrarietas eſt maxima diſtantia, igitur contrarietas non eſt niſi in linea recta. Secũdo ſic, remotio in fine non inuenitur niſi in recto: contrarietas eſt remotio in fine: igitur contrarietas nõ inuenitur

E niſi in recto. Sed hic ſyllogiſmus in nullo fere differt à primo, vel poteſt ſecundo principaliter aliter componi, quæ mouentur contrariantur, quatenus mouentur modo contrario ab extremis diametri, igitur non quatenus mouentur ab extremis ſemicirculi. antecedens ſupponit tanquã per ſe notum, tum ex dictis, tum ex. 10. Metaphyſi. conſequentiam non aliter probat, quia ipſam pẽtere ſupponit, quoniam non poſſunt aliqua contrariari duplici ratione cum vni vnum ſit contrarium, & ſecundum vnam rationem. Hæc Auer, & optime. Obiicit vero Philoponus contra Ariſtot. hic, quia Geometræ & Aſtrologi non ſolum accipiunt quantitatẽ lineæ curuę per lineam rectam, ſed è contra: quippe cum quantitatem arcus per chordã, & chordæ per arcum doceant ſumere. Docet enim Geometra per diametri quantitatem colligere quantitatem circuli, & è contra quantitatem diametri per quãtitatem circuli. Præterea, aſtronomi docent quantitatem ſtellæ per quantitatem diametri eius, & è contra. Sed ſoluunt & optime. Nam multum refert loqui de diſtantia duorũ

Obiectio I. Philoponi. Prima.

Sol. Simplicii.

F terminorum, & de menſura diametri inter illos duos terminos collocatæ. Nam poteſt & diameter per arcum, & arcus per diametrum menſurari, vt probat ratio. Verum diſtantia duorum terminorum non niſi per lineam rectã colligi poteſt, vt diximus, eo quia ſi ſuper illa duo puncta non collocatur niſi vnus ſemicirculus eiuſdem circuli, hoc non eſt niſi quia vna tantum linea recta ſuper illis conſtituitur. Quare prima ratio diſtãtiæ duorum terminorum, nõ niſi à recta linea accipitur. Vel facilius dici poteſt, q; licet tam à ſemicirculo ſiue curua linea, q̃ à recta linea quantitas & diſtantia duorum terminorum accipi poſſit, prima tamen ratio accipiendi illam diſtantiam eſt à linea recta, & non à curua, & hoc vult Ariſto. vt Auer. indicat in commen. Secundo obiicit idem Philoponus. Nam in cœlo maxima diſtantia eſt inter duo puncta oppoſita, vtpote inter caput arietis & caput libræ, vnde & Aſtro-

G nomi propter hoc accipiunt oppoſitionem ſtellarum. Qđ ſi contrarietas eſt maxima, poteſt ſecundum hanc diametralem diſtantiam in motu cœli attendi contrarietas.

Soluit Expoſitor & dicit, q; illa diſtantia maxime attenditur ſecundum quantitatem diametri, & non ſecundum quantitatem ſemicirculi, alioquin plus diſtaret principiũ arietis à principio ſagittarij, quod reſpicit trino aſpectu, q̃ à principio libræ, quod reſpicit aſpectu oppoſitionis. Hæc Expoſitor. Et videtur mihi q; verum dicat, ſed non per veram rationem, non enim aries reſpicit ſagittarium aſpectu trino ex ea parte, qua reſpicit libram, nam libram reſpicit per aſpectum oppoſitionis duplici ratione, quia tam per ſucceſſionem ſignorum, q̃ contra ſucceſſionem ſignorum. quoniam vtroq; modo eſt maxima punctorum diſtantia, & aries ſagittarium reſpicit trino aſpectu vna ratione tantum. quia contra ſucceſſionem ſignorum: per ſucceſſionem enim ſignorum aries ſagittarium nulla ratione reſpicitur, & propterea aſtronomi volunt arietem reſpicere leonem & ſagittarium trino aſpectu,

Sol. Thom.

Obiectio. contra rõnẽ Thomæ.


H leonem quidem per ſucceſſionem ſignorum & ſiniſtra radiatione, ſagittarium vero cõtra ſucceſſionem ſignorum, & dextra triangulatione. Et ſic videtur q; ratio Expoſitoris Aſtronomiam non ſapiat, tamen ſua ſolutio vera eſt, quoniam caput arietis & caput libræ opponuntur, quia maxime diſtant: diſtant vero maxime non propter arcum cœli, ſed propter lineam rectam, quæ inter illa collocatur, quare in motu circulari non poteſt aſſignari propter hoc ratio contrarietatis, & hoc recte dicunt Expoſitor & Simplicius.

Simili rõne, & ſi quiſpiam circulũ faciens: lationẽ eã quę in altero fit ſemicirculi, ei cõtrariã poſuerit, quę fit in altero. Verbi cã, in toto circulo eã quę eſt ab A in B ſuper H ſemicirculo, ei quæ eſt ab ipſo B in A ſuper D ſemicirculo.

Deſcribe ns Verbũ, ſic, eſt additum, B N D &.

Tertio

Tertio oſtendit quòd non eſt contrarietas in motu circulari ſecundum duos ſemicirculos diuerſos: verbi cauſa, ſit vnus circulus, cuius diameter eſt A B diuidens ipſum in duos ſemicirculos, in quorum vno H, in alio D deſcribatur. poſſet itaque aliquis dicere quòd motus, qui eſt ab A in B per ſemicirculum H eſt contrarius motui, qui eſt ab eodem A in idem B per ſemicirculum D. probat igitur Ariſtote. quòd tales motus ſemicirculares non ſint contrarij per illam eandemq; rationem, qua & primum improbatur, videlicet quòd diſtantia inter A D B, & diſtantia inter A H B non menſurantur ſemicirculis, ſed diametro A B: igitur contrarietas in talibus non eſt ratione ſemicircularitatis, vnde inquit. {Simili ratione} ſup. tu, confutabitur {ſiquis circulum faciens & deſcribẽs lationem eam, quæ in altero eſt ſemicirculo, et contrariam poſuerit, quæ fit in altero, & quia exemplis magis capimus, inquit, verbi cauſa, in toto circulo, eam quæ eſt ab A in B ſuper H ſemicirculo ei quæ eſt ab ipſo B in A ſuper D ſemicirculo. Dico ſimili ratione improbatur, quia (vt dictum eſt) contrarietas eſt maxima diſtantia, maxima autem diſtantia menſuratur recto, & non curuo: quare eiuſmodi motus ſemicirculares cõtrarij nullatenus eſſe poterũt.



Præterea & ſi hæ contrariæ ſint: non tamen ob hoc hæ, quæ ſuper toto circulo ſunt, inter ſe erunt contrariæ.

Demum oſtendit quòd dato quòd iſtæ partes motus circularis eſſent contrariæ. Non tamen propter hoc ſequitur contrarietatem eſſe in motibus circularibus ſecundum totum. Et inquit. Præterea & ſi hæ ſupple lationes partiales contrariæ ſint, non tamen ob hoc hæ, quæ ſuper toto circulo ſunt, inter ſe erunt contrariæ, igitur motus circularis ſecundum totum contrarij eſſe non poſſunt, hæc Ariſtoteles. D

Quæ Auer. comm. 28. Circa præſentem & præcedentem textum, quid velit Auerro. non ſatis explicate intelligitur. Tum ex malis eius tranſlationibus. Tum ex mala textus interpretatione, tamen dicam quæ videntur ex ſuis verbis intelligi: & ſi minus conſonabunt, tu qui es curioſus ſuæ doctrinæ, perquire melius. Videtur igitur Auer. velle quòd Ariſtot. remoueat cauillum. poſſet enim quis dicere, ſemicirculares motus eſſe contrarios imaginando lineam rectam A B & duos ſemicirculos, videlicet A H & B D. qui ſuper linea A B recta moueantur, donec fiat vnus circulus A D B H, hac imaginatione ſtante, patet motus illos partiales illorum ſemicirculorum eſſe contrarios, tunc arguitur, motus ſemicirculares ſunt contrarij, igitur tota- *Vide ſuperiorem figuram diligenter vbi ois ſunt.*

A les motus circulares, quoniam ſicut in parte, ita eſt in toto, hæc eſt dubitatio: vult Auerro. quòd Ariſtot. remoueat talem cauillum multipliciter. Primo quia eiuſmodi motus ſemicirculorum non ſunt contrarij, quo ſunt facti ſuper circulari linea, ſed quo ſunt facti ſuper linea recta, quæ ratio docet ſolum in rectis motibus eſſe contrarietatem: non autem in circularibus, niſi quatenus ſuper recta fiunt linea. Secundo quia ſemicirculi tales nõ mouentur ſemicirculariter, quatenus ſubeunt rationem circuli, ſed quatenus ſubeunt rationem corporis rectarum dimenſionum, quia licet ſint ſemicirculi, mouentur ſemicirculariter, ſed recto motu. Tertio dato quòd ſint ſemicirculi, & moueantur modo ſemicirculorum & ſubeant rationem ſemicirculorum, non ſequitur ſi partes motus circularis ſint contrariæ, quòd motus totales ſint contrarij, vt dictum eſt. Et huius cauſam aſſignat Expoſitor, quia non ſequitur ad contrarietatem partium contrarietas totius. B Auerroes autem melius rationem aſſignat, quia circulus & ſemicirculi non ſunt homogenij atque ſimilares, ſecus in rectis quæ ſunt ſimilaria, nam omnis recta linea eſt recta, & pars recti eſt recta. Semicirculus vero non eſt circulus, & propterea non ſequitur motus ſemicirculorum ſunt contrarij, igitur motus circulares ſunt contrarij, hæc ſunt quæ colligi poſſunt ex confuſa tranſlatione Auerrois. Tu vero magis ſuæ doctrinæ fautor, diligentius verba conſidera. Animaduertas tamen quòd nec Ariſtotelicæ eius tranſlationes, nec eius in illis expoſitiones ſunt rectæ, non enim hæc eius interpretatio conſonat græcis noſtris codicibus, licet non nihil fructus habeat, hæc de commento.

At vero neque ea latio circularis quæ eſt ab A in H ei contraria eſt, quę eſt ab A in D. In idem enim hæc ex eodem eſt motio: contraria vero latio definitur eſſe ex contrario in C contrarium.

Hactenus demonſtrauit, quòd in partibus motus circularis non eſt contrarietas: nunc oſtendit, quòd nec toti motui circulari eſt alius motus circularis totus contrarius, & hoc duplici ratione. Et primo deſcribatur A H D circulus, ſuper hũc vero circulũ intelligantur duo motus circulares, quorum vnus incipiat ab A & per H vadat in D & ſic reuertatur ad A: quare hic motus ſit A H D A: Alter ſit è contra ab A incipiens per H vadat in D, redeatque in A iterum: quare hic motus ſit A D H A: probat itaq; Ariſtot. eiuſmodi motus non eſſe contrarios, & ſyllogizat ſic, motus contrarij ſunt, qui incipiunt è contrarijs terminis, & deſinunt in contrarios terminos, vt definiti ſunt Quinto Phyſicæ auſcultationis. Sed motus D H A, & motus, A H D A non incipiunt è contrarijs & deſinunt in contraria, vterque enim ab A incipit, & in A deſinit, igitur eiuſmodi motus non ſunt contrarij. De ratione tangit primo cõ D cluſionem dicens, At vero neque ea latio circularis, quæ eſt ab A in B ei contraria eſt, quæ eſt ab A in D, hęc eſt concluſio. Deinde tangit minorem, & inquit. In idem enim hæc ex eodem eſt motio, eſt igitur minor, ſed motus A H D A, & motus D H A non incipiunt è contrarijs & deſinunt in contraria. Demum tangit maiorem, & inquit, Contraria vero latio definitur eſſe ex contrario in contrarium. Hæc eſt maior.

Auer. commen. 10. Vnde Auerro. eodem modo exponens hunc locum, inquit. Et cum poſuerimus has duas propoſitiones, videlicet motus contrarij ſunt qui ſuper rectam dimenſionem ſunt è contrarijs terminis in contrarios terminos, & motus circulares ſuper rotundum non ſunt è contrarijs terminis in contrarios terminos. Concludetur in ſecunda figura quòd motus circulares non ſunt contrarij, hæc Auerro. *Obiectiões Philoponi.* Obijcit Philoponus his, quæ hic dicit Ariſt.

Primo,

Obiectiões Philoponi. Prima.

Primo, quia Ariſto. arguit, ea contrarietas, quæ eſt in rectis motibus, non eſt in circularibus, igitur nulla contrarietas eſt in circularibus, & q̃tra arguat deducit, quia quinto Phyſi. cõtrarietas motuũ, q̃ eſt eorũ q̃ ſunt è cõtrarijs in cõtraria eſt cõtrarietas rectorũ motuũ. Quare videtur committere paralogiſmum conſequentis arguendo à particulari negatiue ad ſuperius, non enim valet, non eſt album, igitur non eſt coloratum. Secundo obijcit quia per rationem Ariſto. videtur non ſolum remoueri contrarietas à motibus cælicis, ſed omnino ratio motus, nam omnis motus in eo quòd motus eſt ab vno in aliud, igitur ille motus qui eſt ab eodem in idem, non eſt motus, tollitur enim ratio motus propter eſſe ab eodem in idem. Quare ratio Ariſto. videtur non tantum tollere rationem contrarietatis in motibus, ſed rationem motus.

Sol. ſimplicii expoſitoris.

Ad primam optime ſoluunt, quòd decipitur Philoponus, ratio enim contrarietatis, quam dixit Ariſtoteles eſt communis omnibus motibus, omnes enim motus contrarij ſunt, qui è contrarijs in contrarios ſunt terminos. Modo eſſe è contrario in contrarium eſt formalis ratio contrarietatis in motibus ſimpliciter, & non in rectis tantum. Quare arguitur negatiue ab æquali ad æquale. Ad ſecundam ſoluitur per id quod Ariſtoteles dicit in cauillo Zenonis Sexto Phyſicorum. Ibi enim dixit cauillum Zenonis probare cœlum non mutare locum ſecundum ſubiectum, & ita non moueri ſubiectiue, quia motus ille eſt ab eodem in idem. Tamen cœlum mutat locum formaliter & ita mouetur formaliter, nam licet idem in motu cœli ſit principium & finis ſecundum ſubiectum, non tamen ſecundum rationem & formam. A enim vt terminus è quo differt ratione à ſemetipſo vt terminus ad quem. Quare ratio nihil amplius probat niſi cœlum non moueri ſecundum ſubiectum, hæc melius perquire ſexto Phyſicorũ.

Sed replicabis. ſi A, vt terminus è quo differt ab ipſomet vt terminus ad quem, pari ratione idem ſub vna ratione poteſt ſibijpſi eſſe contrarium ſub alia ratione.

Dicendum aliquid ſufficere ad diuerſitatem, quod nõ ſufficit ad contrarietatem: A igitur vt terminus è quo, differt à ſemetipſo vt terminus ad quem, non tamen A vt terminus è quo poteſt ſibijpſi eſſe contrarium vt terminus ad quem, quoniam ad contrarietatem requiritur maxima diſtantia terminorum, quæ eſſe non poteſt ſine reali, & ſubiectiua differentia. Quare illa ratio ſufficit ad motum, non autem ad contrarietatem motus. Hæc ad cauillos Philoponi.

Præterea & autem vero Motio eſt verbum additum.

Prgterea ſi circularis motio circulari eſſet cõtraria, fruſtra erit altera, ad idem enim ſunt.

Secundo arguit per ſyllogiſmum diuiſiuum hoc pacto, ſi motus circulares totales eſſent contrarij, vel eſſent ab eodem in idem per eandem regionem, vel ab eodem in idem per alteram atque alteram regionem. Si circularis motio circulari eſſet contraria, ſupple tu per eandem regionem, fruſtra erit altera, deducit, quia ab eodem in idem ambæ erunt per eandem regionem.

Superiorẽ Vide figuram. Dubitatio.

Debes ſcire quòd dicuntur motus circulares per eandem regionem, ſi ambo incœperint ab A ortu per H meridiem, & redeant in A ortum, ita vt primus motus ſit, A ab H D A, ſecundus ſit per eandem regionem & ſit à C D A: ex hoc ſequitur quòd alter ſit fruſtra, quoniã ſufficit cęlo alter. ambo enim ſunt ſimiles & eiuſdem rationis; ambo enim ab ortu, ambo per B meridiem, ambo in A ortum redeunt, igitur fruſtra erit alter, & hoc inquit. Si circularis motio totalis circulari motioni totali eſſet contraria ſup. & ambæ eſſent ab eodem puncto in idem per eandem regionem, fruſtra eſſet alter. Sed occurres, nam in eandem ſpecie non eſt fruſtra alterum indiuiduũ ſi alteri fuerit ſimillimum, igitur in cœleſtibus duo motus ſimiles omnino poſſunt ſtare, & alter non erit fruſtra. Reſpondetur, quòd ſecus eſt in ſempiternis, & ſecus in corruptibilibus, nam in ſempiternis ſufficit vnũ indiuiduum in ſpecie, cum careant materia, in corruptibilibus multiplicatio indiuiduorum eſt propter materiã, & ſic recte ſequitur, quòd ſi illi motus eſſent ab eodem in idem per eandem regionem, aliter eſſet fruſtra. Præterea, ſequeretur non tantum alterum eſſe fruſtra, ſed non eſſe contrarios, quia (vt proximo textu diximus) motus contrarij ſunt è terminis contrarijs in terminos contrarios. Hæc de primo membro.

E

Inſuper id quod circulo fertur, vndecunque incipiat, in omnia ſimiliter loca perueniꝛe contraria neceſſe eſt: quæ quidem in loci contrarietates ſunt ſurſum & deorſum, atque ante & retro, itemque & dextrum & ſiniſtrum, quippe cum lationis contrarietates per locorum ſint contrarietates.

F

Secundo probat quòd motus circulares totales non poſſunt eſſe contrarij per alteram atque alteram regionem. Et ſupponit vnum, quòd ſint duo circulares motus contrarij, oportet omne quod mouetur illis, vel altero illorum motuum, tranſeat omnia loca contraria, quæ ſunt ſurſum deorſum, ante retro, dextrum & ſiniſtrum. probat, quia motus contrarij ſunt de locis contrarijs in loca contraria, & per loca contraria, vt dictum eſt Quinto Phyſicorum. Debes ſcire quòd hæc ſuppoſitio poteſt intelligi categorice, & hypothetice. ſi categorice, eſt ſenſus, quòd in cœlo ſunt loci differentiæ illæ contrariæ, per quas oportet tranſire quod mouetur illis vel altero illorum motuum, & hoc eſt verum. nam in cœlo dextrũ eſt ortus, ſiniſtrum eſt occaſus, ante eſt culmen, retro eſt imum, ſurſum eſt meridies, deorſum eſt ſeptentrio. In elementis vero loci contrarietates ſunt duæ, ſurſum videlicet & deorſum. Sic igitur, ſi cœleſtes motus ſunt contrarij, & quod mouetur illis, vel altero illorum oportet incipere à loco contrario, & deuenire in locum contrarium, & tranſire per omnia dicta media loco contraria, quæ per eandem lineam inueniuntur. Sin autem ſuppoſitio intelligatur hypothetice, erit ſenſus, quòd cęleſtes motus ſunt contrarij, quod mouetur illis vel illorum altero, oportet tranſire per omnia loca contraria, ſi in cœlo ſunt talia media loca contraria. Et dixi ſi in cęlo ſunt talia loca contraria, quia reuera non ſunt eodem modo ſicut in elementis, vt dicemus Secundo huius. Tamen hypothetica eſt vera, quoniam motus contrarij ſunt ob loca contraria: non modo è quibus incipiunt & in quæ deſinunt, ſed per quæ tranſeunt, ſi inter media eiuſmodi reperiantur. Hæc de ſuppoſitione.

G

Si igitur eſſent æquales, motus ipſorum non eſſent. Sin autem alter motus ſuperaret, alter profecto non eſſet. Quare ſi vtraque eſſent, fruſtra ſane corpus alterum eſſet, ſuum non ſubiens motum, fruſtra enim calceum eum diximus, quo non eſt calciato, at Deus & natura nihil fruſtra faciunt.


Quæ quidẽ. Sin autem. Quippe cũ. Aut, vero.

H

Stante ſuppoſitione arguit, motus circulares totales eſſent contrarij per alteram atque alteram regionem, vtpote à D B H per D regionem, ab H B D A per D regionem: in puncto B, tales motus vel corpora, quæ mouerentur his motibus, inuicem obuiarent, tenet conſequentia per ſuppoſitionem, quia quæ mouentur contrarijs motibus, oportet illa tranſire per omnia loca media, & tunc vel eiuſmodi motus ſiue corpora quæ illis mouerentur, eſſent equipotentia, vel alterum alterum exuperaret. ſi æquipotentia, fruſtra eſſent ambo, quia ambo non attingerent fines motus, cum in medio itineris ſeſe impedirẽt.

Sin autem

Sin autem alterum exuperaret alterum, tunc alterum fruſtra mmueretur, cum impeditum ab altero, nunquam in finem motus deueniret. Sed hoc eſt abſurdum, quia Deus & natura nihil fruſtra agunt.



Totus igitur ſyllogiſmus ſit cōpoſitus, ſi totales mot⁹ circulares eſſent contrarij, vel eſſent per eandem regionem, vel per alteram atque alteram. Si per eandem, tunc fruſtra eſſet alter, vt deductum fuit. Si autem per alteram atque alteram, ſit vnus per B & alter per G regiooem, tunc ſequitur to puncto E corpora quæ illis mouentur, ſibiipſis obuiare, tenet argumentum per ſuppoſitionem, quia quæ mouentur contrarijs motibus, oportet illa tranſire per omnia lnca media, ſi autem in puncto E ſibiipſis nbuiabunt, neceſſe eſt vel vtraque eſſe æquipotentia, & ſic vtraque eſſent fruſtra, quippe cum neutrum ſuum ſubibit motum, cum nunquam in finem deueniet. Sin autem alterum eſt potentius, alterum erit fruſtra, ſed in natura nihil eſſe poteſt fruſtra, quia deus & natura ipſa nihil fruſtra faciunt. hæc Ariſtoteles, & verba eius perſpicua ſunt his expoſitionibus. Tu vero animaduertas, quia nec Expoſitor, nec Simplicius, nec Auerro. hunc locum ſic expoſuerunt, & certe eorum expoſitiones cum magna difficultate poſſunt textui accommodari. Sed ſunt hic dubitationes literales. Prima, quia vis huius rationis non videtur differre à præcedenti. Et ſolutio eſt, quod præcedens ratio ſumitur ex conſideratione motus in vniuerſali, vtitur enim motibus & circulo vniuerſaliter. Præſens vero ſumitur ex conſideratione motus in particulari, applicat enim motum & circulum ad corpus naturale, vtpote ad ipſum cœlum. Secunda dubij eſt Philoponus, quia pari ratione quiſpiam in motibus rectis probaret non eſſe contrarietatem, quoniam in illis alter alterum impediret, & ſic fruſtra eſſet alter.

Soluit Simplicius & Expoſitor optime, quòd non eſt eadem ratio in motibus circularibus, quæ eſt in rectis. Primo quia duo corpora poſſunt rectis contrarijs motibus moueri, quæ non ſeſe impedient. Nam in rectis motibus contrarietas attenditur ſolum ſecundum extrema linearum rectarum, vtpote ſecundum centrum mundi, & eius circunferentiam: modo è centro poſſunt infinitæ
Auer. commen. 31. lineæ duci, & ita poterit ignis ſurſum moueri per vnam lineam, & terra deorſum per alteram, quo in caſu non ſe impedient, at in motibus circularibus ſuppoſuit Ariſtote. nihil poſſe moueri ab ortu in occaſum, niſi per omnia loca intermedia tranſierit, & è contra nihil ab occaſu in ortum, niſi eodem modo. Quare in motibus circularibus corpora mota ſeſe impedient, in rectis non.

Secundo non eſt eadem ratio, quoniam quod recto motu fertur, poteſt corrumpi, & ita poteſt impediri, corpus vero, quod circulo fertur, non poteſt corrumpi, & ita in rectis nihil prohibet alterū eſſe fruſtra, cū ſit corruptibile, in circularibus incōueniens eſt alterū impediri ſicut incōueniens eſt illud corrūpi. Hæc de dubijs.

Auerroes vero aliter exponit hunc locum, & innuit duas expoſitiones, vult enim primo quòd Ariſtot. primo proponat enthymema, & quod illud declaret in tex-

A tus ſiue, quem exponet com. ſeq. 32. & enthimema eſt, ſi motus circularis eſſet alteri motui circulari cōtrarius, alter eorum eſſet ocioſus. ſecundo vult, quòd propoſito enthimemate, transferat ſe ad aliam rationem ſiue demonſtrationem, vnde inquit. Et hoc quod dixit, poſt declarabit ipſum, & ita vult quòd Ariſtote. primo proponat enthimema, & quod tex. com. ſeq. illud deducat. Et ſubdit. Et cum incœpit hanc propoſitionem dicere, ſiue hoc enthimema tranſtulit ſe ad aliam demonſtrationem. Quare ſecundum Auerro. Ariſt. facit duas rationes in textibus his, quarum primam proponit, & in fine complet. ſecundam incipit ibi, inſuper id quod, et in textu ſuo & etiam, corpus, & complet. Ad huius rationis declaratione ſupponit Auer. quòd ſi aliqua pars cœli, vtpote aliqua ſtella moueretur regionatim per cōtrarias regiones, vtpote à dextro in ſiniſtrum per ante. & alia ſtella à ſiniſtro in dextrum iterum per ante, non propter hoc ſequitur in toto vt vni motui circulari totali

B alter ſit contrarius, quia è cōtrarietate partiū nō ſequitur contrarietas totorum, vt ſuperius diximus. Sed occurres, nam Ariſtote. ſupponit cœlum habere dextrum & ſiniſtrum & alias differentias poſitionis, quod nondum eſt declaratum, igitur ſupponit dubium in declaratione alterius dubij. Soluit, hoc eſſe ſuppoſitum ſaltem ad communem cōſenſum aliquorum, qui ſenſim illud concedunt. Secundo occurres, quia volo imaginari vnum totum cœlum moueri à dextro in ſiniſtrum per ante, & vnum alterum à ſiniſtro in dextrum iterum per ante, & ita erit ratio à motibus circularibus totalibus, & non à motibus partialibus. Reſpondet quòd ſuppoſitio eſt impoſſibilis, nam ſexto Phyſico. probatū eſt totum cœlum non poſſe mutare locum ſecundū ſubiectum, ſed ſolum ſecundum formam. Quare imaginatio nulla. Colligit igitur rationem quouis modo formetur. Nam vel motus cœli ſunt contrarij hoc pacto q duo cœli totales moueantur regionatim contrarijs mo-

C tibus, vel duæ partes cœli. quouis modo dicatur, ſequitur quòd alter eſſet ocioſus, vel vna met res eſſet ſibi cōtraria, ſaltem ſecundum partem, hæc eſt prima expoſitio Auerro. & ſine dubio nullo pacto textui conſonat.

Propterea aliter exponit, vt nos diximus, imaginatur enim Ariſto. primo accepiſſe enthimema, ſecundo pro illius declaratione ſuppoſuiſſe vnum, quòd nō poſſunt duo motus circulares eſſe cōtrarij, niſi corpora quæ illis motibus mouentur, tranſeant per omnia loca intermedia contraria, ſecus in rectis, vt diximus. Qua ſuppoſitione ſtante, ſequitur alterum illorum eſſe fruſtra, vt deductum fuit in text. Colligit Auerro. quòd in textu poſſunt eſſe duæ demonſtrationes, ita vt ibi, & Auer. commen. 32. etiam corpus, quod in textu ſuo eſt, ſit vna demonſtratio per ſe, & poteſt eſſe vna, pro qua illo textu accipiatur vna ſuppoſitio, qua, vna demonſtratio componitur in ſecunda figura ſic, contraria ſunt quæ habent contrarietatem propter curſum in locis contrarijs: corpus cir-

D culare non habet contrarietatem propter curſum in locis contrarijs, quia aliter eſſet vnus illorum fruſtra, igitur corpus circulare non poteſt moueri motibus contrarijs. Et hæc ſecunda expoſitio eſt optima, & hanc ſecuti ſumus nos. Hæc Auerro. commen. 31.

Comment. vero 32. iterum textum illius nititur multipliciter exponere. Vbi debes ſcire quòd textus illius commen. 32. poteſt continuari cum præcedenti, & poteſt ſeorſum exponi. Si continuetur cum præcedenti, tunc expoſitus eſt. Nam dixit ipſe paulo ante præcedenti commento quòd Ariſtotel. proponit hypotheticam, videlicet quod ſi motus circularis eſſet motui circulari contrarius, alter eorum eſſet ocioſus, & quòd illam deducet ſequenti textu hoc eſt tex. cō. 32. Quare iuxta illam expoſitionem, nunc Ariſtotel. declarat illud enthimema ſiue hypotheticam, & hæc

eſt vera expoſitio, & ad mentem Ariſtotel. Nam vt nos diximus. Ariſtote. primo proponit hypotheticam. ſecundo ſupponit vnum, & tertio textum. Siquidem enim æquales eſſent, ex dicta ſuppoſitione deducit enthimema, & rationem perficit, & hæc eſt optima expoſitio. At ſi textus ille, ſiquidem enim æquales eſſent, ſeorſum exponatur, vt enititur exponere Auerro. commen. 32. bifariam ſeorſum exponit Auer. poſtea recordatus, exponit tertio. & ſic (vt mihi videtur) trifariam exponit. Pro intellectu primæ expoſitionis. Auerro. ſupponit vnum expreſſe, & aliud tacite. expreſſe ſupponit omnes motus orbium cœleſtium eſſe eiuſdem ſpeciei. Quam ſuppoſitionem non

Comen. 49.

nunc, ſed in ſcd'o contra Auicen. declarabit. Tacite ſupponit quòd Ariſtoteles per cœlum intelligat aggregatum ex omnibus orbibus, quod vocatur mundus ſuperior, & quòd velit probare tale cœlum aggregatum non poſſe moueri motibus circularibus contrariis, his ſumptis arguit, ſi motui circulari eſſet alter motus circularis contrarius, tunc oportet in eodem cœlo ſecundum indiuiduum eſſe partes contrarias, quæ mouentur motibus circularibus contrariis. Hoc eſt, tunc oporter cœlum eſſe vnum numero, quod aggregatur ex omnibus orbibus, quod habeat partes diuerſas, videlicet duos partiales orbes, quæ mouentur motibus contrariis. tenet conſequentia per ſuppoſitionem expreſſam, quia ſuppoſitum eſt circulares motus omnes eſſe eiuſdem ſpeciei, quare oportet imaginari aggregatum ex omnibus orbibus eſſe vnum cœlum numero, ſiue vnum indiuiduum ſub ſpecie cœli, cuius ſint duæ partes, hoc eſt duo orbes, qui mouentur motibus vere contrariis, quod quidam concedunt de orbe, qui diario motu mouetur, & de cæteris orbibus planetarum, nã orbis ſupremus ab ortu in occaſum redit in ortum, cæteri vero ab occaſu in ortum redeunt in occaſum. Deducit igitur hoc eſſe impoſſibile. nam ſi hæ duæ partes ſiue hi duo orbes mouerentur motibus contrariis, oporteret illos moueri ſuper eoſdem polos & circa idem centrum, & ſuper idem ſpatium, quare oporteret illos ſibi inuicem obuiare in eodem puncto medio, & ſic vel eſſent æque potentes, vel alter alterum exuperaret, & quicquid dicitur, ſequitur alterum ſaltem eſſe ocioſum. recolligit igitur vim expoſitionis Auerrois, & inquit, ſecundum hanc expoſitionem Ariſtotel. ſupponit motus circulares eſſe eiuſdem ſpeciei, & ſic ſequitur in eodem indiuiduo eſſe duas partes contrarias, vt deductum eſt.

Secundo exponit aliter, & ſupponit motus circulares differre ſpecie, vt tenet Auicenna, qui vult quòd circularis motus quo mouetur ſupremus orbis ab ortu in occaſum, & circularis motus, quo mouentur cæteri ab occaſu in ortum ſint ſpecie differentes. Tunc arguit, ſi motus circulares eſſent contrarii, tunc oporteret vt eſſent ſuper eiſdem polis, & circa idem centrum, & ſuper eodem ſpatio, tenet conſequentia ex conditionibus requiſitis ad contrarietatem motuum circularium. Et vltra ſequitur vt prius, quòd vel eſſent æquales, vel alter fortior, & tandem quòd alter eorum eſſet ocioſus, & ſic ſiue tentatur circulares motus eſſe eiuſdem ſpeciei (vt eſt opinio Ariſtotel.) ſiue differre ſpecie (vt tenet Auicẽ.) ſemp ſequitur idem impoſſibile ex eadem radice, quæ eſt definitio contrarietatis motuum circularium, tamen Auerro. magis vult primam expoſitionem, quia vltra hoc commune impoſſibile, videlicet quòd alter eorum eſſet ocioſus, ſequitur illud quod ſupra dixit, quòd in eodem indiuiduo eſſent duæ partes contrariæ, & ita differt prima expoſitio à ſecunda, quia prima vltra impoſſibile, quod Ariſtotel. inſert in textu, addit quòd in eodem indiuiduo eſſent duæ partes contrariæ, quod eſt impoſſibile per ſe. Secunda vero nihil vltra addit, niſi quòd eo dato, alter eorum ſaltem eſſet ocioſus. Et propterea concludit ſibi videri melius eſſe exponendum textum primo modo, quàm ſecundo modo.

Contra Themiſt.

Animaduerſione dignum Auerro. indicare defectum Themiſtii, qui expoſuit hunc locum aliter. & defectus eſt, quia nihil addit ad verba Ariſtotel. cum nullam fecerit ſuppoſitionem. Secundo defecit, quia non deduxit demonſtrationem Ariſtotel. nec verificauit illam. Tertio defecit quia dixit Alexandrum aliter expoſuiſſe, & tamen non dedit illam expoſitionem, & conceſſit locum eſſe valde difficilem, & ſic patet defectus multiplex Themiſtii. Secundo debes ſcire quòd quidam arbitrantur Auerroem ibi, & fundamentum eius demonſtrationis, poſuiſſe expoſitionem Themiſtii, propter illud verbum, eius, quod refert proximum antecedens, quod eſt Themiſtius, & errarit, nam vt ſaluent grammaticam, contradicunt auctori. Auerro. enim dixit tres defectus Themiſtii, & dixit expoſitionem illam eſſe obſcuram, at in calce huius expoſitionis, inquit, & ex hoc declaratur quòd illud quod Ariſtotel. intendebat per hanc demonſtrationem eſt valde manifeſtum, hæc Auerro. Quare ſi Auerro. retuliſſet expoſitionem Themiſtii, contradiceret ſibi quia, prius dixit illam eſſe obſcuram, & demum concluſit illam eſſe manifeſtam, opinor igitur illud relatiuum eius, referre Ariſtotel. & ita feciſſe de Themiſtio, vt Themiſtius de Alexandro, quia vt Themiſtius non retulit Alexandri expoſitionem, ſic nec Auerro. retulit illam Themiſtii, & ita oportet dicere Auerro. nunc reducere expoſitiones illas duas ad vnam communem deducendo ad vnum commune impoſſibile, quia ſumit communiter duas ſuppoſitiones, quarum primam explicabit, videlicet quòd ad hoc vt motus circulares ſint contrarii, requiritur vt ſint ſuper eoſdem polos, & circa idem centrum, & ſuper eodem ſpatio æque diſtante à centro: ſecundam tacuit, tamen ponitur in textu, videlicet quòd deus & natura nihil agunt fruſtra, tunc ex prima ſuppoſitione deducitur vnum commune impoſſibile, videlicet quod ſaltem alter motus circularis eſſet ocioſus, ex ſecunda ſuppoſitione habetur cur illud eſt impoſſibile, videlicet quia deus & natura nihil agunt fruſtra, hæc Auerro. in duabus primis expoſitionibus. Poſtea Auerro. quaſi ponendo tertiam expoſitionem ſoluit quæſtionem in toto hoc proceſſu occurrentem, videlicet vtrum motui circulari poſſit motus circularis eſſe contrarius. Soluit quòd motus circularis poteſt dupliciter conſiderari, vno modo in eo quòd motus circularis & in vniuerſali, & abſtrahit à corporibus cœleſtibus, eo modo quo ipſum conſiderat Mathematicus. Alio modo poteſt conſiderari vt eſt cœlicus, vel igneus, & in particulari, vt Phyſicus conſiderat.

Si primo modo conſideretur, vt ſic nihil prohibet motui circulari eſſe alterum motum circularem contrarium ad imaginationem mathematicam. Nam ſecundum imaginationem mathematicam, poſſum conſiderare motũ ab ortu in occaſum, & ab occaſu in ortũ ſuper eodẽ ſpatio, & ſupra eiſdẽ polis, & circa cẽtrũ idẽ, qua conſideratione motus illi erũt contrarii, cũ habeant ſm imaginationẽ oẽs cõditiones cõtrarietatis. Qd autẽ hoc ſit imaginariũ, patet, qa imaginatio ſe extendit non modo ad id qd eſt, vel põt eſſe, vel nõ repugnat eſſe, ſed ad id qd nõ repugnat intelligi eſſe. Modo nõ repugnat intelligi eſſe duos circulares motus tales, immo qui ſint eiuſdem ſpeciei, ſaltem ſubalternæ, nam imaginatio & mens extendit ſe vltra poſſibile. Sin autem conſideretur ſecundo modo, ſic nulli motui circulari põt alter motus circularis eſſe cõtrarius, quia ſm naturã nihil põt eẽ ocioſum, ſm mentem nihil prohibet cogitari ocioſum,

& propterea

& propterea inquit, & cum iſti duo motus fuerint poſiti A
in corporibus naturalibus, hoc eſt, intelligantur vt cę ici,
poſsibile reuertetur impoſsibile, hoc eſt illud quod erat
poſsibile ad imaginationem, non amplius erit poſsibile,
naturale: ſequeretur enim in eadem ſpecie eſſe contrarie-
tatem, quod ſecũdum naturam eſt impoſsibile, tum quia
tunc vna res eiuſdem ſpeciei deſtrueret ſe ſecundum ſpe-
ciem, tum quia aliqd eſſet ocioſum, vt deductum eſt, quę
ſecundum phyſicam conſiderationem, ſunt impoſsibilia:
ſecundum tamen mathematicam, non ſunt impoſsibilia:
nam mathematici, hoc eſt, abſtrahendo motus à corpore
naturali, vt mathematici abſtrahunt, imaginarium eſt in
eadem ſpecie eſſe contrarietatem: item & alteram eorum
eſſe ocioſom, cum imaginatio nihil ponat in eſſe. Huꝰ
Exemplũ. ſolutionis ponit exemplum, quod eſt Ariſtote. primo de
Anima. Nam ſolet quæri, vtrum ſphæricum poſsit tange
re planum in puncto. Soluit Auerroes ſphęricum & pla-
num poſſe conſiderari ſecundum phyſicum modum, hoc
eſt ſphæricum & planum, vt ignea vel terracea, vel coeli-
ca, vel lignea, & eiuſmodi: & hoc pacto nunquam ſphæri B
cum tanget planum in puncto, quia licet ſit dare minimũ
ſub hac conſideratione: non tamen illud eſt indiuiſibile.
At ſi conſiderẽtur ad modum mathematici, qui fingit in
diuiſibile, & imaginatur perfecte planum, & pfecte ſphę-
ricum, ſic poſſunt intelligi ſe tangere in puncto. Eodem
modo de motibus circularibus dici poteſt: nam ſi cõſide-
rentur in illo priori in quo abſtrahunt à corporibus natu
ralibus, vt ſic ad imaginationem poteſt intelligi contra-
rietas. Sin autem conſiderentur, vt ſunt cęlici vel tales, ut
ſic non poteſt in illis eſſe contrarietas: hæc Auerroes.
Comẽ. 15. Vbi animaduerſione dignum, vt ſexto Phyſicorum dixi
Declaratio poſitionis Auer. mus, quod ex eiſdem ſubiectis & prædicatis poteſt fieri
propoſitio vera, & propoſitio impoſsibilis: quia, vt logi-
Eadẽ ppõ reduplicatiue, & abſolute ſũpta, & vera & falſa eſſe põt. ci dicunt, aliter ſupponunt: licet non aliter ſignificent: ver
bi cauſa, hæc eſt vera, motus poteſt velocitari in infinitũ
inquantum motus, & illa falſa, motus poteſt velocitari in
infinitum, vbi patet eadem eſſe ſubiecta, & prædicata,
licet non eodem modo ſumantur, ꝙ prima ſit vera, pro-
baui in noſtris codicillis contra Sorticolas, quia illa offi-
ciabiliter ſecundum Alexandrum & Philoponum debet C
probari. Nam illa propoſitio, motus poteſt velocitari in
infinitum inquantum motus, eſt vera, quæ adæquate ſi-
gnificat motum poſſe velocitari in infinitum inquantum
motus: igitur motus poteſt velocitari in infinitum inquã
tum motus. Quod vero illa abſoluta ſit falſa: patet, quia
nec motus coeli poteſt velocitari in infinitum, nec motus
ignis, & ſic de cæteris: igitur nullus motus. Dico igitur ꝙ
ex eiſdem ſubiectis & eiſdem prædicatis poteſt propoſi-
tio effici vera, & effici falſa: uera quidem ſi ex illis redupli
catiua fiat propoſitio, quę officiabiliter probetur: falſa ve
ro, ſi ex illis fiat abſoluta, quæ probetur reſolubiliter, vel
exponibiliter. Ex his facile poteſt patere ſolutio Auer.
Nam ſi propoſitio componatur reduplicatiue, videlicet
motus circulares ſunt contrarij, vt motus circulares, eſt
vera de motibus, qui intelliguntur fieri circa idem centrũ
& ſuper eiſdem poſsibilis, & de contrarijs terminis ſuper
idem ſpatium. Sin autem propoſitio ſit abſoluta, eſt fal
ſa, quia de nullis motibus particularibus poteſt eſſe uera,
quia nec de motibus coelicis, nec de igneis, nec de eiuſmo- D
di talibus. Verum ſi quæris declarationem maiorem,
vide quę diximus ſexto Phyſicorum: nam ibi abunde dif
ficultatem ſimilem pertractauimus. Vbi nolo te igno
Com. 16. Nota hanc expõnem egregiã. rare aliquid conſiderari ſecundum modum mathemati-
cum: quod tamen non attinet ad ſcientiam mathematicã,
vt motus ipſe in vniuerſali, vt abſtrahit è corporibus na-
turalibus, conſideratur ſecundum modum mathemati-
cum: qui tamen non attinet ad ſcientiam mathematicam.
poteſt enim vnus artifex in conſiderando ſubire modum
alterius artificis: qui tamen non eſt ille artifex, vt phyſi-
cus qui motum illo pacto conſideraret, ſubibit modũ ma
thematici: qui tamen ſic conſiderando non erit mathema

A ticus. Cauſa autem eſt, quia ſimile alicui non eſt idem il
li: phyſicus itaq; ſic conſiderando motum, eſt ſimilis ma-
thematico, quia eo modo motum conſiderat, quo mathe
maticus ſua conſiderata conſiderat: non tamen phyſicus
ſic conſiderando eſt mathematicus, quia ſic conſideran-
do motum, non conſiderat ea quæ continentur ſub ſubie-
cto mathematicæ ſcientiæ: igitur ſic conſiderando ſubi-
bit formam mathematici, & tamen non erit mathemati-
cus: hæc tu animaduertas: nã dum eram iunior, mihi hæc
ſolutio Auerrois ſemper fecit difficultatem: hęc de expo-
ſitione Auerrois.

Sed cum de his perſpicuum ſit, & de reliquis De infinito hoc ipſũ.
conſiderandum erit: & primo, vtrum ſit ali-
quod corpus infinitum: quemadmodum com
plures antiquorum philoſophorũ putauerunt, Hoc illud.
an hoc ipſum ſit vnũ aliquod impoſsibilium.

Quid hactenus Ariſtoteles egit, nõ omnes eodem mo Quę Auer. Com. 31.
B do dicunt. Auerroes vult Ariſtotelem declaraſſe corpus
rotundum, quod eſt coelum, eſſe quintam naturam, & a-
liam ab elementis, & ꝙ eſt neq; graue neq; leue: itemq;
nec generabile, nec corruptibile. Expoſitor & rectius, Quæ Expoſitor.
vult Ariſtotelem demonſtraſſe vniuerſi perfectionem,
declarando ex quibus & quot partibus eius perfectio cõ
ſtabit, ſed quid proponat facere, nemo dubitat, cum ipſe-
met dicat: inquit enim & primo vtrum ſit aliquod corpꝰ
infinitum, quemadmodum complures antiquorum phi-
loſophorum putauerunt, an hoc ſit vnum aliquod impoſ
ſibilium, hæc ſine dubio eſt capitis intentio. Sed cur Ari-
ſtoteles hoc in libro hanc aggrediatur pertractationẽ, nõ
eodem modo omnes commentantur. Auerroes arbi- Quę Auer. Com. 11
tratur hoc eſſe de per ſe quæſitis in hoc libro. Vnde dicit
vult modo perſcrutari de accidentibus quæſitis in eo cor
pore, quorum vnum eſt ſi ſit finitum vel iſinitum. Aliud
eſt, ſi ſit vnum an plura? quare ſecundum Auerroem de
hoc Ariſtoteles nunc agit, nulla alia ratione, niſi quia eſt
de per ſe quæſitis & intentis in hoc libro. Expoſitor no Quę Expoſitor.
ſter velle videtur hoc non eſſe de per ſe quæſitis, ſed tra-
C ctari tanquam conſequens ad alia. Nam cum declarauit
perfectionem uniuerſi, demonſtrando ex quot & quibus
conſtat, erat cõſequens agere de illius vnitate, & quia nõ
nulli vnitatem tribuerunt infinito, erat conſequens per-
tractare ſi vniuerſum ſit infinitum, ita vt propter hoc ſit
vnum, an ſit finitum, & cum hoc vnum? Ego autem pu-
to hoc eſſe de per ſe quæſitis, vt Auerroes credidit, nam
qui de uniuerſo pertractat, oportet non tantum pertracta
re ex quibus & quot partibus conſtat, ſed an tale vniuer-
ſum ſit conſtans, ſit finitum vel infinitum, an vnum vel
plura, an factum vel ęternum. Verum cum hoc nihil pro
hibet poſſe tale quæſitum conſequi ad aliud, vt Thomas
autumat: non enim puto abſurdum aliquod vnum eſſe ꝑ
ſe quæſitum in aliqua ſcientia, & ſequens ad dicta. Arbi-
tror etiam hoc eſſe quæſitum in hoc libro propter antiqs,
qui opinati ſunt vniuerſum eſſe infinitum: quare multifa
riam eiuſmodi erat quærendum. Thomas noſter dicit,
quòd quia Ariſtoteles de infinito nunc aggreditur diſpu
tãdo ſi vniuerſum ſit infinitum vel finitum: & infinitum
D triplex eſt, magnitudine, multitudine, & duratione: ideo
primo diſputabit, ſi vniuerſum ſit infinitum magnitudi-
ne, (vt nonnulli veterum arbitrati ſunt.) Secundo, ſi ſit in
finitum multitudine, ut Democritus autumat, qui poſuit
infinitos mundos. Tertio, ſi ſit infinitum vel finitum tem
pore, vt Plato, qui dixit vniuerſum eſſe factum, & dura-
tione finitum à parte ante. Empedocles dixit ipſum fini-
tum vtraque ex parte. Quare velle videtur hæc tria eſſe
quæſita nõ per ſe, ſed quæ ad alia conſequũtur. Nã illud
quęſitũ ſi ſit vniuerſum vel ne infinitum: ſequitur ad quę
ſitum de unitate. Cętera ſequuntur ad quęſitum de infini
tate. Nos vero diximus hæc eſſe quæſita per ſe, cum quo
ſtare poſſet eſſe qſita cõcomitantia: verũ de his ſuo loco.

Dubitatio. Solo Auer. Cõm. 31.

Sed occurres: nam tertio Phyſicor. de infinito egit, & copioſe. Igitur hic non debet iterum de infinito aggredi. Auerroes ſoluere videtur hanc dubitationem, & vult hic & ſupra eſſe de infinito pertractatum, verum non eodem modo. Nam illa pertractatio tertij libri Phyſico. erat vniuerſalior: hæc particularior. Hæc. n. eſt ſi vniuerſum ſit infinitum, & ita hæc conſideratio eſt particularis de vniuerſi infinitate. Illa vero eſt vniuerſalis ſi ſit aliquod corpus infinitum: ſignum autem eſt, quia illic ſoluẽdo diſtinguit de infinito per actum & potentiam, quæ diſtinctio videtur metaphyſica, & vniuerſalis, at hic cum nõ ita vniuerſaliter loquatur, illius diſtinctionis nihil meminit. Secundo hæc pertractatio eſt firmior & non ex ſuppoſitione. Illa vero tertij libri Phyſicorum eſt ex ſuppoſitione, ſupponit enim quatuor eſſe el'nta, vnũ q̃ntum corpus, at hæc demonſtratio illud ſuppoſitum probauit, quare hæc demõſtratio eſt firmior & propinquior certitudini. Quibus perſpicuum eſt hãc pertractationem nõ eſſe vanam.

Res ſeſe habeat. Seſe hře.

F Hoc enim an illo modo res ſeſe habeat: non parum: ſed totum atq; omne ad veritatis contemplationem refert.

Parum.

Dictam intentionem nunc probat, & ſyllogiſmus eſt, quod nõ parũ refert, ſed totum & omne ad veritatis contemplationem, quæ eſt de rebus naturalibus in hoc libro pertractandis, eſt in naturali philoſophia & in hoc libro pertractandum, ſubdit minorem, et inquit. Hoc. n. an illo modo res ſeſe habeat, non parum, ſed totum & omne ad veritatis cõtemplationem, ſupple quę eſt de rebus naturalibus refert, igitur in hoc libro eſt de infinito pertractandum, de ratione vt vides ſolum minorem dedit. Cõcluſionem ſuperius et poſtea adijciet, minorẽ prętermiſit vt ſui moris eſt.

Aliquid parum.

Verborum declaratio.

Quo vero ad verba attinet, animaduerſione dignum per veritatem intelligere cognitionem quæ eſt de rebus naturalibus, non. n. loquitur hic vt in ſecundo metaphyſicę, ſed vt in primo de anima, qui per veritatẽ intellexit ſcientiam naturalem, quæ eſt de rebus naturalibus, dixit vero totum, & omne referre ad veritatis contemplationem, nam totum intellexit quo ad totalem ſcientiam naturalem, omne vero, quo ad omne quęſitum in ſcientia naturali. Sic. n. vel aliter ſeſe habere facit differentiam in tota ſcientia naturali, & in omni quæſito ſciẽtię naturalis, vt dicetur. G

Tex. 2.

Quę Auerr. Com. 33.

Auer. vero per totum intellexit vniuerſum, p omne intellexit elemẽta, quæ ſunt principia conſtitutiua vniuerſi, eſt igitur ſenſus q ſic vel aliter dicere, differẽtiam facit in toto mũdo, & in omne hoc eſt, & in omnibus principijs mundi, quæ ſunt elementa. Nam qui ponit infinitũ eſſe mundum, cogitur dicere omnia, vel vnum elementum eſſe infinitum, qui vero ponit mundum finitum, dicere cogitur omnia elementa eſſe finita ex quibus conſtat. Item qui ponit infinitum, dicere debet vnum eſſe mundum & infinitum, qui vero ſecus dicit, & de mundo ſecus etiam cogetur dicere, igitũ ſic vel aliter dicere de mundo, duplicem facit differentiam, quia primo in toto mundo, ſecundo in partibus, hæc Auerro.

Qualis exp õ Auer.

Sed non placet, quia Ariſtoteles loquitur de infinito in vniuerſali, probat enim in ſcientia naturali eſſe agendum de infinito. Et propterea conſentaneum eſt, vt velit dicere q ſic vel aliter dicere facit differentiam in tota ſcientia naturali, & in omni quæſito naturalis ſcientiæ propter rationem dicendam ſtatim. H

Fuit. Fuit in præterito. Erit in futuro.

Etenim hoc ferè contradictionum omnium his qui de natura aliquid enuntiarũt: principiũ & fuit: & erit ſanè.

De infinito fuerunt duæ ſectæ, quę tñ omnes in ea conueniunt q ipſum ponunt principium rerum naturalium. Altera poſuit infinitum eſſe omnium rerum naturalium principiũ quaſi materiale, vt Anaxagoras, Parmenides, & Meliſſus. Altera poſuit finitũ eſſe rerum naturaliũ principium, vt Empedocles & phyſici. Qui poſuerunt infinitum eſſe principium materiale, dixerunt res naturales fieri ex illo quaſi per ſeparationem, & quia illud principium eſt infinitum, rerum naturalium generationem dixerunt nunq̃ deficere. Qui vero illud principium materiale dixerunt finitum, dixerunt res naturales fieri ex illo per congregationem, vt dixit Empedocles, qui tenet materialia principia finita, & dicit generationẽ rerum naturalium fieri per illorum principiorum cõgregationem, hi ſi dicant generationem nunq̃ deficere, propterea illud aſſerunt, quia res naturales reciprocè generari & corrumpi arbitrantur. Ex his facile colligitur, ſic, vel aliter loqui de infinito eſſe principium contradictionum his q aliquid de natura enuntiarunt. Nam qui ponunt infinitũ ex parte principij materialis, hi loquuntur de generatione rerum naturalium per illum modum, vt diximus. Qui vero ponunt finitum, loquuntur aliter de generatione rerũ naturalium. Componatur igitur ſyllogiſmus ſic, quo probaĩ minor, erat enim minor proximi ſyllogiſmi hæc, hoc enim an illo modo res ſeſe habeat, non parum ſed totum ad contemplationem rerum naturalium refert, ſyllogiſmus hanc probans eſt, differẽtia in principio eſt cauſa maximæ differentiæ in his quæ ab illo principio proficiſcuntur, hoc an illo modo res ſeſe habeat, eſt principium rerum naturalium, vt patet per hæc, quæ nunc diximus, igitur eſt cauſa differentiæ in his, quæ proficiſcuntur à principio, & maximæ differentiæ. De ratione hac ponitur minor dumtaxat.

Syllogiſm.

Quæ auer. com. 33.

Auerroes verò velle videtur problema de infinito facere differentiam in mundo vel principijs mundi. Vnde ſic vel aliter problema illud de infinito determinare multiplicem facit diuerſitatem in mundo. Primò efficit differentiam in principijs mundi, quia qui dicit mundi principia eſſe infinita, vt pote elemẽta eſſe multitudine infinita, Cogitur dicere de mundi principijs aliter, q̃ qui dicit illa eſſe numero finita, igitur ex diuerſa problematis terminatione prima differentia oritur ex parte elemẽtorum, quæ ſunt principia mundi.

1. dña.

Secunda.

Secunda eſt ex parte mundi, qui ex illis elementis conſtat, nam qui terminat problema ad partem affirmatiuam de infinito, cogitur dicere mũdum eſſe infinitum, & vnum, qui ad partem affirmatiuam de finito, non cogitur dicere mũdum eſſe infinitum & vnũ, immò cum multitudine finita prĩcipiorum, ſtat mũdum eſſe finitũ & plures.

Tertia.

Tertia differentia eſt, qa qui mundum dicit infinitum, cogitur dicere ipſum nõ eſſe factum à primo omnium principio, videlicet deo, qui vero diceret mundum eſſe finitũ, poteſt dicere mundũ fieri à deo. Quare tertia differentia quæ inde oritur, eſt differentia in primo principio, quod eſt deus. Vltima differentia eſt in omnibus rebus. Nã ſi ex diuerſa determinatione illius problematis exoritur differẽtia in primo principio, quod eſt deus, exorieĩ differentia in omnibus rebus, quæ à deo dependent, quippe cùm differentia in principio in omnibus principiatis differẽtiam efficiat, hęc Auerro.

Infinitum triplex.

Vbi animaduerſione dignum eſt triplex eſſe infinitum, videlicet quantitate ſiue magnitudine, numero ſiue multitudine, & tpe ſiue duratione, oſtendit igitur Auer. per ordinẽ diuerſam terminationem problematis de infinito quouis H horum trium modorũ facere differentiam in mundo maximam, & per ordinem dicamus, qui mundum dicit infinitum magnitudine, cogitur dicere ipſum nõ habere principium, nec nouum, nec ęternũ. Et hoc Henricus doctor ſolennis tenet & theologicè ſentiendo, vult enim nullum infinitum corpus poſſe habere agens. Alij catholici dixerunt infinitum corpus deum poſſe producere, & tñ nullũ corpus infinitum deum poſſe producere, verum hanc diſputationem catholicis omitto, illud vnum ſupponamus phiſicè ſentiendo corpus infinitum in actu non eſſe effectibile, qm̃ eo ipſo, quod eſt effectum, erit terminatum & finitum. Qui vero mundum dicit magnitudine finitũ, non cogitur dicere ipſum eſſe indepẽdens, à deo, quia finitum poteſt dependere ab infinito. Secundò q dicit mundos

Qui vero catholici ac pii ſũt, eiuſmodi q̃ſtiones vanas atq; inutiles prorſus aſpernant ac fugiũt, deũ oĩpotẽtem ſimplr confitentes.

eſſe

eſſe plures, vtpote infinitos multitudine, cogitur dicecere plura prima principia, immo infinita prima. Nã vt dicemus ex vnitate mundi concluditur vnitas motoris, qui vero è contra dicit, vtpote mundum vnum, hic vnum primum motorem eſſe cogetur dicere.

Tertio qui dicit mundum eſſe infinitum tempore ſiue duratione; quod Auerroes appellat antiquum, poteſt ponere agens eius eſſe incorporeum, & indiuiſibile; vt eſt opinio Ariſtotelis qui ponit cœlum æternum, & eius efficientem cauſam æternam & impartibilem. qui vero dicit mundum eſſe duratione finitum, hoc eſt nouum, cogitur ponere eius generans eſſe corpus. deducit, quia omne quod de nouo generatur, prius alteratur. Alterationis.n. finis eſt generatio. Quare generans mundum erit. At alterans eſt corpus. probauit enim in libro de Subſtantia orbis, primum alterans eſſe corpus, primum vero mouens eſſe virtutem extra corpus, igitur tale alterans erit corpus. Quæratur vlterius de tali alterante, vtrum ſit genitum, vel æternum. Si genitum, adhuc aliud habebit generans, & ibitur ad infinitum. Sin autem tale alterans generans ſit æternum, quæretur quare genuit mundum potius hac in hora, quàm in alia, quare oportet dicere ipſum genuiſſe mundum in hac hora potius, quia hac hora certa affectione diſponitur magis quàm alia hora. Contra arguit, quia tunc tale generans æternum mouebitur quodam alio motu à locali æterno, quod eſt impoſſibile. nam dictum eſt in libro de Generatione, corpus æternum generare de nouo aliqua, & quædam corrumpere per appropinquationem atque remotionem. Solutio enim ob appropinquationem ad apicem noſtrum generat, ob remotionem corrumpit. Quare, ſi tale corpus alterans æternum generabit mundum in hac hora, oportet illud eſſe, quia mundo nunc eſt vicinius quam prius erat. Phyloſophi enim ab æterno corpore nunquam poterunt nouum fieri arbitrari, niſi hoc pacto per appropinquationem. Vltra, ſi illud æternum alterans generat mundum, quia ſibi eſt nunc magis propinquum quam antea, relinquitur mundum de nouo effectum contineri á tali corpore æterno alterante, quemadmodum generabilia continentur á cœlo, vel ſaltem generans & mundus, qui ab illo generatur, cõtinebuntur ab vno communi tertio corpore, quare mundus effectus erit quaſi quædam pars corporis illius continentis, quod eſt quaſi quidam mundus extrinſecus. Quibus patet quouis modo loquamur de infinito ſiue magnitudine, ſiue multitudine, ſiue duratione, illud eſſe cauſam differentiæ in mundo, & in eius principio. Vltimo. Auerroes declarat diuerſam terminationem problematis de infinito eſſe non modo cauſam differentiæ in naturali philoſophia circa quæſita, quæ dependent ab illo problemate, ſed in legibus humanis, & diuinis, quas homines ponunt ad bonum hominum. Nam qui ponit mundum finitum, dicit ipſum eſſe factum & deum eſſe mundi factorem, qui poneret ipſum infinitum, non poſſet dicere deum eſſe mundi cœli & terræ creatorem. Addit vero obiter Auerroes eiuſmodi leges eſſe poſitas voluntarie ſecundum inclinationem gentium, quibus leges dantur. Nam ſi gentes magis inclinantur credere facturam mundi, ponitur lex quòd mundus ſit factus. Si æternitatem, vt chaldei, Lex erit quòd non ſit factus, & in cæteris id genus ſimiliter arbitratur Auerroes, & non modo in ſpeculabilibus, ſed in operabilibus. nam, ſi gens eſt inclinata ad luxuriam, legiſlator ponit vxorum multitudinem & bigamiam. Sin autem ad continentiam, ponit vnitatem vxorum, & dè cæteris id genus eodem modo ſentit. Sed in tribus Auerroes deficere videtur, primo quia Ariſtoteles

Contra Auerroem.

A loquitur de infinito non contracto ad mundum. inquit enim ſere contradictionum omnium his, qui de natura aliquid enunciarunt principium & fuit & erit ſanè, ecce quòd loquitur de tota natura, et non de mundo ſolum, vt etiam ex textu proximo patet totum atque omne referre ad veritatis contemplationem, igitur loquitur de infinito vniuerſaliter & non de infinito contracto ad mundum, quaſi velit Ariſtotelis dicere quòd attinet ad Philoſophum naturalem terminare problema de infinito, & ſpeciatim de infinito mundo in hoc libro, generatim in libro Phyſicorum, probat autem Ariſtoteles generatim problema de infinito eſſe á naturali Philoſopho terminandum, quia ſtatim patet problema de infinitate mundi eſſe hic diſputandum, & hoc Auerroes non vidit. Mos enim Ariſtote. eſt (vt dicit Simplicius) probare vniuerſale, & particulare omittere, modo illud particulare ex vniuerſali probato ſequatur.

B Secundo deficit, quia non eſt verum, quod ſi mundus ſit de nouo, agens illum ſit corpus. Nam non omnis noua productio eſt generatio (vt putat ipſe) nos enim tenemus aliquid fieri de nouo, & non per generationem, ſed per creationem ex nihilo, & tale agens per creationem non eſt corpus, immo eſt ſubſtantia, et intellectuale agens, quod agit mere libere & contingenter. proceſſus enim Auerrois haberet locum, quando mundus fieret de nouo per veram generationem, quæ eſt finis alterationis, quod nos negamus. Tertio multo magis errauit hic vir credens leges diuinas eſſe datas hominibus ſecundum illorum inclinationem, hoc enim ſi verum ſit de lege corum porcina, de noſtra mentitur. Nam ea quæ traduntur in noſtra lege, quãtum ad ſpeculabilia ſunt vera, & non accepta á noſtra inclinatione. Immo ſacri homines, non potuerunt illa gentibus perſuadere niſi miraculis, & certaminibus mortis, quantum vero ad agibilis, quæcunque in noſtra religione tradũtur, ſunt

C moraliter tradita, immo (vt alias diſputaui) religio chriſtiana prætermiſſis creditis, nihil aliud eſt niſi philoſophia peripatetica, vt expoſitor in libro Ethicorum & politicorum enititur ſemper verificare. nihil enim in noſtra lege ponitur á ſacris, quod ſit contra bonum moris, quare quæ dixit Auerroes ſi vera ſunt in eius lege, in noſtra ſunt erronea. Nam illa eius eſt hominis, lex noſtra vero dei, in cuius actione non cadit error.

Nõ humana voluntate, ſed ſpũ ſctõ afflate locuti ſunt ſcĩ Dei hoĩes

Siquidem & paruus exitus à veritate ſit his, qui receſſerunt, ſi longe progrediantur, infinities maior: veluti, ſi quiſpiam magnitudinem aliquam minimã dixerit eſſe: hic enim minimam introducens, maximas rerum mathematicarum dimouebit. huius autem cau-

D ſa eſt, quia principium virtute maius eſt quã magnitudine: idcirco quod in principio paruum eſt, id in fine ſit longe maius. Infinitum autem & principij, & quantitatis maximam vim habet. Quare non eſt abſurdum, neque rationis metam egreditur, admirabilem differentiam eſſe ex eo quod quiſpiam aliquod curpus eſſe in rerum natura infinitum accipiat, quam orbem à principio repetentes, de ipſo dicamus oportet.

Exitus. Egredi Digreſſus Infinities maior. Decies millies maior. Qui receſſeſt. Qui defecerunt. Qui digreſſi ſunt deuiantibus. Longe. maius.

Probat maiorem proximi proſyllogiſmi, quæ erat quòd differentia in principio eſt cauſa maxime differentiæ illorum, quæ ab illo principio proficiſcuntur, & componitur ratio hoc pacto, paruus exitus á veritate,

Multū magnum valde magnum. In græco nō eſt totū illud Si lōge pgrediant. Sed illud dūtaxat eſt lōge vel pcul, additū tñ ē ad ſenſū Simplicii & aliorum.

tate, videlicet principij, fit his, qui receſſerunt, ſi longe progrediantur, infinities maior: qui erat in principio, exit à veritate, igitur qui errat in principio, pro grediendo longe, errabit decies milles magis. huius maiorem expoſitor patere dicit ex errore viarum. quia cui parum à recta deuiat via, ſi longe progreditur, fit multum longe. Ariſtoteles probat illam exemplo Mathematicorum. Nam ſi quis indiuiſibilem magnitudinem introducat in mathematica, vt Democritus inquit, corpora atoma, hic maximas rerum mathematicarum deſtruet, vtpote quòd lineam datam contingit ſecare in duo media, quòd continuum ſit diuiſibile in ſemper diuiſibilia, & cætera eiuſmodi. huius cauſam aſſignat ex eo quia principium eſt virtute magnum, quantitate paruum. vt ſemen arborum eſt arborum comparatione paruum, attamen virtute maximum eſt. Infinitum vero habet rationem principij, omnes enim qui infinitum poſuerunt in rerum natura, ipſum habere rationem principij dixerunt, vt patet Tertio Phyſicorum. Accedit ad hæc quòd infinitum eſt quantitate magnum, habet enim infinitum rationem principij, & eſt magnum, quare non eſt diſſonum quòd errare in illo ſit cauſa multorum errorum in proceſſu pro, pterea concludit eſſe de infinito repetendum.

Auer. cō 33.

Auerroes vero declarat paruum errorem circa principium dilatari in proceſſu, Tum exemplo viarum, Tum exemplo ęgrotationum. In ægritudinibus enim paruus motus vel error factus in principio vel à medico, vel ab īfirmo fit magnus in fine, vt experientia docet. Secundo debes ſcire vt Auerroes ait, quòd ponere magnitudinem indiuiduam, vt ponit Democritus, eſt cauſa magnæ differentiæ dupliciter, vel quia facit differentiam in redendo cauſas diſpoſitionum entium, qui enim ponit corpora atoma, cogitur ponere omnia eſſe indiuidua, quoniam indiuiſibile additum indiuiſibili non facit maius, itemque cogitur dicere nullum corpus eſſe altero maius, vel minus, & multa alia. quare non dices ſic reddere cauſam accidentium entium, vel quia ſic dicens facit differentiam in reddendo cauſas diſpoſitionum entium, & cum hoc dicit quædam quæ pro vtraque parte ſunt probabilia. poſitio enim Democriti habet multas rationes, & illa Ariſtotelis etiam, quare facit differentiam ex parte principij, quod ſui natura eſt varium, & ex parte eorum quæ proficiſcuntur ab illo, vt in libris Mathematicorum conſtat. Qui igitur ponit indiuiduas magnitudines dupliciter efficit differentiam, ex parte eius quod dicit, quod eſt pro vtraque parte probabile, & ex parte eorum, quæ ad illud quod dicit, ſequuntur. Tertio debes ſcire, vt Auerroes inquit, hæc quæ Ariſtoteles hic ait eſſe dicta ad documentum, documentum eſt, vt ſemper circa principia fiat magnus ſermo, nam ſermo de principijs eſt quaſi de omnibus ſermo, principium ſiquidem ſit omnia, quæ ab illo ſequuntur. Quarto debes ſcire, vt Auerroes ait & recte, quòd illæ duæ poſitiones de corporibus, vtpote illa Ariſtoteles quæ dicit, omne corpus eſſe finitum, vel illa Democriti quæ dicit corpora minima, & illa quæ dicit corpus aliquod eſſe infinitum, ſunt diuerſæ & oppoſitæ. diuerſæ quidem quantum ad hoc, quia vna non eſt alia, & ita diuerſæ in ſe. Oppoſitæ vero quo ad ea, quæ ſequuntur ad illas. Nam ad dicentes corpus infinitum, ſequitur corpus illud eſſe infinitæ potentiæ. Ad dicentes nullum corpus eſſe infinitum, ſequitur omne corpus eſſe finitæ potentiæ Nam potentia ſequitur magnitudinem, adeo quòd in maiori quanto eſt maior virtus, in minori vero minor. Vltimo debes ſcire. quòd, ſi corpus infinitum ſit principium, tunc vt dicit Auerroes non

Prīcipiū debet eē pliꝫ

E eſt mirum quòd antiqui maximam ſecerunt moram circa illud, ita vt quidam dicant corpora atoma, vel ex atomis, vt Democritus, alij corpora finita ex finitis. Alij infinitum ex infinitis. Sed circa hæc nobis maxima exoritur difficultas. Nam duplicia ſunt principia in propoſito, cognitionis, quæ dicuntur in ſcientia poſitiones, dignitates, ſuppoſitiones, & id genus, & eſſendi, quæ ſunt illa, è quibus omnia cōſiderata in ſcientia componuntur, vel proficiſcuntur. verbi cauſa, in Naturali philoſophia principia cognoſcendi ſunt motus eſt, plura entia mobilia ſunt, & cætera id genus, quæ neceſſe eſt quemlibet diſcentem naturalem philoſophiam habere, eſſendi vero ſunt materia, forma, & agens, & finis, è quibus res naturales conſtat. Modo dubitatur de quibus principijs loquitur Ariſtoteles, vel eſſendi, & falſum eſt quod dicit, non enim oportet principia eſſendi eſſe poteſtatē cognoſcendi omnia in ſcientia conſiderata, vt conſtat. Sin autem in- F telligat de principijs cognoſcendi, non eſt verum infinitum eſſe principium cognoſcendi. Quare quæ dixerunt Ariſtoteles & expoſitores quæſtione non carent. Dicerem nunc, quicquid alias dixerim, principia eſſendi eſſe principia cognoſcendi in ſecundo proceſſu. Eſt enim in naturalibus duplex proceſſus, quia ab effectu in cauſas, & propter quid, à cauſis ad effectus. principia igitur cognoſcendi ſunt principia cognoſcendi in omni proceſſu, in omni enim proceſſu illa ſupponuntur tanquam dignitates, eſſendi vero principia ſunt cognoſcendi in ſecundo proceſſu. non enim poteſt aliquis effectus reſolutorie intelligi niſi ad principia eſſendi reducatur. Dico igitur, quòd Ariſtoteles intelligit de principijs eſſendi, quale creditur eſſe infinitum, quod alij poſuerunt ex parte materiæ, alij ex parte agentis, vt patet tertio phyſicorū, & concedo principia eſſendi non eſſe poteſtate omnia G cognoſcibilia in omni proceſſu, ſed bene in ſecūdo proceſſu. Nam res naturales niſi reſoluātur ad principia eſſendi, nūquam ſecundo proceſſu reſolutorie cognoſcuntur. Hæc de dubitatione.

Duplex principiū. Cognitionis eſſendi.

Sed quærunt, vtrum infinitū ſi eſſet, haberet rationē principij. Et videtur quòd non, quia hæc eſt vna hypothetica, cuius oppoſitum conſequentis ſtat cum antecedente, ſtat enim ad imaginationem infinitum eſſe, & non habere rationem principij. Nam principium ſemper vult eſſe extra principiata, eſt enim principium, aut cuiuſdam, aut quorūdam, vt in libro Phyſicorum. Primo dictum eſt, at extra infinitum nihil eſſe poteſt, cum totum occupet. Arguatur igitur, ſi infinitum eſſet, extra infinitum nihil eſſet. Si extra infinitum nihil eſſet, non eſſet principatum, quoniā extra principium eſt principiatum, igitur à primo ad vltimum ſi infinitum eſſet, nō haberet rationem principij. In contrarium eſt Ariſtoteles hic & tertio phyſicorum qui vult illam hypotheticam eſſe neceſſariā.

Quæſtio.

H Pro quæſtionis ſolutione debes ſcire quòd quadruplex eſt infinitum. Aliud quidem duratione, vt motus, cœlum, & omne quod tempore ęterno permanet. Aliud vero magnitudine, vt corpus infinitum extra quod nihil eſt, nec eſt intelligibile eſſe. Aliud multitudine vt numerus lapidum infinitus, vel aliorum talium. Quartum eſt infinitum virtute, vt Deus. Vnde hæc diſtinctio poteſt ſic reduci, quia omne infinitum aut eſt quantitate, aut qualitate. Infinitum qualitate eſt infinitum vigore, vel virtute, vt Deus. infinitum quantitate, eſt iterum duplex, vel continua vel diſcreta. Si diſcreta, ſic eſt numerus rerum infinitus. Si continua vel ſucceſſoria, vt motus, & cœlum, & omne quod eſt in tempore æterno, vel permanente, & ſic eſt corpus extra quod nullum corpus eſt, nec poteſt eſſe, nec in-

Reductio diuiſionis ad duo mēbra.

telligi

telligi eſſe. Sic igitur patet quadruplex eſſe infinitum, & non multifariam. Tunc de infinito qualitate nemo dubitat, omnes enim dicunt illud infinitum ſi eſſet, habere rationem principij. Immo catholici tenent illud eſſe, & eſſe cauſam primam atq; primum omnium principium, quod fortaſſe eſt peripateticum. De infinito vero duratione, dicerem quòd ſi tale infinitum eſſet, haberet rationem principij, ſed non primi principij ſimpliciter in omnibus, nam aliquod tale haberet rationem primi principij, vt primus motor, aliquod vero rationem principij non primi, vt motores orbium, & motus, & coelum, tamen hypotetica eſt neceſſaria. quoniam eſſe non poteſt aliquod infinitum duratione, quin ſit principium vel primarium, vel ſecundarium.

Reſtat videre de infinito magnitudine atque multitudine. Ioannes Gandauenſis inquit, infinitum tale trifariam poſſe conſiderari, vel quo ad quantitatem ipſam, quæ eſt terminis carens: vel quo ad priuationem terminorum, quibus caret, vel quo ad rem ſubiectam quantitati & priuationi, quæ ſunt ſubſtantia ſubiecta quantitati, & priuationi. Modo dicit tria ad quæſtionem. Primo dicit, quòd ſi infinitum ſumitur pro accidente illo, quo ſubſtantia denominatur actu infinita, ſic tale infinitum non habet rationem principij, quoniam nullum accidens ſolum habet rationem principij: at infinitum illo modo eſt accidens. Secundo dicit quòd ſi infinitum ſumitur pro priuatione terminorum, ſic minime habet rationem principij, cum vt ſic, ſit non ens. Tertio dicit quòd vbi infinitum accipitur tertio modo pro ſubſtantia ſubiecta infinitudini, ſic habet rationem principij, quoniam per ſufficientem diuiſionem, vel haberet rationem principij, vel rationem principati. non principati, quia tūc eiuſmodi ſubſtantia haberet principium, quod eſt falſum: eſſet enī illud aut intrinſecum, aut extrinſecū, extrinſecū eſſe non poteſt, quia omne tale eſſet agens, vel igitur nouum, vel antiquum: ſine dubio nouum eſſe non poteſt. tum quia infinita fieret de nouo, & ita eſſet finitum. tum quia agens de nouo eſſet corpus, & ita extra infinitum eſſet aliquod corpus. Nec æternum, quia ab ęterno non prouenit nouum, vnde, ſi infinitum eſſet nec poſſet fieri in tempore, nec ab æterno, reſtat, quòd principium extrinſecum habere non poteſt. Sin autem habet intrinſecum principium, oportet habere materiam & formam. non enim materia cauſat aliquid ſine forma, nec forma ſine materia, vt Philoſophus vbique aſſerit, igitur eſſe finitum, quippe cum forma ſemper finiat materiam, & materia formam, hæc Ioannes. Sed pace ſua dixerim, hic errat multifariam, primo errat cum dicit infinitum ſumptum pro accidente non habere rationem principij, quia nullum accidens habet rationem principij. hoc falſum eſt. tum primo, quia motus coeli eſt accidens, & eſt primus motus, è quo dependent omnes motus. tum ſecundo, quia ſaltem accidens poteſt eſſe principium inſtrumentarium. Vnde in Libro de Senſu dicit Ariſtoteles nullam ſubſtantiam eſſe immediatum principium ſuæ operationis, ſed mediante accidente, ignis enim non calefacit, vt ignis, ſed vt calidus. Præterea, ſemen non generat vt ſubſtantia, ſed vt in ſe detinet virtutem patris, quæ eſt qualitas quædam, vt Ariſtoteles dicit in libro de animalibus. Melius igitur Ioannes dixiſſet infinitum ſumptum hoc pacto pro quantitate non habere rationem principij, quia quantitas non eſt de principijs actiuis. Secundo errat, quia dicit infinitum ſumptum pro priuatione non habere rationem principij, quia priuatio non habet rationem principij, errat enim quia per hanc rationem priuatio non enumeraretur inter principia rerum naturalium; & ſic incideret in opinionem Platonis, quam Ariſtoteles enititur confutare in libro Phyſicorum. Melius igitur dixiſſet quòd ſi infinitum accipitur pro priuatione, non habet rationem principij aliquo pacto quia non opponitur formæ nec poteſt eſſe agens, nec aliquod tale. Tertio errat, quia vbi infinitum acciperetur pro ſubſtantia, nec haberet rationem principij, nec principati. principij non, quia ageret in non tempore, & ita motus in non tempore, conſequens eſt impoſſibile, igitur & antecedens, principiati minime, quia tunc eſſet finitum. Omne enim factum, finitur ab agente. Agens enim non agit niſi intendat: finem omnis autem finis intentus cum ponitur in eſſe, habet eſſe limitatum, & terminatum. Vnde repugnat aliquod eſſe infinitum, & fieri. Quibus mihi videtur eſſe dicendum, quòd ſi infinitum accipitur magnitudine, vel multitudine, tale nec habet rationem principij, nec principati. Cauſa autem eſt, quia impoſſibili poſito in eſſe, ſequitur ſemper impoſſibile: infinitum eſſe eſt impoſſibile: igitur ad illud ſequitur impoſſibile, videlicet eſſe aliquod nec habet rationem principij, nec principati, hoc autem impoſſibile ſequitur ad illud impoſſibile, igitur quouis modo accipiatur infinitum magnitudine, vel multitudine, tale ſi ponatur in eſſe, ſemper ſequitur ipſum nec habere rationem principij, nec principati, vt deductum eſt. Tunc ad Ariſtotelem dico, quòd ille loquitur ſecundum opinionem antiquorum, qui poſuerunt infinitum ex parte materiæ, vt Anaxagoras, vel ex parte motoris, vt Plato. Vnde ſecundum exiſtimationem antiquorum ſi infinitum eſſet, illud haberet rationem principij, ſecundum tamen rei veritatem, quia antecedens eſt impoſſibile, ideo illud nec haberet rationem principij, nec principati, & ita conſequens eſſet impoſſibile. Tertio Phyſicorum aliter quęſtionem hanc diſſoluimus, diximus enim illam hypotheticam eſſe neceſſariam à primo ad vltimum hoc pacto. Si infinitum eſſet, infinitum eſſet ſubſtantia ſeparata. Aliter enim eſſe non poſſet, ſi eſſet ſubſtantia ſeparata, eſſet actus purus. Si eſſet actus purus, eſſet agens. Si eſſet agens, eſſet principium, igitur è primo ad vltimum ſi infinitum eſſet, infinitum eſſet principium. Quod ſi perſtringas quæſtionem, vtrum ſi infinitum magnitudine eſſet, eſſet principium, dico quòd ad hanc quæſtionem ſic reſtrictam valet ſolutio pręſens. dicerem enim quòd ſi infinitum magnitudine eſſet, illud nec eſſet principiū nec principiatum, & hoc quia antecedens eſt impoſſibile, oportet & conſequens eſſe impoſſibile. Quare colligendo hæc cum illis quæ diximus Tertio Phyſicorū, perfectam poteris habere ſolutionem.

Neceſſe igitur eſt omne corpus aut ſimplex eſſe, aut compoſitum. Quare et infinitum ipſum aut ſimplex, aut compoſitum erit. Atqui patet etiam ſi ſimplicia ſint finita, compoſitum neceſſario finitū eſſe, quod enim ex finitis, & multitudine, & magnitudine conſtat, ipſum & multitudine et magnitudine eſt finitum; tantum enim erit quanta ſunt, ex quibus componitur. Reſtat igitur videre, vtrū aliquod ſimplicium corporum infinitū contingat eſſe magnitudine, an hoc impoſsibile ſit, pertractantes itaque de priō corpore, ſic et de reliquis cōſideremus.

Margin notes: Sentētia Gandauenſis (left, beside "tate nemo dubitat"); Que Ioā. (beside "Ioannes Gandauenſis"); Obiectiones cō. Ioā. (beside "pace ſua dixerim"); Pō. ppria. (right, beside "Quibus mihi videtur"); Simplex. Simplicium cōpoſitum cōpoſitorū (beside "Neceſſe igitur"); Quæ ſunt ex qb9 Ex quæſtio. Reſtat Reliquū tractādes (beside "Reſtat igitur videre").

Probauit hactenus quòd de infinito erat in naturali ſcientia agendum, & in hoc libro maxime, at nunc de illo proſequitur, prius tamen dicendorum tangit ordinem. Eſt autem in tractatu de infinito hic ordo ſeruandus, vt primo videatur ſi ſit aliquod ſimplicium corporum infinitum magnitudine. Secundo, ſi aliquod compoſitum ex ſimplicibus. At tractando de finitate corporum finitorum, prius adhuc diſputabit ſi primum corpus vtpote cœlum ſit finitum, poſtea de reliquis pertranſibit. Ad concludendum igitur hunc ordinem procedit compoſitorie ponendo concluſiones, quarum prima eſt, omne infinitum aut ſimplex aut compoſitum eſt. Syllogizat ſic, omne corpus aut ſimplex eſt, aut compoſitum: omne infinitum eſt corpus, hanc minorem ſupponit, igitur concludit omne infinitum aut ſimplex eſſe, aut compoſitum. Secunda concluſio, ſi ſimplicia corpora ſunt magnitudine, & multitudine finita, compoſitum omne ex illis cõſtans eſt magnitudine, & multitudine finitum. Syllogizat, omne conſtans ex finitis magnitudine & multitudine, eſt magnitudine & multitudine finitũ: omne compoſitum ex finitis magnitudine & multitudine conſtat ex finitis magnitudine & multitudine: igitur omne compoſitum ex finitis eſt finitum. Maior patet, quia conſtans ex finitis tantum eſt quanta ſunt ea, ex quibus ipſum conſtat, his duabus concluſionibus ſumptis infert ordinem, & inquit. Reſtat igitur videre, vtrum aliquod ſimplicium corporum infinitum contingat eſſe magnitudine, an hoc ſit impoſſibile, poſtea hoc idem reſtat videre de compoſitis. Cauſa autem ex concluſionibus patet, quia finitudo vel infinitudo compoſitorum ex finitudine vel infinitudine ſimplicium dependet. Secundo patet ex dictis de finitate vel infinitate ſimplicium pertractantes, debere prius agere de finitate atque infinitate primi corporis. Nam elementorum finitas atque infinitas ex finitate illius perfici videtur, hæc Ariſtoteles de ordine dicendorum.

Quæ Auer. cõ. 14.

Debes ſcire quòd Auerro. in ſuis tranſlationibus habet quædam verba, quæ in codicibus græcis non reperimus: & ideo Auerro. laborat circa illa, vbi tria colligit, primo quidem ex verbis illis colligit cauſam, quia vult nunc agere de infinito, & ait hoc velle agere propter oppoſitiones antiquorum, quæ differunt valde. Secundo colligit antiquorum poſitiones differre: quia alij dixerunt illud eſſe ſubſtantiam in ſe conſiſtentem, vt Plato, qui voluit eſſe ſubſtantiam ſeparatam: alij dixerunt illud eſſe corpus. omnes tamen aſſerunt illud eſſe, & magnificarunt ipſum aſſerentes eſſe principium. Tertio dicit, quòd tractatus de infinito non completur, niſi refellantur poſitiones veterum, non tamen oportet eum, qui de infinito agit, contradicere poſitionibus antiquorum, & propterea hic agit de infinito, & non contradicit poſitionibus illorum, tamen in libro Phyſicorum & in libro Metaphyſicæ contradicit. Hæc tria Auerro. ex verbis illis colligit, quæ licet ſint vtilia, in noſtris codicibus illa verba non legimus.

Prĩa ſuppõ.

Dubĩ.

Secundo debes ſcire, quòd Auerro. aliter hunc locum introducit quã nos fecimus, vult enim quòd Ariſto. de infinito nunc proſequatur, & quòd in proſequendo ſtatuat ſuppoſitiones neceſſarias ad propoſitum, & quòd factis ſuppoſitionibus, ponat ordinem, deinde quòd poſito ordine, proſequatur vtendo dictis ſuppoſitionibus: quæ expoſitio mihi non diſplicet, fortaſſe. enim illæ ſuppoſitiones ad duo ſeruiunt, quia ad ordinem dicendorum ſtatuendum (vt nos expoſuimus,) & ad ipſum infinitum refellendum, quod eſt propoſitũ in ordine.

Solu.

Tertio debes ſcire, quòd Auerro. per ordinem examinat ſuppoſitiones, quas putat Ariſtote. ponere. Prima igitur ſuppoſitio ſecundum ipſum eſt, omne corpus eſſe aut ſimplex, aut compoſitum Examinando hanc, dicit illam eſſe aut per ſe manifeſtam, aut ratione

E ne deductam. immo (vt verius loquar) & manifeſta eſt per ſe & ratione deducitur. ſenſu quidem conſtat, quia patet ſenſu omne corpus quod eſt apud nos, eſſe aut ab vno corpore, aut è pluribus corporibus, aut eſſe vnum corpus: vbi ſit ab vno vel pluribus corporibus, eſt compoſitum, vbi vnum ſit corpus, erit ſimplex, ſenſu igitur conſtat omne corpus eſſe aut ſimplex, aut compoſitum. Dubĩ.

Sed occurres & optime, quonam modo ſenſu conſtet hæc ſuppoſitio. non enim aliquo ſenſu patet omne corpus eſſe ab vno, vel pluribus, item nec ſenſu patet corpus eſſe vnum. Solutio. Dici poteſt, quòd omne corpus eſſe miſtum, vel ſimplex patet ſenſu tactus, vtpote ex actione corporis in tactorium ipſum. patet enim tactu aliquod corpus calefacere tantum, aliquod principaliter infrigidare tantum, aliquod humectare, aliquod exiccare.

Item patet tactu aliquod corpus exſiccare & humectare, aliquod frigefacere, & calefacere, aliquod omnia hæc agere: igitur ex operationibus, quę tacto ſentiuntur,

F poſſumus quodam modo concludere corporum aliquod eſſe ſimplex, aliquod miſtum. Nec intelligit hoc patere ſenſu tantum, nulla concurrente ratione, quod vero hæc ſuppoſitio conſtet ratione, declarat reſolutio miſti in elementa, nam nos videmus aliquod corpus reſolui in elementa, vt lignum in ignem, & in cinerem, & tandẽ in elementa & cum in reſolutione nõ ſit ad infinitum ire, ſtandum erit ad ſimplicia, igitur aliquod eſſe miſtum, quod reſoluitur, aliquod ſimplex ad quod ſtat reſolutio. Præterea hæc ſuppoſitio patet ratione, quia probauimus ſupra duplicem motum, ſimplicem & compoſitum: & ſimplicem triplicem, á medio, in medium, & circa medium: igitur conſtat ratione, omne corpus eſſe miſtum, vtpote quod mouetur motu miſto, aut ſimplex quod mouetur motu ſimplici, & propterea concludit ſuppoſitionem hanc eſſe aut per ſe notam, aut ratione conſtare. Secunda ſuppoſitio eſt, omne infinitum ſi eſſet, eſſe ſimplex, aut compoſitum: hanc Auerroes. examinando concludit ex dictis, quia ſi omne corpus ſit aut ſimplex, aut compoſitum, & omne infinitum ſi eſſet, eſt corpus, iure aut ſimplex aut miſtum neceſſe eſt ipſum eſſe. Sc̃da ſuppõ.

G

Tertia ſuppoſitio, omne compoſitum ex finitis ſimplicibus, eſt finitum: hanc examinando probat Auerro. quia trifariam compoſitum aliquod eſſe poteſt infinitum, aut quia vnum componentium eſt infinitum magnitudine, aut quia plura ſunt magnitudine infinita, aut quia componentia ſunt magnitudine quidem finita, multitudine vero infinita, quare patet miſtum nõ eſſe infinitum niſi propter ſimplicia, hanc eandem probat Auerroes inductione. nam miſtum eſt duplex, aliud cuius componentia ſunt in eo actu; vt dictio ex literis, & oratio ex dictionibus, aliud cuius componentia ſunt in eo in potentia, vt miſtum ex quatuor elementis, patet igitur in his miſtum non poſſe eſſe infinitum niſi propter componentia, ex his patet ſuppoſitio. Hæc Auerro. in præſenti textu. Tertia ſup.

Dubĩ.

Sed occurres, quia elementa nõ

H manent in miſto ſecundum eorum dimenſiones, elementa enim in miſto aut manent ſecundum virtutes tantum, aut ſecundum medium inter purum actum & puram potentiam, & quouis modo maneant, certum eſt illa non remanere ſecundum eorum dimenſiones. Quare finitudo miſti vel infinitudo ex elementis proficiſci non poteſt, cum ex non quantis fieri quantum ſit impoſſibile. Dici poteſt elementa manere in miſto ſecundum eorum magnitudines in potentia, & hoc ſufficit. Nam eſſe non poteſt aliquod miſtum actu infinitum, niſi miſcibilia actu ſint infinita, vel fuiſſent iam infinita, vel poteſtate ſunt infinita. Vnde Ariſtoteli ſufficit miſtum infinitum eſſe non poſſe, niſi miſcibilia ſint actu infinita, vel fuerint iam actu infinita, & hoc ſupponit Ariſtote. vel eius ſuppoſitio hoc pacto ſaltem eſt intelligenda. Solutio.

Quod

Quod igitur corpus, quod circulo fertur neceſſe ſit omne finitum eſſe, ex his perſpicuum eſt.


His acceptis, tanquam bonus mathematicus quem imitari conatur quantum poteſt, poni concluſione, concluſio eſt, omne corpus quod circulo fertur, eſt infinitũ: inquit, Quod igitur corpus, quod circulo fertur neceſſe ſit omne finitum eſſe, ex his perſpicuum eſt.} Hęc eſt cõcluſio, dixit autem ex his, non quidem quę dicta ſunt, ſed quæ mox dicuntur. Debes ſcire, quòd dupliciter corpus circulo latum poſſumus probare eſſe finitum, ſimpliciter, & ſecundum quid. Secũdum quid quidem, quoties ſupponitur finitum eſſe ex parte centri atque concaui, & probatur ex parte conuexi atque continentis eſſe finitum: ſimpliciter vero, quoties vtraque ex parte probaretur eſſe finitũ. Ariſtote. igitur probat omne corpus circulo latum eſſe finitum ex parte conuexi atque continentis, & ſupponit omne tale ex parte centri, atque concaui eſſe finitum, hoc autem ideo ſupponit, quia nemo vnquam dubitauit, & ſenſu perſpicuum eſt. Illud quæritur, quia & aliqui dubitarunt aſſerentes cœlum ex parte conuexi eſſe infinitum, & non patet ſenſu. Concluſio igitur eſt omne corpus quod circulo fertur ex parte conuexi continentis eſt finitum. Secundo debes ſcire quòd licet cõcluſio ſit vniuerſalis de omni corpore, quod circulo fertur, tamen illa propriæ non niſi de cœlo intelligenda eſt, de cœlo enim quæſitum eſt vtrum conuexum ſit ambitu infinitum, cum illud ſenſu non pateat, concauum vero eſſe finitum nemo dubitauit, cũ ſenſu conſtet.

Protrahunt. Egredientes excitate Verbũ illud lineę nõ ẽ in græco, ſed vis ſenſus il lud expoſcit

Nam ſi corpus quod circulo fertur, ſit infinitum, infinitæ erunt quæ e medio protrahuntur lineæ.

Poſita concluſione, nunc intendit illam probare: & more boni mathematici facit primo ſuppoſitiones, deinde ex illis probat concluſionem. Prima igitur ſuppoſitio eſt, ſi corpus quod circulo fertur, ſit infinitum & intelligas ex parte conuexi continentis, lineæ rectæ quæ protraherentur è medio erunt infinitæ protenſione. exemplum, ſit corpus quod circulo fertur. A E B, cuius centrum ſit C, dico, quòd ſi ex parte conuexi A E B, tale corpus eſt ambitu infinitum linea C A, eſt infinita protẽſione, & linea C B, etiam & ita omnes lineæ quæ protraherentur, erunt protenſione infinitæ.

Figura oſtendens lineas circulares Tertij corporis eque diſtantes a centro ac rectas eſſe infinitas, ac cauilli contra eam ſolutio.



A Suppoſitionem hanc Ariſtote. non probat. Auerro. autem optime illam deducit, & arguit, illæ lineę è centro protractæ ſunt infinitæ protenſione quæ ad nullam finientur terminanturque circunferentiam. At lineæ. C A, & C B, ſunt eiuſmodi, vt ex caſu aduerſarij conſtat, qui cœlum ait ex parte conuexi infinitum eſſe, & ſic patet ſuppoſitio.

Quæ Auerr cõ. 31.

Itemque & infinitarum talium interuallum erit infinitum etiam.


Secunda ſuppoſitio, ſi corpus quod circulo fertur, ſit infinitum, interuallum linearum infinitarum à medio protractarum erit etiam infinitum, verbi cauſa, ſpacium A B, quod eſt inter C A, & C B, lineas eſt infinitum.

Itẽque. Aũt, vero ſed Verbũ il lud Taliũ, pletũ eſt ſen ſui. Verbum illud Etiam nos ſuppleui mus.

Nec hanc probat Ariſtote. ſed Auerro. nam quanto lineæ exeuntes ab aliquo centro magis ac magis ab B illo elongantur, magis ac magis diſtant, ita vt ſi aliquantulum elongentur aliquantulum diſtabunt, & ſi ad duplum elongantur, ad duplum diſtabunt, & ſi ad triplum elongantur ad triplum diſtabunt. Sed huiuſmodi lineæ ad infinitum elongantur, igitur in infinitum diſtabunt. Quod autem quanto magis ab illo centro elongantur, tanto magis diſtent, probatur, quia vbi magis elongantur, vel æqualiter ſemper diſtabunt, vel minus ſemper diſtabunt, vel ſemper magis diſtabunt: non quanto magis elongantur, ſemper æqualiter magis diſtabunt, quia eſſent parallelæ, ſeu æquidiſtantes, nec quanto magis elongantur, minus diſtabunt ſemper, quia tandem concurrerent, & ita duæ lineæ rectæ clauderent ſuperficiem, contra geometras. igitur quanto magis elongantur, magis ac magis diſtabunt, & per conſequens, Si in infinitum elongabuntur, in infinitum diſtabunt, & ita linearum C A, & C B, interuallum quod eſt, A E B, erit infinitum, quod eſt ſuppoſitio ſecunda.

Quæ Auer. cõ 31.

C **Dico autem linearum interuallum, extra quod nulla magnitudo lineas tangens ſumi poteſt.**



Refellit & nunc cauillum, poſſet enim aliquis dicere ſuppoſitionem ſecundam eſſe falſam, ſupponit enim Ariſtote. interuallum A E B, eſſe infinitum, quod intercipitur inter lineas C A, & C B, egredientes è centro C quod probatur, nã infra interuallum A E B, poteſt ſumi prope centrum C interuallum L M, quod eſt finitum, vt omnibus patet, & interuallum, D F, quod etiam eſt finitũ vt etiã omnibus cõſtat, & iteruallũ GH, Põt

quod etiam eſt finitum vt etiam perſpicuum eſt, igitur & interuallum A E B, per eandem rationem erit finitũ.

Reſponder Ariſtotel. ſe per interuallum linearum egredientium è centro intelligere illud extra quod nulla magnitudo ſiue nullum aliud interuallum lineas C A, & C B, tangens ſumi poteſt, & ita videtur concedere quodlibet interuallum dictarum linearum infra A E B interuallum eſſe finitum, vt cauillus indicat, tamen interuallum A E B, cum ſit vltimum, extra quod nullum aliud accipi poſſit, eſt infinitum.

Declaratio hæc eſt. Debes ſcire quòd refert dicere interuallum vltimum, & interuallum extra quod nullum aliud poteſt ſumi dictas lineas tangens. Vltimum interuallum non eſt dabile, quoniam lineæ illæ è centro in infinitum ducuntur, & ita non eſt deuenire ad vltimum interuallum inter dictas lineas iacens, bene tamen dicere poſſumus in infinitum eſſe aliquod interuallum inter dictas lineas iacens, extra quod nullum aliud eſt dabile, & propterea Ariſtote. excludendo omnia interualla ſignata, vel ſignabilia infra illud, extra quod nullum aliud accipi poteſt, dixit, dico autem linearum D A C B, egrediẽtium è centro interuallum, extra quod nulla alia magnitudo, ſiue nullum aliud interuallum vlterius eaſdem lineas tangens ſumi poteſt, innuit enim per hæc verba quodlibet interuallum inter illas lineas ſignabile eſſe finitum, tamen in infinitum eſſe aliquod vnum interuallum extra quod nullum aliud eſt, quod ſit infinitum, hęc ſolutio cauilli, & ſuppoſitionis expoſitio.

Hoc itaque infinitum eſſe neceſſe eſt: quippe cum finitarum ſemper finitum ſit.

Nunc dictam ſuppoſitionem illo modo expoſitam probat, & ſyllogizat loco è contrario ſic quarumcunque linearum finitarum è centro egredientium interuallum eſt finitum, vt linearum C L, & C M, interuallum L M, eſt finitum, & linearum C D, & C F, interuallum D F, eſt finitum, & linearum C G, & C H, interuallum G H, etiam eſt finitum, & ſic de cæteris, quæ infinitæ è centro C, protrahetentur: igitur quarumcunque linearum finitarum è centro C, egredientium interuallum eſt finitum: igitur per locum è contrario, quarumcunque infinitarum linearum è centro C, egredientium interuallum erit infinitum, & ita interuallum A E B, linearum C A, & C, B, erit infinitum, cum ſit linearum infinitarum è centro C, egredientium, & ita patet ſuppoſitio, videlicet quòd interuallum extra quod nullum poteſt eſſe aliud, vtpote A E B eſt infinitum quæ erat ſuppoſitio.

Solo dubi. Nec miteris ſi ſuppoſitionem dictam probauerit loco è contrario, quia illa eſt quaſi per ſe nota parua agens innuitione.

Cõmen. 3. Modo ait Auerro. ſecundo Phyſicorum propoſitiones per ſe notas non probari niſi topicis medijs: cum indigeant parua innuitione. Hæc Auerro. & recte.

Auer. cõ. 13

Aurroes vero textum illum. {Dico autem linearum.} Aliter exponit. velle enim videtur Ariſtotelem probare ſuppoſitionem ſecũdã, quæ fuit quòd, ſi corpus circulare ſit infinitum, interuallum linearum è medio egredientium erit infinitum etiam. Ad probationem illius velle videtur Ariſtotel. accipere definitionem infiniti, quæ eſt quòd infinitum eſt quantitas maior omni quantitate data, & propterea Ariſtote. vt Auerro. exponit, inquit. Dico autem linearum interuallum, ſupple tu, eſſe infinitum, quia eſt ſpatium, ſiue interuallum ſupple, extra quod nulla magnitudo lineas tangens maior ſupple ſumi poteſt, ecce quomodo apud Auerro. ſuppoſitionem probare videtur per definitionem innuitio.

Definitionem vero illam infiniti vult Auerro. eſſe probatam ab Ariſtote. in textu primo per locum à contrario, vtpote per definitionem finiti, videlicet quia finitarum diſtantia ſemper eſt finita, igitur infinitarum erit infinita. Hæc Auerro. de illius loci expoſitione,

E quæ non diſplicent, licet aliquantulum verba Ariſtote. corrumpant.

Præterea ſemper dato maius accipi contingit.

Secundo probat illammet ſuppoſitionem illo modo expoſitam, vel definitionem dictam infiniti ſecundum Auerro, & ſyllogizat ſic, omne illud cuius quouis accepto vel dato, ſemper ex eo poteſt maius accipi, eſt infinitum, vt Tertio phyſicorum eſt dictum: ſed interuallum linearum egredientium è centro corporis circularis infiniti, eſt cuius quouis accepto, poteſt maius ex eo accipi: igitur eſt infinitum.

Quare quemadmodum numerum ex eo dicimus infinitum, quia maximus non eſt, eadem ratio & de ſpatio.

F

Tertio probat eandem ſuppoſitionem, vel dictam definitionem, per locum à ſimili in numeris, & ſimul ponit rationem tertiam, & concluſionem, & propterea vſus eſt nota illatiua quare. & arguit ſic, ſicut in numeris & diſcretis, ita in continuis, cauſatur enim diſcretum ex diuiſione cõtinui. Sed in numeris infiitus numerus non eſt ille, qui eſt maximus, ſed qui omni dato eſt maior, & qui cuius quouis accepto ſemper reſtat maius accipere: igitur in ſpatijs ſpatium infinitum erit, non quod eſt maximum, ſed quod omni dato eſt maius, & cuius quouis accepto ſemper reſtar maius acceptabile, & ſupple tu minorem, ſed interuallum linearum C A, & C B, eſt illud, cuius quouis accepto ſemper reſtat accipiendum maius: igitur tale interuallum eſt infinitum, & ſic patet ſuppoſitio.

Auer. cõis. Auerro. vero air quòd Ariſtote. non induxit niſi conuerſum vt oſtenderet nobis definitionem conuerti cum

G definito. vbi debes ſcire quòd hæc propoſitio, infinitum eſt quantitas, quæ eſt maior quauis data conuertitur ſic, quantitas quæ eſt maior quauis data, eſt quid infinitum. Ariſtoteles igitur non poſuit ſecundum Auerroem primam, quæ eſt propoſitio conuertibilis, ſed ſecundam quam vocat conuerſum ſiue conuertentem: & cauſam ait Auerroes, vt indicaret definitionem infiniti eſſe bonam, quia conuertitur cum eo. Hæc Auerro. quæ ſunt non neceſſaria, tamen ſyllogiſmus componatur hoc pacto apud Auerro. quod eſt quãtum omni dato maius eſt infinitum: dicta linearum diſtantia eſt quantum omni dato maius: igitur eſt infinita.

Si igitur infinitum pertranſiri non poteſt: interuallum neceſſario infinitum eſt cum cœlum infinitum ſit: non igitur circulo moueri poreſt. At cœlum circulo moueri cernimus:

H rationeque definiuimus circularem motum eſſe alicuius.

Cœlũ eſt verbũ ſupplẽdũ in textu. Ex his componitur demonſtratio hoc pacto, nullum infinitum poteſt pertranſiri: interuallum dictarum linearum C A, & C B, eſt infinitum, vt ex ſuppoſitione ſecunda perſpicuum eſt, & rationem breuem adijcit, & inquit. Cum cœlum ipſum infinitum ſit, concluſio debet eſſe, igitur interuallum linearum C A, & C B, pertranſiri non poteſt. Verum non poſuit hanc concluſionem principalem, ſed concluſionem, quæ huic ſubaccipitur, videlicet non igitur cœlum circulo moueri poteſt. Hæc enim concluſio ſequitur ad principalem concluſionem, nam ſi interuallum illud pertranſiri non poteſt, cœlum moueri non poteſt circulo, quoniam circulo ſi moueretur, oporteret interuallum illud pertranſiri, vt omnibus conſtat. Deſtruit conſequens per ſenſum, & rationem,

& rationem, & inquit. At cœlum circulo moueri cernimus, vt ſolem.24. horis vniuerſam terram circuire, præterea ratione definiuimus circularem motum eſſe alicuius corporis, quod tali motu per ſe mouetur, igitur contraria ſubaccepta eſt impoſſibilis, & ita contraria principalis erit impoſſibilis & non propter ſyllogiſmum, igitur propter propoſitiones, & non propter maiorem, quæ omnibus conſtat, igitur propter minorẽ: minor eſt, ꝙ interuallum dictarum linearũ eſt infinitũ, igitur hæc minor eſt falſa. Et hæc minor non eſt falſa, niſi propterea quia prima ſuppoſitio eſt falſa, hæc enim minor ſequitur ex ſuppoſitione ſecunda, quæ ſequitur ex ſuppoſitione prima, quæ ſuppoſitio prima tenet ſic cœlum ipſum eſt infinitum, igitur à primo ad vltimum cœ-

Alia ſylli forma.

non poteſt eſſe infinitum, quod eſt propoſitum. Siquis vero voluerit rationem componere hypotetice, ſic arguet, ſi cœlum eſt infinitum, lineæ egredientes à centro erunt infinitæ, tenet argumentum ex prima ſuppoſitione, ſi lineæ ægredientes centro erunt infinitæ, interuallum dictarum linearum erit infinitum, per ſecundam ſuppoſitionem etiam. Si interuallum dictarum linearum erit infinitum, interuallum eiuſmodi pertranſiri non poterit. Si interuallum eiuſmodi pertranſiri non poteſt, cœlum moueri circulo non poterit, igitur à primo ad vltimum ſi cœlum eſt infinitum, cœlum non mouebitur, Cõſequens vltimum eſt contra ſenſum, & contra rationem, & impoſſibile, igitur primum antecedens erit impoſſibile, at primum antecedẽs eſt impoſſibile, igitur eius oppoſitum eſt neceſſarium, & ita cœlum erit finitum, quod eſt eius oppoſitum, hæc de prima ratione Ariſtotelis.

Auerroes vero inquit. Inducamus ergo huiuſmodi rationẽ ſpectabilem hoc eſt deſcribendo figuram in puluere more perſpectiuorum. Vnde Auerro. ducit ad quædam impoſſibilia, vltra illa, quæ Ariſtote. tangit, deſcripta enim figura, deducit non ſolum ad hoc ꝙ vnum interuallum infinitum pertranſiretur, ſed quòd infinita numero, & quantitate pertranſirentur, nam à centro C, vel H, corporis circularis infiniti poſſunt egredi non modo duę lineæ, videlicet C A & C B, ſed infinitæ, inter quas omnes ſemper interuallum erit infinitum, & ita erunt interualla linearum infinitarum & numero & dimenſione infinita. Quare cum cœlum in.24. horis circuat, vnus punctus in cœlo deſcriptus omnia illa interualla infinita numero & dimenſione pertranſibit. Vnde formando ea quæ

Dicta. Aſi. ad formã re- d. cuntur.

Auerro. dixit, poſſumus arguere, ſi cœlum quod in.24. horis mouetur ab ortu in occaſum redeundo in ortum, eſſet infinitum, ſequeretur primo quòd infinitum ſpatiũ tempore finito pertranſiretur. deducitur ſupponendo ꝙ C A, ſit linea recta mota ad motum totius corporis ſphærici infiniti verſus C B, lineam rectam quieſcentem egredientem ab eodem centro C, in quo ambæ concurrunt: tunc ſecundum iſtam imaginationem patet aliquando lineam C A, fore ſuperpoſitam C B lineæ, & aliquando vltra fore, igitur cum diſtantia inter illa ſit infinita, vt ſuppoſuit, in tempore finito ſpatium infinitum erit pertranſitum. Sequitur ſecundo quòd ſpatia infinita pertranſirentur tempore finito, quod deducitur etiam, quia à cẽtro H, vel C, illius corporis infinitæ lineæ poſſunt egredi inter quarum qualibet duas ſemper ſpatium erit infinitum, tunc ſupponatur omnes quieſcere præter vnam, quæ moueatur ad motum corporis infiniti, vtpote C A, & ſequitur quòd illa pertranſibit infinita ſpatia tempore finito, & tunc ex his ſequitur ſi cœlum eſſet infinitum, quòd vna linea pertranſibit infinita ſpatia tempore finito, & tunc ex his ſequitur ſi cœlum eſſet infinitum, quòd vna linea pertrãſibit infinita ſpatia magnitudine, & multitudine, hæc Auerroes.

Quæſtio. An ſi ſphæricum corpus eſſet infinitũ haberet cẽtrũ.

SOlet addubitari, ſi corpus ſphæricum eſſet infinitum, an haberet centrum, & videtur quòd non. Nam vbi infinitum eſſet, non haberet circunferentiam vltimam, caret enim vltimo infinitum ipſum. Vbi autem vltimã

A circunferentiam nõ haberet, proculdubio nec centrum, cum centrum ſit è quo lineæ ad circunferentiam ductę ſunt æquales. Præterea centrum medium eſt corporis ſphærici circunferentia extremum, at infinitum eſt ſine medio & extremis. Iuniores dicunt aliud eſſe cẽtrum motus, aliud magnitudinis, & ita concedunt vbi ſphęricum eſſet infinitum, illud habere motus centrum, non autem centrũ magnitudinis. Sed ſolu. hæc non eſt intelligibilis. Primo quia motus & magnitudo quo ad diuiſionem, & extenſionem ſeſe conſequuntur, vt in Sexto phyſicæ auſcultationis dictum eſt, & dicemus: non igitur eſt intelligibile motum habere centrum, magnitudinem vero, cui coextenditur, non habere. cum omne quod in motu ipſo eſt ſignabile, & ĩ magnitudine ſignari poſſit. Secundo nunquam legi in motu eſſe centrum niſi ratione eius magnitudinis, quæ illo mouetur. Quare non poteſt aliquis intelligere centrum eſſe in motu dabile, quod non ſit dabile in magnitudine, quæ illo mouetur motu.

Sol. Gaie.

Cõfutatio.

B Tertio videtur quòd hæc centra ſint idem centrum, nam centrum magnitudinis ſecundum illos eſt è quo omnes lineæ ductæ ad circunferentiam ſunt æquales. Si igitur eſſet dabile centrum motus, tale non eſſet niſi in medio motus, vt ſupponit Ariſtoteles & ſi in medio, ab eo omnes lineæ ductæ erunt æquales, & ita centrum motus erit centrum corporis, quare erit idem centrum motus, quod centrum magnitudinis. Quarto ſi tale ſphæricum infinitum haberet centrum motus, tunc haberet motum, quia ſicut ſi haberet centrum magnitudinis, haberet magnitudinem, ita ſi habet centrum motus, habet motum, hoc autem eſt falſum, quia tunc Ariſtote. ſuppoſuiſſet tale corpus habere motum, quod ipſe deſtruit. Ioannes vero dicit corpus ipſum ſphæricum bifariam conſiderari: & quo ſphæricum & quo infinitum, quo quidem ſphæricum, habet centrum, vt eius oſtendit definitio, eſt enim ſphæra è cuius centro omnes lineæ ad circunferentiam ductæ ſunt æquales. Quo vero infinitum, caret & medio & fine. Sed hæc Ioan-

Solu. Io.

Cõfutatio.

C nis ſolutio vera eſt, ſed non eſt ad propoſitum, erat enim dubitatio, ſi corpus ſphæricum eſſet infinitum, vtrum haberet centrum. modo hoc nihil aliud eſt quęrere, quã, vtrum corpus ſphæricum infinitum, vt corpus ſphæricum infinitum, habeat centrum, & ſic ſolutio non eſt ad propoſitum. Propterea dicerem rationem in ſe falſam inferre contradictoria, vt.5. Metaphyſicæ dicitur, hęc eſt ratio in ſe falſa, ſphæricum infinitum, nam eoipſo quod intelligitur ſphæricum, intelligitur habere centrum, vt eius definitione conſtat. Eoipſo quod intelligitur infinitum intelligitur carere centro, quare ſphæricum infinitum eſt ratio in ſe falſa, quia infert habere centrum, & non habere cẽntrum. Ex hoc ſoluo ea ſolutione, quam ipſe negat: & dico quòd vbi daretur corpus ſphæricum infinitum, ſequitur ipſum habere centrum, non tamen dicendum illud carere centro, quia ſequitur vtrunque.

Solu. ppria.

Sed occurres & docte, ſi in ratione ſphærici intelligitur finitudo, igitur Ariſtoteli ſuffeciſſet probare cœlum eſſe ſphęricum, nõ mox haberet in totum, ad quid igitur

Dubiũ.

D tantopere laborauit probare cœlum eſſe ſphęricum finitum. Dicerem aliquam rationem eſſe in ſe falſam apud ſapientes, quæ non videtur in ſe falſa, aliquam videri in ſe falſam, quæ apud ſapientes non eſt in ſe falſa.

Solutio.

Solem eſſe maiorem terra apud ſapientes non eſt falſa, tamen apparet falſa, cœlum ſphæricum eſſe infinitum apud ſapientes eſt ratio in ſe falſa, non tamen videtur falſa, quia videtur quaſi apparens cœlum è parte conuexi eſſe infinitũ, è parte noſtra finitũ. Ariſt. occurrit nõ modo his quæ vidẽtur ſapientibus, ſed cõtra apparentia falſa, & ita laborauit, vt etiam occurreret his quæ apparent, & non ſunt. Conſueuit etiam alias dicere ad principale ꝙ Ariſto. ex conceſſis arguit, ſupponit enim tanq̃ notum ad ſenſum ex parte concaui cœlum ipſum eſſe finitum, hoc enim & ſenſu patet, & ab aduerſarijs conce-

Alia ſolu.

Verborũ cõſideratio.

ſor, patet igit̃ ſuppoſitio. Quo vero ad verba attinet, videtur mihi q̃ particula illa, & teneatur expoſitiue, ita vt ſit ſenſus neceſſe eſt & reliquum eſſe finitum, & pro ideſt & habere principium & finem, quia ſic finitum deſcribitur. 3. phyſicæ auſcultationis.

Auer. cõ. 16

Addit autem Auerro. hanc eſſe diſpoſitionem cuiuslibet finiti, quod intelligo q̃ hæc ſuppoſitio Ariſto. eſt diſpoſitio, ideſt definitio cuiuslibet finiti. Solet enim definiri ſic, finitum eſt quod ſi ab eo remoueatur finitum, remanet finitum. Vel poteſt intelligi q̃ hæc ſit diſpoſitio, ideſt proprium conueniens omni finito, vt finito magnitudine, & multitudine, hæc Auer. & recte dicit, quouis modo intelligatur.

Si autem ambulationis tempus principium habet, & motus principium eſt: quare & magnitudinis, qui ambulauit. Similiter autem hoc & in cæteris.

Secundo ſupponit tempus, motũ, & mobile ſeſe quo ad finitudinem infinitudinemue conſequi, ita vt ſi tempus principium finemq; habuerit, motus & mobile ipſum etiam principium finemue habebunt, & ſi tempus principio fineq; caruerit, motus atq; mobile principio fine q; carebunt, contra etiam ſeſe habent, vt in Sexto eſt diſputatum. Quo vero ad verba attinet, animaduerſione dignum, Ariſto. in præſenti textu vti mirabili arte, quia ponit ſuppoſitionem, & illius quaſi probationẽ per exemplum, dicit enim ſi autẽ ambulationis tempus principium, & ſupple finem habet, & motus ſupple ambulatiui ipſius principium eſt. ſic igitur hypothetica eſt, ſi tempus menſurans ambulationem eſt finitum, ambulatio ipſa finita eſt. Ex hoc infert, quare & magnitudinis, qui ambulauit, ideſt ipſius mobilis ambulatiui erit principium & finis. Sic igitur ex his verbis habemus tempus ambulationis, ambulationem ipſam, & mobile ambulatiuum ſeſe conſequi quo ad finitudinem infinitudinemue. Inferens vero ſuppoſitionem quaſi vniuerſalem, inquit. {Similiter autem hoc & in cæteris,} quaſi dicat, ſicut igitur in tempore ambulatione & ambulabile ſeſe habẽt finitudo & infinitudo, ſic & in omnibus motibus cuiuſuis rationis. Quare vniuerſaliter & patet ſuppoſitio q̃ motus, mobile, & tempus ſeſe conſequuntur quo ad finitudinem infinitudinemq;, hæc erat ſuppoſitio. vbi mirum artificium patet, nam Ariſto. ſimul ſuppoſitionem, & quaſi rationem per exemplum attulit.

Quæ Expoſitor.

Expoſitor velle videtur per ambulationẽ ſeu inceſſum, vt ipſe in ſuis habet tranſlationibus, motum cœli, & ita velle videtur Ariſt. arguere à motu cœli ad alios motus, vnde dicit & ſicut hoc dicimus in motu cœli, ſimiliter

Confutatio.

oportet ſe habere in alijs motibus & mobilibus. Sed hoc quod Expoſitor dicit, pace tanti viri, dupliciter non videtur conſonum. Primo quia græcè inceſſus legitur

βαδίσεως

modo vadiſis græcè eſt ambulatio, qua homines ambulant, & animalia proficiſcuntur, non igitur ad cœli motum poteſt applicari. Secundo eſſet in eius probatione petitio quædam principij, nam Ariſto. intendit probare motum cœli, & tempus illius, & cœlum ipſum eſſe finita, & nunc velle videtur Expoſitor Ariſto. ſupponere illud, & ab illa ſuppoſitione inferre in omnibus, & ſic videtur quaſi idem quæſitum & cõceſſum, quod eſt vna

Quæ Auer. com. 14.

petitionis principij ſpecies. Auerro. vero per vadiſim intelligit motum vniuerſaliter ſumptum, & ita vult Ariſto. ponere ſuppoſitionem hoc pacto, ſi tempus eſt finitum, & motus erit finitus: & ſi motus eſt finitus, mobile eſt finitum: & tunc vult q̃ Ariſto. ſuppoſitionem reddens vniuerſalem addat, & vt dixi de tempore, motu, & mobili, ita etiam in alijs. i. loco & ſpatio intelligatur, vel in alijs, videlicet motu recto, & alteratione: non igitur vult Auerro. Ariſto. dediſſe ſuppoſitionem & eius probationem, ſed ſuppoſitionem in tempore motu & mobili, addidiſſe vero hoc idem & in alijs, ideſt loco & ſpatio, vel alijs, videlicet motu recto & alteratione, vt vniuerſaliorem redderet ſuppoſitionem, hæc Auer. Quę ſunt plena errore, nam vadiſis græcè eſt ambulatio ſeu inceſſus, & propterea Ariſto. arguere videtur ab ambulatione ad alios motus, vt dictum eſt.

Error Auẽ.

Sunt quidã qui per magnitudinem hic intelligunt, non mobile ipſum, ſed ſpatium ſupra quo fit motus, nam magnitudo eſt duplex quæ mouetur, & per quam fit motus, intelligunt igitur tempus, ambulationem, & magnitudinem ſuper qua fit, ſeſe conſequi quo ad finitudinem infinitudinẽue. Auer. autem & Expoſitor & Simplicius intelligunt de mobili, quod græcis verbis conſonat: dicit ὡς τε καὶ τοῦ μεγέθου ὃ βεβάδικεν. i. quare & magnitudinis quæ ambulauit, dicit enim, quod eſt relatiuum neutri generis in caſu nominatiui, referens Megethos, quod eſt neutri generis apud græcos. Tu vero conſidera, nam etiam in 6. Phyſicorum perſæpe Ariſt. vſus eſt pro accuſatiuo, vt pro, per quod vt notaui illic, ſed vtcunq; ſit ſuppoſitio ſecunda eſt, tempus motum & mobile, atq; ſpatium ſeſe conſequi quo ad finitudinem infinitudinemq;, hæc eſt ſuppoſitio, quæ his ex verbis colligitur.

Biſantius.


μέγεθος

Epilog⁹ ſuppoſitionis.

Sit itaq; A G E linea infinita ea ex parte, in qua eſt E, quæ autem B B. vtraq; ex parte infinita. Si igitur A G E linea ſecans ab A centro circulum deſcribat: quandoq; A G E linea per B B lineam circulo mouebitur finito in tempore: omne enim tempus in quanto cælum ipſum circulo latum eſt finitum eſt: & id ergo tempus, quod eſt ablatum, in quo ſecans linea ferebat, finitum erit: erit igitur principium quoddam, quo primum A G E linea, B B lineam ſecuit: quod quidem eſt impoſsibile: non igitur contingit circulo moueri infinitum. Quare nec mundum ipſum, eſt infinitus eſſet.

Linea verbũ eſt ſupplerũ, quia nõ eſt ĩ greco, ſed in oĩbus intelligaĩ. Tẽpus verbum eſt ſupplerũ ad ſenſum Ariſ.

Deſcriptio Ariſ. & Auer. ad oſtendendum Corpus circulariter motum in determinato tempore moueri minime poſſe ſi infinitum ſit.



Conſtitutis igitur ſuppoſitionibus, nũc Ariſt. demonſtrat concluſionẽ prædictam, videlicet q̃ cœlũ quod circulo mouetur in. 24. horis non ſit infinitũ. & more Geometræ deſcribit exemplum in puluere, in quo vis omnis demonſtrationis

demonſtrationis conſiſtit, & inquit. Sit itaq; A G E, linea infinita vna tantum ex parte, videlicet illa, in qua eſt E, vtpote finita ex parte centri, è quo proficiſcitur, infinita ex parte conuexi ſiue dorſi ipſius cœli, verſus quod ducitur per imaginationem: hoc conſtat per aduerſarium veritatis, qui aſſerit cœlum ex parte noſtra finitum eſſe, ex parte vero dorſi in infinitum protendi. hæc linea A G E, in tota demonſtratione præſenti ab Ariſt. appellatur linea ſecās ſiue incidēs, propter cauſam quam dicemus.

Linea ſecāſ, quæ.

Secundo dicit ſit vna alia linea, quæ dicatur B B, vtraq; ex parte infinita; nam ad imaginationem trāſeat per centrum A, et producatur vtraq; ex parte ad immenſum verſus B B, ꝙ hæc ſit infinita vtraq; ex parte, patet ad imaginationem aduerſarij, qui ex parte noſtra cœlū aſſerit finitum, ex parte dorſi infinitam. hæc linea in demonſtratione præſenti dicitur inciſa, ſiue ſecta, quia ponitur ſtās ac inmobilis, vt dicemus. Tertiò vult ꝙ A G E linea ſuper centrū A mota, in. 24. horis orbem, E B B. totū deſcribens ab E. puncto linea B B totam pertrāſeat. patet, quia, ſi ſuo motu totum orbē E B B, ab ortu per meridiē & per occaſum in ortum rediens deſcribat, neceſſe eſt vt totam lineam B B, ſecet cum ſit ea, ſuper qua medietas orbis deſcribitur & poſita ſit ſtans ac immobilis. quibus patet, lineam A G E dici ſecantem ſeu incidentē, quia ſecat B B immobilem, lineā vero, B B dici ſectam ſeu inciſam, quia ab ipſa A G E. linea quæ mouet̄ inciditur, hæc eſt tertia pars exempli, quæ non deſcribitur in puluere, ſed ſumit̄ tanq̄ deſcripta, vt patet in ſuo modo loquendi. Tunc ſyllogizat hypothetico ſyllogiſmo à primo ad vltimū, ex deſtructione conſequentis inferendo oppoſitum antecedētis: in quo ſyllogiſmo ſupponatur vnū, quod in omnibus ſyllogiſmis huius partis ſupponitur, videlicet ꝙ cœlū ipſum, de quo eſt diſputatio nunc, in. 24. horis, ſaltem motu diurno moueatur. Intelligendo per cœlum totum ex omnibus orbibus aggregatū, hoc enim Ariſt. ſupponit, vt conceſſum ab aduerſario, quia ſenſu perſpicuum eſt. tunc arguit, ſi igitur, A G E linea, quæ dicit̄ in præſenti demonſtratione linea ſecans ſeu incidēs propter cauſam dictam, ab A centro deducta ad. E. partem per immenſum protenſa, circulum deſcribat, E B B, quia per aduerſarium in. 24. horis orbē perficit ab ortu per meridiem rediēs ad ortum, vt etiā ſenſu patet, quandoq;. A G E. linea per. B B. lineam circulariter mouebitur finito in tempore deſcribendo ſemicirculū. B. B. oppoſitum ſemicirculo B E B. per punctum, quod ipſi. E. opponitur. Probat conſequentiam: videlicet ꝙ tempus, quo, A G E. linea pertrāſit B B lineam ſit finitū ex ſuppoſitione prima, nam dicebatur à finito tempore finitum ſi abſtuleris, quod remanet, eſſe finitum. Cum igitur totū tempus quo, A G E linea vniuerſum orbē deſcribit ſit finitum, quia in. 24. horis, igit̄ pars huius temporis, qua pertranſit hanc lineā, ſuper qua deſcribitur medietas orbis, erit finita, vt per ſuppoſitionē primā patet, hæc pars temporis eſt ablata à toto, modo, ſi totum eſt finitum, & ablatum, & quod remanet poſt ablationem finita erunt. Vltra ex hoc arguit, igitur erit aſſignare principiū ex parte lineæ tangentis & ſectæ, in quo primū linea. A G E. lineam. B. B. ſecuit, tenet argumētum per id quod addebatur primæ ſuppoſitioni, videlicet ꝙ omne finitum habet principiū & finem, eſt igitur totus ſyllogiſmus, ſi cœlum eſt infinitum, linea A G E pertranſibit lineam B B infinitam tempore finito. Si tempore finito, igitur illius lineæ, B B dabitur principiū & finis, tenet argumentū ex ſecunda ſuppoſitione. nam hæc tria quo ad finitudinem, infinitudinemue ſe conſequunt̄, videlicet tempus, mobile, & ſpatiū, quare, ſi tempus, quo A G E linea pertranſit B B ſit finitū, linea B B habebit principium & finem, quod eſt impoſsibile, quia ponebat̄ infinita, cuius neq; principium neq; finem eſt aſſignare. Ex hoc infert propoſitū & inquit. Non igitur poteſt infinitum moueri circulariter, & ita nec mundus poteſt moueri circulariter, ſi eſſet infinitus, hæc Ariſ. Quo vero

Linea ſecta quæ.

Totus ſyllogiſmus.

E ad verba attinet, debes ſcire i gręcis codicibus ſcribi ſic, ſi igitur A G E linea incidens ab G centro circulum deſcribat, & reliqua, & puto eſſe corruptum, quia centrum ponebatur A, & nō G, ideo ſcripſimus nos, à centro A, alij vero textum enituntur ſaluare, quod friuolum eſt, nihil faciens ad rem.

Auerroes vero paucis mutatis format rationem ſic, & deſcribit circulum in puluere, B T H, qui ex parte concaui & noſtra intelligat̄ finitus, ex parte vero dorſi atq; conuexi intelligatur infinitus ad imaginationem aduerſarij, qui cœlum hoc pacto aſſerit, huius centrum ſit A, E centro eiuſmodi linea deducatur A C H, ex parte concaui atq; centri finita, ex parte vero conuexi dorſiq; infinita, vt aduerſarius aſſerit. Secundo deſcribit aliam lineā extra centrum A ab ipſo B in T, quæ linea eſt B T: hæc non diuidit orbem in ſuas medietates, ſed in portiones, quarū minor eſt B T, Maior vero, T H B: hāc Auer. chordam, vt vtatur modo loquēdi geometrarū, qui lineas ſtabiles appellare ſolent chordas. hanc enim Auer. vult eſſe immobilem vel ſaltem motam non motu lineę A C H, ſed cōtrario motu, quæ in noſtra expoſitione dicebat̄ ſecta, linea vero A C H, appellatur ab Auer. linea exiens à centro ducta ad partē circuli, in qua non eſt linea infinita omni ex parte, quæ dicitur chorda, ſed eſt ducta ad H partē oppoſitam T B parti. hanc Auer. intelligit moueri motu orbis videlicet ab H puncto verſus B & T, rediens in H, punctū, habes igitur in exemplo orbem B T H ſecundo chordam, quę eſt B T immobilem, tertia lineam A C H quę mouetur motu orbis ab H per B & T in H rediens. Tunc caſu deſcripto ſupponit vt conceſſum tam ab aduerſario, q̄ ad ſenſum notum, orbem ſic deſcriptū, qui ponitur loco totius cœli, in. 24. horis perficere ſuā reuolutionem. Item etiam lineam B T infinitam eſſe vtraq; ex parte, quia ex quo cœlum ex parte dorſi eſt infinitum, linea illa quæ ad oppoſita dorſa deducit̄, vtraq; ex parte infinita relinquetur, his ſic acceptis deducitur ſyllogiſmus hypoteticus à primo ad vltimū hoc pacto. Si cœlū ſit infinitum, q̄d. 24. horis circulariter ſuā agit reuolutionē, tunc linea A C H, quæ circulariter motu cœli mouet̄ verſus T, pertranſibit lineam T B infinitā vtraq; ex parte tempore finito. Deducitur q̄m linea A C H redit ad eum punctum, è quo incæpit, vtpote ad H, 24. in horis, vt ſuppoſuimus. ſed tempus, quo pertranſitur maius, eſt maius tempore quo pertranſitur minus ab eodē mobili eodēq; motore regulariter mouente & eodē modo, vt ex prima ſuppoſitione deducitur: igitur, ſi linea A C H, pertrāſit totum orbem. 24. horis, pertranſibit portionem circuli T B minori tempore, igitur tempore finito. Vltrà, quod pertranſitur tempore finito, eſt finitum, per ſecundam ſuppoſitionē, quia tempus, ſpatium & mobile ſeſe conſequuntur quo ad finitatem infinitatemue. igitur linea T B eſt finita, quia eſt pertranſita tempore finito, ſed omne finitum habet principium atq; finem. quare linea T B, quæ ponebatur infinita, eſt finita. Sed poſita erat infinita, igitur deductum eſt ad impoſsibile. Quare primum antecedēs eſt impoſsibile, quod erat ponere cœlū infinitum, hęc Auer. Et addit, Ariſto. vſum eſſe exemplo in puluere quod eſt argumentum notū ad ſenſum, & particulare, vt daret intelligere ſyllogiſmum vniuerſalem notum ad intellectū, dixit autem hæc Auer. quia poſſet opponi Ariſt. eum eſſe vſum demonſtratione ex ſingularibus, cui r̄ndet Auer. accepiſſe ſingularia loco vniuerſalium. Animaduerte, ꝙ Auer. aliter probat T B pertrāſiri tempore finito: arguit enim ſic, pars temporis finiti eſt finita, tempus quo C H pertranſit lineam T B, eſt pars tēporis finiti, quia eſt pars totius temporis quo pertranſitur cœlum, quod tēpus eſt finitum, quia. 24. horis continetur, igitur tempus, quo linea A C H, pertranſit lineam T B eſt finitum. Sed tunc Auer. remouetur dubium, quia poſſet dici, ꝙ Ariſ. vſus eſſet alia ſuppoſitione ab ea, quā poſuit ab initio. poſuit enim à finito tempore, finitum ſi abſtuleris, quod remanet, eſt

Quæ Auer. com. 16.

Vide ſuperiorem figurā.

Appellat.

F

Conſtructio ſyllogiſmi.

G

H

Dubitatio.

net, eſt finitum: at nunc accipit pars finiti eſt finita, quæ

Solutio.

A eſt ſuppoſitio alia ab illa. Reſpondet ꝙ ſunt propinquæ, & quaſi vna virtute, & verum dicit, nam ex prima ſequitur ſecunda, à finito.n.finitum ſi auferas, quod relinquitur

Vide tex. com. 40.

eſt finitum: hoc eſt quia pars finiti eſt finita. Tertio animaduerte Auer. in calce cõmenti aliter deducere ſyllogiſmum, vt poſtea deducet Ariſt. arguit enim ꝙ his ſtantibus, tunc cœlum nunquam cõpleret reuolutionẽ ſuam contra ſenſum. deducitur, quia non poteſt cœlum complete reuolutionem ſuã, niſi linea A C H pertrãſeat lineam T B: ſed hanc pertranſire non poteſt. Deducit, quia ſi pertranſiret, oporteret dare punctum primum, in quo linea A C H tangeret lineam T B: Sed hic punctus talis cõcurſus non eſt aſsignabilis, quia in magnitudine infinita nullus eſt dabilis primus punctus, & minime vltimus, igitur talis linea T B non eſt pertranſibilis, & per conſequens cœlum nunquam complebit reuolutionẽ ſuam: & dicit Auer. hanc eſſe aliam demonſtrationem à prædicta, ideſt ab ea quam prima forma compoſuit, & vtetur illa Ariſto. po-

B

Textu com menti. 40.

ſtea, vt dicemus. Ecce ꝙ Auer. quaſi trifariam demonſtrationem formauit. tamen Ariſ. (vt mihi videtur) proceſsit, vt nos deduximus.

Præterea, & ex his perſpicuum erit infinitũ moueri nõ poſſe. Sit enim linea A finita, lata iuxta B lineam finitã: neceſſe igitur & A, ab ipſo B, & B ab A, abſolui ſimul. Quantum enim alterius altera occupabit, tantundem etiam altera illius.

Nunc ponit tertiam demoſtrationẽ, & more Geometræ proponit concluſionẽ, & inquit. Præterea & ex his, quæ modo adijciemus, perſpicuum erit infinitũ corpus

Auer. cõ. 37

moueri nõ poſſe: hæc eſt concluſio. In quibus verbis Auer. dicit demonſtrationẽ hanc tertiam eſſe vniuerſaliorem, cum Ariſt. intendat probare non ſolum moueri non poſſe infinitũ corpus ſphæricum circulari motu, ſed vel nec aliquod corpus infinitum quouis motu. Et ita de

1. Suppõ.

C monſtratio hæc vniuerſalior eſt cæteris duabus. Deinde more geometræ etiam conſtituit ſuppoſitiones, & prima eſt, vt ſint duæ lineæ, videlicet A & B, ſintque ambæ finitæ: ſitque A linea ſuperpoſita, B vero ſuppoſita, & A moueatur prope B quieſcentem, vel B moueatur, & A quieſcat, hoc enim non refert. quo caſu ſtante ſuppoſitio eſt ꝙ ſimul & A linea ab ipſa linea B, & B ab ipſa linea A abſoluetur, ita ꝙ ſimul inuicem ſeparabuntur. Cuius ſuppoſitionis cauſa eſt, quia quantum altera alterius occupabit ſuo motu, tantundem altera illius ſua quiete occupabit etiã, quare tandem diſiungentur, hæc eſt ſuppoſitio, hæc etiam & concluſio.

Mota finita ſuperpoſita A

D

B Suppoſita qeſcens finita.

Si igitur ambæ in contrarium moueantur, citius diſiungentur: ſin autem prope manentem feratur, tardius. Modo quæ prope mouetur, eadem celeritate feratur.

Dubitatio.

Sed poſſet quæri, ſi linea A mota prope B ſimul abſoluentur B quieſcentem nunquid vtriſque motis ecõtrario,

Vide ſuperiorem figurã.

vtpote A verſus B, & B verſus A æquè ſimul abſoluentur; hoc enim non temere eſt dubitatione dignum, quia non videtur in ſimultanea abſolutione magis & minus inueniri, & ita videbitur illas æquè ſimul abſolui ſiue ambæ econtra moueantur, ſiue altera moueatur, altera vero

Solutio.

maneat. Reſpondet Ariſto. ꝙ vna conditione ſeruata tales lineæ ſic in contrarium motæ citius abſoluentur quàm ſi ſolum altera moueretur, & altera maneret, dico vna conditione ſeruata, videlicet ꝙ altera, quæ mouetur, vniformiter ſemper & æque celeriter moueatur. vbi enim A moueatur æque celeriter ſemper, & B maneat, tardius A & B

A lineæ abſoluentur. Vbi ambæ moueantur in contrarium etiam æque celeriter citius abſoluentur. Non ſeruata vero vniformitate eſſet imaginarium altera mota & altera manente abſolutionem fieri æque velocẽ et quæ fieret vtriſque etiam motis. Quare vtriſque motis in contrariũ modo ſeruetur regularitas in motibus, citius, abſoluentur ſemper. Citius dico in duplo, quia A manente B abſoluetur ab ipſo B. verbi cauſa, i hora, vbi vero B ipſum moueretur æquali velocitate qua mouetur A abſolueretur in medietate horæ, vt patet calculanti. Et licet ſolutio huius dubij nõ ſit ſatis neceſſaria ad propoſitum, tamen eſt res hæc dubitatione digna, propterea obiter dubium huiuſmodi Ariſt. remouit. Ex quibus patet aliqua poſſe citius tardius ſimul abſolui, quare ſtat aliqua ſimul abſolui, quę citius & tardius poſſunt ſimul abſolui. Quo vero ad verba attinet Ariſto. locutus eſt illatiue dicens, Si igitur in contrarium moueantur & reliqua, quia iſtud quod adiecit, eſt ad ſuppoſitionem ſequẽs. Sequitur enim,

Neceſsitas dubii. Exceptiõ.

B ſi A mouetur prope B lineam quieſcentem vniformiter in hora, B pertranſeundo atque ab ea ſeſe diſiungẽdo, vbi ambæ æqua celeritate ferantur, in dimidio horæ abſoluentur, & propterea vſus eſt illationis nota.

Verum, illud eſt perſpicuũ, impoſsibile eſſe vt finito in tempore quicquam tranſeat infinitum, Tranſibit igitur in tempore infinito. Demõſtratum eſt enim hoc prius in his, quæ de motu.

Quæ Gaietanus Alia expoſitio.

Sunt, qui volunt Ariſt. hic ponere ſecundam ſuppoſitionem, quod diſſonat modo loquendi Ariſt. qui aduerſatiue loqui videtur. Propterea melius Simplicius (vt Expoſitor ſectatur) vult Ariſto. ſuppoſitionem quam fecerat in lineis finitis, transferre ad lineas infinitas. fuit enim ſuppoſitio, ꝙ ſi ſint duæ lineæ A & B ſuperpoſitæ, & A iuxtam B feratur, hæ inuicem ſe abſoluent, transfert igitur ſuppoſitionem hanc ad lineas. vel ambas infinitas, vel ad eas quarum vna ſit finita, altera infinita: &

C dicit, ſi fuerit A linea finita, & B ĩfinita, feraturque A prope B, quieſcentem, etiam ſimul diſiungentur, ſuppoſitio igitur dicta habet locum in lineis ſiue finitis, ſiue infinitis, non tamen eadẽ ratione, quia linea A finita pertranſibit B finitam, ab ea ſe diſiungendo tempore finito, linea A finita pertranſibit B infinitam tempore infinito ab ea ſe diſiungendo. Quare ſuppoſitio eundem locum habet in vtriſque, licet non ſeruato eodem tempore, vt dictum eſt. Ariſto. igitur non explicat hanc ſuppoſitionem in lineis infinitis, quia vult illam intelligi, ſed tantũ addit differentiam inter dictam ſuppoſitionem, quando applicatur lineis finitis, & quando applicatur infinitis: & lege ſic, dico ſuppoſitionem dictam eſſe veram in lineis finitis & infinitis, verum illud eſt perſpicuum, im-

D poſsibile eſſe, vt finito in tempore quicquam, ideſt linea finita tranſeat infinitum, i. lineam infinitam, tranſibit igitur in tempore infinito, vt in. 6. demonſtratum eſt phyſicorum: ſic igitur dicta ſuppoſitio locum habet vtriſque in lineis & finitis & infinitis, modo ſeruetur dicta differentia ex parte temporis, hæc eſt Simplicij & Expoſitoris (vt mihi videtur) expoſitio, licet obſcure loquantur.

Quomõ prima expõ habet locum.

Siquis autem ſuppoſitiones haſce duas eſſe voluerit, dicerem eiuſmodi ſuppoſitiones eſſe vnã generatim, duas vero ſpeciatim, generatim quidem accipiendo lineas, & non deſcendendo ad ſpecies linearum, ſpeciatim vero deſcendẽdo ad ſpecies nã deſcendẽdo ad finitas, erit prima ſuppõ, deſcendẽdo ad infinitas, erit ſecũda ſuppoſitio.

Intereſt aũt nihil finita prope infinitam feratur, an infinita prope finitã. Nam cum hęc prope illam moueatur, & illa per hanc tranſibit: ſimiliter & ſi moueatur, & ſi non moueatur.

Obiectio. 1.

Occurres, dicta ſuppoſitio habet locum in lineis finitis & in lineis infinitis, vtrum eodem modo ab inuicem diſiungantur: ſi finita moueatur prope infinitam, infinita manente,

ta manente, an infinita moueatur prope finitam, finita manente. Secunda. Secundo occurres, vtrum abſoluãtur vtriſq; motis, ſicut altera mota tantum. Reſpondet & inquit. Reſpōſio ad primam. Intereſt autem nihil finita prope infinitam feratur, infinita quieſcente, an infinita prope finitam, finita, videlicet manente, nam cum hæc infinita prope illam moueatur, & illa per hanc tranſibit, igitur refert nihil ad abſolutionem dictarum linearum, ſiue finita moueatur, ſiue infinita, modo ſemper altera maneat. Ad ſecundã. Secundo reſpondet ad ſecundum, & inquit. Similiter ſi moueatur, & ſi non moueatur, ſiue enim vtraq; moueantur, ſiue altera duntaxat, ſemper tandem altera ab altera abſoluetur. Refert igitur nihil quo ad dictam linearum ſeparationem, ſiue finita moueatur, ſiue infinita, ſiue vtraq; contra ferantur, ſiue altera tantum, ſemper enim tandem abinuicem abſoluentur. Sed (vt dictum eſt) non eodem modo de finitis, & de infinitis dicta abſolutio intelligitur. de finitis ſiquidem tempore finito, de infinitis vero tempore infinito intelligitur. hæc Ariſt. vt exponunt græci & docte, vt mihi videtur. F

Verum ſi moueãtur ambæ, citius abſoluent.


Dixit dictas lineas abſolui ſi vtraq; moueantur, & ſi altera tantum, dices vtrum eadem ratione. Reſpondet q; non eadem ratione. Nam non æque ſimul, vbi enim altera mouetur tantum, tardius altera ab altera diſiungetur, vbi vtraq; contraferantur, citius abinuicem abſoluẽtur, & ita non eadem ratione.

Quanq̃ nihil prohibet eam interdum quæ prope quieſcentem mouetur, citius pertranſire, q̃ prope contra motam: ſiquis eas quidem quæ contra mouentur, vtraſq; ferri tarde poſuerit: eam vero, quæ prope quieſcentem mouetur, multo celerius illis ferri: nullum igitur ad rationem impedimentum erit, ſi contra quieſcentem altera moueatur, ex eo quia contingit G motam quidem eam, quæ eſt A prope motam, eam quæ eſt B, tardius pertranſire.

Obiectio. Occurres & recte, pono per caſum q; A moueatur velocitate vt octo ſupra B quieſcentem: certum eſt q; certo breui tempore, A pertranſibit B. Vlterius pono per caſum q; ſi vtraq; contraferantur A moueatur velocitate vt duo, B ſimiliter velocitate vt duo, totus motus abſolutiuus erit velox vt quatuor, patet q; iſtæ ſic motæ in duplo tardius abſoluentur, igitur ſtat cõtra latas tardius abſolui, q̃ ſi altera moueatur tantũ. Quare quæ dicta ſunt, Reſponſio. non recte dicta ſunt. Reſpondet concedendo totum. Nam, ſiquis ſic imaginatus fuerit, etiam debet concedere A citius abſolui A B quieſcente, q̃ A B mota. intelligebatur enim dicta ſuppoſitio (vt dictũ eſt) ſeruata ſemper paritate in velocitate. Pro hoc caſu ſupra poſitas lineas vide. Vbi autem non ſeruetur paritas in velocitate, totum quod dictum eſt, erit concedẽdum, & propterea reſpondendo dicit, nullum igitur ad H rationem impedimentum erit, ſi contra quieſcentem altera moueatur, dico nullum impedimentum ad rationẽ eſſe ex eo quia contingit motam quidem eam quę eſt A prope motam eam quæ eſt B tardius pertranſire, nam ſiue A tardius ſiue celerius ab ipſo B abſoluatur, ſemper ſuppoſitio facit ad rationem dicendam, modo ſupponatur illas aliquando fore abinuicem abſoluendas. Hæc de ſuppoſitione.

Finitum. Si igitur tempus, quo finita linea mota abſoluitur, infinitum ſit, & tempus, quo infinita per finitam mouebatur, infinitum eſſe etiam neceſſarium ſit: impoſsibile erit profecto infinitum moueri penitus. Nam tempus fiat infinitum & neceſſe eſt etiam ſi per finitum moueatur. At E cœlum circuit atque conuertitur totum in orbem finito in tempore: vt totam eam tranſeat circunferentiam quæ eſt intus, videlicet A B finitam. Impoſsibile igitur eſt infinitũ eſſe, quod circulo mouetur.

Minimum. Circũferẽtiã eſt verbũ additum ad ſenſum Ariſt.



Vt diximus, Ariſto. vnam fecit ſuppoſitionem, quæ ſpeciatim poteſt ad duas reſolui, nunc ſupponit tertiam.

Vel melius, quæ dixit in lineis rectis, applicat ad circulares, & vt intelligatur hęc ſuppoſitio in circularibus. ſit orbis D, cuius conuexum ſit infinitum, vt tenet aduerſarius veritatis, & circunferentia A B finita, quia aduerſarius veritatis tenet cœlum eſſe finitum ex parte cõcaui. Tunc ſit ſuppoſitio, q; orbis D circuendo circa centrum C. pertranſibit A B circunferentiã finitam tempore infi G nito, ſiue talis circunferẽtia, intelligatur immobilis, ſiue contra mota vt eſt veritas. Nam inuentum eſt orbes inferiores contra moueri primo mobili, hæc ſuppoſitio patet per præcedentes, nam linea infinita non poteſt abſolui à finita niſi tempore infinito, & econtra etiam, ſiue illa moueat, ſiue quieſcat, quare orbis D peragrabit nunq̃ circunferentiã A B niſi tempore infinito. Hæc eſt tertia ſuppoſitio, vel (vt rectius dicam) eſt vna, quę infinitis circularibus eſt applicata. His habitis. Ariſt. arguit hypothetice deducendo ſyllogiſmum contra ſenſum, & inquit. Syllogiſmus hypotheticus. Si igitur tempus, quo finita linea mota abſoluitur, ſupple ab infinita, ſit infinitum, vt ſuppoſuimus, & tempus etiam quo infinita per finita mouebatur, infinitum eſſe neceſſarium ſit, vt etiam ſupponebamus, impoſsibile erit profecto infinitum corpus moueri penitus. Nam ſiue ſit corpus rectum, vt elementum, ſiue ſit circulare, vt cœlum, tempus, quo tale corpus moueretur, fiat infinitum neceſſe eſt, etiam ſi infinitum moueatur per fini- H tum, quanto magis ſi per infinitum moueretur. Conſequentia tenet ex ſuppoſitionibus, nec illã probo aliter. Oſtendit hoc aduerſari ſenſibus, et inquit. At cœlum circuit, atq; conuertitur in orbem totum finito in tempore, vtpote ſpatio, 24. horarum, vt ſenſus oſtendit, dico q; cõuertitur in orbem. 24. horis, ita vt orbis ſupremus, quod eſt primum mobile, totã eam tranſeat circunferentiam, quę eſt intus, videlicet A B finitam dicto tempore. De corpore recto non oſtendit aduerſari ſenſibus, quia conſtat. Si. n. cœlum. 24. horis cõſtat moueri, etiam ſenſibus patet elementum nullum poſſe ferri niſi tempore finito, cum omne elementum intra cœlũ contineatur. Tunc Rõ breuis. vltimo, addit propoſitum & inquit. Impoſsibile igĩ eſt infinitum eſſe, quod circulo mouetur, & tota ratio reducitur ad breuia ſic, ſi cœlum ex parte orbis ſupremi eſſet infinitum, & ex parte orbium contentorum finitum, vt dicit veritatis aduerſarius, orbis D ſupremus tempore infinito

infinito peragraret A B orbes contentos, ſiue illi intelligantur mobiles contra primum, ſiue immobiles. Sed hoc eſt cōtra ſenſum. nam cœlum orbes illos immobiles peragrare 24. horis conſtat ſenſibus, quare cœlum omni ex parte finitum eſſe neceſſe eſt, videtur igitur ex dictis vnam tantum Ariſtotelem feciſſe ſuppoſitionem; quæ primo fuit declarata in lineis rectis finitis, poſtea in lineis rectis infinitis, & demum in circularibus.

Contra Gaie.

Quæ Auer. cõmen. 38.

Auerroes vero hunc locum confudit, verum quia noſtro tempore homines nimiū barbariæ ipſius afficiūtur, eſt etiam in his quæ dicit nō nihil fructus, propterea quę hic dicit, clarioribus verbis, quibus poſſumus referre, enitemur. Auer. itaq; multas facit ſuppoſitiones, quarum prima eſt in præcedenti cōmēto, videlicet, linea ſeu magnitudo finita pertranſit finitam tempore finito. Secunda eſt cōuertens per contrapoſitionem vtpote linea non finita pertranſit finitā tempore non finito, quæ ęquipollet huic, videlicet, linea ſeu magnitudo infinita ptranſit finitā tempore infinito. Hæc igitur ſuppoſitio tenet, vt dicit Auerroes, quia eſt ex conuerſione per contrapoſitionem primæ. Quare, ſi contingit lineam infinitā moueri prope finitam, illam peragrando, ab illa non contingit ſeparari niſi tēpore infinito. Non contentus Auer. dicta probatione, quæ fit per contrapoſitionē, probat ſecundo illam ſecundā ſuppoſitionē ſyllogiſmo diuiſiuo, ſic. Si linea infinita peragrabit finitā, aut tempore finito ab illa diſiungetur, aut tempore infinito: non tēpore finito, vt ſexto phyſicorū eſt probatum, igitur tempore finito.

Prima ſuppoſitio. Secūda ſuppoſitio.

Cur liber phyſicorū dicat de motu. 1. cauſa.

Auer. obiter aſſignat tres cauſas, cur liber phyſicorum ſolet dici de motu liber. Prima eſt, quia omnia ordinantur ad motum vt ad finē, quia primus, & ſecundus ſunt præparationes ad tertiū, cum ſint de principijs motus, tertius vero eſt de definitione motus, atq; infinito, quod eſſe mobile exiſtimatur. Quartus de loco, q eſt finis motus, de tempore, quod eſt menſura motus, de vacuo, quod eſt finis exiſtimatus motus. Quintus eſt de diuiſione & ſpeciebus motus. Sextus de paſſionibus atq; proprijs motus, ſeptimus de motu æterno atq; efficiente motum, octauus demum de motu ęterno, atq; primo motore, finis igitur libri phyſicorum eſt motus, cum quicquid in illo conſideretur, ad motū ſpectet. Secunda cauſa eſt, quia maior pars eſt de motu, vtpote à tertio libro vſq; ad finē, quia (vt Themiſtius dicit) primus & ſecundus nō de motu, ſed de principijs motus ſunt, inſcribitur igitur totus liber de motu, quia à prædominãte fieri debet denominatio. Tertia cauſa quare liber phyſicorum eſt de motu, eſt propter hęc duo, vtpote, & quia maior pars eſt de motu, & quia omnia quæ in eo libro tractantur, ad motum habent rationem. Occurres quia nō videtur poſſe ſeparari lineam infinitam à finita, quia quod ſeparatur tempore infinito, non ſeparatur. Intelligas ſuppoſitionem hypothetice, vtpote ſi contingat talem infinitam lineam ſeparari. Nam vbi contingat ſeparari, ſeparabit̃ tempore infinito. Sic.n. hypothetice intellecta hęc ſuppoſitio deſeruit demonſtrationi dicendę, vt videbit̃. Ex his patet ſecunda ſuppoſitio. Quo vero modo Auerroes ſyllogizat, nō clare conſtat. Verum antequã ſyllogiſmū conficiat, verba Ariſtotelis perlibrat, dicunt.n. eius trãſlationes. Reuertamur ergo & dicamus, ſi illud tempus eſt infinitū, in quo pertranſit motus finitus in motum infinitū, & ſeparabitur ab eo, & quo iuit motus infinitus, & pertranſiuit motum finitū. Tunc partes eius ſunt infinitæ neceſſario. Hæc ſunt verba ſuę trãſlationis. Vbi primo dicit Ariſtotelē per motum intelligere mobile, non.n. motus pertranſit in motum, ſed eſt quo mobile pertranſit ſpatiū, & per immotum intelligit ſpatiū permanēs. Secundo per partes intelligit partes motus vniuerſaliter, eſt igit̃ ſenſus verborū apud Auerroem, ſi tempus eſt infinitū, quo mobile finitū pertranſit ſpatium infinitū permanens diſſecando ſe ab illo, & quo mobile infinitū ſpatium peragrat finitū, tunc partes eius

ſecunda. tertia. Dubitatio. Solutio.

Cōſideratio verborum Auerrois in ſuis tranſlationibus.

1. expoſitio.

A idest motus erunt infinitæ, tenet conſequentia (licet ipſe non probat) quia infinitū non reſultat niſi ab infinitis numero & magnitudine. Si igitur tempus eſt infinitū, motus etiā illorū erit infinitus, & ſi motus eſt infinitus, partes eius motus erūt numero & quantitate infinitæ. Hæc eſt prima expoſitio, videlicet q per partes eius, intelligat partes motus. Aliter exponit, & vult per partes eius, partes mobilis. Si.n. mobile eſt infinitū, partes eius erunt numero, & magnitudine infinitæ. Quod ſi dicas non eſſe verū in cœlo, Reſpondet q ſm aduerſarios cœlum ex parte conuexi eſt infinitū ſaltem, licet finitum ex parte concaui. Quare partes mobilis ſaltem aliquæ ſunt infinitæ, quod ſufficit ad rationem. Ex his expoſitionibus colligit̃ tertia ſuppoſitio, videlicet q ſi aliquod mobile eſt infinitū, partes eius motus, vel eius mobilis ſunt infinitæ, & quia hæc ſuppoſitio eſt gemina, prout verbū illud partes eius, poteſt referri ad partes motus, et ad partes mobilis, propterea bifariam deducit rationē Ariſtotelis.

ſecunda. Obiectio. Reſponſio. Tertia ſuppoſitio.

Primus ſyllogiſmus.

B Iuxta igitur ſecundā interpretationem qua verbum illud partes eius referebatur ad partes mobilis, ſyllogizat ſic, ſi cœlū eſt infinitū, partes cœli ſaltem conuexales erunt infinitę, iuxta tertiā ſuppoſitionē ſecundo loco expoſitā. Cœlum eſt infinitū & aliquæ eius partes ſaltem conuexales, igitur totum cœlū, & eius conuexū pertranſibunt orbem mediū intra ipſum intellectū vel conuexum terræ, tempore infinito. immo totū cœlum pertranſibit totū illum orbem intraclusum vel totam terrã tempore infinito, et pars cœli vtpote conuexum partem illius orbis vel terræ puta illius conuexum etiã tempore infinito. Vltra ſequitur q totus mūdus erit infinitus, & quælibet eius pars, quod intelligo quo ad motū. hoc eſt contra ſenſum. nam ſenſu videtur cœlum & eius conuexum. 24. horis peragrare orbem intraclusum, vel terram, ſi ille eſt immobilis, vel ſaltē ſi mobilis in cōtrariū, in paulo maiore tēpore. Addit q hæc expoſitio, qua per partes eius intelligit partes mobilis eſt cōuenientior poſtea dicendis. C Prima vero qua per partes eius intellexit partes motus eſt cōuenientior verbis textus. Addit aūt verba poſtea dicenda quæ ſunt illa videlicet, Manifeſtū eſt igitur q corpus, & reliqua, quibus ſecunda expoſitio videtur valde conuenire. Hæc Auerroes quo ad primū modum legendi verbū illud partes eius, & de primo ſyllogiſmo iuxta illius expoſitionē. Si vero verbū, partes eius, referatur ad motū, tunc ſyllogizat ſic, ſi cœlū eſt infinitum, tunc corpus infinitū ſecabit finitū tempore infinito, ſi ſic, ergo pars corporis infiniti ſecabit partē illius finiti tempore etiā infinito, vtputa conuexū infinitum ſecabit conuexū intraclusi orbis vel terræ tempore infinito. Nam proportio infiniti ad totum orbē intraclusum, & ad eius partem videlicet eius conuexum eſt eadē proportio. Vltra, igitur motus totius cœli eſt in tēpore infinito, & motus eius partis, videlicet eius conuexi. At hoc eſt contra ſenſum, cum totus motus & eius pars non ſit maior. 24. horarum, differūt aūt hic ſyllogiſmus à primo, quia hic deducit ad infinitatem totius motus, et eius partis, D et per hoc deducit ad illud quod eſt cōtra ſenſum. Primus vero deducit ſine hoc ad id quod eſt contra ſenſum, quæ eſt parua differentia, & iuxta hunc ſecundū ſyllogiſmum legit literas Ariſtotelis ſatis bene, replicando ſyllogiſmum factū iuxta primam expoſitionē. Demū notat ſyllogiſmum literæ poſſe vniuerſaliter, & particulariter confici. vniuerſaliter quidem conficitur, ſi cōcluderetur vniuerſaliter nullū corpus infinitum poſſe moueri, & per cōſequens nullū corpus infinitum eſſe, particulariter vero ſi concluderetur cœlum nō poſſe moueri ſi eſt infinitum. Demonſtrationē vniuerſalem nec Ariſtoteles fecit, nec per ſe expreſſit, poteſt tñ ex dictis ſic confici, ſi aliquod corpus infinitū daretur, vel eſſet rectū, vel circulare. Si rectū, oportet vt moueatur. vel igitur tēpore finito, vel tempore infinito. ſi tempore infinito moueretur, igitur etiã tempore finito mouebitur, ſicut omne

Secūdus ſyllogiſmus.

quod moueretur in anno, etiã in die mouebitur, & quod in die, etiam in hora, igitur quod tempore infinito, etiam tempore finito mouebi. Sed hoc eſt impoſſibile, quia infinitum totum occupans tempore finito moueri non poteſt, vt ſexto phyſi. eſt dictũ. Nec dari poteſt tale corpus moueri motu & tẽpore finito, quia tunc moueretur ſupra ſpatio finito, quod eſt impoſſibile, nõ poteſt igitur eſſe corpus rectũ. Quod vero nõ ſit circulare, deductũ eſt, quia cœlũ eſſe non poteſt infinitũ, nam pertranſiret aliquam magnitudinẽ tempore infinito, quod eſt cõtra ſenſum. Nam. 24. horis moueri videt. Sic igitur vniuerſaliter & particulariter patet nullũ corpus infinitum poſſe moueri, & ita nullũ corpus infinitũ eſſe.

Obiectio. 1.

Sed occurres, quia cœlum mouetur tempore infinito, quia æterno motu, & tñ eſt mobile finitum, igitur non oportet motũ correſpondere mobili quo ad finitatẽ infinitatemue.

Secunda.

Prę terea imaginor circa terrã & oẽs orbes, quos ponit Ariſ. orbem moueri ab occaſu in ortum in duplo tardius. 9. orbe, & alium adhuc in duplo maiorẽ moueri in duplo tardius, 10. & 11 adhuc in duplo maiorem moueri in duplo tardius, & ſic in infinitum, igitur poteſt aduerſarius dicere eſſe orbem ex parte conuexi cœli infinitũ, qui proprio motu infinite tarde moueret.

Ad primũ.

Ad hæc dico ꝙ licet motus diurnus ſit infinitus replicatione & ſm ſpeciem, tamen eſt finitus ſm indiuiduum, eſt. n. in. 24. horis. In his enim cœlum pręciſe complet reuolutionem diurnam, & ſuper hoc Ariſtoteles fundauit demoſtrationem, nam ſi cœlum, 24. horis complet reuolutionem, non poteſt moueri niſi ſupra ſpatio finito & tempore finito, igit̃ eſt finitum.

Ad ſecũdũ.

Ad ſecundum dicerẽ illud eſſe imaginarium, ſed non verum. quia ſm rei naturã omne quod mouetur, aliquando erit motum illo motu, quo mouetur ſaltem ſm indiuiduum, aliter motus ille eſſet fruſtra, cum nunꝗ ad finem veniret. Præterea talem motum tardiſſimũ in infinitum philoſophi nõ poſſunt ponere, quia omnem motum cœli ponũt propter motum ſtellę, at nulla ſtella eſſe poteſt faciens ad vniuerſi conſeruationẽ, quæ motu infinito mouetur, igitur licet illud ſit imaginarium, tñ in re nihil eſſe poteſt. Hæc colliguntur ex cõmento. Tu vero ſcias ea quæ Auerroes hic dixit eſſe nugas, nã ea perlibrat in textu, quæ in codicibus græcis non inuenimus.

Qualia ſunt quę Auer. dixit hic.

Præterea multiplicat ſyllogiſmos & ſuppoſitiones et expoſitiones ad ea, quæ non reperiuntur in codicibus græcis, propterea tu conſidera quæ diximus, nam ſunt dicta ad mentem græcorum expoſitorum.

Ex ea parte qua. Cum. niſi.

Præterea quemadmodum linea ex ea parte qua finis eſt, infinita eſſe non poteſt, niſi ad longitudinem: & ſuperficies ex ea parte qua finis ſimiliter infinita eſſe non poteſt. Cum aũt fuerit terminata, nulla ex parte eſt infinita: veluti nec quadratum, nec circulum, nec ſphærã infinitũ dixeris: quemadmodum nec pedale infinitũ.

Sed ſi quidẽ infinita eſt verbum ſuppletum.

Nec. non eſt in græco ſed ſenſu intelligit dixeris, & verbum ſuppletum.

Ex ea parte qua, vel cum.

Infinita eſt verbum ſuppletum.

Hæc eſt quarta demoſtratio, cuius ſupponit nullũ circulum & nullam ſphæram eſſe infinitũ. & ſyllogizat ſic, nullum terminis clauſum eſt infinitum: circulus & ſphęra eſt omni ex parte terminis clauſus, igitur nec circulus nec ſphæra eſt infinita. Maior deducit, nam linea ex ea parte qua ipſis terminis clauditur, non eſt infinita, ſuperficies ſimiliter ex ea parte qua terminis clauditur, minime eſt infinita, & de cæteris id genus ſimiliter, igitur vniuerſaliter nullũ terminis clauſum eſt infinitum. Minorẽ non poſuit, videlicet, ſed ſphęra terminis clauditur, quia intelligitur, ſed ſubſcribit concluſionem per verbum, veluti quod eſt nota ſimilitudinis. Tu vero lege per verbũ illationis, nam verbum illud, veluti, vim habet illatiuã, lege igitur, nec quadratũ nec circulum, nec ſphæram infinitum dixeris, quemadmodum nec pedale infinitum dices, eſt igitur concluſio, ſphæra non eſt infinita. Animaduerte tu me multa mutaſſe, & plura adieciſſe, ad ſenſus explicationẽ, quæ quia notaui in lateribus textus, tu conſidera.

Circulus. ſphæra. Sed

E Quo vero ad verba attinet, circulus et ſphęra differunt, nam circulus eſt ſuperficialis, & ſphæra in corpore, propterea circulus eſt ſuperficialis, & ſphæra corporea figura, relinquitur igitur ex his ſuppoſitio, videlicet ꝙ ſphæra non eſt infinita.

Latio circularis verbũ eſt additũ.

Si igitur neq; ſphæra, neq; quadratum, nec circulus eſt infinitus: atq; ſi circulus non eſt, latio circularis non eſt: & ſimiliter ſi circulus infinitus non eſt, latio circularis infinita non erit. Sed circulus infinitus non eſt: igitur corpus infinitum circulo mouebitur nunꝗ.

Hac ſuppoſitione ſtante ſyllogizat hypotheticę ſic, ſi ſphæra, & circulus, & quadratũ non eſt infinitus, motus circularis nõ poteſt eſſe infinitus. probat in textu, quia ſicut ſi nõ eſt circulus, non poteſt eſſe motus circularis, ita ſi non ſit infinitus circulus, non poteſt eſſe infinitus motus circularis, igitur valet, ſi ſphæra & circulus non eſt infinitus, motus circularis non põt eſſe infinitus.

F Tunc ponendum eſt antecedẽs, ſed circulus infinitus nõ eſt, vt ex ſuppoſitione habetur. Immo nec ſphæra, nec quadratũ, igitur motus circularis infinitus eſſe non poteſt. Tunc vltra. Si circularis motus non poteſt eſſe infinitus, nullũ corpus infinitũ poterit moueri motu circulari infinito. Hęc patet, quia motu qui nec eſt, nec poteſt eſſe, nullum corpus moueri poteſt. Probatum eſt aũt motum circularem infinitũ nec eſſe, nec poſſe eſſe, igitur tali motu nullum corpus mouebitur. Tunc ſequitur concluſio, videlicet ꝙ nec cœlum poteſt tali motu infinito moueri, quod erat intentũ. Dicit, ſi igitur neq; ſphæra, neq; quadratum, neq; circulus eſt infinitus, hoc eſt antecedẽs, cui deberet coniungi illud cõſequens videlicet, latio circularis infinita non erit. verum interponit probationẽ, & dicit, atq; ſi circulus nõ eſt, latio circularis non eſt, igitur ſimiliter

G ſi circulus non eſt infinitus, latio circularis infinita nõ erit, ecce hæc eſt maior hypothetici ſyllogiſmi, & eius probatio, dat minorem, & inquit, ſed circulus infinitus nõ eſt. Huic minori deberet addi cõcluſio, videlicet, igitur motus circularis non eſt infinitus, ſed non addit, ſed ſubiungit conſequens ad illam concluſionẽ videlicet, igitur corpus infinitum circulo mouebitur nunꝗ, ſequit. n. ſi motus circularis non eſt infinitus, corpus infinitũ non poteſt moueri motu circulari infinito, vt fuit deductũ. tacuit vero concluſionem principalem, videlicet cœlum nõ poſſe eſſe infinitũ, quia eam poſuit á principio. Quo vero ad verba attinet debes ſcire, ꝙ ſermo Ariſ. eſt abundus, addit enim ſphæram & quadratum nõ eſſe infinitũ, quod ſuperfluit ad ſyllogiſmum, verbum illud additum eſt ad pleniorem intelligentiam, vt habeatur omne figuratum eſſe finitum. Et quaſi poteſt fieri alius ſyllogiſmus hoc pacto, omne figuratum finitum. Cœlum figuratum eſt, ergo eſt Cœlum finitum. Qua ratione Ariſtoteles dediſſet vnam rationem, & alteram indicaret.

Auer. cõ. 30

Figura duplex.

H Auer. aũt rationem hanc aliter cõponit. Ad cuius euidẽtiam ſupponit duo, ſed vt ſuppoſitiones intelligant̃, notat in cõmento ꝙ duplex eſt figura. ſuperficialis videlicet, & corporalis, ſuperficialis clauditur vna linea, vt circulus, vel pluribus, vt triangulus, vel quadrãgulus, & cętera id genus. Corporalis vero clauditur ſuperficie vna, vt ſphæricum ſolidũ, vel pluribus, vt corpus quadratũ, vel cubicum.

1. Suppõ.

Hoc notato, ſupponit primo ꝙ tam linea ꝙ ſuperficies põt eſſe vna ratione finita, altera vero infinita, ex parte quidẽ generis infinita, nam ratione longitudinis, quæ eſt genus lineæ, & latitudinis quę eſt genus ſuperficiei, nõ repugnat lineæ infinitudo, & ſuperficiei, ratione vero differentię, repugnat, eſt. n. differẽtia lineę, cuius extrema ſunt duo puncta, ſuperficiei vero, quæ lineis claudit̃, & ſic ex parte generis nulli horũ repugnat infinitudo, ex parte differẽtiæ vero repugnat.

Secunda.

Secundo ſupponit nullũ figuratum poſſe eſſe infinitũ, niſi ex parte generis,


te generis, vtpote vt quantū. nā vt figuratū infinitū eſſe nō pōt, qm̄ ſiue figuratū ſit ſuperficiali, ſiue corporali figura, quaten⁹ figuratū, terminis ſemp claudiẗ, poniẗ aūt ſecūda ſuppō apud Auer. in textu ſuo parte illa. Tūc.n. eſt impoſſibile. *Syllogiſm⁹.* Ex his duab⁹ ſuppōnibus vult Auer. Ariſtotelē ſyllogizare ibi. Si ergo neq; orbis. Et ſylls (vt mihi videẗ) apud ipſum ſic cōponiẗ, nullū figuratū eſt infinitū. Cœlū eſt figuratū, qa ſphęricū, igiẗ cœlū nō eſt infinitū. Maior patet ex ſuppōnibus, dictū eſt.n. figuratū, vt figuratū, nō poſſe eſſe infinitū, niſi rōne generis. Vltra, ſi cœlū nō eſt infinitū, ſequiẗ nullū infinitū eſſe mobile motu circulari, qa ſi aliquod eſſet maxime eſſet cœlū, vt dictū eſt. Hæc eſt demōſtratio, vt Auerroes exponit, qd̄ qualiter valeat, ex noſtris cōmētationibus, perſpicuū eſt. *Obiectio.* Sed occurres, qa poſſet dici rōnē Ariſt. pbare cœlū quod moueẗ. 24. horis, eē finitū, vt motus finitudo denotat, tñ vltra primū mobile eſt dabile orbis īfinitus, q mouet motu infinito, quē orbē nō perceperūt aſtronomi, q *Reſponſio.* ſolū obſeruarūt orbes, qui moueṅẗ motibus finitis. Reſpōdet Auerroes ex textu, & dicit, ꝙ ꝓpterea addita eſt **B** quarta ratio, qa per illā remoueẗ iſte cauillus, qm̄ talis orbis vltra alios cōceptus, eſſet orbis, igiẗ corpus figuratū. *Dubiū. 1.* Modo nullū figuratū eſſe pōt infinitū. Sed dubitaẗ circa hæc, & primo, quia nō videẗ valere cōſequētia Auerrois, rotūdū eſt finitū, igiẗ eius motus eſt finitus, qa licet valeat mobile eſt infinitū, igiẗ motus eſt infinitus, nō valet ecōtra, mobile eſt finitū, igiẗ motus, quia cœlū eſt finitum, quod tñ moueẗ tēpore infinito. *Reſponſio.* Diximus ſuperius ꝙ ꝓpoſitio Ariſt. & Auerrois debet intelligi ſm indiuiduum. Omne.n. mobile finitū motu vno numero finito moueẗ, cœlū vero nō moueẗ vno motu infinito numero ſed ſpecie, qm̄ reuolutio cœli eſt finita. *Secunda.* Secūdo occurres quia figura nō videẗ de prædicamēto quātitatis, ſed qualitatis, igiẗ tam genus q̄ꝫ differentię ſunt de prædicamēto qualitatis, & ita genus nō videẗ eſſe de prędicamēto quāti. *Reſponſio.* Dici pōt ꝙ particulæ poſitę in definitione figuræ nō ſunt ꝓprie genus, et differētia, ſed circūlocutiue ponuṅẗ, **C** & ꝓpterea verū genus, & vera differētia eē videṅẗ in prędicamēto qualis. *Tertia.* Tertio videẗ infinitū corpus eſſe poſſe, quia aliquātū corpus eſſe poteſt, & aliquāto maius, & ſic infinitū. *Reſponſio.* Sorticolę dicuṅẗ infinitū corpus poſſe eſſe, quia ſyncategorematice, non tñ corpus infinitū, quia nō categorematice. Tu vero lege dicta noſtra. 3. phyſi.

Ipſū. g. d. eſt verbum ſuppletum. Aiaduerte ſ græco. g. eſſe qđ ſtare non pōt, ſed tranſituri a b vt alii tranſtulerunt.

Pręterea ſi ſit G centrum, A B vero ſit infinita: & E ad rectum infinita: & C D ſit mota: nunq̄ꝫ ipſa C D ab E abſoluetur, ſed ſemper quemadmodum A B ſeſe habebit: incidit enim ei, quod eſt Z: non igitu circuit circulum, quæ eſt infinita.

D Hæc eſt quinta demoſtratio, quæ parū differt à ſecunda, vt dicemus, tamē more boni geometræ, ponit primo exemplum in puluere: & quaſi dicat, ſi per aduerſarium veritatis detur corpus ſphæricū infinitū mobile, ſit illius dati corporis G centrum, lineā vero A B ſit infinita vtraq; ex parte, & E ſupple Z ſit E recta ad angulos rectos infinita ſecans A B in Z puncto, & linea G D exiens à centro G lateraliter ſit linea, quæ moueẗ motu corporis ſphærici infiniti mobilis dati: in caſu iſto, patet lineas A B, & E Z immobiles intelligi, lineā vero G D moueri motu corporis ſphærici dati, videlicet D A E B: Dico G D moueri motu corporis ſphærici dati, quia intelligit Ariſtoteles illā mo ueri verſus Z E & A G B lineas immobiles, hic eſt caſus deſcriptus in puluere. Tunc arguit, ſi ita eſt, vt præcedēs caſus dicit, nunq̄ꝫ linea ipſa G D ab E Z abſoluetur: qm̄ Z E ponebatur infinita immobilis: modo infinitū pertranſiri nō poteſt, vt toties dictū eſt. abſolueẗ igitur nunq̄ꝫ D G ab Z E, ſed ſemper, quemadmodū A B immobilis ſe ſe habebit, quæ immobiliter ſecat E Z, in Z, puncto, nō quod ſimilitudo currat quatuor pedibus, ſed dico, D G ſe ſe habere ad Z E, ſicut A B ad Z E: quia ſicut A B nunq̄ꝫ derelinqẗ Z E, ſic D G, nunq̄ꝫ derelinquet Z E: at hoc eſt impoſſibile,

A quia ponebaẗ G D moueri motu totius ſphærici dati: igiẗ, quæ eſt G D infinita, nunq̄ꝫ circulum cōplebit, & ita ſphęricum, & datū minime, & per cōſequens impoſſibile eſt dari ſphæricum infinitū mobile. ex his apparet, quod eſſentialiter hæc quinta demonſtratio non differt à ſecunda, ſed ſolū, quia in hac aſſumitur, illud videlicet ꝙ G D, ita ſe ſe habebit ad Z E, vt A B, ad Z E, quod non aſſumebatur in ſecunda demoſtratiōe, tamē fundamentalis vis vtriuſq; eadem eſt.



Auerroes autem licet aliqua ex parte aliter rationē componat, tñ vtitur eodē exemplo, licet in illo literas aliquātulum mutat, quia in exemplo noſtro per G centrū intelleximus, ipſe vero per C ſignat centrum, nos E Z ſignauimus lineā immobilem pertranſeundā. Ipſe illam vocat *Auer. commen. 40.* **C** H Z, tamē exemplū omni ex parte eſt idem. Præterea Auer. declarat, quod Ariſt. ſuppoſuit. Ariſt.n. ſphæricū infinitū D H B ſupponit habere centrū C, Auer. ſuper hoc inquit, manifeſtum eſt cum poſuimus ꝙ corpus rotūdū mouetur circulariter, neceſſe eſt vt habeat centrum, ſiue ſit infinitū, ſiue finitum, quod veritatē habere aſſerūt iuniores de centro motus, nō aūt de centro magnitudinis. *Exemplum Auer.* Nos vero diximus illud eſſe verum hypothetice. nam, ſi ſphæricū corpus infinitū circulariter moueẗ, neceſſe eſt habere centrū, licet ſimpliciter nō ſit neceſſe habere centrum, quia infinitū caret extremis et medio, ſed de his ſupra. Deſcripto exēplo Auerroes arguit aliqua ex parte aliter, arguit enim, Si linea C D, quæ apud nos dicebaẗ *Syllogiſm⁹ Auer.* **D** G D, ſepararetur à linea Z H, quæ apud nos dicebatur Z E, talis ſeparatio non eſſet niſi in vltimo puncto lineæ Z H: ſed talis ſeparatio fieri non poteſt in vltimo puncto Z H, quia infinitum nō habet vltimum, igiẗ talis ſeparatio fieri non poteſt. Maior probaẗ ab eo, quia ſi non eſſet ſeparatio illarum linearum ab inuicē in vltimis punctis, tunc alia puncta adhuc ſupereſſent, ſm quæ deberet ſeparari, & ita nondū eſſent ſeparatæ & ex alia parte erant ſeparatæ, quare contradictio. propterea ait Auerroes, ſed ſm ꝙ eſt infinita, non habet vltimū punctum, ſ. in parte D, & ſupple tu, nec in parte H, ſed oportet in hoc caſu C D ſecare arcum ſimilē arcui D Z, quaſi dicat, oportet vt linea C D, ſemper ſit in ſecando Z H, arcum deſcribendo D Z dico in ſecādo arcum ſimilē D Z, quia lineam Z H ſemper in puncto, Z vel illa æquiualenti ſecabit, nunq̄ꝫ ſe ſeparādo à tota linea Z H. Vocat autē Z D arcum, quia deſcribit arcum circa vltimā lineā, videlicet D A H B. Vult igiẗ dicere Auerroes ꝙ linea C D taliter mouebitur ſuper lineam Z H ꝙ nunq̄ꝫ ſeparabiẗ ab illa, ſed ſemper in puncto Z vel illi æquiualenti illā ſecabit, cum quo puncto ſemper ſeruabit deſcriptionē ſemilineæ Z D, quę arcus dicitur apud ipſum, propter cauſam datā. Hæc credo Auerroem voluiſſe,

luiſſe, & ſi non voluit hæc, non curo ſuā barbariem intelligere, quia nou eſt ad rem quod dicit. Demum in calce cōmenti ipſe ſyllogizat dupliciter concluſionem. primo motus infinitus non perficiē. Motus cœli perficitur, ergo ſupple motus cœli nō eſt infinitus, ꝙ motus corporis iofiniti non perficiatur patet, quia linea C D nunꝗ ſeparabitur à linea Z H conſtat aūt lineam C D moueri motu corporis infiniti dati, ꝙ vero motus cœli perficiatur, patet, quia. 24. horis cōpletur. Vel ſic, motus corporis infiniti eſt iofinitus, vt patuit per caſum. Motus cœli eſt fioitus, igitur cœlum eſſe nō poteſt infinitum. Hæc forma parum differt à prima. Hæc Auerroes, tu vero ex noſtris cōmentationibus facile intelligere potes expoſitionē Ariſtotelis, & quantū illa Auerrois cōueniat textui.

Duplex ſyllogiſmus. primus.

Secundus.

Ad hæc, ſi cœlum eſt infinitum, & circumuoluitur, infinitum finito tempore erit pertranſitum: ſit enim cœlum quidem, quod manet infinitum: id autem, quod in hoc mouetur, ęquale. Quare, ſi circumuolutum fuerit, quod eſt infinitum: æqual ſibi infinitū tempore finito peragrabit: at hoc erat impoſsibile.

Sexta demoſtratio.

Hæc eſt ſexta demonſtratio, in qua Ariſtoteles imaginatur cœlū, quod ponitur infinitum mobile ab aduerſario veritatis D E M F moueri. 24. horis: hoc. n. ad ſenſum patet. ſupponitur ſecundo, cœlum quodā immobile eſſe A B L C, in quo cœlū mobile continetē, vt in loco ſibi ęquali: tunc arguit, ſi cœlum mobile, D E M F, eſt infinitū, cum poſitū ſit ad ſeoſum, illud cōplere reuolutionē ſuam. 24. horis, ſequitur illud pertranſire cœlum illud immobile, intra quod intelleximus contineri, videlicet A B L C, 24. horis: ſed cœlum illud immobile ponitur infinitum, quia continet cœlum mobilem infinitum, igitur cœlum mobile tempore finito peragrabit ſpatium infinitum, quia D E M F cœlum mobile. 24. horis peragrabit A B L C, ſpatium immobile, quod ponebatur infinitum.



Que Auer. cōmen. 41.

Auerroes vero per cœlū manens iotelligit vacuū, quod ponitur extra cœlum ſm aduerſarios veritatis, & per cœlum mobile intelligit cœlum corporeū, quod mouetur (vt patet ad ſenſum,) 24. horis. Tunc ad ſyllogiſmū vult Ariſtotelem ſupponere duo, primo ꝙ cœlum vacuū neceſſario eſt infinitum, quia cootinet cœlū mobile infinitum, ſecundo ꝙ cœlum mobile. 24. horis complet reuolutiooem ſuam. Tuoc vult ſyllogiſmū eſſe ad homioem. Nam ſi cœlum mobile eſt infioitum, oportet dari vacuū io quo continetur infinitum, igitur (vt ſuperius eſt deductum) cœlum mobile. 24. horis pertrāſibit illud vacuum infinitum. Ex quibus videē ꝙ tota ratio Ariſtotelis cōſiſtat in duabus propoſitionibus, prima, cœlū mobile eſt infinitum. Secunda, datur vacuum in quo cœlum continetur infinitum, ex his ſequitur ſpatium infinitum pertranſiri tempore finito, quia vacuum datum. 24. horis à

1. Suppō.

Secunda. Syllogiſm⁹.

1. Suppō.

Secunda.

E cœlo mobili pertranſibitur. Conſtat autē tale vacuū eſſe infinitum, cum cœlum mobile cōtineat infinitum. Sed dubitat Auerroes, quia ratio Ariſtotelis eſt ad impoſsibile, modo tale impoſsibile nō videtur ſequi ad propoſitionem quæ dicit cœlum mobile eſſe infinitū, ſed ad propoſitiooem dicentē eſſe vacuum infinitum extra cœlū, & ita per conſequens impoſsibile non habetur niſi ꝙ vacuum infinitum ſit impoſsibile, non ꝙ cœlum infinitum ſit impoſsibile, aduerſarius. n. veritatis dicet ſyllogiſmū hunc ducere ad impoſsibile ex propoſitione, quæ ponit vacuum infinitū, non ex propoſitiooe quæ ponit cœlum mobile infinitū. Reſpondet Auerroes ꝙ ratio eſt ad hominem, modo pro ratione hac oportet ad hominē ſupponere ꝙ omoe corpus habeat locum io quo eſt, & ꝙ locus corporis ſit ſpatiū continens, quod dimiouitur & augetur ſm quod augentur, & diminuuntur corpora in eo contenta, hoc eſt oportet vt locus ſit ęqualis locato ſm continentiam, & cōmenſurationē, hæc conceduntur ab

Dubitatio.

Solutio.

F aduerſarijs. Modo ex coonceſsis arguiē, ſi cœlum mobile eſt infinitū, oportet dare per eos locum infinitum, quē deſcribet cœlum ipſum tempore finito, vltra igitur ſpatium infinitum erit pertranſitū tempore finito: hoc conſequens eſt impoſsibile, & non pro conceſsis ab aduerſarijs, igitur pro eo quod addunt, videlicet ꝙ cœlū mobile ſit infinitum, quare cœlum mobile eſſe infinitum eſt impoſsibile, & ſic patet qualiter illud impoſsibile nō ſequitur ad conceſſa, ſed ad poſitionem corporis ſphærici infiniti. Ego vero iuxta expoſitionē Simplicij & Expoſitoris per cœlum manens noo vacuum iotelligerē, ſed ſpatium imaginarium quod cœlū mobile continere imaginarer. Modo tale ſpatium oon eſt in re, ſed poſsibile ad imaginationē, modo ex poſsibili ſm imaginatiooem nō ſequitur impoſsibile ſecundum imaginationē, ſed ſequitur ſpatium infinitō pertranſiri tempore fioito, quod eſt impoſsibile ad imaginatiooē, igitur non ſequitur ad poſsibile ſm imaginationem, videlicet ad ſpatium infinitū

Que autem.

G datum, quod licet oō ſit in re, eſt poſsibile ad imaginationem, igitur ſequitur ad poſitionē, videlicet ad hoc ꝙ cœlum eſt infinitum, vnde breuiter ſpatium infinitum pertranſiri tempore finito eſt impoſsibile ad imaginationē, vel igitur ſequitur ad hoc quod ſpatiū ponebatur infinitum, vel ad hoc quod cœlum eſt iofinitum, nō primum, quia illud eſt poſsibile ad imaginationem, modo impoſsibile ſecundum imagioatiooem oon ſequitur poſsibile ad imaginationem, igitur ſequitur ad ſecuodum, videlicet cœlum eſt infinitum, igitur nec ſecuodum rem nec ſecundum imaginationem cœlum eſſe poteſt infinitum, & hoc pacto exponendo tolliē confuſio Auerrois in hoc loco. Hæc de ratione Ariſto.

Eſt autem & conuertibiliter dicere: nam, ſi tempus, in quo circumuolutum eſt, finitū eſt, etiam magnitudinem, quę pertranſita eſt, neceſſe eſt finitā eſſe, at æquale ſibi pertranſiuit, igi-

H tur finitum eſt, & ipſum.

Quod per impoſsibile ſyllogizauit, nūc oſtenſiue ſyllogizat, & reſoluiē textus io duos ſyllogiſmos. primus, ſi tempus io quo ſupple cœlum circumuolutum eſt, finitū eſt, etiam magnitudinem, quæ pertranſita eſt, ideſt ſpatium, oeceſſe eſt finitum eſſe, tenet hæc conſequentia ex Sexto lib. phyſicæ auſcultationis, quia ſpatiū, & tempus regulariter ſibi reſpondēt quo ad finitatem infinitatem ve. Tūc ſuppleas ſyllogiſmo ſic, ſed tempus quo cœlum circumuolutum eſt, fioitum eſt, quia. 24. horarū, igitur ſpatium deſcriptum à cœlo erit fioitum. Secundus ſyllogiſmus eſt, cœlum æquale ſibi pertranſioit: æquale ſibi eſt finitum, ſupple tu, igitur cœlum eſt fioitū. Vnde poteſt ſic reduci, omoe tranſiens æquale finito eſt finitum: cœlum pertranſiuit æquale finito, quia pertranſiuit ſpatium æquale tempori & mobili finito: igitur cœlū ipſum eſt finitum, de ſecūdo ſyllogiſmo tangit vim minoris, & cooncluſionē.

primus ſyllogiſmus.

Secundus.

Dubitatio. conclusionem. Sed occurres, quia videtur Ariſtoteles petere in hoc ſyllogiſmo, ſupponit.n. cœlum eſt finitum in maiore, arguit.n. omne pertranſiens æquale ſibi, ideſt cœlo eſt finitum, igit̃ ſupponit cœlum eſſe finitum.

Solutio. Animaduertendum verbum illud, æquale ſibi, græce eſſe ἴσον δ' αὐτῷ, & poteſt latine exponi æquale ipſi vel illi, & tunc ſyllogiſmus ſic componeretur, omne pertranſiens ęquale illi eſt finitũ, & tunc poſſet intelligi ęquale illi ſpatio vel tempori, & ſic maior eſt vera videlicet, omne pertranſiens ęquale tempori & ſpatio finitis eſt finitum. Minor eſſet, ſed cœlũ pertranſit æquale ſpatio & tempori finitis (vt deductum eſt in priore ſyllogiſmo,) igitur finitũ eſt. Sed quia textus videtur verbũ illud ſibi, referre ad cœlum ipſum, poſſet dici Ariſtotelẽ ſupponere tanq̃ notum ad ſenſum, ſpatiũ intraclusum, quod cœlum ipſum pertranſit, eſſe æquale cœlo finito, ſaltẽ quo ad illius concauum, nam aduerſarius veritatis concedit cœlũ eſſe finitum quo ad concauum, ſed de eius cõuexo eſt quęſtio, & iuxta hoc ſyllogiſmus eſſet, omne pertranſiens æquale finito eſt finitũ: cœlum pertranſit æquale ſibi, hoc eſt ęquale ſuo cõcauo, quod eſſe finitũ patet ad ſenſum, & aduerſarij concedunt, igitur cœlũ eſt finitum.

B

Obiectio. Sed replicabis, hoc eſt arguere finitatẽ concaui tantũ.

Reſponſio. Reſpondeo q̃ arguit finitatem totius, quia cœlũ mouetur non ſolum quo ad concauũ, ſed quo ad conuexum. Mouetur.n. ſm ſe, & quodlibet ſui, & eius motus reſpondet ſpatio intracluſo, & non ſpatio excluſo, quia ſpatiũ excluſum nihil eſt. Tu veró ſi melius habes, dic vt placet.

Auer commen. 42. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire q̃ verba illa, eſt aũt & conuertibiliter dicere, Auerroes exponit ſm conuerſionem per contrapoſitionẽ.

Alter ſyllogiſmus. Vbi animaduerſione dignum ſm eum q̃ primus ſyllogiſmus ad impoſſibile proximo textu factus, cõtinet vnum aliũ poteſtate & virtute, qui ducit ad impoſſibile etiã, & eſt, cœlum eſt mobile infinitũ: igitur ſpatium ab eo deſcriptũ eſt infinitum. ſpatium eſt infinitũ, igitur & tempus quo ſpatiũ illud deſcribitur, modo hoc cõſequens eſt impoſſibile, & cõtra ſenſum:

C

vult igitur Auerroes hunc ſyllogiſmũ eſſe potentia contentũ in ſyllogiſmo proximi textus, vbi patet ex infinitudine mobilis eſſe deductã infinitudinem temporis. At pręſens ſyllogiſmus oſtenſiuus arguit econtra ex finitudine temporis finitudinẽ mobilis hoc pacto, videlicet, tempus eſt finitũ, quo cœlum ſpatiũ deſcribit, igitur ſpatium deſcriptum eſt finitum. ſpatium deſcriptum eſt finitum, igitur & cœlum eſt finitũ. hic igitur ſyllogiſmus ex finitudine temporis arguit mobilis finitudinem. vult igitur Auerroes, q̃ præſens ſyllogiſmus oſtenſiuus ſit conuerſus ſyllogiſmo priori per impoſſibile, nõ quidẽ priori expreſſo, ſed ſyllogiſmo in priori contento in potentia. Nam ſyllogiſmus potentia in illo cõtentus per infinitatẽ mobilis ſyllogizat infinitatẽ temporis, hic cõtra, per finitatem tẽporis finitatẽ mobilis, igitur hic ſyllogiſmus eſt conuerſus ſyllogiſmi potentia cõtenti in priori, & videt̃ hęc cõuerſio per cõtrapoſitionẽ. quia primus arguit, cœlum eſt infinitũ: igitur tempus eſt infinitum, præſens arguit, tempus eſt finitum: igitur cœlũ eſt finitum.

D

Vbi pater eſſe ſyllogizatũ ab oppoſito conſequentis per terminorum mutationẽ de infinitis ad finitos, quod videt̃ conuenire cõuerſioni per contrapoſitionem. Et hoc inquit Auerroes in verbis ſuis obſcuris, hoc non eſt conuerſum ſermonis pręd.ctı, hoc eſt ſyllogiſmi formaliter expreſſi, ſed conuerſum ſuæ potentię, ideſt ſyllogiſmi, qui poteſtate continetur in ſyllogiſmo expreſſo.

Syllogiſmus conuerſus. Deinde ponit ſyllogiſmum cõuerſum, & inquit, ſermo.n. q̃ ſi tempus in quo pertranſiuit illud corpus inane, fuerit finitũ, neceſſario erit illud inane, & corpus, quod eſt in eo finitum, eſt conuerſum ſermonis ſeu ſyllogiſmi nõ formaliter expreſſi, ſed poteſtate cõtenti in ſyllogiſmo formaliter expreſſo, quem ſyllogiſmũ poteſtate contentũ explicat dicens; ſi corpus & inane in quo eſt fuerit infinitum, neceſſario erit tempus in quo pertranſit ipſum infinitum. Sic igitur

A

præſens ſyllogiſmus nõ eſt cõuerſum ſyllogiſmi expreſſi ſed virtute contenti in illo, & hoc dicit, videlicet & hoc quidẽ, hoc eſt iſte ſyllogiſmus, cuius præſens eſt conuerſum, nõ fuit poſitũ in demonſtratione prædicta, quę formaliter exprimebat̃, & inducebatur in forma hypothetici ad impoſſibile, & nõ in forma recta, qm̃ hæc demoſtratio proximo textu ædita cum inducit̃ hoc pacto in forma hypothetici à primo ad vltimũ habetur ſyllogiſmus virtute cõtentus, in quo cum deſtruximus cõſequens, relinquetur oppoſitũ antecedentis. erat.n. cõſequens, videlicet cœlũ pertranſit ſpatium infinitum tempore infinito, quod cum deſtruxerimus, quia ſenſu patet cœlũ vigintiquatuor horis moueri, relinquet̃ corpus inane, in quo cœlum eſt, nõ eſſe infinitũ, quod eſt oppoſitũ antecedentis. Propterea in ſyllogiſmo oſtenſiuo præſenti ſumit tẽpus quo cœlũ deſcribit ſpatiũ eſſe finitum, vt inferatur & ſpatium & cœlũ eſſe finita. Sic igitur (vt dicit) ex ſyllogiſmo poteſtate cõtenti in proximo ſyllogiſmo concludit̃ cœlũ

B

moueri tẽpore infinito. Ariſtoteles vero ſumit contradictoriũ huius pro antecedente, videlicet tẽpus, quo cœlũ fertur, eſt finitũ, & infert, cœlũ eſſe finitũ, quod eſt cõtradictoriũ primi antecedẽtis in ſyllogiſmo virtute contento.

Vnde per omnia hæc vult habere Auerroes in his ſyllogiſmis eſſe duplicẽ cõuerſionẽ, ordinis videlicet, & terminorũ.

Cõuerſio ordinis in ſpeciſis ſyllogiſmis. Ordinis quidẽ, quia quod in ſyllogiſmo potentia cõtento eſt antecedens primũ, in oſtenſiuo eſt vltimum cõſequens, & quod in oſtenſiuo eſt cõſequens vltimum, in illo eſt primũ antecedẽs.

Cõuerſio terminorum. Terminorũ vero, qa mutantur termini de infinitis ad finitos. Exemplũ, ſyllogiſmus potentia cõtentus eſt, ſi cœlũ eſt infinitũ inane infinitũ eſt. Si inane eſt infinitũ, tempus, quo inane deſcribitur, eſt infinitũ. Conuertitur ad oſtẽſiuum ſic, tempus quo inane deſcribitur eſt finitum, igitur inane eſt finitũ. Inane eſt finitum, igitur cœlũ eſt finitum. Vbi patet duplex mutatio ordinis, videlicet & terminorũ, hæc Auerroes.

Qualis auc. expoſitio. Sed quoniã hæc expoſitio pace Auerrois eſt potius confuſio, & obſcuritas q̃ declaratio,

C

Alia horum ſyllogiſmorum expõ. clarius videtur mihi eſſe dicendũ hunc ſyllogiſmum oſtenſiuum dici cõuerſum prioris, quia prior ſyllogiſmus, & præſens ſunt quodã modo oppoſitarũ rationum, qm̃ ſyllogiſmus pręſens eſt oſtenſiuus, prior vero ducens ad impoſſibile, igitur præſens videtur quodam modo oppoſitus priori ſm rationem generis, non autẽ ſpeciei, quia præſens non correſpondet formaliter priori ſm regulam datã primo poſteriorum, & ſecundo priorũ. Propterea dixit Ariſtoteles eſt autem & cõuertibiliter dicere, ideſt contingit ſm eandem vim idem deducere ſub diuerſa forma.

Immenſum Interminatum.

Quod igit̃ id qđ circulo mouet̃ nõ ſit immenſum, neq̃ infinitũ, ſed finẽ habeat, pſpicuũ eſt.

Epilogat, & ait eſſe perſpicuum cœlum, quod circulo mouetur, nec eſſe immenſum, nec infinitum, ſed habere finem. Dixit nec eſſe immenſum, quo ad conuexum, dixit nec infinitum, quo ad concauum.

D

Auer. commen. 43. Auer. ait per rationes dictas patere non tantũ de cœlo ipſo finitudinem, ſed de omni mobili ſphęrico, & vt ſermo ſit vniuerſalis ad omne corpus ſimplex, addit etiã de elementis idem.

Septima rõnes Ariſt. Vbi animaduerſione dignum ſeptẽ rationibus eſſe probatum nullum mobile ſphęricum eſſe infinitum. verum omnes eadẽ vi firmantur, quia oẽs ſumũt illud ſenſu perſpicuum, videlicet cœlum motũ ſuum cõplere vigintiquatuor horis, præter quartam, quæ ſimpliciter probat nullum mobile ſphæricum eſſe infinitum.

Quęſtiones. Prima. SEd circa hæc tres emergunt quæſtiones, quarũ prima eſt, ſi corpus mobile circulo, ſit vel poſſit eſſe infinitũ,

An Corpus circulare cõtingat infinitum eſſe. & videtur q̃ ſic. Primo, motor primus eſt infinitus, igitur primum mobile illi æquatum eſt infinitum, quia ſi non, tunc exceſſus quo primum mouens excederet primum mobile, eſſet infinitus, igitur moueret in non tempore. Secundo arguiſolet, infinitum paruũ corpus eſt circulo mobile, igitur infinitum magnum corpus eſt

mobile circulo, tenet argumentum á ſimili, antecedens vero probatur, quia medietas cœli eſt circulo mobilis, & medietas medietatis eiuſdem, & ſic in infinitũ, igitur infinitum paruum corpus eſt circulo mobile. Tertio arguit Albertillus, ſi impoſsibile eſſet infinitũ corpus mobile circulo, hoc eſſet, quia infinita velocitas non poteſt eſſe in tempore finito, at falſum eſſe videtur hoc, quia infinita tarditas tempore finito eſſe poteſt, igitur & infinita velocitas, nam ſi vnum contrariũ eſt poſsibile, & alterum, & antecedens deducitur, quia partes circumſcrẽtiales polorum, vel molæ fabri mouenſ aliqua tarditate, & aliquæ verſus polos vel centrum in duplo tardius, & aliquæ adhuc magis vel verſus polos vel cẽtro in quadruplo tardius, & ſic in infinitum, igitur de facto in infinitum tarde mouetur aliqua pars, & in tempore finito. Quarto, in infinitum eſt diffuſiua lux cœli, igitur in infinitum eſt cœli cõuexum, ad quantũ enim lux cœli diffunditur, ad tantum cœlum diffundi neceſſe eſt, antecedẽs, probaſ, quia per quantum obſtaculum ſiue opacum eſt vmbræ productiuum, per tantũ lux eſt luminis multiplicatiua, ſed opacum eſt vmbræ in infinitũ productiuũ, igitur lux in infinitum eſt luminis multiplicatiua. In oppoſitum ſunt Ariſtoteles, & oẽs peripatetici, vt Simplicius, Thomas, Auerrois, & Auicen.

De titulo.

Sed circa titulum debes ſcire corpus mobile circulo eſſe illud in propoſito, quod mouetur circa medium: omne enim corpus ſimplex aut á medio, aut ad medium, aut circa medium fertur.

Quæ Auer. com. 41.

Auerroes tamẽ in cõmento velle videtur corpus mobile circulo eſſe rationem vniuerſaliorẽ cœlo. nam omne cœlum eſt corpus mobile circulo, & non conuertitur, rota. n. figuli circulo fertur, quæ tñ non eſt cœlum. Sed hoc ſtare nõ poteſt, nam Ariſtoteles per mobile circulo intelligit, quod circa medium fertur mũdi, tale autem omne cœlum eſt, & omne cœlũ eſt mobile circulo hoc pacto. et quod additur de rota figuli, clarum eſt hanc non moueri circulo hac ratione, quia nõ circa medium mundi. Præterea motus illius eſt miſtus ex aſcenſu et deſcenſu, & nõ ſimplex. Ex his ſequitur titulus quæſtionis, intelligitur. n. quæſtio de cœlo, quaſi quæratur, ſi cœlũ ſit, vel poſſit eſſe infinitũ mobile, hęc de titulo. Et de poſitionibus agamus.

Prima põ. veterum.

Veterum quidã credentes imaginationi, dixerunt cœlũ quod circulo mouetur, ex parte quidem cõuexi infinitum eſſe, ex parte vero cõcaui atq; centri finitũ. Primũ probant, quia imaginationi debet correſpondere aliquid in re, at imaginatio vltra cœli concauũ ad infinitum ſe extendit, & citra nõ, niſi vſq; ad centrũ: igitur ex parte conuexi erit infinitũ, ex parte concaui finitum, hęc veteres.

Quę Ariſto. contra veteres.

Sed hanc poſitionẽ Ariſtoteles ſex, vel ſeptem rationibus cõfutauit, quas in expoſitione textus diligenter examinauimus. Auicenna vero in ſuo lib. de cœlo, capite quinto, adiecit alias rationes nõ leues pro Ariſtotelicæ poſitionis cõfirmatione, quas referre ſuperfluũ puto, cum ſatis explicatæ ab eo ponanſ.

Põ Albertilli ſecunda.

Albertillus non ignarus peripateticus in ſuis quæſtionibus, ſupponit primum, ipſum infinitum poſſe intelligi categorematice, et ſyncategorimatice.

1. ſuppõ.

Ipſum infinitũ categorematice ęquiualet huic orationi, res nõ habens finẽ: iuxta quã expoſitionem Albertillus negat hanc, cõtinuũ eſt diuiſibile in infinitũ, eſſet enim ſenſus, continuũ eſſe diuiſibile in tem quæ nõ habet finem, modo hoc videtur falſum, quælibet enim partium in quas continuũ eſt diuiſibile, habet finẽ. Simili ratione & in numeris infinitũ categorematice eſt, quod nõ habet finem nec principiũ. At infinitũ ſyncategorematice in continuis quidẽ exponitur per hanc orationem, aliquod vel aliquantũ & quantumlibet maius. In numeris vero per hanc, aliquot, & quantũlibet plura. iuxta quam expoſitionẽ Albertilla negat Socratẽ infinitum pondus poſſe portare, nam aliquod vel aliquantum pondus poſſet portare, & quantumlibet maius, quod eſt falſum. Similiter negat infinitã partem eſſe in hoc pedali, quia tunc aliquanta pars, & quantumlibet maior. At

E in diſcretis concedit infinitas partes eſſe in hoc cõtinuo, quia aliquot partes, & quantumlibet plures, hæc diſtinctio non eſt aliena à peripateticis. Nam Ammonius inter peripateticos clarus, in libro de Interpretatione vtitur illa aperte.

Excerptum Albertilli cum.

Ex his ſequitur de mente Albertillæ, infinitum teneri ſyncategorematice quando totaliter terminum ſupra quem habet vim præcedit, categorematice vero quando ex parte poſt ponitur, Propterea hę ſunt impertinentes, infinitũ corpus eſt, & corpus eſt infinitũ, quia ſecunda nec ſequitur, nec repugnat primæ, cum in prima ipſum infinitum teneatur ſyncategorematice, In ſecunda vero categorematice.

Confutatio.

Verum excerptũ iſtud eſt voluntarium. peripatetici enim dicerent propoſitiones tales eſſe æquiuocas, & ita de ſitu termini non nimis curarent, vt patet.

2. ſuppõ.

Secundo ſupponit ipſum impoſsibile bifariam dici, vel ſimpliciter, quo plures deos eſſe ſimpliciter dicimus impoſsibile, vel ſecundum quid, quo aliquid dicimus eſſe impoſsibile potẽtia naturali, quod nõ

F eſſet impoſsibile potentia ſupernaturali, vt poteſt cœlum quieſcere.

Tertia.

Tertio ſupponit infinitum cœlum, vel corpus mobile circulariter eſſe poſſe bifariam intelligi, aut ſuppoſita multitudine orbium, vt ſupponit Ariſtoteles, aut imaginando cœlum eſſe vnum corpus cõtinuum ad infinitum circulariter protenſum. Suppoſita multitudine orbium poteſt intelligi vno modo imaginando vnum orbem moueri certa velocitate, & ſupra illum eſſe alium ad duplum velociorem, qui ſit duplus ad primum, & ſic in infinitum, vel econtra ſupra illum eſſe orbem duplum & in duplo tardiorem, & ſic in infinitum, & hoc rurſus bifariam, quia vel imaginando omnes moueri vno motu diurno, & etiam proprijs motibus, vel ſolum illos moueri proprijs motibus, & nullo cõmuni.

Cõcluſiones Alberti.

His viſis, tenet Albertilla multas cõcluſiones, quarum prima eſt q; loquendo de poſsibili, quod deducitur á potentia naturali, infinitum corpus circulariter mobile non eſt poſsibile eſſe, ſiue ſupponatur orbium multitudo, ſiue teneatur

G omnes orbes eſſe vnum cœlum. patet quia nulla potentia naturalis eſt, quæ poſſet facere orbes infinitos alterũ ſupra alterum, nec primo nec ſecundo modo. Itemq; nec eſt potentia naturalis, quę poſſet facere vnum cœlum cõtinuum infinitum. Sin autem loquimur de poſsibili deducto á potentia ſupernaturali, aut loquimur in ſenſu diuiſo, aut in ſenſu compoſito. ſi in ſenſu diuiſo, infinitum corpus mobile circulariter poteſt eſſe ſuppoſita orbium multitudine tam primo, q; ſecundo modo: deduciſ, quia de ſenſu diuiſo ſic exponitur, aliquod corpus mobile circulariter poteſt eſſe, immo de facto eſt, & duplum ad illud poteſt eſſe ſaltem per potentiam ſupernaturalem, & triplum, & quadruplum, & ſic in infinitum: igitur infinitum corpus circulariter mobile per potentiam ſupernaturalem poteſt eſſe. Confirmatur, quia infinitum ſyncategorematice etiam ſic exponitur, vt dictum eſt. Si in ſenſu compoſito, infinitũ corpus circulariter mobile ſuppoſita orbiũ multitudine ſiue primo, ſiue ſecundo modo

H eſt impoſsibile. deduciſ, quia tunc de facto hæc eſſet poſsibilis, infinitum corpus eſt, at hoc nunq; eſſe poteſt. Sin autem loquimur de infinito non ſuppoſita orbium multitudine, impoſsibile eſt eſſe corpus infinitum circulariter mobile. deducitur, quia, ſi eſſet, haberet centrum, & non haberet centrum, quod eſt impoſsibile, igitur & antecedens eſt impoſsibile: eſt enim impoſsibile ad quod ſequitur impoſsibile.

Duæ cõcluſiones.

Poſſunt autem omnes hæ concluſiones reduci ad duas. prima, potẽtia naturali infinitum corpus circulariter mobile nullo pacto eſſe poteſt, ſiue teneatur infinitum ſyncategorematice, ſiue categorematice, item ſiue teneatur ipſum poſsibile diuiſe, ſiue compoſite. Amplius ſiue teneatur cœlum vnũ, ſiue multiplex ſecundũ orbes.

Secunda cõ.

Secunda, potentia ſupernaturali infinitum corpus circulariter mobile eſſe põt, ſiue teneaſ cœlũ vnum, ſiue plures orbes, modo teneatur infinitũ ſyncategorematice, & poſsibile diuiſe.

Põ tertia.

Alij non recedentes

ab

ab Albertilla dicunt, infinitum corpus mobile circulariter actu eſſe omni potentia impoſsibile, infinitū corpus mobile circulariter in potentia ſecundum ſenſum datum ſaltem potētia ſupernaturali eſt poſsibile: quia poteſt potentia ſupernaturali eſſe orbis, qui moueť certa velocitate, & eadē potentia poteſt eſſe orbis duplus ad illum, quē moueretur dupla velocitate, vel dupla tarditate vt deus vellet, & eadē potētia poſſet eſſe triplus, & quadruplus, & ſic in infinitū. Preterea dato q̄ cœlum eſſet vnū, potētia dei poſſet eſſe cœlū certa quantitate, & eadē potentia amplari ad duplum, & ad triplū, et ſic in infinitū. Quare infinitum in actu eſſet ſimpliciter impoſsibile, ſed in infinitum in potētia eſſet poſsibile.

Pő quarta. Alij reprehendūť hos, & quærunt vtrū infinitū corpus mobile circulariter eſſe poſſet ſuppoſita multitudine orbium omni ratione. Videtur.n. q̄ nō, quia deus non poſſet facere orbē duplum ad primum, & alium triplū, & ſic in infinitū faciendo illos vno motu moueri. Propterea vltra dictas concluſiones addunt, q̄ tenēdo infinitū in potentia deus poteſt facere corpus mobile circulariter infinitū ſuppoſita multitudine orbium, modo illos non faciat moueri vno motu cōmuni: nam motus ille cōmunis non eſſet niſi finitus.

Pő quinta. Alij dicūt, q̄ quouis modo ſumať infinitum, ſiue in actu, ſiue in potentia, deus pōt facere corpus circulariter mobile infinitum. Potentia vero naturalis nullo pacto id facere poſſet. Quod quidē infinitū corpus circulariter mobile potentia naturali nullo pacto ſit poſsibile, ex dictis perſpicuū eſt. Quod vero infinitū corpus circulariter mobile & potētia & actu & categorematice, & ſyncategorematice potentia ſupernaturali fieri poſsit, probať ex hoc, quia infinitum in actu eſſe nō repugnat, deus autem ſm catholicos pōt facere, quicquid nō repugnat. Quod autē infinitum in actu nō repugnet eſſe, facile deduciť ab eis, quia ſi repugnaret eſſe, hoc eſſet, q̄a repugnaret enti ſimpliciter, vel enti creato, vel enti quanto, vel enti quāto naturali: ſed infinitas nō repugnat enti ſimpliciter, nā inter entia eſt aliquod infinitū, vt deus: nec enti creato, nam inter entia creata de facto eſt aliquod infinitum, vt

Christi grā eſt infinita. gratia quæ fuit in Christo redemptore ſecundum catholicos. Illa.n. eſt de facto infinita, & creata, igiť infinitas nō repugnat enti creato, nec repugnat enti creato quanto. Primo, quia dimenſio nō limitať ſua natura ad certū gradum extenſionis: igitur eſt producibilis ſub quouis extēſionis gradu, erit a ſub infinito. Secundo, ſi dimenſio nō poſſet effici ſine certo termino, eſſet vel quia talis terminus eſſentialiter cōſequereť dimenſionē, vel quia dimenſio haberet eſſe per talē terminū, vt materia per formā. Sed ſecundū dici non poteſt, q̄m dimenſio indifferenter ſtare poteſt cum quouis termino. Minime primū, quia dimenſio in ſui eſſentia nō includit terminum, igitur nec in ſui eſſe, & ita omni termino extenſionis ſubtracto, poteſt dimenſio participare eſſe dei, & ita poterit eſſe dimēſio ſine termino. Tertio, terminus extenſionis non eſt eſſe dimenſionis, quia vna eademq; dimenſio manēs eadē numero poteſt terminati diuerſo extēſionis termino, igitur terminus extenſionis ſupponit exiſtentiā dimenſionis, igitur dimenſio eſſe poteſt ſine termino. Quarto, differentia non repugnat generi. Sed quantum diuiditur per finitum & infinitū, igitur eſſe poteſt quantum infinitum. Quinto, ſm Auerroē dimenſio eſt materiæ coęterna, & nullus terminus dimenſionis eſt materiæ coæternus, ſed coęternū alicui eſt ęternus, æternū vero eſt quod omni differentiæ temporis coexiſtit: igiť à primo ad vltimum dimēſio coexiſtit abſq; termino, & per cōſequens poteſt eſſe & exiſtere ſine termino, & ita poteſt eſſe infinita ſm ſui rationē. Sic igitur patet q̄ infinitas non repugnat enti vt quantum eſt. Quod vero, nec enti vt ens eſt naturale, deducunt multifariā, quia aut ratione materiæ, aut ratione formæ naturalis, aut ratione motus naturalis, q̄ à forma proficiſcitur, aut ratione naturaliū virtutum, quę formā conſequuntur naturalē, nō ratione mate-

A riæ, quia deus agere pōt nō præſuppoſita materia, immo poteſt agere formā, et ad illam, nouā materiā producere, igitur non ratione materię, nec ratione formæ, q̄a forma naturalis limitationē eſſendi habet ab agēte, vel ab vnione materiæ, ſed ratione agentis ſupernaturalis nō habet limitationē, quia agens infinitū poteſt illimitate producere, nec ratione vnionis materiæ, quia deus agens agere poteſt nō ſuppoſita limitatione materiæ. Præterea materia eſt infinitæ potentiæ ſubiectiuę, igitur poteſt ſm ſe recipere formā infinitam, nec ratione motus, quia vt diciť quinto phyſicorū & in textu & in cōmēto, motus vt motus poteſt velocitari in infinitū, igiť motui vt motus non repugnat infinita velocitas, igitur forma ē qua proficiſcitur, nō repugnabit infinitudo vigoris, nec ratione virtutum naturaliū, quia (vt dicit Auerroes quarto phyſi.) caliditas vt caliditas & vniuerſaliter omnis virtus naturalis poteſt creſcere in infinitū. Præterea per infinitatē extenſionis nō tollitur limitatio virtutis naturalis, q̄a dato

B q̄ eſſet virtus in corpore infinito, adhuc illa eſſet limitata ad actiones naturales, nō.n. ſe extenderet niſi ad actiones ſuæ ſpeciei. Caliditas.n. in quanto infinito nō poſſet niſi calefacere, igiť haberet limitationē ſui generis, licet in illo haberet infinitudinē. Ex his cōcludunt infinitū categorematice, & ſyncategorematice fieri poſſe à deo, quare & infinitū corpus etiā fieri poterit. Et infinitū corpus quod eſſet circulariter mobile etiā fieri poſſet ab eadem virtute. Quā poſitionē ſequitur Eſculanus in libello.16. quęſtionū, & multi alij catholicorū. Ego vero diſtinguerē, nam de veritate quæſiti aliter eſt loquendū peripatetice, & aliter catholice. Dilucidatio. Si loquimur peripatetice, ſolutio quæſiti eſt perſpicua. Nā ſm peripateticos deus nihil immediate de nouo agit ad extra, niſi mediāte cauſa particulari, & agente naturali. Peripateticorum. Si igiť à potētia naturali infinitū nō eſt effectibile, neq; à potentia diuina erit producibile. Qua ratione fit, vt infinitū quouis modo ſumptum á nulla potētia fieri poſsit. Quare nec infinitū cor-

C pus circulariter motum erit poſsibile eſſe ſm peripateticos, & hoc deduxerūt rationes Ariſtotelis & Auerrois, atq; Auicennę, vt doctus Expoſitor bene declarauit. Sī vero loquimur catholice, vt eſt ſentiendum, nō clara eſt quæſiti dilucidatio. Nam alij catholicorū tenuerunt infinitum categorematice & actu eſſe factibile, vt rationes proximæ deducunt. Alij dixerunt infinitū categorematice & actu nō eſſe factibile, ſed bene infinitū ſyncategorematice & in potentia, vt Albertillus nos monuit.

Hæc ad fidē catholicā nihil pertinēt, cui ſatisfacit quiſq; Deū oīpotētē eſſe & credit, & confitetur.

Iuxta primam poſitionē infinitū corpus circulariter motum et categorematice, & ſyncategorematice, & ſuppoſita orbium multitudine in proportione dupla, & nō ſuppoſita etiā eſt poſsibile eſſe. Modo non ſupponatur oēs illos orbes moueri vno motu cōmuni diurno. Nam ſic implicaret cōtradictionē. Iuxta ſecundā poſitionē infinitū corpus circulariter motū ſyncategorematice tantū eſt poſsibile, & de ſenſu diuiſo, vt dictū eſt, quia ſuppoſita orbiū multitudine in proportiōe dupla, vt ſuperius docuit Al-

D bertillus. Aliter vero implicat contradictionem. Sueſſani opinio. Ego vero in tam graui quęſito, ſaluo meliori iudicio, cui ſemper me remitto, dicerem primo q̄ infinitum corpus categorematice & in actu repugnat enti factibili, ſyncategorematice vero & in potentia non. Secundo dicerem q̄ infinitū corpus circulare circulariter vnico motu mobile, vnū videlicet & continuū in actu, etiā repugnat enti. Tertio dicerem infinitū corpus circulariter motum etiā ſuppoſita orbium multitudine in proportione dupla ordinatorū repugnat enti ſyncategorematice, & categorematice tentum, ſi vnico motu illos velis moueri diurno, Implicat.n. in adiecto. Vltimo dicerē q̄ infinitum corpus circulariter motū ſyncategorematice non repugnat enti, ſic intelligēdo q̄ ſit dabilis orbis certus certa velocitate circulariter mobilis & duplus ad illum in duplo vel tardius vel velocius mobilis, & ſic in infinitum. Ex his patet quo modo infinitum corpus circulariter mobile

ſit à deo factibile, eſt.n.à deo factibile quo modo non repugnat enti. Quomodo vero repugnat, nõ cadit ſub factibilitate, & ſic ſecũdo & tertio modo nõ eſt à deo factibile, ſed vltimo modo eſt factibile. Et tenẽdo hanc dilucidationẽ, facile ad rationes oppoſitæ poſitionis reſpõdetur.

Solutio rationum. Eſculani.

Dicerẽ.n.primo ꝙ infinitũ corpus circulariter mobile in actu repugnat enti, nõ in eo ꝙ ens, ſed in eo ꝙ corpus, & in eo ꝙ corpus naturale, & in eo ꝙ corpus circulare. Quod quidem infinitas repugnat enti corporeo, id eſt in eo ꝙ corpus, Auerroes hic com.39.declarauit. Inquit enim ſimiliter corpus non põt intelligi eſſe infinitũ, niſi propter magnitudinẽ, quę eſt in eo quaſi genus, ppter illud vero quod eſt in eo quaſi forma, et eſt numerus dimẽſionũ.ſ.ꝙ deſcriptio corporis eſt, qa magnitudo eſt diuiſibilis in tres dimẽſiones, nõ poteſt intelligi habere quartam dimenſionẽ, neq; habere dimẽſiones infinitas, & ſic concludit nõ eſſe poſsibile intelligi in illo infinitũ niſi ex parte generis, quod eſt magnitudo.

Infinit⁹. corpori, vt ſic repugnat, iuxta Auer.

patet itaq; de mente Auerrois ꝙ ſicut linea, vt longitudo, põt eſſe infinita, vt linea vero nõ, quia vt linea terminis clauditur: & ſuperficies vt latitudo põt eſſe infinita, vt ſuperficies nõ, quia lineis clauditur. ſic corpus vt magnitudo poteſt eſſe infinitum, vt vero corpus nõ, quia vt corpus ſuperficiebus, lineis, & punctis, & profunditate clauditur. Quare apud Auerroem implicat cõtradictionẽ corpus vt corpus eſſe infinitum.

Auicẽna de finita.

Auicenna vero in libro ſuo de cœlo capite quarto, inquit, dico etiã ꝙ nõ poteſt opinari quis cœlum eſſe infinitũ: quia ſi quis cœlũ mente cõcipit, ſtatim cogitat corpus. Corpus aũt inducit ſuperficiẽ, ſuperficies vero infert finẽ, & ſic nullum corpus excogitari poteſt infinitũ. ecce ꝙ Auicenna vult infinitũ repugnare enti, quatenus eſt corpus, & ſic perſpicuũ erit infinitũ corpus circulariter mobile nõ eſſe de numero factibiliũ, quia repugnat eſſe in eo ꝙ corpus. Quod vero repugnet enti naturali, patet apud philoſophos, quia omnis res naturalis ſuapte natura determinať ad maximũ & ad minimũ, omnium enim natura cõſtantiũ determinatus eſt numerus magnitudinis, & augumẽti.

2.de anima, tex.41.

Tunc ad rationes contra hoc dico ꝙ infinitas repugnat enti naturali ratiõe formæ naturalis, & quãdo dicitũ ꝙ limitatio formæ naturalis eſt ab agente, cõcedo effectiue, & ſubiectiue à materia, & eſſentialiter merito ſui, ſicut rationalitas hominis effectiue eſt à ſole & ab homine, formaliter ab anima intellectiua, ſubiectiue à materia. Et qñ dicitur ratione agentis ſuper naturalis nõ habet limitationẽ, cõcedo, & propterea ex parte dei nõ eſſet illud repugnans, ſed ex parte rei, quæ illius nõ eſt capax. Quod etiã repugnet enti corporeo circulari, deduciť, quia figurato repugnat infinitas, figura enim termino vel terminis claudiť, at infinitum ab omnibus abſoluiť terminis. Ex his igitur perſpicua eſt dilucidatio.

Dubitatio.

Sed occurres, pono ꝙ deus efficiat vnum orbem ſupra oẽs in duplo maiorem, vtrum poſſet efficere vt ille mouereť etiam motu diurno, & patet ꝙ ſic, qa nec eſſet repugnãtia ex parte orbis facti, vt illo motu moueretur; neq; ex parte dei facientis, vt illo motu moueret. Vlterius quæro, ſi deus poſſet facere adhuc vltra hunc orbem alium in duplo maiorẽ illo, qui rurſus moueretur motu diurno, et patet ꝙ ſic, quia ex parte nullius eſſet repugnãtia. Et eadem ratione poſſet facere tertium, & quartũ, & ſic in infinitũ, quorum quilibet moueretur motu diurno, igitur ad hũc intellectum deus poſſet facere infinitos orbes qui moueren̄ motu diurno, & ita infinitũ corpus circulariter motũ deus poſſet facere, cuius oẽs orbes mouerentur motu diurno, quod eſt cõtra dilucidationem.

Solutio.

Poteſt dici infinitũ corpus circulariter motũ deum poſſe facere, cuius oẽs orbes moueren̄ motu diurno, diuiſiue tenendo verbum omnes, nõ aũt collectiue, quia ſic deus poſſet facere orbes infinitos categorematice & in actu, & ſic nõ eſt contra dilucidationẽ. His dilucidatis ad rationes patet ſolutio, ad primã patet, quia deus agit libere ſm catholicos & contingenter. Et propterea, ſi efficeret orbem finitum, illum poteſt mouere velocitate quam ipſe vellet, ſecus ſm philoſophos, vt dictũ eſt. Ad ſecundã, patet ſolutio ex tertio phyſi. nã infinitũ poteſt eſſe in diminuendo, nõ autem in augendo, & ideo negatur conſequentia. Eodem modo ſoluit Albertillus tertiã, quia tarditas eſt diminutio quædã motus, velocitas vero augmentatio, & ideo licet tarditas poſsit ire ad infinitum, velocitas minime. Ad vltimam dicerem, ꝙ lux cœli in infinitum nõ eſt luminis multiplicatiua, quia lux eſt virtus finita, luminoſi enim virtus finita eſt, igitur luminis multiplicatio eſt finita. Ad probationem nego antecedens, quia præciſe eo vſq; vmbra cauſari poteſt reſpectu corporis luminoſi, quouſq; multiplicari poteſt lumen, et quia ad finitam diſtantiam multiplicari poteſt lumen, & non vltra, igitur & vmbra, hæc peripatetice.

Secũda q̃.

QVæritur ſecundo, ſi ſit verum, ꝙ corpori circulariter mobili in eo ꝙ quantum nõ repugnat infinitas vt Auerroes dicit, & videtur ꝙ nõ repugnat, quia quantum diuiditur per finitum & infinitũ, ſed differentia nõ repugnat generi, igitur infinitum non repugnat quanto. Secundo infinitũ non repugnat quali, igitur nec quanto, antecedẽs patuit de facto, de gratia redemptoris vt facri teſtantur, etiã per Auerroem quarto phyſicę auſcultationis com.72.de ſubtilitate, quæ poteſt in infinitum creſcere, & ibidem etiã de raritate et denſitate com.84.quibus non repugnat infinitas in eo ꝙ qualitates, igitur nec corpori circulari in eo ꝙ quantũ repugnabit. In contrariũ eſt, quod dicitur in Topicis, quod nõ repugnat generi, reperitur in aliqua ſpecie, & quinto Metaphyſicæ videre nõ repugnat talpæ, vt talpa eſt animal, quia aliquod animal videt.

Põ Auer. & Iuniorum.

De præſenti quæſito Auerroes com.39.opinatus eſt de linea, ſuperficie, & corpore idem; vt ꝙ nulli illorum repugnat infinitas ſub ratione generis, lineæ.n. per rationẽ lineæ, repugnat infinitas, nõ autem per rationem generis, quę eſt longitudo, ſuperficiei per rationem ſuperficiei repugnat infinitas, nõ autem per rationẽ latitudinis, quæ eſt genus eius. Corpori ſimiliter per rationẽ corporis repugnat infinitas, non autẽ per rationẽ magnitudinis atq; quanti, quod eſt ſuum genus. Nam quãto vt quanto nõ repugnat infinitudo, hæc Auerroes.

Iuniorũ rõ

Poſitionem hanc Iuniorum quidã confirmarunt bonis rationibus, prima, duorum oppoſitorũ ſi alterum cõpetit alicui, & nõ eſt de ratione illius, alterum eidẽ nõ repugnat, verbi cauſa, quia rationale & irrationale ſunt duo oppoſita, & alterum, vtpote rationale competit animali, et non eſt de ratione animalis, irrationale poteſt animali cõpetere, vel ſaltem nõ repugnare. Sed finitum & infinitũ ſunt duo oppoſita, et finitum competit quanto, & nõ eſt de ratione quanti, igitur infinitum ſaltẽ quanto non repugnabit. Minor patet quo ad primã partem, nemo enim dubitat finitum cõpetere quanto, ꝙ vero nõ ſit de illius ratione, probatur, quia quantũ vt quantum de ſui ratione nõ limitatur præciſe ad certum extenſionis gradum.

Secunda.

Secundo probatur eadem poſitio. Si enim infinitum repugnabit quanto, vt quantum, hoc erit, vel quia finitum cõſequitur eſſentiam quanti, vel quia conſequitur eſſe illius: ſed finitum non conſequitur eſſentiam, quia quantũ poteſt ſtare cum quolibet gradu finito, igitur nullus gradus finiti conſequitur eſſentiam quanti, & ita infinitum non conſequitur eſſentiã quanti. Præterea ſi finitum conſequeretur eſſentiam quanti, eſſet de definitione quanti, conſtat autem quantum non definiri per finitum ipſum, nec conſequitur eſſe illius, quia eſſe eſt actus eſſentiæ: igitur, ſi non eſt finitum de ratione quanti ſecundum eſſentiam, nec eſt de ratione quanti ſecundum eſſe. Præterea ſaltem quanto ſecundum eius eſſentiam nõ repugnabit infinitas, igitur nec corpori ſm rationem eſſentialẽ quanti. Tertio eadẽ dimenſio numero poteſt ſtare ſub diuerſis terminis, & propter hoc diciť dimenſio interminata, igitur terminus nõ eſt de eſſentia, nec de eſſe quãti, & ita nullũ finitũ erit de eſſentia vel de eſſe quãti, & per conſe

quens

quens quãto, vt quantum eſt, nõ repugnabit infinitudo.
Ex his tribus rationibus videt̃ probabile, infinitũ nõ re-
Secunda poſitio.
pugnare quanto ſm rationẽ quãti. Alij nõ parui viri te-
nuerunt totũ oppoſitũ, dixerũt enim infinitũ repugnare
quãto ſm eius eſſentiã & ſm eſſe, & ſic dixerunt oẽ quan
tum eſſe finitũ, & omne finitũ eſſe quantũ, perſuadẽt po
ſitionem bonis moriuis. Primo ſi infinitũ nõ repugnat
quãto, ſaltem ſm eius eſſentiã ſibi põt competere, igit̃ in
finitum quantũ eſt poſſibile. Prima cõſequentia patet,
quia oẽ nõ repugnãs alicui ineſſe, põt ineſſe. nõ. n. datur
mediũ inter poſſibile, & impoſſibile. quare, ſi infinitum
nõ repugnat quãto, poſſibile eſt illi ineſſe, qa ſi nõ poſſi-
bile eſt illi ineſſe, impoſſibile erit ineſſe. ſi impoſſibile eſt
illi ineſſe, repugnabit ei. quare á primo ad vltimũ ſi nõ re
pugnat quãto, infinitũ poſſibile erit ineſſe quãto: vltra, ſi
erit poſſibile ineſſe quãto, erit poſſibile aliqua potentia,
vel finita & naturali, vel ſupernaturali. non ſup naturali,
quia licet hoc eſſet fortaſſe catholicũ, nõ videt̃ phyſicũ,
B & maxime peripateticũ, vel Auerroicũ, nec põt eſſe po-
tentia naturali, qa nulla eſt illa, vt oĩbus cõſtat. Secũdo,
ſi infinitũ non repugnat quãto ſm eius eſſentiã, poterit ſi
bi ineſſe ſaltẽ ſm eius eſſentiã, vt deductũ eſt. Si põt ſibi
ineſſe ſm eius eſſentiã poterit reperiri de facto aliqd, cui
de ineſſe illud cõpetit. Tertio qd eſt impoſſibile ineſſe
alicui, eſt illi repugnãs. ſed infinitũ eſt impoſſibile ineſſe
quãto, quia ſm Ariſ. 1. priorũ, impoſſibile eſt, quo poſito
ineſſe, ſequit̃ impoſſibile. modo, poſito q̃ quantũ ſit infi-
nitum, innumera ſequunt̃ impoſſibilia, quare impoſſe eſt
infinitũ ineſſe quãto. Maior patet, qa impoſſibile ineſſe
videt̃ repugnãs. Ex ijs rationibus deducũt corpori repu
gnare infinitũ tam ſm rationẽ corporis, q̃ ſm rationem
quãti, tam ſm eſſentiã, q̃ ſm eſſe. Ego vero diu arbitra
Dilucidatio ineſſe, poſſibile ineẽ, nõ repugnans ineſſe.
tus ſum ſecundã poſitionẽ cõtra Auer. Nunc vero aliter
ſentirẽ, dicerẽ enim eſſe differentiã inter ineſſe ſeu cõpe-
tere, poſſibile ineſſe, & nõ repugnãs ineſſe, ſicut inter nõ
ineſſe, impoſſibile ineſſe, & repugnãs ineſſe. Nam ineſſe
C propoſitionẽ efficit de ineſſe, vt homo currit, dato q̃ cur
rat. poſſibile ineſſe eſt, quo poſito ineſſe, nõ ſequit̃ impoſ
ſibile, nõ repugnans ineſſe, eſt quo intellecto non ſequit̃
repugnãs intellectui. Ineſſe igitur reſtringitur tm̃ ad id,
quod eſt. Poſſibile ineſſe ampliatur ad id quod eſt, et põt
ineſſe, nõ repugnans vero ad id quod eſt, & põt ineſſe, &
ad id quod põt intelligi. Verbi cauſa de ineſſe homo cur
rit & põt homo currere, et nõ repugnat hominẽ currere.
Poteſt ſedens moueri, qa ſi id quod nũc ſedet, poſtea mo
uetur, nullũ ſequit̃ impoſſibile, & nõ repugnat qd ſedet,
moueri, nõ repugnat corpus eſſe ſine loco, qa dato q̃ cor
pus intelligat̃ eſſe ſine loco, nõ ſequit̃ repugnãs apud in-
tellectũ, & tñ nec corpus eſt ſine loco, nec põt eſſe ſine lo
co, ſm aliquos nõ repugnat materiã eſſe ſine forma, quæ
Repugnans impoſſibile ineſſe.
tñ non poteſt eſſe ſine forma, nec eſt ſine forma. Ex his
patet differẽtia inter nõ ineſſe, impoſſibile ineſſe, et repu
gnans eſſe, qa per regulã topicã, ſi in affirmationibus ali-
quid eſt cõmunius, in negationibus efficiet̃ minus cõmu
D ne. Quare repugnãs eſt in minus q̃ impoſſibile, & q̃ in-
eſſe, id. n. ꝓprie repugnat, qd nec eſt, nec põt eſſe, nec in-
telligi eſſe, immo quo poſito, ſequit̃ cõtradictio apud in-
tellectũ. Tũc facilis eſſet dilucidatio quęſiti. Dicerẽ igi
tur infinitũ nõ ineſſe quãto, nec corpori in eo q̃ quantũ,
& impoſſibile ineſſe quãto, & corpori in eo q̃ quantũ.
Quod tñ non repugnat quãto, nec corpori in eo q̃ quan
tum, qa ſi intellectus intelligeret corpus in eo q̃ quantũ
ſine fine, nõ ſequeret̃ repugnãs intellectui. Corpori vero
in eo q̃ corpus repugnat infinitũ, quia ſequit̃ cõtradictio
intellectui. Nã eo ipſo quod intelligit̃ corpus eſſe, intelli
gitur figuratũ eſſe & tribus terminis terminatum eſſe, et
ſic eo ipſo q̃ intelligit̃ figuratũ eſſe vel terminatũ, nõ in-
telligitur infinitum, vt dicit Auicenna, igit̃ contradictio
Soluũtur rationes.
apud intellectũ. Tunc ad rationes oppoſitæ poſitionis,
ad primã negatur prima conſequentia, infinitũ enim (vt
dictũ eſt) nõ repugnat quãto, nec corpori in eo quod quã

A tum, quod tñ nec cõpetit ſeu ineſt, nec põt cõpetere, nec
ineſſe. & cõcedit̃ impoſſibile ineſſe illi, quod tñ nõ repu-
gnat, vt dictũ eſt, hoc enim impoſſibile eſt ineſſe alicui,
cui tñ non repugnat. Nam non repugnare eſt per intelle
ctum, poſſibile eſſe per aliquã potentiã effectiuã realẽ.
Per idẽ ad ſecundã, infinitum. n. nõ repugnat quãto, nec
corpori in eo q̃ quantũ, quod tñ nec illi ineſt, nec poſſibi
le eſt ineſſe, nec oportet q̃ non repugnat alicui, reperiri
de facto in aliquo illius, quia nõ repugnare eſt per intelle
ctum, & nõ ſm eſſe. Ad tertiã patet ſolutio, licet. n. oẽ
repugnãs ſit impoſſibile, nõ tamen oẽ non repugnãs eſt
poſſibile (vt dictũ eſt) qa nõ repugnãs eſt qd ſi intelligat̃
eſſe, nõ ſequit̃ repugnãs intellectui. Ex his perſpicuum
Cõcluſio dilucidationis.
eſt, corpori per rationẽ quanti nõ repugnare infinitatẽ, li
cet bene ſibi repugnat per rationẽ corporis. Et cõſequẽ
ter etiã patet corpori circulariter mobili, in eo q̃ quãtũ,
minime repugnare infinitudinẽ, cui tñ & per rationẽ cor
poris circularis, & per rationẽ corporis repugnat, vt to-
B ties dictũ eſt. Per hęc patet ad rationes factas in princi-
pio, ſunt enim pro nobis. Similiter & rationes primæ po
ſitionis ſunt pro nobis, ad rationẽ poſt oppoſitũ, patet ſo
lutio, regula enim topica eſt per verbũ eſt, vel reperitur,
& non per verbũ non repugnat, nam oẽ quod eſt in gene
re vel reperitur in genere eſt, vel reperitur in ſpecie, ſed
non quod non repugnat alicui per rationem generis, eſt,
vel reperitur in ſpecie. Sed ſufficit q̃ per intellectum nõ
repugnet ſpeciei alicui, hæc de ſecunda quæſtione.

Tertia qõ.
TErtio quæritur vtrũ lineæ & ſuperficiei vt tales, re-
pugnet infinitas, videt̃ q̃ nõ, nam in oĩbus his ratio
nibus Ariſt. ſuppoſuit lineas infinitas, igit̃ lineæ vt linea
nõ repugnat infinitudo, aliter accepiſſet in rationibus ali
quid repugnãs intellectui. In cõtrariũ eſt Auer. cõ. 39.
qui vult lineæ & ſuperficiei non repugnare infinitatẽ ex
parte lõgitudinis, quæ eſt genus lineę, & latitudinis, quę
Prima põ.
eſt genus ſuperficiei. Quidã magis mathematici q̃ phy
ſici arbitrati ſunt nec lineæ nec ſuperficiei quatenꝰ tales,
C et per rationẽ ſpeciei repugnare infinitudinem. Minime
per rationẽ generis, probant primo per Ariſt. qui vtit̃ il
lis vt infinitis in ſuis rationibus. Secundo terminus non
cadit in definitione illarũ, eſt enim linea lõgitudo ſine la-
titudine & altitudine, ſupficies latitudo ſine altitudine.
Tertio Auer. & Auic. & Ariſ. dicũt corpori per rationẽ
corporis repugnare infinitudinẽ, quia de ratione corpo-
ris eſt figura quæ terminis claudit̃, igitur per cõuerſionẽ
per cõtrapoſitionẽ, de cuius ratione nõ eſt figura, de eius
ratione nõ eſt finitudo, ex his dixerunt, lineę, & ſupficiei
per rationẽ ſpeciei nõ repugnare infinitudinẽ, veluti nec
Põ Auer.
per rationem generis. Auer. vero cõ. vbi ſupra, voluit li
neę, vt lineę & ſuperficiei, vt ſuperficies, repugnare infi-
nitudinẽ, nõ aũt per rationẽ generis, lineę enim vt longi
tudo quædã nõ repugnat, nec ſuperficiei, vt latitudo. Et
Cõfirmatio poſitionis.
licet poſitio hęc vix ꝓbari poſſit, tñ ſic videt̃ mihi eẽ pro
banda, vel linea vltra longitudinẽ includit aliqd, vel ni-
hil, ſi nihil, tunc longitudo nõ eſſet genus lineę, & ita lon
Lineæ definitio.
D gitudo & linea eſſent nomina multiuoca ceu enſis & gla
dius, quod eſt cõtra phyſicos, & Geometras. Sin autẽ li
nea vltra lõgitudinẽ addit aliquid, nõ videtur niſi termi
nus. eſt enim linea longitudo ſine latitudine & ꝓfundita
te, cuius extrema ſunt duo puncta, igit̃ addit terminum.
Vnde in hac definitione lineę, lõgitudo ponit̃ pro gene-
re lineæ: illa particula ſine latitudine & profunditate eſt
definitio longitudinis. Nam longitudo eſt quantitas con
tinua ſine latitudine & profunditate, ſic igit̃ in definitiõe
lineæ ponit̃ longitudo pro genere & definitio vel princi
palis differẽtia illius vt definitio ſit verior & expreſſior,
vt dicitur in Topicis, quare ſi vltra lõgitudinẽ linea dicit
aliqd, illud eſt terminus. Quare lineæ vt linea repugnat
infinitas, nõ autẽ vt longitudo quędã. Eodẽ modo põt
dici de ſuperficie, quia ſuperficies ſuperaddit aliqd latitu
Superficiei definitio.
dini, vel nihil, & ſi nihil, tunc latitudo & ſuperficies eſ-
ſent nomina multiuoca. Et ſi aliquid, illud eſt termi-

nus, vnde definitur ſuperficies ꝙ ſit latitudo ſine profunditate, cuius extrema ſunt duæ lineę: igiť ſuperficiei vt ſuperficies repugnat infinitudo, nõ autẽ vt latitudo, & tũc patet poſitio Auer. quę nõ ſolũ videť vera, ſed mathematica, è qua poſitione deducitur ꝙ diuiſio quę datur de linea, ꝙ quędã ſit finita, quędã infinita, nõ eſt vera diuiſio, ſed ſm ęſtimationẽ. Ad rationes oppoſitę poſitionis, dico ꝙ Ariſt. vtiť illis vt infinitis nõ quatenus intelliguntur infinitæ per rationẽ ſpeciei, ſed per rationẽ generis, vt ex verbis Ariſt. deducit Auer. Ad ſecundã patet ſolu. nã in cõpletis illarum definitionibus neceſſario cadit terminus, vt viſum eſt. Ad tertiã dico, ꝙ Auer. & Auicẽ. dicunt corpori per rationẽ corporis repugnare infinitatem per hoc ꝙ de ratione corporis eſt figura, nõ tamẽ volunt figuram eſſe cauſam pręciſam, & adęquatã illius, & propterea non licet contraponi, ſed cauſa præciſa eſt, quia de ratione corporis eſt terminus, cum ſit trina dimenſio, & ſic licet inferre in omnibus, quod de cuius ratione nõ eſt terminus, de eius ratione non eſt finitudo. Ad rationem in principio patet ſolutio ex his. Multæ alię quęſtiones emergerent, ſed quia poſſunt cadere etiam in ſequentibus, poſtea pertractabuntur.

Solutio rationum.

E

F

At vero neq; id quod ad medium, neque id quod è medio fertur, infinitum erit.

Cum Ariſt. de corpore circulariter mobili demonſtrauit infinitudinẽ, nunc de corpore, q^d moueť motu recto, demonſtrat idẽ, et hoc ꝑponit dicẽs, at vero neq; id quod ad mediũ, neq; id quod è medio fertur, infinitũ erit, hoc eſt, ꝙ neq; leue, neq; graue, infinitũ ſit, manifeſtũ erit ex dicendis. Quod vero ad verba attinet, debes ſcire, ꝙ leue definitũ eſt per hoc quod eſt corpus quod à medio fertur. Graue vero ꝑ id quod ad mediũ fertur, & quia quod à medio ferť, cõpetit leui ſimpliciter, & leui in reſpectu, & quod ad mediũ fertur, graui ſimpliciter, & graui in reſpectu, ideo intentio intelligatur de oĩbus, quaſi dicat, at vero neq; id quod ad mediũ vt graue ſimpliciter, & in reſpectu, neq; id q^d è medio ferť, videlicet leue ſimpliciter & in reſpectu, infinitũ erit. Quare de oĩbus elemẽtis proponit demonſtrare infinitudinem, hæc de intentione.

Leue & graue, quid.

G

Contrariæ enim lationes ſunt, qua ſurſum, & qua deorſum pergitur. Contrariæ vero ſunt ad contraria loca.

Pergiť verbũ eſt textui ſuppletum.

Propoſita intentione proſequitur, & primo de graui leuiq; ſimpliciter, quæ cõtraria ſunt in extremo, quę dupliciter probat eſſe finita ex parte locorũ, et ex parte qualitatũ, ſecundo de graui leuiq; in reſpectu: in ſyllogiſmo qui ex parte locorũ ꝓcedit, ſumit duas ſuppoſitiones more boni Geometræ. Prima eſt, locus ſurſum et locus deorſum ſunt cõtraria, & hanc ſyllogizat ſic, loca ad quę ſunt lationes contrariæ ſunt contraria: locus ſurſum & locus deorſum ſunt loca, ad quæ ſunt lationes contrariæ: igiť locus ſurſum & locus deorſum ſunt cõtraria. de ratione tãgit vim minoris, dicens, cõtrarię. n. lationes ſunt, qua ſurſum, & qua deorſum pergitur, & per hãc vult habere minorem, videlicet ꝙ locus ſurſum & locus deorſum ſint loca ad quæ ſunt lationes contrariæ. vim maioris indicat per id quod ſubdit, contrarię vero ſunt ad contraria loca: quaſi velit habere loca eſſe cõtraria, ad quę lationes ſunt contrariæ. Sic igitur habetur ſuppoſitio prima, videlicet ꝙ locus ſurſum & locus deorſum ſint cõtraria, cuius breuis probatio eſt, quia ſunt termini ipſorum motuum contrariorum Hæc de prima ſuppoſitione.

1. ſuppõ.

H

Atq; contrariorum ſi alterum definitum eſt, & alterum definitum erit. medium vero eſt definitũ. Nam, ſi vndeuis deorſum feratur, quod ſubſtat non contingit vltra medium progrediatur. Cum igitur medium definitum ſit, & ſuperum locum definitum eſſe neceſſe eſt.

Vltra. Longius. Viterius.

Secunda ſuppoſitio, locus ſurſum et loc^9 deorſum ſunt definita, probat ſic, contrariorũ ſi alterum definitũ eſt, et alterum definitũ erit: mediũ ſiue locus deorſum, & locus ſurſum ſunt cõtraria, vt proxima ſuppoſitione patuit: igitur ſi alterum definitũ eſt, & alterum. De ratione tãgit maiorẽ dicens, atq; contrariorum ſi alterũ definitũ eſt, & alterum definitũ erit. dimittit minorẽ, ſed eius ꝓbationẽ ſumit, dicens, mediũ vero eſt definitũ, nõ enim medium mundi eſt abyſſus in infinitũ à nobis diſtans, & hoc probat. i. definitum ſm diſtantiã à nobis, ad quod cũ graue peruenit, non vltra progreditur. Tunc tangit minorẽ D. nam, ſi vndeuis deorſum ferať, quod ſubſtat, hoc eſt graue ipſum, quod omnibus ſubſtat, perueniens ad medium non contingit vltra medium progrediatur. Tunc quaſi epilogando rationem inquit. Cum igiť medium definitũ ſit ſm diſtantiã à nobis, & superum locum ſm diſtantiã ab illo & à nobis definitum eſſe neceſſe eſt. Sic igitur patet ſecunda ſuppoſitio, ꝙ videlicet locus ſurſum, & locus deorſum ſunt definita. Animaduerte tamen primã ſuppoſitionem non deſeruire ſyllogiſmo, ſed ponitur vt habeatur hæc ſecunda ſuppoſitio, in qua tota vis ſyllogiſmi cõſiſtit. Nam prima ſuppoſitio eſt minor ſyllogiſmi quo probatur ſecunda ſuppoſitio, vt patuit.

2. ſuppõ.

Si igitur loca ſunt definita, atq; finita, & corpora erunt finita.

Ex vi ſuppoſitionis vltimæ ſyllogizat ſic, ſi loca naturalia aliquorũ corporum ſunt finita & definita, corpora locata erũt finita, per ſecundã ſuppoſitionẽ: locus ſurſum & locus deorſum, quæ ſunt loca grauiũ & leuium naturalia, ſunt finita & definita: igiť corpora grauia et leuia ſunt finita, quod eſt propoſitũ. Sed occurres, quia videť aliquid eẽ acceptũ in ſyllogiſmo quod nõ accipiebať in ſuppoſitionibus. in ſuppoſitiõe enim accipiebať loca eſſe definita per diſtantiã vnius ab altero, & à nobis, at in minore huius ſyllogiſmi accipiť ꝙ loca illa ſint definita, & finita, definita quidẽ ſm diſtantiã vnius ab altero, finita vero ſm cõtinentiã, quia cõtinentia loci deorſum eſt finita, & cõtinentia loci ſurſum etiã. Modo licet primum ſit in ſuppoſitione ſumptũ, ſecundũ vero nõ, et ita aduerſarius veritatis poſſet dicere ꝙ loca ſint definita ſm diſtantiã vnius ab altero, & tñ vterq; illorũ eſt ambitu atq; cõtinẽtia infinitus. Qua ratione corpus cõtentũ poſſet intelligi infinitũ, quare Ariſt. plus in ſyllogiſmo q̃ in ſuppoſitionib^9 accepit. Poteſt dici ꝙ ex vno habeť alterũ, q̃ ſi enim acceptũ ſit loca illa eſſe definita ſm diſtantiã alterius ab altero, relinqueť vtrunq; illorum eſſe finitũ ambitu, atq; continentia. Nã ſi locus deorſum eſſet ambitu infinitus, & locus ſurſum ſimiliter, proculdubio centra locorũ quę petunt corpora, diſtarent in infinitũ, hoc autẽ reprobatũ eſt, per hoc quia graue petens mediũ nõ vltra ipſum amplius ferť, quæ ratio docet nõ modo loca illa diſtare inter ſe finite, ſed vtrũq; illorũ eſſe cõtinẽtia & ambitu finitũ, propterea Ariſt. accipit hoc, q̃a licet in ſuppoſitionibus nõ ſit aperte ſumptũ, eſt virtualiter præſuppoſitũ. Tu vero conſidera, ſi videbiť aliter. Auer. vero ſyllogizat ſic hypothetice, ſi loca ignis & terrę ſunt finita, locata, videlicet ignis & terra ſunt finita, at loca ignis & terræ finita ſunt: igiť ignis et terra finita erũt. maior ſyllogiſmi oĩbus cõſtat, at minor ꝓbatur ex eo quia locus terrę finitus eſt, vt dicetur. ſed ſi vnũ contrariũ finitum eſt, alterũ etiã finitum erit. Quare ſi locus terrę eſt finitus, locus ignis, q̃ terræ eſt cõtrarius, finitus erit, vt igitur hæc ratio perſpicua ſit, Auer. ex textu Ariſt. facit ſuppoſitiones. prima eſt loca ignis & terrę ſunt cõtraria, probatur, quia motus ad illa cõtrarĳ ſunt, igitur loca erunt contraria. Secunda radix ſeu ſuppoſitio contrariorũ, ſi alterum eſt finitũ, & alterum neceſſario finitũ erit, probat Auer. hãc radicẽ primo, cõtraria æqualia eſſe debent ſm qualitatẽ. Nam ſi alterum erit infinitũ, et alterũ finitum, infinitum ſuperabit finitũ à proportione infinita, & ita vnũ illorũ erit tantũ.

Dubitatio.

Quæ Auer. com. 40.


1. ſuppõ.

Secunda.


Infinitum

Infinitũ enim totũ occupat. Et cum dicit Auer. cõtraria eſſe æqualia, non intelligas de æqualitate punctuali: ignis enim contrariaꝭ terrę, & tamẽ eſt terra maior ignis ipſe, nec de ęqualitate virtutis, quia tũc inter illa nõ eſſet actio, ſed de æqualitate proportionis, ſic videlicet ꝙ alterum, alterũ non exuperet proportione infinita. Nam tũc alterũ corrumperet alterũ, & in terũ natura nõ eſſet niſi vnum tm̃. Secundo probat idẽ ibi & manifeſtũ eſt ſi cõtraria nõ eſſent æqualia in gradu cõtrarietatis, alterũ eſſet altero fortius, at hoc eſt impoſsibile. nam alterũ, alterum deſtrueret, & ita tolleretꝭ cõtrarietas, & hęc ratio nõ multũ differt à prima. Tertio probat idẽ ibi & poſsibile eſſet addere: & arguit ſic, ſi alterũ contrariorũ eſſet finitum, & alterũ infinitum, tunc eidẽ plura eſſent cõtraria. deducitꝭ, nam ſit A cõtrariũ infinitum, B. vero finitũ, reſecetur igitꝭ ab A aliqd, & addatur ipſi a, tunc A adhuc remanebit infinitũ, quia quouis ablato ab infinito ſemp remanet infinitum, aggregatũ vero ex a & eo quod addebatꝭ ſibi ſit C, tunc a contrariabatꝭ ipſi A per aduerſariũ, & C etiã eidẽ A, quia adhuc inter C & A remanet diſtantia infinita, igitꝭ vni erunt plura cõtraria. Quarto probat idẽ ibi {& illud quod} & arguit ſic contraria ſunt quæ maxime diſtant. 10. metaphyſicæ, igitꝭ cõtraria ſunt æqualia, probatur cõſequentia, quia ſi A ſit infinitũ & B finitũ, ſi a ipſi adderetur qođ, ipſum a ab A magis diſtabit, igitꝭ a et A prius nõ fuerunt contraria, vel ſi fuiſſent contraria nõ fuiſſent maxime diſtãtia. Quinto probat idẽ ibi & ẽt, & arguit, quia cõtrarietate extremi ad extremũ, oportet contraria eſſe ęqualia, nam ſi non, & dicas ꝙ alterũ eſt finitũ, & alterũ infinitũ, cum finitũ reſpectu infiniti habeat rationẽ medij, tunc inter A a eſſet cõtrarietas medij ad extremũ contra poſitionẽ, ex his patet ſuppoſitio ſecunda.

Tertia ſuppoſitio. Tertia radix apud Auer. eſt, ꝙ mediũ eſt finitum atq; terminatum, & per mediũ intelligit vt dicit Auer. locum ſimpliciter deorſum, ad quẽ mouetur ſimpliciter graue, probatur primo quia locus terræ eſt mediũ mundi. Sed medium eſt finitũ, quia æqualiter diſtat ab extremis, igitur locus terræ eſt finitus. Secundo, oẽs lapides .i. portiones terræ qñ deſcendũt vndeuis, æqualiter petunt medium, igitur medium eſt finitũ. Immo indiuiſibile, aſſumptum patet, quia ſi aliqua portio terræ vltra medium progrederetur. Tunc recederet à medio, quare aſcenderet.



Tertio hoc probat per exẽplum & deſcribatur circulus A B C D, cuius centrum ſeu medium ſit circellus paruus O tunc patet ꝙ ſi vna portio terræ in ipſo A ponatꝭ, & ſuę naturæ relinqueretur ad O circellũ moueretur, & ſi alia poneretur in B etiã moueretur ad idẽ, & ſi in C etiã ad idẽ, & ſi in D etiã ad idem ſemp moueretꝭ, & nulla harũ pertranſiret punctũ mediũ circelli, aliter moueretꝭ à medio, & ſic aſcenderet, igitur mediũ eſt finitum. In hac rõne patet primo ꝙ portiones terræ deſcẽdunt per lineas cauſantes in puncto medio angulos rectos, quod punctũ mediũ eſt centrum ſuperficiei rotundæ ſiue circelli medij. Secundo patet (vt antiqui dixerunt) hoc non eſſe verum niſi ſupponendo cœlum eſſet ſphæricum. Nam ſic circellus ille æqualiter diſtat à cœli omnibus partibus, per hoc igitur exemplum, patet locum medium eſſe finitum.



Dubitatio. Sed occurres v. rũ dato ꝙ cœlũ ſit alteri⁹ figurę, videlicet triãgulę, vel quadrãgulæ, portiões terrę deſcẽdẽtes à partibus cœli ad mediũ, cauſarẽt angulos rectos. Solutio. Rñdet ꝙ nõ, et ꝓbat, quia ſi cœlũ nõ eſſet ſphęricę figurę, ſit gratia exẽpli, quadrãgulę, patet ꝙ ſi portio terrę ponatꝭ in D cœli parte, nõ deſcẽdet ad O centrũ, ſed ad A, ſilr ſi alia portio ponatꝭ C cœli parte, deſcendet ad B, & nõ ad O ſed A & B recedũt à cẽtro O: igitꝭ portiones illę nõ cõcurrerẽt ad O mediũ, ſed mouerentꝭ ad puncta, q̃ recedunt ab O, igitꝭ aſcẽderentꝭ, qa recedere à cẽtro eſt moueri ſurſum atq; aſcẽdere. Quare ſi loc⁹ terrę debet eẽ vn⁹ & determinatus, cœli partes debẽt eẽ ſphęricę, aliter qua rõne portio terræ in D deſcenderet ad A alia portio in E deſcẽderet in F, & ſic in infinitũ eſſent partes ipſi⁹ cœli è qbus poſſent deſcẽdere per lineas rectas verſus a O, A F puncta interiora. Præterea Auer. ꝓbat hãc propoſitionẽ ſenſu, qa ſenſu patet. Cœlũ totũ eſſe ſphęricũ, aut ſaltẽ eius mediũ qđ ſupra horizontem apparet, eſſe ſphęricũ. Nã cum mouetꝭ, videtꝭ ſphęricę moueri qa ab ortu in occaſum, quare lapides ſi ponerẽtur in cœli partib⁹, & derelinquerentꝭ ſuis naturis, ad medium cœli mouerentꝭ, oportet enim illos ęqualiter recedere à cœlo, & ęqualiter accedere ad mediũ, qđ eſſe nõ poſſet, niſi deſcenderẽt per lineas cõcurrẽtes ad vnũ punctũ mediũ. patet igitꝭ locũ deorſum eẽ determinatũ, atq; finitum. His ſuppoſitionibus ſtãtibus, patet rõ Auer.

Dubitatio. Sed dubitat Auer. et ſatis docte, qa videtꝭ in rõne petitio eius quod eſt in principio. Nã Ariſ. ꝓbauit ipſum mediũ eſſe finitũ, per hoc qđ cœlũ eſt ſphæricũ. Sed ponere cœlũ eẽ ſphæricũ eſt ſupponere locũ ignis eſſe finitũ, eo. n. ipſo ꝙ cœlũ eſt ſphęricũ, locus ignis eſt finitus, igitꝭ petitio.

Solutio. Reſpõdet ꝙ locus ſurſum põt dupliciter accipi pro loco corporũ leuiũ, vtpote pro ſpatio, qđ eſt inter cœlũ & cẽtrũ. Loc⁹ ſurſũ dupliciter. Alio modo pro ſpatio qđ eſt inter centrũ, & vltimũ cœli conuexũ. Vult igitꝭ ꝙ Ariſ. nõ probet locũ ſurſum eſſe finitũ accipiẽdo locũ ſurſum pro loco leuiũ, hoc eſt primo modo, qa ſic vt ratio cõcludit peteret. Sed ꝓbat locũ ſurſum eſſe finitũ ſumẽdo ſecundo modo, ꝓ toto ſpatio à centro ad cõuexũ vltimi cœli, et ſic nõ petit, põt enim ſupponi cœlũ eſſe ſphęricũ, et tñ dubitari ſic tota regio ſuperna ſit finita: cœlũ enim ſphæricũ eſſe cõſtat ſenſu, regio tñ ſuperna ſi finita ſit nõ cõſtat ſenſu.

Reprehenditur Auer. Sed pace. Auer. dixerim, hęc quę dicit, ſunt ſua: & nõ Ariſt. Nã Ariſt. & ſi ſyllogizauit, vt ipſe ſyllogizat, tñ ad ſyllogiſmũ nõ fecit niſi vnã ſuppoſitionẽ, altera aũt ſuppõ nõ ad ſyllogiſmũ accepta eſt, ſed ad ſuppoſitionẽ ſecundã. Præterea ſolutio hæc quã dubitationi dedit, nõ videtꝭ ad mentẽ Ariſt. qm̃ Ariſt. probat graue & leue ſimpliciter eſſe finita, vt Simplici⁹ dicit, per hoc qa loca grauis ſimpliciter & leuis ſimpliciter ſunt finita. Conſtat aũt locũ leuis ſimpliciter eſſe cõcauũ lunæ, quare nõ de loco ſurſum omniũ corporũ citra grauia loquitꝭ, ſed de loco leuiũ ſimpliciter duntaxat. Secũdo vel Ariſt. loquitꝭ de loco ignis vel de loco ſuperiori nõ contracto ad locũ ignis. Si de loco ignis, tũc eſſet petitio vt dicit, ſi de loco ſuperiori cõiter accepto, tunc non ꝓbaret leue tm̃ eſſe finitũ, vt ꝓpoſuit, ſed oẽ quod in ſuperiori regione collocatꝭ, qđ eſt cõtra intẽtionẽ, quã propoſuit. Tertio de eo loco loquitur, qui contrariatur loco

grauium ac locus ignis contrariatur loco grauium, & nō locus ſurſum cōmuniter acceptus. Quare videt̃ expoſitio Auer. & falſa, & nō ad mentē Ariſt. Ariſt. enim probat locum eſſe finitum per hoc ꝙ locus terræ eſt finitus, probat autē locum terræ eſſe finitum, quia à nobis diſtat finite, vt probatum eſt, & quia vltra centrū motus nō dicitur deſcenſus, ſed aſcenſus. Vbi patet nullā eſſe petitionem, quo probato, infert locū ignis eſſe finitum, per hoc quia ſi vnum contrarium eſt finitum, & alterum eſt finitum.

Dubitatio. Sed occurres, quia dictum eſt ſm̃ Auer. locū inferum eſſe centrum: centrum vero eſt punctum, indiuiſibile, at indiuiſibile non eſt finitum, nec infinitum.

Solutio. Poteſt dici ꝙ centrum eſt finitum negatiue, quia videlicet non finitum, vel quia ſumit locum inferiorem pro toto ambitu à ſuperficie aquæ concaua vſq; ad centrum, & ſic eſt finitum, & ad hoc procedit ratio Ariſto.

Propterea, ſi ſurſum & deorſum definita ſūt & id quod eſt inter hęc, definitū eſſe neceſſe eſt. F Nam ſi definitū nō ſit, motus infinitus erit pfecto: quod quidē impoſſibile prius demōſtratū eſt. Medium ergo ipſum definitum erit. Quare & id corpus, quod in hoc eſt, aut eſſe poterit. (Eſſe, fieri, fore.)

Hactenus de finitate extremorū corporū, nunc ꝙ corpora intermedia finita ſint, demōſtrat, & ſyllogizat ſic, ſi loca ſurſum & deorſum definita ſint, et id ſiue locus ſit, ſiue ſpatiū, quod eſt inter hæc extrema loca, definitū eſſe neceſſe eſt. ſupple tu, ponat̃ antecedens, videlicet, ſed locus ſurſum & locus deorſum definita ſunt: igitur & loca media. Minor eſt pximo textu deducta. Maior quæ eſt hypothetica cōditionalis, probat̃ dupliciter, primo quia ſi nō detur oppoſitū conſequentis, videlicet ꝙ mediū nō ſit finitū, tūc hæc copulatiua erit vera, videlicet locus medius nō eſt finitus, et loca extrema erunt finita, igitur motus q erit ab vno extremo loco ad aliū extremum locum G etiā erit infinitus. tenet cōſequentia, quia ab extremo ad extremū venire nō poſſet, niſi tranſiret mediū illud infinitum. conſequēs eſt impoſſibile, vt pximo textu deductum eſt, igit̃ medium eſt finitū, & ſic patet maior, videlicet ꝙ ſi extrema loca ſurſum & deorſum ſint finita, media loca etiā erunt finita. huius ſyllogiſmi tacuit minorē, ſed poſuit maiorē, & eius probationē. Ex hoc infert ppoſitum, & ſyllogiſmus eſſe debet, quæcunq; corpora ſunt, quorū loca ſunt finita, ipſa ſunt finita: corpora grauia & leuia intermedia ſunt corpora, quorum loca media finita ſunt, vt deductū eſt: igit̃ graue et leue media ſunt finita.

Verborū cōſideratio. Quo vero ad verba attinet, dixit aut eſſe poterit, ſiue fieri poterit, ſiue fore pōt, quia multi viſu ſuaſi negārī in hac regione media eſſe aerē actu, propterea Ariſ. adiecit, vel eſſe, vel fore, vel fieri poterit: quia ſi in hac media regione actu aer nō ſit, pōt ibi aut eſſe, aut fieri. inquit, Præterea, ſi ſurſum & deorſum definita ſunt, & id quod eſt inter hæc, vtpote loca media, definitū eſſe neceſſe eſt. hæc H eſt maior ſyllogiſmi primi, quā probat per oppoſitū more boni Logici, & inqt. {Nam ſi definitū nō ſit,} & ſupple extrema loca definita ſint: motus ſupple ignis vel terræ, q eſſet de extremo ad extremū, infinitus erit, pfecto: quod quidē impoſſibile eſſe prius demonſtratū eſt. Concludit igit̃ cōcluſionē, & inquit. Mediū igitur ipſum definitū erit, ecce qd de primo ſyllogiſmo tetigit maiorē, & probationem illius, & concluſionē, dimiſit vero minorem.

Dubitatio. Sed occurres, quia nō videt̃ ſequi, medium nō eſt definitū, igitur motus ab extremo ad extremū eſt infinitus. diceret enim aduerſarius, nullum eſſe inter illa extrema mediū, quo in caſu motus ab extremo ad extremum nō eſſet infinitus: immo eſſe nullus.

Solutio. Dico, ꝙ Ariſ. ſupponit ad ſenſum conſtantiā ſubiecti, & propterea debet ſic in ſyllogiſmo procedi, ſi ſurſum & deorſum definita ſunt, mediū definitum eſt, quia per oppoſitū ſi nō ſit definitum, & ſupple inter hæc extrema mediū eſſe ſenſu con E ſtat, igitur erit infinitū. ex negatiua enim non ſequit̃ affirmatiua, niſi cum cōſtantia ſubiecti. Vltra, mediū erit infinitum, igit̃ & motus ab extremo ad extremū. ſic igitur Ariſt. ſupponit mediȷ̄ conſtantiā, & hoc pacto ſyllogiſmus eius valet, cum per ſyllogiſmū primū deduxit mediū eſſe finitū, concludit corpus quod in hoc medio actu eſt, vel eſſe poteſt, eſſe finitū, & vis ſyllogiſmi poteſt eſſe categorica, vt dictum eſt. Et hypothetica ſic, ſi loca media finita ſint, corpora media finita erunt: ſed loca media finita ſunt, vt ſyllogiſmo proximo patet, igitur & corpora media finita erunt. Hæc de primo.

Inſuper etiā id corpus, quod ſurſum, & deorſum fertur, poteſt in hoc eſſe: hoc enim à medio quidē, illud vero ad medium moueri aptū eſt: ex his igitur perſpicuum eſt corpus infinitum eſſe non poſſe.

Secundo probat maiorē primi ſyllogiſmi, quæ fuit illa F cōditionalis, videlicet ſi extrema definita ſunt, & mediū definitum eſt, & iterū hæc ſecunda probatio more boni logici per oppoſitū deducitur ab eo. arguat̃ igitur, ſi extrema definita ſunt, & mediū definitum eſt: ſi nō, igitur mediū inter illa extrema erit infinitum, vt per cōſtantiā ſubiecti vt prius deduci pōt. Si mediū eſt infinitum, igit̃ corpus qd ſurſum et deorſum fertur, nūq̄ eſſe poterit ſurſum vel deorſum, aliter infinitū pertranſiret, at cōſequēs eſt cōtra ſenſum, patet igitur mediū eſſe finitū. De ratione tangit oppoſitū conſequētis, & quaſi dicat, ſi inter mediū eſt infinitū, corpus quod ſurſum vel deorſum fertur, nunq̄ poterit ſurſum aut deorſum eſſe. deſtruit cōſequens, & inquit. Inſuper eſſe id corpus, quod ſurſum, & deorſum fertur, poteſt in hoc. i. ſurſum aut deorſum eſſe. hęc eſt deſtructio conſequentis. Vel deducat̃ facilius, & in idē textus ſic, inſuper etiam id corpus quod ſurſum aut deorſum fertur, pōt ſurſum aut deorſum eſſe, probat̃ hæc cōſequētia, omne corpus aptū natum moueri ad ali- G quem locū, quādoq; eſt in illo, aliter illa aptitudo naturalis eſſet fruſtra. at oē corpus eſt aptum natū moueri vel è medio, vel ad medium, igitur omne corpus eſt quādoq; vel in medio, vel ſurſum à medio. de hac probatione ponitur minor tm̄, cum dicitur, hoc enim à medio, illud vero ad mediū aptum natum eſt moueri. Sic igitur per hæc vult Ariſt. habere, ꝙ omne corpus quod moueri poteſt ſurſum vel deorſum, pōt illic quādoq; eſſe, & tūc vult vt cōpleatur ratio, at vbi mediū eſſet infinitū, corpus quod eſſet aptū natum moueri ſurſum, nūq̄ eſſet actu ſurſum, aliter infinitū illud mediū pertranſiretur. Quare reſolutorie, pcedēdo ſi extrema finita ſunt, mediū finitū eſt, qa ſi mediū infinitū ſit, corpus qd eēt aptū natū moueri ſurſum vel deorſum, nūq̄ eſſet actu ſurſum, vel deorſum, & ſic duplici ratione patet illa cōditionalis, demū epilogat, & patet quod dicit.

Auer. com men. 45. Auer. aūt quo ad vim rationis nō differt à noſtra expoſitione, deducit enim ſic rōnē, ſi extrema ſint finita, & mediū infinitū, motus elemēti extre- H mi, vtpote ignis, eſſet ppetuus & infinitus, cuius oppoſitum eſt deductum. 8. phyſicorū & 6. quia dictum eſt nullum motum eſſe perpetuum & infinitū, niſi circularē. & probat cōſequentiā, quia ſi ignis ponatur in terra, nunq̄ attingeret ſuū locum naturalē, quia mediū per quod moueretur, eſſet infinitū, quod nō eſſet pertrāſibile, niſi tempore infinito. Differt vero à noſtra expoſitiōe, quia ipſe hypotheticā illam, quæ eſt maior primi ſyllogiſmi, non probat niſi vna ratione, nos ex textu duabus rationibus probauimus: quarū ſecunda ponebatur ibi, inſuper etiā & cauſa eſt quia eius tranſlationes nō ſunt fideles. Quo vero ad verba attinet, notat Auer. Ariſt. æquiuocaſſe de medio hic, & ſuperioribus textibus. Medium enim trifariam dicitur, quia pro medio mundi, pro centro alicuius ſphæræ, & pro eo quod inter extrema mediat, ſuperioribus lectionibus pro medio mundi accepit, hic pro eo quod inter extrema mediat. Hæc Auer. (Medium. 3.)

At hæc

A At hæc etiam, ſi grauitas nõ eſt infinita, neq; aliquod horum corporum erit infinitum: infiniti nanq; curporis infinitam eſſe grauitatem neceſſe eſt. Eadem autem erit ratio et i leui. Nam, ſi grauitas eſt infinita, erit & leuitas: ſi id infinitũ ſit, quod ſupereminet.

Pria cõditionalis.

Quod nec graue nec leue ſit infinitum, nunc oſtendit ratione accepta ex grauitate, leuitateue, & ſumit duas cõditionales, prima eſt, ſi aliquod corpus grauium eſt infinitum, grauitas eſt infinita. Secunda eſt, ſi aliquod corp⁹ leuium eſt infinitum, leuitas eſt infinita, primam ponit ſub ratione contraria, dicit enim ad hæc etiam ſi grauitas non eſt infinita, neq; aliquod horum grauium corporum erit infinitum, per hanc vult habere conuerſam videlicet q; ſi aliquod grauiũ corporum eſt infinitum, grauitas eſt infinita, cuius conuerſæ rationem aſſignat, & inquit. Infiniti nanq; corporis infinitam etiam eſſe grauitatem neceſſe eſt, cauſa autem quare poſuit illam conditionalem ordine mutato, eſt vt oſtenderet illam eſſe conuertibilẽ cum ſua conuerſa. B Secunda conditionalis eſt ſi corpus quod ſupereminet, i. leue eſt infinitum, leuitas eſt infinita, & hãc ponit ſub hac forma, eadem autem erit ratio & in leui. Nam ſi grauitas eſt infinita, erit & leuitas etiam infinita, dico erit leuitas infinita, ſi id infinitum ſit, quod ſupereminet, id ſi leue ſit infinitum. In qua ſecunda conditionali poſuit duo antecedẽtia, nam dicit ſi grauitas eſt infinita, & leuitas eſt infinita, vbi patet primum antecedens. Secundum patet cum ait, ſi leue eſt infinitum leuitas eſt infinita. Sequitur enim leuitatem eſſe infinitam, tã ad grauitatem eſſe infinitam q̃ ad leue ipſum eſſe infinitum, aliter tamen & aliter. ſequitur enim leuitatem eſſe infinitam ad grauitatem eſſe infinitam per hoc, quia ſi alterum contrarium eſt infinitum, & alterum. ſequitur leuitatem eſſe infinitam ad leue eſſe infinitum per hoc, quia ſubiectum eſt infinitum, & alterum. ſequitur leuitatem eſſe infinitam, ad leue eſſe infinitum per hoc. quia C ſi ſubiectum eſt infinitum, forma per quam ſubiectum eſt, etiam eſt infinita, patet igitur recte Ariſtot. duo antecedentia adieciſſe, verum in textu non proſequetur niſi ſecundam conditionem, videlicet ſi leue eſſet infinitum leuitas eſt infinita. Hæ ſunt duæ conditionales, de quibus proſequetur Ariſto.

Quæ Auer. pro. Tertia.

Auerro. vero dicit demonſtrationem Ariſtote. hanc fundari in tribus propoſitionibus. prima eſt, omne corpus qđ recto motu mouet, habet grauitatẽ aut leuitatẽ. Secũda debet poni ſic, ſi corpus quod mouetur motu recto, eſt infinitum, habet grauitatem vel leuitatem infinitam. Tertia eſt, impoſſibile eſt grauitatem aut leuitatem eſſe infinitam. In quibus patet vis tota ſyllogiſmi. Nam ꝓpoſitio ſecunda eſt maior, tertia eſt minor, prima eſt ꝓbatio maioris. Vnde ſyllogiſmus eſt hypothetic⁹ ſic, ſi corpus aliquod, quod mouet motu recto, eſt infinitum, grauitas aut leuitas eſt infinita. Minor eſt deſtructio cõſequentis huius conditionalis, videlicet ſed non eſt grauitas nec leuitas infinita, igitur nullum corpus quod mouetur motu recto, erit infinitum. D Maior fuit ſecunda propoſitio, & probatur per primam, quia omne corpus quod mouetur motu recto, neceſſario habet grauitatem aut leuitatem. Minor fuit tertia propoſitio, et probabitur in ſequentibus, tamen probat eam ſic, motus rectus non eſt infinitus, igitur nec grauitas, nec leuitas eſt infinita. Iuniores deducunt & recte, quia principio actiuo exiſtente infinito, ex eo debet prouenire effectus infinitus: quare, ſi motus rectus q eſt effectus grauitatis vel leuitatis, non ſit infinitus, proculdubio nec grauitas nec leuitas, q̃ eſt principium actiuum illius, poterit eſſe infinita.

Dubitatio.

Sed occurres, q2 grauitate vel leuitate exiſtẽte infinita, ſequitur motum rectum grauis vel leuis corporis eſſe in non tempore, vt poſtea videbitur, igitur non ſequetur motũ A rectum eſſe infinitum & perpetuum, ſed magis ſubitatium, & momentarium. Dici poteſt ex impoſſibili ſequi quodlibet, vt ſorticolæ tradunt.

Solutio.

Vel vt peripatetici, dicatur q; vno dato impoſſibili plura ſequuntur, dato igitur q; grauitas vel leuitas alicuius corporis, quod recto motu mouetur, eſſet infinita, ſequeretur motus in nõ tempore, vt deducetur, & ſequeretur motus infinitus & perpetuus: quod deducit, quia ſi grauitas vel leuitas eſſet infinita, corpus graue aut leue eſſet infinitum, vt in calce huius commenti ait Auerro. non enim poteſt forma aliqua eſſe infinita, niſi extendatur in corpore īfinito. vltra corpus graue, aut leue eſt īfinitum: igitur mouetur in ſpatio infinito. Sed ſpatium infinitum pertranſiri non poteſt niſi tempore infinito: igitur moueretur tempore infinito quare, ſi grauitas aut leuitas eſſet infinita, motus rectus eſſet infinitus & perpetuus, & ſic patet ſequi vtrunque.

Grauitas verbũ ē ſuppletum. & ētiã verbũ grauitate ſuppletũ ē. Grauitas & verbũ ē ſuppletũ Magnitudinis verbũ Nũro aliquo repetitã græce eſt.

Hoc autem ex his patet. Sit enim finita: ſumaturq; infinitum quidem corpus in quo A B, B grauitas autem ipſius in quo G, ab infinito igitur magnitudo auferatur finita, in qua B D, atq; grauitas ipſius ſit ī quo E: ipſa igitur E grauitas minor erit grauitate G. Siqdẽ minoris magnitudinis grauitas minor nimirum ſit. Minor itaq; grauitas maiorem menſuret numero aliquo repetitã: atq; vt minor grauitas ſeſe habet ad maiorem, ita B D, ad B Z, ſeſe habeat: quippe cum ab infinito quantumuis auferri contingat.

i. quotieſcumque vel quãtumuis.

Cõditionalis

Quia ſyllogiſmus Ariſto. eſt cõditionalis, & ſumpſit vnam conditionalem, quæ erat, ſi aliquod corpus grauiũ eſt infinitum, grauitas eſt infinita: probat nunc hanc conditionalem, quia ex probatione huius patet veritas ſecũdæ conditionalis. Vtitur autem probatione prioriſtica per oppoſitum, quæ probatio eſt fundata in primo principio, & repetatur conditionalis, videlicet ſi aliquod C corpus grauium eſt īfinitum, grauitas eſt infinita, quia ſi nõ, tunc grauitas erit finita, ſequitur enim grauitas corporis grauis infiniti non eſt infinita, & eſt grauitas, igitur eſt finita, à negatiua enim ad affirmatiuam de prædicato infinito valet cum conſtantia ſubiecti. conſequens falſum, quia eo dato, tunc eſſet dabile aliquod corpus finitum in quo tanta & æqualis eſſet grauitas, quanta & æqualis eſt in corpore infinito, quod eſt abſurdum, & hoc intendit deducere in toto hoc textu: vbi primo ordinat caſum, & ſuppoſitiones, demum infert hoc impoſſibile. Inquit Hoc autem ex his patet. i. hęc conditionalis patet, quia ſi non ſit grauitas infinita, cum ſit grauitas, erit finita, demonſtrat itaq; hoc eſſe impoſſibile ducens ad hoc, videlicet q; corpus finitũ erit æqualis grauitatis cum corpore infinito, ad cuius deductionem format caſum, & ſuppoſitiones, vt diximus, & inquit. Sumaturq; infinitum quidem corpus in quo A B, & cum huius grauitas per aduerſarium ſit finita, ſit illa vt octo & G: eſt igitur prima pars D caſus q; corporis infiniti A B, eius finita grauitas, vt octo, eſt G.

Pria ſuppõ.

Deinde ponit ſecundam partem atq; ſecundam ſuppoſitionem, quæ eſt ab hoc īfinito corpore A B, reſcindatur corpus finitum B D, cuius grauitas ſit E: & quoniã E grauitas eſt minor G, grauitate, ſit illa vt quatuor, ita vt ipſius G grauitatis ad E, grauitatem ſit proportio dupla. huius ſecundæ ſuppoſitionis, ratio eſt, quia in minori corpore ſemper eſt minor virtus: quare, ſi A B ſit infinitum, & graue vt octo, fieri poteſt vt ab ipſo reſcetur corpus minus, cuius grauitas ſit vt quatuor, & ita ſub dupla ad grauitatem A B: inquit. Ab infinito igitur magnitudo auferatur finita ī qua B D, atq; grauitas ipſius ſit in quo E: probat nunc q; E grauitas ſit minor grauitate G: & inqt. Ipſa igitur E grauitas minor erit grauitate G: ſiquidem minoris magnitudinis grauitas minor nimirũ ſit, & hoc ſupponatur eſſe declaratum. 6. Phyſicæ auſcultationis, il


lic

liç enim dictum eſt ſemper in maiore quanto maiorem eſſe virtutem, & quia hæc grauitas minor, vtpote E per repetitionem menſurat maiorem, ſubdit minor itaq; grauitas, videlicet E maiorem menſuret quotieſcũque libuerit, hoc eſt numero aliquo repetitiã, ita vt bis ſumpta reddat G grauitatem; qua ratione vult habere q̈ E, ſit ſubdupla ad G, ita vt G, ſit verbi cauſa vt. 8. & E, vt quatuor. Sic igitur patet ſecunda ſuppoſitio, q̈ videlicet ab A B, infinito graui, vt octo, extractum eſt corpus B D, graue, vt quatuor, cuius ꝓportio ad primã grauitatẽ ſit ſubdupla, & ſi nõ ſit ſubdupla quãta libuerit, quia idẽ eſt iudiciũ. Tertia ſuppoſitio eſt, vt ab eodem corpore A B, extrahatur ſecũdum corpus B Z, i. graue videlicet ad duplum ad ipſum B D, probat, quia ab infinito poteſt extrahi quantum libuerit, quare poſſum extrahere vnum corpus ſecundum grauius ipſo B D, & quia eſt grauius, poteſt eſſe vt octo, qa in maiori quanto eſt ſemper virtus maior & ita poſſum extrahere ab A B, corp⁹ maius atq; maius, vt ſit I tãta proportione maius B D, corpore, in quanta G grauitas eſt maior E grauitate, inquit. Atq; vt minor grauitas ſeſe habet ad maiorem, ita B D, ad ſecundũ corpus, quod ſecũdo loco extractum eſt ab A B, infinito, quaſi dicat, vt ſi proportio B D, ad B Z, corpus ſubdupla. probat ſuppoſitionem, & inquit. Quippe cum ab infinito quantumuis auferri contingat, & ita poſſum extrahere corpus duplum ad primum, & triplum, & quadruplum, & ſic in infinitum, ſit igitur B D, corpus ſubduplum ad B Z. Hæc eſt tertia ſuppoſitio.

Tertia ſuppoſitio.

Figura oſtendens corpus mobile motu recto infinitum, conſequi grauitatem vel leuitatem infinitam.

Infinitum corpus



G auitas eſt verbum ſuppletum.

Si igitur magnitudines grauitatibus proportionem habeant, ita vt minor grauitas magnitudinis ſit minoris, & maior etiam ſit maioris, æqualis erit profecto finiti ac infiniti grauitas.

His ſuppoſitis arguit impoſſibile nunc hoc pacto, B Z corpus eſt graue vt octo, vt ex ſuppoſitionibus conſtat quia ad E grauitatem, eius grauitas eſt dupla: A B, corpus etiam eſt graue vt octo, vt ſupponebatur, igitur corpus finitum & corpus infinitum erunt æqualis grauitatis. Vnde ſyllogiſmus poteſt ſic componi, qualis eſt proportio corporis ad corpus in quantitate, talis eſt proportio corporis ad corpus I grauitate. Sed corporis B Z, ad corpus B D, eſt proportio dupla in quantitate, igitur grauitatis B Z, corporis ad grauitatem B D corporis eſt proportio dupla. Sed ponebatur grauitas corporis B D, vt quatuor, igitur grauitatis B Z erit vt octo. Sed corporis infiniti, A B erat grauitas vt octo, igitur finiti corporis, videlicet b z. infiniti videlicet A B grauitas eſt æqualis, & hoc erat abſurdum ſequens ad oppoſitum conſequentis dictæ conditionalis, & ſic conditionalis patet.


Syllo.

Inquit. Si igitur magnitudines grauitatibus proportionem habeant, ita vt minor grauitas magnitudinis ſit minoris, & maior etiam ſit maioris, quaſi dicat ſi qualis eſt proportio corporis ad corpus quantitate talis eſt corporis ad corpus in grauitate, æqualis erit profecto finiti ac infiniti grauitas, vt deductum eſt, quare in corpore A B, grauitas non eſt finita, ſed infinita, & ita patet prima conditionalis. Hæc de ratione prima.

Auerro. vero non aliter literam hanc exponere videtur. Inquit enim vul declarare, q̈ omne corpus graue aut leue infinitum neceſſario habet grauitatem aut leuitatem infinitam, & hoc per ſyllogiſmum hypotheticum, qui ſic componitur, ſi corpus quod recto motu mouetur, ſit infinitum, neceſſario habet grauitatem aut leuitatem infinitam. Sed nec grauitas nec leuitas eſt infinita, igitur nec corpus quod recto motu mouetur eſt infinitũ, & addit, ſed quia contructio, hoc eſt conſequentia, & deſtructio, ſ. conſequentis non ſunt per ſe manifeſtæ, incipit deducere conſequentiam, quæ vocatur cõtinuatio ꝑ F viam ducentem ad impoſſibile, & demum declarat deſtructionem conſequentis, ecce quod Auerro. non aliter textum hunc exponit, quã nos declarauimus. Deinde ſumit caſum totum per partes, vt nos accepimus, ſumit enim corpus infinitum deſignatum per A B, lineã, ſiue figuram, eius grauitatem per ẽ lineam. Præterea ſumit corpus B D E, corpore infinito A G extractum, cuius grauitas ſit H, Item & tertio ſumit aliquod corpus, B Z, duplum ad H cuius grauitas ſit dupla ad grauitatem B D, videlicet H, ita vt ſi H ſit vt quatuor, grauitas, B Z vt octo. Hic eſt caſus, in quo dicit duo primũ q̈ accipit loco grauitatis lineam, quoniam linea eſt diuiſibilis, & ita ſumpſit lineam, vt augeret & diminueret pro neceſſitate rationis. Secundum eſt q̈ corpus finitum extractum ab infinito vocat partem infiniti, non quia ſit vera pars, ſed quia eſt minor illo, eo modo quo pars eſt minor ſuo toto. Tunc Auerro. intendit hanc rationem, grauitas G eſt grauitas totius B A: vel igitur finita vel infinita. Si infinita habetur intentum. Si finita, ſit certo nũro determinata, vtpote vt octo, quia quouis numero denominetur, idem ſequitur. Tunc arguit à permutata proportione ſic ſicut ſe habet H ad C ita B D ad B, Nam vtrobiq; eſt proportio ſubdupla. eſt enim H grauitas ad C, ſubdupla, & B D ad B Z, etiam ſubduplum, vt in tertia parte caſus accepit. igitur permutati vt H ad B D, ita C ad B Z: ſed H eſt grauitas totius B D, vt quatuor, igitur C E grauitas totius b z vt octo, & hæc ponebatur grauitas corporis infiniti A B: igitur corporis finiti, & corporis infiniti eadẽ atq; æqualis erit grauitas, & ſic patet deſtructio conſequentis, & conſequentia. Hæc Auerroes.

Quę Auer. cõ. 47.
Hæc i ꝓcell ti ſigura conſpicua ſunt.
Syllo hypotheticus

Prim dictũ
Vide ſuperiorẽ figu:




Cõmutata ꝓportio ad idẽ ꝓpoſiti-

a infinita b

Præterea ſi maioris corporis maior eſt grauitas ipſius I B, maior erit grauitas, quã ipſius Z B. Quare finiti grauitas maior erit quã infiniti.

Probauit Ariſto. q̈ corporis infiniti, quod recto mouetur motu, grauitas vel leuitas eſt infinita, quia ſi non, tunc finiti & infiniti corporis grauitas vel leuitas eſſet æqualis. Nunc deducit ad ſecundum impoſſibile, videlicet, q̈ ſi non, tunc corporis finiti maior erit grauitas grauitate corporis infiniti, q̈ ſic oſtendit, per præcedentem deductionem grauitas corporis B Z eſt æqualis grauitati corporis A infiniti, quia vtraque vt octo, vt deductionem. Modo accipio aliquod corpus maius B Z, quod recto

fecto ab eodem infinito B A. Nam ab infinito poſſum reſecare quantum volo, cum in maiori corpore maior ſit ſemper grauitas, vt in toto hoc proceſſu eſt ſuppoſitum, corporis I Z, qđ eſt maius corpore B Z, pculdubio grauitas erit maior grauitate B Z, ſed grauitas B Z, eſt æq̄le grauitati corporis B A īfiniti, igitur grauitas corporis, I Z, erit maior grauitate corporis infiniti B A qđ erat ſm ipſe. Inquit. Praeterea ſi maioris corporis maior eſt grauitas,



vt generatim in toto proceſſu eſt ſupponendum, ipſius I Z corpis, quod eſt maius Z B extracti ab infinito A B grauitas maior erit grauitate corporis. Z B. Sed ſupple grauitas corporis Z B eſt æqualis grauitati corporis infiniti A B. Quare finiti grauitas maior eril grauitate infiniti, hoc eſt abſurdum ſecundum.

C Et etiam inæqualium magnitudinū eadem erit grauitas, quippe cum inæquale finito ſit infinitum.

Tertium impoſſibile eſt infiniti non ſit infinita grauitas, ꝙ videlicet inæqualium corporum grauitas ſit eadē. Nam grauitas A B, & grauitas Z B eſt eadem atq; æqualis, vt deductum eſt, conſtat autem infinitum finito eſſe inæquale. Inquit. Et etiam inequalium magnitudinum eadem erit grauitas vtpote A B corporis infiniti, & Z B, corporis finiti, quorum conſtat grauitatem eſſe vt octo, vt deductum eſt.

Quę Auer. 47. *Quæ Simplicius & Expoſitor.*

Animaduerſione dignum Auerro. hæc duo vltima abſurda nō enumerare diuerſa à primo, propterea vnā rationem tantum fecit Auerro. de toto textu, quod arbitror eueniſſe propter malas quas habebat translationes.

Simplicius vero & Expoſitor in textu toto notauerūe tria abſurda, quæ omnia fulciuntur hoc fundamento, videlicet quod ſemper in maiore quanto vis atq; grauitas vel leuitas eſt maior vt ſenſu conſtat, & commento ſequenti dilucidabitur. Sic igitur ſi corporis infiniti grauitas non eſſet īfinita, ſequitur primo ꝙ corporis finiti grauitas eſſet æqualis grauitati corporis infiniti, & ſecundo ꝙ etiam eſſet maior, & tertio ꝙ inæqualium corporum grauitas eſſet æqualis, ecce ꝙ tria ſunt abſurda, quorum deductio patet ex eo q̄a maioris corporis maior eſt vis.

Dubiū.

Sed occurres et optime, quia in ratione videtur petitio principij, quia qui diceret corporis infiniti grauitatē nō eſſe infinitam diceret maioris corporis nō eſſe grauitatē maiorem. Immo videtur aſſumptum & intentum æque ignotum.

Solutio.

Fortaſſe diceret Ariſto. ꝙ maioris corporis maiorem eſſe virtutem conſtat ſenſu, quia per ſenſum tactus iudicamus & viſus maiorem terram grauiorem eſſe minore, at infiniti grauitatem eſſe infinitam non conſtat ſenſu, quia infinitum cum non ſit, non patet ſenſibus, & ita ſenſu minime cōſtat grauitatem infiniti eſſe infinitā. Recte igitur Ariſt. accepit notius ad deductionem ignotioris, quippe cum quæſitum ſenſibus non ſubiaceat, cō-

A ceſſum vero bene ſenſibus patet. Secundo debes ſcire ꝙ Auerro. cōmen. 48. exponens literam ſuæ translationis vult ꝙ Ariſt. epiloget impoſſibilia, quæ fuerūt duo, primum, videlicet ꝙ corpus infinitum quod mouetur motu recto, ſi eſſet grauitatis finitę tūc corpus finitum ab illo reſciſſum eſſet æqualiter & eiuſdem grauitatis cum eo. Secundum ꝙ corpus etiam ab eodem reſciſſum eſſet maioris grauitatis quam eſſet infinitum à quo reſciditꝰ, quæ īpoſſibilia ſunt deducta, & ita patet ꝙ textus Auer. qui incipit {reuertamur etiam} non correſpondet textui grę co qui incipit ſecundum translationē Simplicij & ſancti Tho. {nihil autem differt} quare non multum eſt confidendum Auerro. in expoſitione verborum Ariſto. vt latini confidunt, cū perſępe translationes eius ſint mēdoſę.

Prim impoſſ. Scdm.

Differt autem nihil, commenſurabiles, an incommenſurabiles ſint grauitates. Nam & ſi incommenſurabiles ſint eadem erit ratio, vtpote ſi E, menſurans C, ter repetitum exuperet. Nā magnitudines B D, tres totæ ſi ſumantur, grauitas ipſarum maior erit quàm ea, quæ eſt: in quo C. Quare idem erit impoſſibile.

Grauitas commenſurata intelligitur, quando ſecundū æquales magnitudinis partes continue æquale grauitas ſumitur. Exemplum, ſit corpus A E, diuiſum in quatuor quartas videlicet. A B, B C, C D, D E. quarum quælibet ſit grauis vt quatuor, ea eſt commenſurata. Nam æqualium magnitudinum eſt æqua grauitas. Inconmenſurata, quando inequales æqualium magnitudinis partium ſumuntur grauitates. Exemplum, vt corpus F K, diuidatur in quatuor quartas: quarum prima F G, ſit grauis vt quatuor. Secunda G H, vt quinque. Tertia H I, vt ſex. Quarta I K, vt ſeptem, ea eſt incōmenſurata. Nā non C qualis proportio magnitudinis ad magnitudinem, ea eſt grauitatis vnius ad grauitatem alterius, & de leuitate ſimiliter dici poteſt. His ſuppoſitis, remouet dubitationē, quia accepit E grauitatem menſurare ſecūdum aliquem numerum grauitatem G maiorē, hoc videtꝰ falſum, quia non omne minus menſurat maius, quia linea tripalmea non menſurat ſecundum aliquem numerum lineam octipalmeam, cum ſit illius pars incommenſurata, & ita poſſet dici E eſſe partem ipſius G grauitatis incōmenſuratā. Ob quam rationem Ariſto. ſuppoſuiſſet falſum, videlicet ꝙ E per aliquem numerum menſurat G, quoniam ſi eſt illius pars incōmēſurata, per aliquem numerum ſumpta, aut excedit, aut exceditur ſemper, vt tria ad octo, ſiue enim tria ter, ſiue quater ſumantur, nunquam reddūt præciſe octo. Reſpondet Ariſto. primo, & inquit. Differt autem nihil ſupple minorem & maiorem grauitates cōmenſurabiles, an incommenſurabiles ſint grauitates, differt dico nihil quo ad rationis vim. Nam & ſi incōmē- D ſurabiles, ſint eadem erit ratio, quod declarat, & inquit. Vtpote ſi E menſurans G ter repetitū exuperet G ipſum, vt ſi G eſſet vt. 9. & E vt quatuor. Nam magnitudines B D tres totæ ſi ſumantur grauitas earum maior erit q̄ grauitas quæ eſt in quo G, quia grauitas earum erit vt. 12. & grauitas G, vt. 9. quare idē erit ipſe, qđ aūt idem erit ipſe declaro, q̄a grauitas ipſius E quæ eſt vt quatuor ter ducta reddit grauitatem vt. 12. igitur grauitas B D, corporis ter ducta maiorem reddet grauitatem grauitate G corporis infiniti. Sed hæc grauitas maior eſt corporis finiti, quia competit corpori triplo ad B D quod eſt finitum, igitur corpus finitum erit grauius infinito quod erit ſecundum impoſſibile. Primum vero impoſſibile ſequitur dēpto exceſſu, quia illo dempto reddetur æqualis grauitas ipſi G quæ etiam competit corpori finito: quare corpus finitum erit æquæ graue cum corpore infinito, quare ſiue grauitates illæ acceptæ ſint commenſurabiles, ſiue incommenſurabiles, ſi corpus infinitum ſit graue grauitate finita,

Vide ſupior ē figuram.


Bpō.
a b c d e
4 4 4 4
f g h i K
4 5 6 7
Occupatio

finita,ſequitur finitum corpus eſſe grauius infinito , & æque graue illi, vt deductum eſt.

Præterea etiā commenſurabilia contingit ſumere,nihil enim iterest à grauitate,an à magnitudine initium agatur. Veluti ſi ei in quo G grauitas ſumeretur,commenſurabilis in quo E, & ab ifinito ea magnitudo auferať,quæ habet grauitatem in quo E,ceu B D:deinde vt grauitas ad grauitatem B D,ad aliam fiat magnitudinem,vt puta B Z. Contingit. n. vt ſi magnitudo A B, ſit infinita, quantauis magnitudo auferať ab ea: hiſ.n. ſumptis & magnitudines & grauitates inter ſe commenſurabiles erunt.


Pria expō. Hæc litera licet apud nonnullos primo aſpectu facilis

Soluenda. videať,tamen apud me eſt non leuis,propterea iuniores exponūt eſſe ſecundam dubitationem ſoluendam. Nam ſyllogiſmus Ariſt. fuit à cōmutata ꝓportiōe,vt viſum ē.



ī quo ſumptū eſt B D,ab ipſa magnitudie īfinita A B extractū,cuius grauitas ponebať E & ſumptū erat B Z cuiꝰ grauitas erat H dupla ad E.grauitatē primi corpis, ponebaturꝙ B Z eſſe etiam extractū à corpe infinito A B,& q̄a dicebatur ab aduerſarijs infiniti corporis A B,eſſe grauitat finitam, ſupponebatur illam eſſe vt octo. Sic igitur grauitas corporis infiniti eſt vt octo. Rurſus ſupponebatur grauitatem corporis B D,eſſe vt quatuor,his ſtantibus arguebatur hoc pacto, ſicut ſe habet E ad H, ita B D ad B Z. Vtrobiq.n.eſt ſubdupla proportio:igiť cōmutatim vt, E ad B D,ita H,ad B Z:ſed E eſt totius B D,igitur H eſt totius B Z.Sed E eſt vt quatuor:igiť H eſt vt octo. Sed G grauitas corporis A B.infiniti erat vt octo, igitur finiti & infiniti

Dubō. grauitas eſt æqualis,ſic igiť patet ſylls. Volūt igiť Iunio-



res ꝙ,dubō ſit hæc cū in ſyllō eiuſmodi. Ariſtote.incepe

Solutio. rit à ꝓportione grauitatū,vtrum potuiſſet incipere à proportione magnitudinū, hoc pacto,videlicet vt B D, ad B Z,ita E H grauitatē,hanc ſoluit Ariſto. vt Iuniores autumant,& dicit quod ſic,& tūc ſic cōponeretur ſylls, vt B D,magnitudo ad B Z,magnitudinē,ita E grauitas ad H grauitatē,vtrobiq.n.ſubdupla eſt ꝓportio,igiť ꝑmutatim, vt B D ad E,ita B Z ad H:ſed B D eſt p̄ciſe ipſius E grauitatis,igiť B Z p̄ciſe ipſius H,grauitatis. Sed B eſt vt quatuor, igiť H,eſt vt octo,quare vt prius finiti & īfiniti æqualis ē grauitas,ſic igiť patet ſylls fieri æqualiter ſiue īcipiat à ꝓ

Confutatio. portiōe grauitatū ſiue magnitudinū,hæc iuniores. Sed

E friuola ē hæc expō,nā tā leuē dubōnē tātus vir Ariſt.nō attigiſſet,nec cōſonat textui, vt videbiť. Melius igiť cū Simplicio & expoſitore dicerē Ariſt. hic ſoluere primā dubōnē ꝑ ſcdam ſolōnē.erat.n.dubō,ꝙ ſylls nō valebat ſi ſumerenť grauitates nō ꝓportionales. Cui ſoluebat per p̄mā ſolōnē,ꝙ ſic,q̄a vtrobiq; ſemꝑ ſeq̄banť eadē īpoſſia. Nā ſiue grauitates ſint cōmēſurabiles, ſiue incōmenſurabiles ſemꝑ eadē īpoſſia ſequūť vt fuit viſum. Nūc ſoluit per ſecundam ſolutionem ꝙ ſylls videlicet quia vtebať grauibꝰ ꝓportionalibꝰ,atq; cōmēſuratis,vt per exēplum oñdit,& ita vult illū valere,ſaltē ſupponēdo grauitates eē cōmēſurabiles nō ſimplr,igiť ſunt duę ſolōnes,p̄ma,ꝙ ſylls ſimplr valet quiſ mō ſumanť grauitates ſiue cōmēſurabiles ſiue īcōmēſurabiles. Scda,ꝙ valet videlicet ī caſu,videlicet ſi ſumāť grauitates commēſurabiles , & hoc oñdit,demrat.n.ī ſyllō eē ſumptas grauitates cōmēſurabiles,et īqt. Preterea ēt cōmēſurabilia videlicet et magni

F tudines et grauitates cōtingit ſumere in dicto ſyllō,& ſic ſecūda ſolō eſt ꝙ dubō illa ſupponit falſum , videlicet ꝙ grauitates acceptæ in ſyllō ſint incōmēſurabiles. Nā acceptæ ſunt in dicto ſyllō cōmēſurabiles,q̄a dixerat eē accepta cōmēſurabilia in quo verbo quis pōt intelligere & corpa & grauitates,quaſi rñdēdo dicit poſſe intelligi de vtriſq;.cuius rōne addit.& inqt. Nihil.n.intereſſe à grauitate,an à magnitudine initiū agať & ſic pōt ſylls eſſe fundatus tā in corpibus q̄ grauitatibus mō cōmēſurabilia ſumātur,et hoc verbū male intellm mouit iuniores ad expōnē illā,ꝓſequiť tñ declarare ꝙ in ſyllō ſumptæ ſint grauitates cōmenſurabiles,& inqt. Veluti ſi ei ī quo G, q̄ eſt grauitas corpis infiniti A B,grauitas ſumereť cōmēſurabilis in quo E,q̄ eſſet ſubdupla ad G,dico E,ſupponēdo illā eſſe extractā ā corpe A B & eſſe corpis B D, extracti ab A B corpe infinito, & hoc inqt & ab infinito,videlicet A B ea magnitudo auferať,q̄ habet grauitatē in quo E, ceu B D. Deinde ſit eadē ꝓportio grauitatis E,ad aliā grauitatē videlicet H,vt B D,cuius eſt E,grauitas,ad aliā ma-

G gnitudinē q̄ de nouo fiat et extrahať à corpe īfinito A B vt puta B Z:& qd H Z,ſit magnitudo extrahibilis ab ipſo A B ꝓbat q̄a cōtingit ſi magnitudo A B ſit infinita,q̄tauis magnitudo auferatur ab ea,& ita pōt auferri ab ea B Z. Tūc oñdit ſolōnē & inqt,his.n.ſumptis , & magnitudines & grauitates īter ſe cōmēſurabiles ſunt. Nā E,eſt ipſi H,grauitati cōmenſurabile & B D,corpus ipſi B Z,corpi ēt cōmēſurabile. Quare dubō ſupponit falſū,videlicet ꝙ grauitates ſint īcōmēſurabiles. Nā ꝑ hæc demōſtratū ē grauitates & corpa eſſe cōmēſurabilia,& ſi diceres ꝙ aduerſarius vult illa eſſe incōmenſurabilia , ad hoc ſeruit ſolutio prima, ꝙ quouis modo ſumantur grauitates & corpora,ſemper ſequuntur eadem impoſſibilia, videlicet ꝙ finitum & infinitum ſint æque grauia,& ꝙ finitum ſit infinito grauius,vt viſum eſt in prima ſolutione . Rectæ igitur. S. Tho.expoſuit ꝙ hic ſoluat ſecunda ſolutione Ariſtote.dictam dubitationem. Ex his poteſt dari ter

H tia expoſitio,ꝙ videlicet Ariſtote.remoueat aliam dubitationē,nā accepit grauitates cōmēſurabiles, & non meminit corporum,ideo poteſt dubitari vtrum velit in dicto ſyllogiſmo quòd etiam corpora,quorum ſunt dictæ grauitates cōmenſurabiles,ſint cōmēſurabilia,& demōſtrauit in hoc textu ꝙ licet ſuppoſuit grauitates eſſe cōmenſurabiles,tamen idem eſt ſupponendum de corporibus, propterea concludendo inquit. His enim ſumptis & magnitudines & grauitates inter ſe commenſurabiles erunt,et tunc illa particula enim,legatur illatiue,ac ſi dicat,igitur. Tu vero conſidera. Auerro,vero in his textibus nihil habet,nam trāſlationes commen.49,correſpondēt translationibus græcis quas Expoſitor exponit. cō.50.propterea quæ dicit digna annotatione in expoſitione proximi textus narrabimus.

Pala expō

Pria ſolutio


Suplorē hic apiā videlicet figurā huc ſim.

Inſuper etiam nihil ad demonſtrationem refert ſimilaris grauitate ipſa magnitudo, ac grauitate

uitate diſſimilar's ſit, quippe cum ab infinito ipſo tot quotuis æquilibra corpora ipſi B D ſumere ſit aut auferendo aut addendo.

Dubi. Remouet hic ſecundã vel tertiã dubõnẽ. Nã in demõſtratione ſuppoſuerat magnitudines ꝓportionales grauitatibus, mõ hoc nõ eſt vl'r verũ, nõ.n. illa ꝓpõ in maiore q̃nto eſt maior virtus, ẽ vl'r vera, ſed ſolũ in corpe ſi͞lari, qd' eſt ſi͞lũ ptũ p totũ. Cũ.n.p totũ ſi͞lare ſit, et grauitatis ſi͞lis vndiq̃, neceſſe ẽ in maiori q̃to atq; pte maiori maiorẽ virtutẽ atq; grauitatẽ eẽ. at in corpe diſſimilari qd' ptũ ẽ diſſimilũ nõ neceſſe ẽ in pte maiori eẽ grauitatem maiorẽ. Scilz. Verbi cã, ſit vnũ mixtũ, cui' pria pars bipalmea ſit terracea ã p̃dñto, ſcda ã p̃dñto ſit quadripalmea, & aq̃a, tertia octipalmea ſit aerea. quarta. 16. palmoꝝ ſit ignea ã p̃dñio, patet ꝙ in minore pte eſt maior grauitas, vtpote in prima parte bipalmea, & ſic cõſequẽter: quare vr̃ ꝙ ꝓpoſitio aſſumpta in demõſtratiõe ſit ſolum vera ſupponendo corpus A B, infinitum eſſe ſimilare, & ſic demonſtratio non erit vl'is, ſed particularis. Hæc eſt dubitatio.

Corpus infinitum.



Rñſio. Rñdet ꝙ nihil ad demonſtrationẽ refert ſi͞laris grauitate ipſa magnitudo infinita A B ſit vel grauitate diſſimilaris. Nam ſemper ſequuntur eadem ipoſſ'ia, videlicet ꝙ finitũ ſit æquilibrũ infinito, & ꝙ grauius, & qd' ſequant eadem impoſſ'ia, oñdit per hoc, q͞a ab infinito A O poſſum ſumere ſemper æquilibra corpora ipſi B D, quæ licet ſint magnitudine diſſimilaria, tñ pondere erunt ſimilaria. Verbi cã, ſit pars B D bipalmea, & grauis vt duo, poſſum ſumere ab ipſa infinita magnitudine A O aliud corpus in duplo grauius ipſo B D ſiue ſit in duplo maius, ſiue in triplo, ſiue in quadruplo, ſiue quouis mõ ac ꝓportione maius, ſufficit.n. mihi, vt ſit in duplo grauius & ſic ſm corpus erit B Z. in duplo grauius B D corpe, & pari rõne poſſum ſumere corpus B T. in duplo grauius ad B Z & quadruplo ad B D ſiue a t ſit in duplo maius B Z, ipſo ſiue in quauis proportione, ſufficit enim mihi vt ſit in duplo grauius ipſo B Z & in quadruplo ad OD. Qua rõne erit O I graue vt octo, & ſic finitum erit æquilibrum ipſi infinito, & p idẽ poteſt deduci ꝙ erit grauius eodem. Quare ſiue infinitũ ſit grauitate ſi͞lare, ſiue diſſimilare, ſemper eadem ſequuntur impoſſibilia. Inquit, inſuper etiam nihil ad demſtatione refert ſimilaris grauitate ipſa magnitudo infinita A B ſit, ſiue grauitate diſſimilaris, nam ſemper ſequũtur eadem abſurda, & hoc declarat, & inquit. q̃ppe cũ ab infinito ipſo tot quotuis corpa æquilibra ipſi B D partĩ ſumere ſit, aut auferendo aut addendo in magnitudine. Nã ſi in minori parte eſt grauitas minor, ſumas ab ipſa A B. magnitudine continuo corpora minora, & ſic ꝓcedas auferẽdo. Sin autem in maiore eſt maior grauitas, procedas addendo. ſiue ſeruetur proportio in magnitudinibus ſiue non, ſufficit.n. ſeruare proportionem in grauitatibus, & cã eſt quia ab ĩfinito, ex quo eſt infinitum, poſſumus extrahere, vt quot volumus corpora, quare qualecunq; ſit A B infinitum, ſi ſit grauitatis finitæ, vtputa, vt octo, vel alio numero ſtabilitum, ſemper ſequitur corpus finitũ eſſe ſibi æquilibrũ, & maius vt deductum eſt.

A Quare ex his quæ modo diximus, patet corporis infiniti grauitatẽ finitam non eſſe: erit igitur infinita. Quod ſi hoc eſſe non poteſt, nec infinitum etiam aliquod corpus eſſe poterit.

Excluſis obiectionibus, nunc Ariſtoteles epilogat rationem. erat enim ratio, ſi aliquod corpus, quod mouet recto motu, eſſet infinitum, grauitas aut leuitas eſſet infinita. Sed probatum erat grauitatem vel leuitatem non eſſe infinitam, igitur nec corpus aliquod, quod recto motu mouetur, eſſe poterit infinitum, & hoc inquit, quare ex his, quæ modo diximus, patet corporis infiniti grauitatem finitam non eſſe, propterea infert, erit igitur infinita. Tunc vltra concludit, quòd ſi hoc, ideſt grauitas infinita eſſe non poteſt, vt ſtatim deducetur proximo textu, nec infinitum etiam aliquod corpus, quod moueretur motu recto, eſſe poterit, & ſic patet ratio. Auerroes Quæ Auerr. cõ. 49.
B cõmen. 49. cuius textus reſpondet tranſlationibus expoſitoris. S. Thomæ, eodem modo hunc locum interpretatur. Verum parte illa, poteſt intelligi ꝙ ſi partes, induitur ſecundam expoſitionem. vbi debes ſcire ꝙ ſyllogiſmus Ariſto. fuit, ſic ſe habet, E grauitas ad H grauitatem, ita B D corpus, ad B Z, corpus. Nam vtrobiq; eſt ſubdupla proportio, & arguatur vt prius. Modo dubitatio eſt ꝙ Dubi. illa propoſitio maior eſt vera ſupponendo corpus A B ex quo ſunt diuiſa illa duo corpora A D, & A Z, eſſe ſimilare ſuis in partibus, tam in ratione corporis, q̃ in ratione potentiæ atq; grauitatis. Vbi vero partes eius ſint diſſimilares & diuerſarum rationum non eſt verum ꝙ ſicut ſe habet E ad H, ita B D ad B Z, quia ſtat E eſſe ſubduplũ grauitatem ad H, & tamen B D non erit ſubduplum ad B Z, eo quia in maiore parte non ſemper eſt maior potẽtia, niſi quando ſunt partes eiuſdem rationis. Dupliciter Pria ſolut Auerro. ſoluit Auerr. vt mihi videtur, vno modo ꝙ ſyllogiſmus valet cum vſu illius maioris, & tunc debet ĩtelligi maior
C in ratione portium & corporis generica, hoc pacto, ſicut ſe habet E ad H, ita ſm rationẽ corporis O D, ad B Z. Nam licet ſecundum rationem huius vel illius corporis in ſpecie non ſit conſimilis proportio, tamen ſm rationem corporis in eo ꝙ corpus, eſt ſimilis rõ atq; proportio, poteſt enim B D ſpecie differre ab ipſo B Z, quæ tamen in ratione corporis erunt eiuſdem rationis, quare vt ſic poteſt intelligi cõſimilis ꝓportio, quare vt E eſt totius B D, ſic H, eſt totius B Z. Vel aliter intelligo Auerroẽ & melius, Altera expõ ꝙ põt fieri ſyll's cum vſu illius maioris, ſed debet maior ſic intelligi: ſicut ſe habet E ad H, ita B D, ad B Z, nõ quidẽ ſm ꝓportionem alicuius numeri & quantitatis, ſed ſm rõnem potẽtię. Nam vt E eſt ſubduplę potentiæ ad H, ita B D, eſt ſubduplæ potentiæ ad B Z, quare maior eſt vera, ꝙ vt E eſt ſubduplæ potentiæ ad H, ita B D, eſt ſubduplæ potentiæ ad B Z, & ſic maior habet locum de ꝓportione potentiarum, & non de proportione quanti, & tunc cõple ſyll'm, ſed E eſt totius B D, igitur H eſt totius B Z, ſed H eſt grauitas potentiæ vt octo, vt ſuppoſuimus igitur B Z
D eſt graue potentiæ vt octo & æquale erat A B, quare vt prius finitũ erit æquipotẽs ĩfinito. Hęc eſt prima Auer. Scda ſolutio Aũ. expõ, videlicet, ꝙ ſyll's valet cũ vſu illius maioris. Scda eſt ꝙ põt alr̃ intelligi: vt videlicet ſyll's valeat ſine vſu illius maioris, & tũc erit ſyll's B D, eſt graue vt duo, & tũc ab A B corpe extraho aliud corp', qd' ſit graue vt. 4. ſiue ſit in rõne corpis duplũ ad B D, ſiue triplũ, ſiue in quauis ꝓportione, mõ ſit in duplo grauius, & accipio tertiũ corpus qd' ſit ĩ duplo grauius ſcdo, & ĩ quadruplo grauius primo, & hoc ſiue ſit ĩ duplo ĩ rõne corpis, ſiue ĩ quauis proportiõe: caſus iſte patet q͞a ex q̃ A B ẽ ĩfinitũ corp', poſſũ extrahere ab eo tot quot volo corpa, ſiue addẽdo alteri, ſiue diminuẽdo. Quo in caſu reſecauero ab A B tot corpa, p quot p additionẽ deueniã ad corp' æq̃librũ ipſi, A B infinito, & ita hr̃ ipſe vt prius ſyllogizet, igr̃ ſine vſu ꝓpõnis p̃dictæ, q̃ erat maior ſic corp' B T eſt graue vt octo, vt p caſum

ſum ꝓbatū ē. Corp⁹ B C eſt finitū, igr̄ ſ. ſ. figura corp⁹ finitum eſt graue vt octo, ſed tal'graue erat A B. igr̄ ĩfinitū & ĩfinitū erūt æqlibra, & ſic hr̄ ſylls ſine vſu dictę ꝓpõnis et ꝑ cõſequēs ceſſat dubiū. Hæc Auer. Sed occurres, nā id ad qd' deducit Ariſt. eſt falſum, videlicet ꝙ finitū ſit ęqlibrū ĩfinito, & id qd aſſumit ad illi⁹ illationē, eſt ēt falſū, ſumit. n. tot corpa poſſe ab A B, ĩfinito ſeparare, qd' ꝑ additionē deuenit ad vnū finē ęqlibrū ipſi A B. Mõ hoc ēt ē falſū, qa nemo actu ſepauit tot corpa ab ĩfinito, & ita de ſeſſe qd' aſſumit, ē falſum, quare ad deductionē falſi Ariſ. accepiſſet falſum, & ſic nõ eēt bonus ſylls, nā ex falſis nõ eſt ĩcõueniēs ſeq falſum. Soluit Auer. & īqt, & hæc de-

Solo Auerr. mõſtratio fundata eſt ĩ ꝓorib⁹ analiticis. ſ. lib. ꝑmo, ibi. n. [illegible] ctū ē ꝙ falſum ĩpoſe nūꝗ ſeqt̄ ex falſo poſſ. Mõ, qd' Ariſ. accepit eſt de ineſſe falſum, tñ de poſſ eſt verū, qa de poſſ ab A B ĩfinito extrahi pñt tot, quot vis corpa, & ſic optie more bõi ꝓoriſtici ſyllogizauit. ſyllogizet igr̄ hoc pacto ſ. A B eſt graue vt octo, ſed ab A B poſſum ꝑ reſecationē diuidere B I graue vt octo: igit̄ aliqd' finitū ē ęqlibrū ĩfinito. Cõſequēs ē falſū ĩpoſe, & igit̄ aña erit falſum ĩpoſe, qa ꝑ regulā ꝓoriſticā, falſū ĩpoſe nūꝗ ſeqt̄ niſi ex falſo ĩpoſſ: aña itaq eſt falſum ĩpoſe, & nõ ꝓ ſecūda pte, qa licet illa de ineſſe ſit falſa, tñ eſt vera de poſſ, igit̄ ꝓ prima pte quare falſum & ĩpoſe eſt A B infinitū eſſe graue vt octo, & ita oportet dicer̄ A B eē grauitatis ĩfinitę. Hęc Auer. et optie.

Quæſtio. An ĩ maiore corpore maior virt⁹ exiſtat.

CIrca finē huius demõſtrationis ſolet dubitari, vtrū ĩ maiore corpe ſit virt⁹ maior: & vr̄ ꝙ nõ, qa poſe eſt ignē maiorē eſſe minoris virtutis igne minore, vtpote ſi ignis maior ſit rarior, nā tūc eſt minus actiuus. Secūdo, parua terra eſt grauis vt octo, & magna gleba etiā vt octo, igitur in maiore q̄to nõ eſt maior virtus. Tertio, paruū plūbū eſt grauius magno ligno, igitur nõ in maiore q̄to eſt virtus maior. Quarta, ſit aliquod totum diſſimilare vt aïal, patet ꝙ aliqua pars minor erit grauior vt parua pars oſſis magna parte ſpūs grauior eſt. Quinto, ſit vnū corpus ſimilare difformiter graue, vtpote, cuius prima ꝑs pedalis ſit grauis vt octo, & dupla ad illā, vt quatuor, & quadrupla ad illā vt duo, & octupla ad illā vt vnū, patet ꝙ in minore q̄to ē maior virt⁹, & tñ ē corp⁹ ſimilare, cui⁹ ꝑtes ſunt eiuſdē ſpēi. Sexto ſit plūbū bipedale latæ figurę, & plūbū pedale ſagittalis figurę, patet ꝙ pedale ē grauius, qa citius deſcēderet. Septimo, certū eſt grauitatem vt octo eſſe diuiſibile infinitū per partes ꝓportionales minoribus terminatis verſus finem, quia in duas medietates & in duas medietates alterius medietatis, & ſic in infinitum. nam omne quantū eſt diuiſibile in infinitū per partes proportionales, tūc accipio corpus infinitum cuius pedalia ſint mõ infinita, & volo ꝙ in primo pedali ſit prima medietas grauitatis, & in ſecundo ſit ſecunda ſubdupla ad primam, & in tertio ſit tertia ſubdupla ad ſecundam, & ſic in infinitum, patet ꝙ tota grauitas in toto tali corpore eſt finita, quia vt octo, & tñ corpus eſt infinitum, in quo ipſa extēditur, igitur poſe eſt eſſe corpus ſimplex infinitū, cuius virtus ſit finita. Præterea octauo argui põt, quia ſi eſſet infinitum graue non eſſet niſi graue vt octo, vt omnes calculatores tenent. Hæc qõ ꝙ illa ꝓpoſitio intelligitur vera nouē conditionibus limitata, prima de virtute materiali, ꝓpter quā conditionē nõ eſt in maiore parte hoīs maior virtus intellectiua. Secūda cæteris paribus ex parte raritatis & dēſitatis qua tollitur argumentum primū, quia paruus ignis põt eſſe actiuior propter maiorem denſitatē. Tertia intelligitur cæteris paribus ex parte intenſionis & remiſſionis, vtpote ſi tota latitudo grauitatis gradualis ſit in toto, & in qualibet parte, ꝓpter quā cõditionē tollitur argumentum quintū & ſeptimum, nõ. n. in difformiter graui oportet in maiore quāto eſſe maiorem virtutem & in minori minorem.

Solutio. Pria cõditio Secunda. Tertia.

Quinta intelligitur cæteris paribus ex parte figuræ, & ꝓpter hanc ceſſat ſextum argumentū, nā paruum plumbum põt velocius deſcendere ꝓpter diſpoſitionem figuræ, nõ aūt propter intenſionem formæ. Sexta intelligi-

Quinta. Sexta.

E tur, ꝓpoſitio de multitudine formæ, & non de graduali menſura, & per hanc ceſſat ratio ſecunda, quia licet parua terra ſit grauis vt octo, veluti magna, nõ tñ eſt æquilibra ſm multitudinē formæ. Ceſſat etiam octaua ratio, qa licet finitum ſit æque graue intēſiue, ſicut infinitū, non tamen æquilibrum. Septima intelligitur cõparatiõe facta inter corpora eiuſdem ſpeciei, ꝓpter quod ceſſat tertia ratio: nā plumbum & lignū differunt ſpecie, & ꝓpterea non oportet alterum altero eſſe grauius. Octaua intelligitur qñ totū eſt ſimilare, & eiuſdem ſpēi in partibus, ꝓpter quod ceſſat quartum argumentū. aïal. n. eſt totum diſſimilare, vt conſtat, quare non oportet in maiore parte eſſe maiorem virtutem. Differt autem hæc octaua cõditio parum à ſeptima, niſi quia ſeptima loquitur generatim, ſiue comparabilia ſint partes alicuius totius, ſiue nõ. Octaua vero loquitur qñ cõparabilia ſunt partes alicui⁹ totius. Tñ vna limitatio eſt, vt cõparabilia ſint eiuſdem ſpeciei.

Octaua.

F Nona propoſitio intelligitur ſm cõſiderationē naturalem, & ꝓpter hāc tollitur. 7. ratio, quæ etiam ablata eſt per tertiam cõditionē, illa. n. ꝓcedit ex imaginatione Mathematicorum, qui diuidunt quāta in infinitum, at ſm conſiderationem naturalem deueniendū eſt ad minimū, & ad maximū, & ſic nec grauitas põt diuidi in infinitum, nec eſt dabile corpus infinitū, in quo grauitas illa eſſet extenſibilis, ſm. n. naturalē rõnem ſtabilita ſunt vtraq, vt dicit Auerroes vbiq. Sic igitur patet intellectus ꝓpoſitionis, & ꝙ in pluribus caſibus eſt falſa, ꝗ vera. Et Tūc vlterius patet (vt recte Auerroes dixit) ꝙ demonſtratio Ariſtotelis habet locum per vſum huius propoſitionis, & ſine vſu huius propoſitionis. ꝑ vſum quidē huius propoſitionis habet locum, ſupponendo corp⁹ quod mouetur motu recto eſſe ſimplex, & cæteris paribus, & limitatū ꝑ nouē cõditiones, vt dixi, ſine vſu vero talis propõnis, patet demõſtratio per regulam prioriſticam, vt dixit Auer. de quo ſupra. Hæc de propoſitione.

Nona.

G Quod vero grauitatem eſſe aliquod infinitū impoſſibile ſit, ex his perſpicuū eſt. Si enim tanta grauitas per tantum ſpatium in hoc tempore mouet̄ tāta & adhuc in minore tpe mouebitur.

Spatium eſt verbum ſuppletum. Hæc particula. In minore tpe eſt textui ſuppleta. Intentio.

Nūc ꝓbat minorē, erat eñ Sylls, ſi aliquod corpus qd recto fert̄ motu eſt infinitū, grauitas vel leuitas erit infinita. Hæc fuit maior, & ꝓbata eſt, ꝑ hoc, qa corporis infiniti grauitas finita eē nõ põt. Sed grauitas ĩfinita eſſe nõ põt alicuius corporis, hæc eſt minor, & deſtructio cõſequētis, & hāc nunc intendit ꝓbare, qua ꝓbata, infert, igit̄ nullū corpus, quod recto fertur motu, poterit eē ĩfinitū. eſt igit̄ intētio capituli ꝓbare minorē ſylls, videlicet nullius corpis grauitatē infinitā poſſe eſſe, & hoc ꝓponit, & inqt. Quod vero grauitatē eſſe aliqd in terū natura ĩfinitum, ĩpoſe ſit, ex his q̄ nunc dicemus, ꝑſpicuū erit. Hæc eſt intentio capituli. Deinde ꝓbat ꝓpoſitum, & more boni geometrę, ꝑmittit ſuppõnes tres, quarū prima eſt, ꝙ ſi tāta grauitas, verbi cā vt duo, mouet̄ per tm̄ ſpatiū,

Pria ſuppõ. Verb eī cõſideratio.

H vel moueret aliquod mobile ꝑ tm̄ ſpatiū, verbi cā, pedale in hoc tpe, vtpote in hora, tanta grauitas & adhuc. i. tanta & adhuc maior illa, videlicet vt quatuor, mouetur vel moueret idē mobile in eodē ſpatio pedali in minori tēpore, vtpote in dimidio illi⁹ horę, eſt igr̄ prima ſuppõ, ſi aliqua grauitas certę mēſurę moueret aliquod mobile in certo dato ſpatio, & in certo dato tēpore, maior virt⁹ moueret idem mobile ſuꝑ eodē ſpatio in minore tēpore. Hęc ꝓbata fuit. 7. phyſicæ auſcultatiõis, per hoc, qa quāto virtus motiua eſt fortior, tāto eius mobile mouet velocius, quare tāto in minore tpe mouebit. Quo vero ad verba græca attinet. Mouet̄, græce eſt κινεῖται in tranſlationibus vero, quas Expoſitor exponit, legit̄ verbū illud Mouet, & vtrūq eſt bonū, qa virtus materialis in mouēdo mouet̄ per reglā Ariſto. in. 8. phyſicæ auſcultationis. Immaterialis vero mouet, & mouetur, quia igitur grauitas ē virt⁹ motiua materialis, ĩ mouēdo neceſſario mouet̄

& ita

Verbũ illud ĩpe mouetur ſuppletũ eſt, ſuppletũ eſt, enĩ verbũ mouebitur.

&c ita vtroque modo verbum grȩcum κινεῖται poteſt ad nos venire.

A Atq̀ quã rõnẽ hñt grauitates, eã mõ cõtrario tpa hẽbunt, veluti ſi dimidia grauitas hoc in tpe moueretur. dupla in dimidio illius mouebitur.

Secũda ſuppõ qualis ꝓportio eſt grauitatũ mouentiũ, talis mõ cõtrario eſt tẽporũ, verbi cã, ſi ſemipedale grauitatis moueret A mobile in hora, pedale grauitatis mouebit in medietate horȩ. Sequitur aũt hæc ſcda ſuppõ ex priã, nã ſi maior grauitas mouet in minore tẽpore, ſequitur, ꝙ qualis eſt proportio grauitatũ mouentiũ, talis modo cõtrario erit proportio tẽporum, vt correſpõdenter per augmentum grauitatis in proportione, ſit proportionalis temporum diminutio.


Prærerea finita grauitas omnem finitã intercapedinem finito quodam in tempore tranſit.

Tertia ſuppoſitio finita grauitas omnẽ finitã intercapedinẽ atq̀ diſtantiã finito quodã tpe tranſit. Hæc tertia ſuppõ deducta eſt Sexto phyſicæ auſcultatiõis, vbi pbarum eſt virtutẽ, ſpatiũ, & tẽpus ſeſe cõſequi quoad rõnẽ finiti, ĩfinitiue. Auerroes vero etiã vt nos expoſuimus exponit. Verũ vbi nos in græcis codicib᷒ hẽmus grauitatẽ, q̃ græce eſt βάρος, Ipſe in ſuis trãſlationib᷒ hẽt graue, quod quidẽ nõ eſt valde diſſonum, & tunc iuxta eius trãſlationes prima ſuppoſitio eſt, ꝙ graue maius in minore tpe mouet̃, patet, quia veloci᷒ mouet̃. Scda ſuppõ, quæ ex hac ſequit̃, eſt ꝙ qualis eſt ꝓportio grauitatis ad grauitatẽ, vel grauius ad graue in maioritate, talis eſt tẽporis ad tps mõ cõtrario in minoritate. Nam ſit A graue aliqd vt quatuor, B vero graue vt octo: C ſit tps, quo mo

Auer. com. 51. & 52.

Priã ſuppõ.

Scda



uetur A graue, & ſit hora, dico, ꝙ D erit tps, q̃ mouebitur B graue, & erit medietas hore, nã qualis eſt ꝓportio ipſi᷒ A grauis ad B graue, talis mõ cõtrario C tpis ad D tps, ipſius. n. A ad B ꝓportio eſt ſubdupla, ipſius vero C ad D dupla, quare ſi A mouebit̃ in C tpe, B mouebit̃ in D tpe. Hæc eſt ſcda ſuppõ. Tertia eſt graue oẽ finitũ mouebit̃ finito in ſpatio atq̀ finito in tpe. aĩaduerſiõe dignũ, ꝙ Auer. addit in ſecunda ſuppõne, & vult ꝙ ſm ꝓportionalẽ auctionem grauitatis in infinitũ, ſit ꝓportionalis minoratio tpis in infinitũ. verbi cauſa, ſi A graue augeat̃ ad duplũ B, tps diminuet̃ ad ſubduplũ, & ſi ĩ triplo augeat̃ A, ẽt in triplo diminuet̃ B, tps ſemp regulr ſm cõtrariã ꝓportionẽ, mõ ſint cætera paria, ex parte ſpatij, & figuræ, & cæterorum, quæ ſolent addi ad hæc à ſupputatoribus, vt ſexto auſcultationis libro deduximus. Sed occurres per dubitationem Albertillæ in q̃ pluribus locis. Sit grauitas vt quatuor A, q̃ moueat B, reſiſtentiam vt tria in certo dato ſpatio vtpote octipedo, & in certo dato tpe, q̃ ſit hora, & volo quod A duplet̃ & fiat graue vt octo, q̃ro vtrum B reſiſtẽtiã vt tria mouebit in ſubduplo tpe, vtpote in dimidio horæ ſuper eodem ſpatio, & videtur quod nõ, qa octo ad tria eſt ꝓportio maior q̃ dupla. Nam octo continent tria bis, & vltra adhuc continent illius totius, duo igitur mouebit B reſiſtentiam magis q̃ in ſubduplo tpis & tñ graue vt octo eſt duplũ ad graue vt quatuor, igitur ꝓportionali auctioni grauitatis nõ corrñdet ꝓportionalis diminutio tpis: quippe cũ graue ſit auctũ ad duplũ, & tps nõ ſit diminutũ ad duplũ, ſed ad magis q̃ ad duplũ.

Tertia Auer.

Dubĩ.

Hãc dubõnẽ in. 7. phyſice auſcultationis pertractauimus, vbi diximus Albertillã ꝓpter hãc rõnẽ voluiſſe proportionẽ velocitatum in motibus nõ ſeq ꝓportionẽ potentiarum motiuarũ ad ſuas reſiſtentias, ſed proportionẽ ꝓportionũ potentiarũ mouentium ad ſuas reſiſtentias, vtpote ſi A mouet B reſiſtens à certa proportione C, mouebit B in duplo velocius ſi eius ꝓportio ad B ſit dupla ad proportionẽ ipſius A ad B, & ſic per grauitatem duplã pipatetici nõ ĩtelligũt qualitatem duplã, ſed ꝓportionẽ duplam grauitatis ad illã quã habuit por grauitas reſpectu eiuſdem reſiſtentiæ, verbi cauſa ſi mouet B ſibi reſiſtens à certa proportione vincendo & ſuperando reſiſtentiam ipſius B, dico ꝙ grauitas dupla ad grauitatem A I, grauitas C, cuius proportio ad proportionẽ, qua A ſuperat reſiſtentiã B, eſt dupla, mouebit idem B ſuper idem ſpatiũ in ſubduplo temporis, igitur proportionalis tẽporis diminutio ſequitur ꝓportionalẽ auctionẽ grauitatis, ideſt proportionalẽ auctionẽ proportionũ grauitatis ad ſuam reſiſtentiam. Tunc ad propoſitum, licet graue vt octo ſit duplũ ad graue vt quatuor, nõ tñ ꝓportio octo ad tria, erit præciſe dupla ad proportionẽ quatuor ad tria, quare ſi debet tps ſubduplari, debet graue creſcere ad tãtũ, vt ei᷒ ꝓportio ſit pciſe dupla ad ꝓportionẽ priorẽ, verbi cã, qa por ꝓportio fuit ſeſqtertia, nã quatuor cõtinẽt tria ſemel, & tertiã, igr̃ debet creſcere grauitas illa intm̃, vt ei᷒ ꝓportio ad dictã reſiſtẽtiã, vt tria, efficiat̃ dupla ſeſqtertia, & tũc in ſubduplo tpe moueret dictã reſiſtẽtiã. Qñ igr̃ peripatetici dicunt ad ꝓportionale augmentũ virtutis ſequi proportionalẽ diminutionem temporis, debet intelligi ad proportionale augmentum virtutis, vt ꝓportionalis diminui proportionaliter tempus. Hæc tamen lege curioſius in. 7. lib. phyſicæ auſcultationis.

Quę Alber.

C Neceſſe eſt igit̃ ex his, ſi aliqd eſt infinita grauitas, moueri ipſam, & nõ moueri. Moueri quidem, quo tantũ quantũ finita & adhuc. Nõ moueri ãt, quo quidẽ moueri oportet ſm exceſſus ꝓportionabiliter, ſed econtrario maior in minori, Infiniti autem ad infinitũ proportio nulla eſt, temporis autẽ minoris ad maius finitũ eſt, ſed in minore ſemper, minimum autem non eſt.

Totũ hoc deficit græ. codicib᷒ videlicet. Moueri, & non moueri, vt ĩ aliis trãſlatiõib᷒ legit̃. Nõ. hoc verbum deficit codicibus græcis.

Proportio ratio.

Expõ.

His tribus ſuppoſitionibus ſtãtibus deducit dictã conditionalem, quæ erat minor. & inquit. Neceſſe eſt igitur ex his ſi aliquid eſt finita grauitas, vel vt melius iaceret, ſi aliquod corpus eſſet infinite graue, moueri ipſum, & non moueri. verba autem hæc videlicet, moueri ipſam, & non moueri codicibus græcis quos habemus, deficiũt, & etiam tranſlationibus noſtris, tamẽ verba hæc habẽt tranſlationes aliorum, & expoſitores græci. Illud conſequens eſt impoſſibile ſimpliciter, cum ſit vnum copulatum, vel vna copulatiua facta de partibus contradictorĳs. Quod quidẽ ſequatur illud moueri, dato ꝙ ipſum D infinite graue eſſet, patet ex prima ſuppoſitione, vnde inquit, moueri quidem ſupple ipſum ſi eſſet, ſequitur, qđ dictum eſt in prima ſuppoſitione, infinitam grauitatem moueri tantum quantum finita mouetur, & adhuc velocius, & in minore tpe. Hæc de prima parte. Quod vero ſequitur ipſam non moueri, deducit ex alĳs duab᷒ ſuppoſitionibus, & inquit nõ moueri autem ſupple ipſam ſi eſſet ſequitur per duas ſuppoſitiones quas ponit dicens, quo quidem moueri oportet maius ſupple ſm exceſſus proportionabiliter, hæc eſt prima, ſed econtrario maior grauitas in minori tpe, hæc eſt ſecunda, ex quibus colligitur ꝙ graue infinitum nõ mouetur, quia vbi moueretur, oportet habere certam proportionem ad graue finitum in mouendo. Infiniti autem ad finitum nulla eſt proportio, tpis autẽ minoris ad maius finitũ eſt ſupple proportio, ſed ĩ minori ſemp. & quia poſſes dicere dari minimũ tempus,

Quæ verba deſunt codicib᷒ grȩcis.

tempus, quo infinite graue moueretur, addidit, minimũ autem non eſt. Quarto.n.phyſicorum probatum eſt nõ dari minimum tps. Vel verba hæc retulit ad proportionem, quia quis poſſet dicere eſſe minimum in proportionibus, & ita infinitum mouet per tps redactum ad minimã proportionẽ. Rñdet nullã eẽ ꝓportionem minimã. Sic igitur ſi graue infinitum eſſet, illud moueretur, quia per primam ſuppoſitionem moueretur quantum mouebatur finitum & adhuc amplius, & nõ moueretur, quia in tempore ita paruo, quod ad tps quo moueretur graue finitum, nullam haberet certã proportionẽ, quod eſt cõtra naturã motus: omnis.n.motus eſt in certo tpe, & cõparabilis alteri motui in velocitate, hæc ex traſlationib⁹ noſtris facile patent.

Obiectio. Rñſio.

Et Auer. exponit hõc mõ, vt legẽti patet, licet verba cõmẽti ſint valde corrupta. Colligitur autẽ facilius ꝙ ſi graue eſſet infinitum, illud non moueretur, quia vel in tẽpore, vel in nõ tẽpore, vt dicit Auer. nõ eſt dicendum illud moueri in nõ tẽpore, quia omne quod mouetur, in tẽpore mouetur, vt Sexto phyſicæ auſcultationis probatur. nec eſt dicẽdum illud moueri in tẽpore, quia cuiuslibet temporis ad quodlibet tps eſt quædam proportio, at infiniti grauis ad finitum graue nulla eſt proportio in exceſſibus, & ita dato graui infinito, illud nullatenus moueretur, & hæc Auerro. deductio eſt facillima.

Quæ Auer. ad. ſit.

Ex his ſequitur contra logicos, qui volunt aliquod infinitũ moueri in infinitum velociter, & ita in infinito paruo tẽpore, & non ſequitur illud moueri in tẽpore. nam licet moueatur in infinito paruo tẽpore, non propter hoc ſequitur illud moueri in aliquo tempore. Quæ (vt mihi videtur) non ſunt peripatetice dicta, Ariſt. enim vbiꝗ; deſtruens infinitum vſus eſt hac ſuppoſitione, ꝙ ſi ipſum eſſet, in nullo tempore moueretur, & quod in nullo tpe mouet, non mouetur. Quare hæc nõ ſunt peripatetice dicta.

Cõtra logi.

Proportione rõne. Quod gdſ ſed. Alia.

Neꝗ; ſi eſſet, vtilitas vtiꝗ; aliqua eſſet. Sumeret enim contra aliud finitum in eadem proportione, in qua infinitũ eſſet maius ad alterã. Quare in æquali tpe per æquale infinitum atꝗ; finitũ mouerentur, quod quidem eſt impoſſibile.

G

Expoſitio.

Vt dictum eſt, Ariſtoteles remouet dubitationem cõtra dicta. nam dici poſſet tale infinitum graue, nec moueri in inſtanti, nec in tempore magno, ſed in tempore minimo. Obiecit contra hunc cauillum primo, quia non datur tale minimum in tẽpore. Nunc ſecundo obĳcit, ꝙ ſi daretur tale minimum in tempore, nulla eſſet vtilitas illius, nã (vt ait) ſumeretur contra aliud finitum graue in eadem proportione ſuperans illud primum ad quod infinitum comparabatur, in qua infinitum graue eſſet mai⁹ ſm tale tps, quod ponitur minimum ad alterum, id eſt ad illud finitum primo poſitum, & ita illud finitũ acceptũ vltimo moueretur in eodem minimo tẽpore. Verbi cauſa, ſit A grauitas infinita, quæ moueat ſupra C ſpatio finito in hora, nã ex quo mouet in minimo tpe, & ita in tpe, ſit illud minimũ tps hora. Sitꝗ; B grauitas finita, quæ moueatur ſupra ſpatio æquali C in tempore maiori ad illud, vtputa in proportione decupla ad minus, cum ſubiecti ſit proportio finita, & ita tempus ſit decem horarum vel quouis alio numero modo ſit proportionali priori, igit A in C ſpatio mouebitur in hora, B vero in horis vndecim in eodẽ vel æquali ſpatio: tũc accipio vnũ aliud graue, qd ſuperet B in tanta proportione in quanta tps ipſius B ſuperat tps ipſius A: quibus A & B, mouebantur, & ſit D: tũc arguitur, qualis eſt proportio temporis ad tps talis eſt velocitas ad velocitatẽ: ſed tps quo mouet A ſupra C & tps quo mouetur D ſunt in æquali proportione: igitur velocitates erunt æquales, & ita idem ſpatium C, vel æqualem æquali velocitate pertranſiretur à graui, finito & infinito, quod quidem (vt dicit) eſt impoſſibile. Breuiter igitur tale minimum eſt inutile, quia nõ poſſet poni ita paruũ,

H

E

quin per multiplicationẽ grauitatis finitæ poſſet mouere eo tpe grauitas finita, vt deductũ ẽ, & ſic Auer. itelligit.

Adhuc aũt ſi in quãtouis tẽpore, finito tamẽ mouet A infinita grauitas, ꝑ aliquã finitã diſtãtiã: neceſſe eſt ẽt aliã finitã in eodem ipſo moueri.

Quãtouis. quãtocũꝗ; Diſtãtia eſt verbũ ſuppletum. Expoſitio.

Secũdo dicet quiſpiã (vt exponit diuus expoſitor) an ſequatur illud incõueniẽs in quocunꝗ; tpe, & nõ minimo: quaſi rñdeat illud icõueniens ſequi in quocunꝗ; tpe ponamus grauitatem infinitam mouere, & nõ minimo, ſequitur n. finitã in eodẽ tpe moueri per eandẽ finitã, ſupple diſtãtiam, poſſumus.n. imaginari ſuper finitã grauitatẽ addi grauitatẽ ſemper quouſꝗ; mouebitur in tãto tpe ſup eũ ſpatium, vt mouebatur ĩfinita. Hæc Expoſitor & Simplicius. vel fortaſſe dicit hæc ꝓpter ſophiſtas, q tenẽt ĩfinitã grauitatẽ moueri ſuper ſpatium finitum in quãtouis paruo tpe, & ita nõ in minimo tpe, propterea replicat Ariſ. dicens, adhuc aũt ſi in quãtouis tpe, finito tñ, mouetur infinita grauitas per aliquã finitã diſtantiã, neceſſe eſt etiã aliã

F

finitam in eodem ipſo tempore, ſuper eodem etiam ſpatiõ moueri imaginando finitæ grauitati fieri additionem eo vſꝗ; quouſꝗ; moueatur in tanto tempore, & tanto ſpatio. Debes ſcire aliquos ſophiſtas voluiſſe infinitũ moueri in quantouis paruo tpe, finitum autem nõ in quantouis paruo tempore, ſed in certo dato tempore.

Quæ ſophi.

Ariſtoteles obĳcit, ſi in quantouis paruo tempore mouetur infinitum graue, modo illud tps ſit finitum, ſequitur finitum moueri in eodem per eandem diſtantiam. at ſi infinitum mouetur in ĩfinito paruo tẽpore, tũc mouebitur in nõ tpe. Infinitũ.n. tps paruũ eſt nõ tps. Hæc Ariſt. contra ſophiſtas. Ex his ſequitur nihil eſſe illud ſophiſticũ, videlicet, ĩ ĩfinito paruo tẽpore moueri aliqd, & moueri ĩ tpe ĩfinito paruo, apud.n. Ariſto. hæc non differunt, nã oẽ tps quod nõ eſt determinatum, vel determinabile, eſt nõ tps ſm Ariſtote. quo fit vt ſuppoſitio, quam dicunt confuſam, nulla ſit, vt in noſtris logiculis diximus.

Cõtra ſuppoſitionem cõfuſam ſophiſtarum.

G

Impoſſibile eſt ergo grauitatem infinitã eſſe. Similiter autem & leuitatẽ eſſe eſt impoſſibile.

Quaſi epilogat cõcluſionẽ, & inquit. Impoſſibile eſt ergo ex his rõnibus grauitatẽ infinitam eſſe, ſilr aũt etiã impoſſe eſt leuitatẽ eſſe ĩfinitã, vt eiſdem rationibus probari poteſt. Quo vero ad verba attinet, ĩ antiquis trãſlationibus habetur, Ee corpora infinitam grauitatem leuitatemue hẽre impoſſe eſt. Fortaſſe hæc verba ſunt extra textum de gloſſa, ſed vtcũꝗ; ſint, patet textus cõcluſio.

Expõ

Quod quidem igitur ĩfinitum corpus nõ ſit, ꝑſpicuũ eſt, & per ea quæ particularia ſunt hoc modo ſpeculantibus, & vniuerſaliter cõſiderantibus non ſolum ſecũdum rões, quæ dictæ ſunt à nobis in his qui de principĳs ſunt libris. (Determinatum eſt enim illic de ĩfinito vniuerſaliter prius quo modo eſt, & quo modo non eſt,) ſed etiam nunc alio modo.

H

Libris eſt verbũ additum.

Aliqui dicũt Ariſto. hic recapitulare, Expoſitor autẽ ait Ariſt. dixiſſe de ſingulis corpib⁹ naturalib⁹ nullũ eorũ eẽ ĩfinitũ, vꝫ nec graue, nec leue, nec neutrũ: nũc vero cõi rõne idẽ demrare, & ita eũ nũc ꝓponere ait de quo ẽ intẽtio, & vtrũꝗ; bñ dr. Vñ inqt, {ꝙ qdẽ igiť ĩfinitũ corpus nõ ſit, ꝑſpicuũ eſt, & ꝑ ea q ꝑticularia ſunt hoc mõ ſpeculãtib⁹.} Particularia, hoc ẽ vel ꝑ ꝑticulares rões, vel ꝑ particularia corpa, q a ꝓbauit nec cęlũ, nec graue vel leue eẽ ĩfinitũ: & patet ẽt vlr cõſiderãtib⁹ nõ ſolũ ſm rões, q dictę ſunt à nobis in his libris, ſupple, qui ſunt de principĳs, vt tertio Phyſicæ auſcultationis. (determinatum eſt enim illic de infinito vniuerſaliter prius quo modo eſt, et quomodo non eſt,) ſed etiam nunc alio modo, et etiã per rões vles, vt dicemus. ecce quo modo partim recapitulat, & partim proponit ad dicendã intentionem.

Expõ.

Auerroes

Auer. cō. ſ.

Auerroes autem in præſenti com. vult, ꝙ Ariſt. recapitulat, & inquit. recapitulat ea quę dixerat, ſ. ꝙ nulla eſt grauitas infinita, & ꝙ eādē demonſtrationē habet grauitas & leuitas, & ita ſicut non datur grauitas infinita, ità nec leuitas propter eandē demoſtrationē. Pręterea patet etiam nō dari corpus graue aut leue infinitū, ſunt. n. duo fundamenta vel duæ propoſitiones categoricæ per notā conditionis cōiunctæ, videlicet, ſi corpus graue aut leue infinitum eſt, grauitas, aut leuitas infinita eſt, hoc eſt primum. Secūdū, ſed nec grauitas, nec leuitas infinita eſt, igitur á deſtructione cōſequentis ad deſtructionē antecedētis. patet tertio nō dari corpus graue aut leue infinitū. Nam hęc ꝓpoſitio, quę eſt oppoſitū conſequētis, ſi cōiungitur hypothetiçę, quę dicta eſt, videlicet ꝙ ſi corpus infinitū graue aut leue eſt, grauitas aut leuitas infinita eſt, iam relinquit̃ oppoſitū antecedētis, videlicet ꝙ nō datur corpus infinitum graue aut leue.

Corollariū.

Ex his infert Auer. ꝙ omnia corpora mūdi ſunt finita, nam corpora ſimplicia tria ſunt, videlicet graue, leue, & neutrū, quorum oē finitum eſſe patet, & ita oē corpus eſt finitum. Infert etiā ex hoc ꝙ mundus ipſe eſt ſimpliciter finitus, quia cōſtat ex ſimplicibus finitis quātitate et numero. quātitate quidē, quia oē corpus ſimplex eſt finitū, numero vero, quia corpora ſimplicia ſunt tm̄ tria.

Dubitatio.

Sed mox occurres, nā Tertio phyſicę auſcultationis dictū eſt de infinito, et hic etiā: igitur videtur ſuperfluum.

Solutio.

Soluit Ariſtoteles, & ſoluit Auerroes aſſignās duas differentias inter tractatū de infinito illic, & in hoc lib.

1. differētia.

prima, quia illic demoſtratio eſt vniuerſalis: nam illic declarat̃ quomodo infinitum eſt, & quomodo nō eſt, quia infinitū poteſtate eſt, infinitū actu non eſt. hic vero particularis, q̄ de cœlo, de graui & leui in particulari. Secunda differētia eſt, quia res demōſtrata eſt vniuerſalior illic q̄ hic, nam illic declarat̃ ſimpliciter nullū corpus eſſe infinitū cuiuſcunq; naturæ ſit. hic autē particulariter de mundo vel elemento, igitur duæ tantū ſunt differentiæ. primá ex parte propoſitionū vel demoſtrationū, ex quibus demoſtrat̃, nam propoſitiones, vel demoſtratio tertij libri phyſicorū eſt vniuerſalior, arguit enim illic ꝙ ſi daretur corpus infinitū illud nō eſſet mobile, q̄m omnem locum occuparet. Secunda ex parte rei demonſtratæ, nam illic agitur vniuerſaliter ꝙ nullū corpus eſt infinitū, hic vero de mundo vel elemēto, & ſic tractatus iſte nō ſuperfluit.

Prima dubi.

Sed Auerroes videt̃ ſibi contrarius, nam tertio phyſi. com. 48. & 49. ait demoſtrationē Tertij phyſi. eſſe nō ſimpliciter vniuerſalē, ſed ſm apparentiam, quia illic nondū apparebat numerus omniū corporum, quia nondū patebat dari corpus neutrū, com. vero. 49. inquit, & hoc ſignificat perſcrutatio eius, hic eſt de hac natura, q̄m non apparuit hic aliam naturā eſſe, & ſic videt̃ Auerroes ſibi cōtrarius.

Reſponſio.

Poteſt dici demoſtrationem Tertij dici vniuerſalē, nō per affirmationē de omnibus corporibus, quia cum illic nō erat notus numerus corporum, nō poterat ſciri de omnibus nullū illorum eſſe infinitū, hic vero ait illā eſſe vniuerſalē per indifferentiam, q̄m quouis dato, cum illud ſit mobile, oportet eſſe finitū.

Secunda.

Secundo occurres, vtrū demoſtratio vniuerſalis ſit perfectior demoſtratione particulari.

Reſpōſio. 1.

Reſpondet Expoſitor, probatio. n. quæ eſt per medium cōmune, perfectiorem ſcientiā cauſat. Auer. autē ſupra. com. 33. inquit & perſcrutatio vniuerſalis de eſſe infiniti in actu firmior eſt hic q̄ in tertio phy. & reliqua.

Secunda.

Poteſt dici, ꝙ vniuerſalis demoſtratio eſt perfectior ex parte modi cognoſcendi, quia vniuerſaliora ſunt certiora, nō aūt ex parte rei cognitæ, quia vniuerſaliora ſunt cōfuſiora, cum plura contineant, ſed quia minus reſolubilia, ideo ſunt ſm modum cognoſcendi certiora. Tu vero lege cōmenta hæc.

Poſt hęc autem conſiderandum eſt, ſi infinitum quidem vniuerſum corpus nō ſit, tantum tamen ſit, vt plures ſint cœli: forſitan enim quiſpiam hoc dubitabit, nam vt hic qui circa nos eſt A mundus, conſtat, nihil obſtet, & plures alios eſſe quidem vno, non tamen infinitos. prius autem vniuerſaliter de infinito dicamus.

Oſtendit quid poſt hæc ſit immediate dicendū, quaſi inter eius dicta ponendo ordinē, & inquit. poſt hęc aūt, ſ. quæ de infinito dicemus, cōſiderandū eſt, ſi infinitū quidem vniuerſum corpus non ſit, ideſt ſi mundus ipſe, qui dicitur pan, non ſit infinitus, tantum tm̄ ſit, vt plures ſint cœli, vel poſsint eſſe, forſitan. n. quiſpiā in hoc dubitabit,

Intentio.

vtrū plures poſsint eſſe cœli vel mundi, cum. n. ſint quantitate finiti, ideo emergit de mundorū pluralitate. Nā vt hic qui circa nos eſt mundus conſtat, ita ſupple nihil obſtet & plures alios huic ſimiles eſſe, plures dico quidem vno, non tm̄ infinitos, ſed (vt dictū eſt) prius de infinito ipſo dicamus vniuerſaliter, quare quæſtio poſt tractatū de infinito pertractāda, erit de mundorū pluralitate, quæ videtur rationalis pro quāto vt hic noſter mundus, cōſtat, B ita plures conſtare alios nihil videtur impoſsibile.

Quæ Auer. com. 55.

Auerroes autē primo colligit mundum eſſe finitū, & inquit, cum declaratū ſit ꝙ partes iſtius mundi ſint terminatæ numero, & etiā finitæ quantitate, declaratū eſt neceſſario, ꝙ iſte mūdus eſt finitus. Secundo Auer. declarat quæ quęſtio eſt poſt hoc deſiderata, & inquit, & quia anima nō deſiderat magis poſt illā quæſtionē de infinitate mūdi, q̄ de numero vtrū ſit vnus aut plures, ideo poſt tractatū de mundi finitate proponit dicere de mundi pluralitate. Tertio declarat qualis eſt quęſtio de mundi pluralitate, & inquit, & vult ſtudere in ea primo propter nobilitatē illius quęſtionis in ſe: eſt. n. quęſtio quę eſt ex parte ſui nobilis, & in ſe digna pertractatione, velut & cæteræ huius libri. Secundo, quia per hanc ſoluit̃ quæſtio de vnitate et pluralitate primi principij, qui eſt deus. Nam, ſi mundus eſt vnus, vnus erit motor primus, & ſi plures, plures erunt primi motores, ſic igitur patet quæſtionem hanc eſſe in ſe deſiderabilē.

Tex. cō. 56. & 66. Cœlū tripliciter.

Quo vero ad verba attinet, C Auerroes ait cœlum triſariā accipi, vt Ariſtoteles dicet poſt, videlicet de toto mundo, de toto cœlo ex omnibus orbibus cōgregato, & de vltimo cœlo. Hic autē ait acceptum eſſe pro toto mūdo. Præterea Ariſt. in textu dicit. Nam vt hic qui circa nos eſt mundus cōſtat, & ita plures alios eſſe nihil obſtabit. Vbi Auerroes ait Ariſtotelem tangere quandam rationē extrinſecā, qua nōnulli probabant plures eſſe mundos, videlicet de indiuiduis inuenit̃ plus vno in eadē ſpecie: hic mundus eſt indiuiduus, igit̃ de eo inuenitur plus vno in ſpecie, & ita erunt plures mūdi. Addit vulgus & antiquos philoſophos differre, q̄m vulgus exiſtimat plures mundos eſſe poſsibile, philoſophi antiqui per hāc rationē dicunt plures fuiſſe de facto.

Dubitatio.

Sed cur hæc ratio dicit̃ accepta extrinſecus & non per ſe, nō eſt clarum.

1. Solutio.

Albertus ait hanc rationē eſſe per extrinſeca, quia per veriſimilia & falſa, q̄m licet maior ſit veriſimilis, eſt falſa. non. n. eſt vniuerſaliter verum de oībus indiuiduis ꝙ ſint plura vno in ſpecie.

Secunda.

Alij dicūt hāc accipi D ab extrinſecis, quia nō accipit̃ ab his quę cœlo cōpetunt, vel mundo,

Tertia.

Dici poteſt & tertio, quia alia ratio firmior dicet pro hac parte, probarunt. n. quidā mundos eſſe plures, quia cōſtat ex materia, & omne conſtans ex materia eſt multiplicatum in ſpecie, & ita ad differentiam huius rationis illam vocat per extranea. Hæc Auer.

Omne igitur corpus aut infinitum aut finitum neceſſe eſt eſſe. Et infinitum: aut ſimilare omne, aut diſſimilare. & ſi diſſimilare, aut ex finitis ſpecie, aut ex infinitis.

Expoſitio.

Proſequit̃, & proponit tres diuiſiones, & inquit. Omne igitur corpus aut finitum aut infinitū neceſſe eſt eſſe.

Specie aut ſpeciebus.

Hęc prima diuiſio patet, quia finitum et infinitū ſunt primæ differentiæ quanti, ſaltem ſm exiſtimationē, vt in libris phyſicorum dictum eſt, & ita hæc eſt prima diuiſio.

1. Diuiſio.

Secundam ponit dicens, & infinitū, aut ſimulare omne,

aut diſſimilare. Prætermiſit ſubdiuidere finitum, qm̃ ſi ponitur omne corpus eſſe finitũ, habetur intentũ, & per diſſimilare intelligit miſtũ, vel cõpoſitum ex partibus diuerſarũ ſpecierũ, vt animal, quod græce dicit̃ anomiomeres, animal enim dicit̃ diſſimilare, qa eius partes differũt numero, & ſpẽ. per ſimilare aũt intelligit corpus compoſitũ ex partibus numero differentibus, ſed eiuſdẽ ſpeciei, vt aqua, vel ignis. Nam qualibet pars aquæ eſt aqua, & qualiber pars ignis eſt ignis. Hæc eſt ſecunda diuiſio.

ἀνομοιομερὴς

Tertia.

Deinde ponit tertiã & inquit, & ſi diſſimilare, ſupple ſit corpus ipſum infinitũ quod ponit̃, aut partes differentes ſpecie ex quibus conſtat ſunt numero finitę, aut numero infinitæ. poteſt enim infinitũ corpus diſſimilare dupliciter intelligi, aut ꝙ eius partes ſpecie differẽtes ſint numero finitæ, ſed magnitudine qualibet ſit infinira, ſic enim partes differẽtes ſpecie eſſent numero finitæ, ſed qm̃ ſunt magnitudine infinitę, totũ eſſet infinitum. Aut põt intelligi quãlibet eius partẽ eſſe finitam magnitudine, ſed numero oẽs infinitas, ſic. n. totũ eſſet infinitũ, et ſic patet tertia diuiſio.

F

Qu[illegible] Auer. ſumm. 16.

Auerroes duas cauſas aſſignat cur iterũ hic vult probare nõ eſſe corpus infinitũ. Primo quidẽ vt eadem veritas probet̃ dupliciter vniuerſali & particulari demoſtratione, id. n. quod pluribus modis demonſtrat̃, certius cognoſcit̃, & quia hic vniuerſaliter & particulariter probat̃ eadẽ veritas, ideo iterum de illo pertractat. Secundo vero, qa demõſtratio Tertij libri phyſicoꝝ ſupponit corpora ſimplicia eſſe finita, & motus illorũ eſſe finitos, & loca etiã, at hæ ſuppoſitiões hic probant̃, & ita certius hanc veritatẽ hic tangit. Secundo Auer. ponit vim ſyllogiſmi Ariſt. in toto hoc proceſſu, & vult illũ eſſe hypotheticum diuiſiuũ hoc modo, ſi daretur corpus infinitum, aut ſimilare aut diſſimilare: ſed nec ſimilare, nec diſſimilare: igitur nõ datur corpus infinitum: ſed omne corpus eſt finitum, aut infinitum: igitur omne corpus eſt finitũ. Hic eſt totus ſyllogiſmus hypotheticus, cuius partes cum erunt deſtructæ, habebitur propoſitum.

G

Quod quidem igitur ex infinitis nõ ſit poſſibile eſſe, perſpicuum eſt: ſi quiſpiam nobis primas ſuppoſitiones manere ſinat. Nam ſi primi motus finiti ſint, ſpecies quoq; ſimplicium corporum finitas eſſe neceſſe eſt. Simplex quidem enim motus eſt, qui ſimplicis eſt corporis: ſimplices autem motus finiti ſunt; omne autem corpus naturale neceſſe eſt ſemper habere motũ.

Expoſitio.

Nunc incipit deſtruere partes: & primo probat, ꝙ corpus infinitum datũ non poteſt eſſe diſſimilare. quia vt dicebat̃, aut eſſet ex partibus finitis, aut infinitis. Oſtendit igitur primo ꝙ partes differẽtes ſpecie dati corporis infiniti nõ poſſunt eſſe infinitę, & hoc ꝓponit dicens, quod quidẽ igitur ex infinitis non ſit poſsibile eſſe, ſupple tale corpus datũ infinitũ diſſimilare, perſpicuũ eſt, ſi quiſpiã nobis primas ſuppoſitiones manere tãq; veras ſinat: ſunt autẽ primæ ſuppoſitiones tres, prima, ꝙ ſimplex motus ſit corporis ſimplicis, & ſupple miſtus ſit miſti corporis.

H

1. Suppõ.

Secunda.

Secunda ſuppoſitio fuit ꝙ motus ſimplices ſunt finiti, quoniã tres, aut ad mediũ, aut à medio, aut circa mediũ.

Tertia.

Tertia ſuppoſitio fuit, ꝙ omne corpus naturale habet motum aliquẽ ſimplicẽ, ita vt nullum poſsit eſſe, quin habeat motum ſimplicẽ: ex his deducit̃, tale diſſimilare corpus non poſſe eſſe ex partibus ſimplicibus differentibus ſpecie infinitis. Nam ſi primi motus finiti ſunt, vt ſecunda ſuppoſitio eſt, ſpecies quoq; ſimplicium corporũ, ex quibus tale diſſimilare corpus infinitum conſtabit, finitas eſſe neceſſe eſt. Deducit per duas ſuppoſitiones alias repetendo primã et inquit, ſimplex quidem enim motus eſt, qui ſimplicis eſt corporis, hæc eſt prima ſuppoſitio, ſimplices autem motus finiti ſunt, vt dicit ſecunda ſuppoſitio. Omne autem corpus naturale neceſſe eſt ſemper habere motum, vt dicit tertia ſuppoſitio. Ex his ſe-

E

quitur corpora ſimplicia nõ eſſe infinita. Addit aũt tertiam ſuppoſitionẽ, quoniã quis dicere poſſet dari corpora naturalia ſine motibus, & ita eſſent corpora infinita ſine motibus, vel ſaltem poſſet intelligi illa eſſe: quare his ſtantibus ſequitur ſpecies corporum ſimplicium eſſe tantum tres, videlicet eorum quæ mouẽtur à medio, eorum quæ mouentur ad medium, & eorum quæ mouentur circa medium. & cum nullum ſit corpus naturale immobile, omnia igitur corpora ſimplicia differentia ſpecie, ſunt numero finita. Ex his ſequitur diſſimilare corpus nõ poſſe eſſe ex partibus differentibus ſpecie infinitis, & ſic deſtruitur primum membrum.

At vero, ſi infinitum erit ex finitis, & vnamquamq; partium infinitam eſſe neceſſe eſt, dico autem vt aquam aut ignem: at hoc eſt impoſsibile: demonſtratum eſt enim neq; grauitatem neq; leuitatem infinitam eſſe.

F

Expoſitio.

Nunc oſtendit ꝙ tale corpus diſſimilare nõ poſſit eſſe ex partibus ſpecie differẽtibus finitis, & arguit, qa oporteret vnamquãq; partium eſſe magnitudine infinitã, vt omnibus patet, dico autẽ vt aquam, aut ignem, aut ſupple terrã, vel aerem, at hoc eſt impoſsibile, quia demonſtratum eſt neq; grauitatem, neq; leuitatem infinitam eſſe, ſupple in rerum natura, & ita neq; graue, neq; leue corpus erit infinitum, & per conſequens non poteſt tale diſſimilare corpus infinitum eſſe ex partibus finitis.

Dubitatio.

Sed dices Ariſtotelem eſſe inſufficientem, quia poſſet dici infinitum diſſimilare eſſe imaginando vnum ſimplicium tantum eſſe infinitum & cætera finita.

Solutio.

Poteſt dici ꝙ idem eſt, nam probatum eſt nullum ſimplex poſſe eſſe infinitum, & ita non poteſt tale infinitum conſtare ex vno infinito, & alijs finitis, quia cum nullum ſit infinitũ, hoc igitur dici non poteſt.

Auer. cõ. 17.

G

Auerroes autem ſic introducit hunc locũ dicens cum dixit modos omnes deſtruendi ſui ſyllogiſmi, ideſt cum enumerauit omnia membra deſtruenda, incepit deſtruere quemlibet eorũm, vt concluderet hoc quod intendit: ecce quomodo Auer. introducit hunc textũ, vt diximus nos. Addit tñ duo tacuiſſe Ariſtotelẽ, alterum quod patet eſſe deſtructũ ex ſe, alterũ quod iam eſt iteratum. hoc eſt tacuit hanc diuiſionẽ, videlicet oẽ corpus eſt aut finitum, aut infinitũ. Nam ex dicendis patet qd deſtructũ relinquet̃, tacuit etiã id quod iterauit, videlicet ſuppoſitiones illas, qa licet ſeruirẽt ad propoſitũ, ſatis præpoſuit.

Primus ſyllogiſmus.

Vlterius Auer. declarat qualis ſyllogimus Ariſtotelis, & inquit, & hoc non eſt vnus ſyllogiſmua, ſed plures hypothetici. Et primũ ponit dicens. q. ergo dicat, ꝙ oẽ corpus aut eſt finitũ, aut infinitũ. Manifeſtũ eſt ꝙ ſi impoſsibile fuerit eſſe infinitũ, neceſſario erit finitum. hic eſt primus ſyllogiſmus.

Secundus.

Secundus eſt, ſi fuerit infinitũ, aut erit ſimplex, aut compoſitũ, ideſt miſtũ, ſed ſimplex impoſsibile eſt eſſe, igit̃ erit miſtum. hic eſt ſecũdus.

Tertius.

H

Tertius eſt, ſi eſt ſimplex, aut eſt graue, aut leue, aut neutrũ. Declaratum eſt aũt quodlibet eorũ eſſe finitũ, igitur non põt poni ſimplex. hic eſt tertius.

Quartus.

Quartus eſt, ſi infinitũ poſitũ eſt compoſitũ, ideſt miſtum, aut erit ex ſimplicibus differentibus ſpecie finitis, aut infinitis. nõ ex ſpecie differentibus infinitis, quia corpora ſimplicia ſpecie ſunt tria, igitur nõ erũt ſimplicia, ex quibus eſt infinita. Hic eſt quartus ſyllogiſmus,

Quintus.

fieri poteſt & quintus, videlicet ſi ex finitis, vel magnitudine infinitis omnibus vel vno, aut magnitudine infinitis, & cum nullum tale ſit magnitudine infinitum, igitur ſimplicia ex quibus eſt tale miſtum, nõ poteſt eſſe niſi magnitudine finita, & hic poteſt eſſe quintus ſyllogiſmus. Et quia in textu noſtro ſit hoc enthymema ſiue conſequentia, videlicet, ſi primi motus ſimplices ſunt finiti, ſpecies corporum ſimplicium ſunt finitæ, ideo Auerro. inquit, deinde dat cauſam conſequentię. d. motus enim ſimplicium corporum ſunt ſimplices,

ideſt

A idest qm̃ neceſſe eſt vt quilibet corporum ſimplicium habeant motum ſimplicem, cum omne corpus naturale habeat motum, & in corpore ſimplici non inueniatur motꝰ compoſitus: & addit, et cum dedit cauſam iſtius continuationis ſiue conſequentiæ, poſuit antecedens, & concluſit conſequens & dixit, motus.n. ſimplices ſunt finiti, qa tres tm̃, igitur corpora ſimplicia ſunt finita, eſt igitur ſm Auerroem ſyllogiſmus hypotheticus à poſitione antecedẽtis ad poſitionem conſequentis, hoc modo, Si motus ſimplices ſunt finiti, ſimplicia corpora ſunt finita. Hęc conſequẽtia eſt probata, vt dictum eſt, quia omnis motus ſimplex eſt corporis ſimplicis, & nullũ eſt naturale corpus, quin habeat aliquem motum naturalem, quare, ſi motus primi ſimplices ſunt numero finiti, & ſimplicia corpora ſunt numero finita. Deinde ponatur antecedens, ſed motus primi ſimplices ſunt finiti, quia tres, igitur & corpora ſimplicia erunt tria. Ex his apparet Ariſtotelem per corpus ſimilare voluiſſe corpus ſimplex, cuius partes ſunt eiuſdem ſpeciei, & per diſſimilare, accepiſſe corpus miſtum, cuius B partes miſcibiles ſunt corpora alterius ſpeciei, & hoc pacto exponit Auerro. & eſt optima expoſitio.

Dubitatio. Reſponſio. Deinde Auerro. remouet vnum dubium, nã Ariſtoteles ſumpſit hanc propoſitionem oẽ corpus naturale habet aliquẽ motum, ideo poſſet quæri cur hanc propoſitionem Ariſtoteles ſumpſit. Reſpondet Auerroes illam eſſe ſumptam ad remouendum cauillũ, nam poſſet dici, ꝙ non tm̃ quatuor ſunt corpora ſimplicia, immo infinita, & ita concederetur tres eſſe motus primos ſimplices, & negaretur tria tm̃ eſſe corpora ſpecie differentia, quia poſſent fingi alia infinita, quæ non mouentur, ppterea Ariſt. addit oẽ corpus naturale habere motũ aliquẽ, quia impoſſibile eſt eſſe corpus aliquod in natura ſimpliciter quieſcens vel ſimpliciter immobile, vt probatum eſt ſm fundamenta poſita in hac arte.

Obiectio. Sed occurres, quia terra eſt corpus naturale, & tñ eſt ſimpliciter immobile, imo (vt Ariſtoteles ait in libro de cauſa motuũ aĩalium) oẽs dij, omnes deæ non poſſent mouere terram totam, qm̃ ſi cœlũ neceſſario mouetur, terra neceſſario eſt quieſcens. C Reſpondet Auer. ꝙ licet terra non moueatur ſm totum, mouetur ſm partes, vnde non oportet oẽ corpus naturale moueri ſm ſe totũ, ſed ſufficit ipſum moueri ſm partes, omne igiẽ corpus naturale habet motum, vel ſm ſe, vel ſecundum partes.

Rñſio du. Sed occurres, & optime, quia à pari poſſem dicere eſſe reperibile corpus graue infinitum, & cõſequenter ꝙ eiuſmodi non mouetur ſm totum, ſed bene ſm partes, & ita non in inſtanti, & ſic ratio Ariſtotelis nulla.

Solutio. Poſſet dici ex impoſſibili ſm imaginationem non ſequi impoſſe ſm imaginationem, modo ſi daretur corpus graue infinitũ; ſaltem eſſet mobile ſm imaginationem ſm ſe totũ, at hoc eſt impoſſibile ſm imginationẽ, ad ipſum enim ſequitur impoſſibile ſm imaginationem, quia ſequitur ipſum moueri in inſtanti, quod eſt falſum impoſſibile ſm rẽ & imaginationem, igitur infinitum graue non eſt dabile.

Dubitatio. Reſponſio. An tota terra ſit immobilis. Sed vtrum tota terra ſit mobilis, ſolet dici ꝙ ſic, quia cõtinue D partes ſuperficiales corrumpuntur, igitur continue oportet ita moueri vt fiat eius centrum, centrum mundi, igiẽ tota terra continue mouetur localiter, & naturaliter.

Pręterea partes cẽtrales ſunt corruptibiles, igitur oportet illas aliquando venire ad ſuperficiem, vbi corrumpũtur, & ita oportet terram totam moueri, ita vt partes ſuperficiales fiant centrales, & è contra; & naturaliter, ſecus eſt in alijs tribus elementis. nam poſſunt partes cẽtrales venire ad locum ſuæ corruptionis, & totum non moueri, quia graue facta parte quadam ignis, illa veniet ad locum aeris, vbi corrumpetur. Illud quod dicebatur de libro de cauſa motus animaliũ, iam Ariſtoteles ſoluit, omnes deos non poſſe mouere terram motu, quo mouetur cœlum, quia oẽ quod mouetur, indiget quieſcẽte, hoc eſt eo, quod non mouetur motu illius. Deinde Auerroes ibi; quoniam ſi corpus compoſitum fuerit finitum, declarat infinitum conceſſum ab aduerſarijs, non poſſe eſſe miſtũ;

A & ſumit primo qualiter miſtum poteſt intelligi finitũ; & Diſtinctio Auer. inquit, miſtum ex graui & leui dupliciter poſſe intelligi finitum, aut ſm commiſtionem partium paruarũ, idest minimorũ, aut ſm iuxta poſitionem illorum, & quia nõdum veritas hæc patuit, ideo ſub dubio loquiẽ, & tñ ſumit miſtum fieri ex miſtione minimorum, vel ex iuxta poſitione illorum.

Dubiũ. Reſponſio. Sed dices nunquid tale miſtum infinitum ſit ex cœlo, tanquam ex vno miſcibilium. Rñdet Auerroes ꝙ non, quia corpus cœleſte nulli eſt elemẽtum, ſicut ex nullo eſt elemento, quaſi cœlum nec eſſe elementũ alicuius miſti, nec ex elemento, & dixit nõ eſſe elementũ alicuius miſti vniuoce; quia æquiuoca miſtione dici põt elementum totius mundi.

Secunda. Secundò occurres, quia põt dici miſtum eſſe infinitũ, cuius non omnia miſcibilia ſunt magnitudine infinita, ſed vnum tm̃, eſſet enim miſtum infinitum ſi ſola terra eſſet infinita ſicut eſſet animal infinitũ ſi ſolum caput eſſet infinitum.

Reſponſio. Reſpondet & ſubtiliter dicens de lege miſtionis eſſe, ſi aliquod miſcibilũ eſt infinitum, omnia eſſe infinita, nã miſtio eſt alteratorũ vnio. B Alteratio eſt inter contraria; igitur omnia miſcibilia ſunt contraria, ſed contraria oportet eſſe æqualia in miſtione. Aliter non eſſet miſtio, ſed corruptio, ꝙ illud contrarium, quod poneretur infinitum, omnia alia corrumperet, patet igitur, omnia miſcibilia eſſe infinita, ſi vnum tantum eſſet tale.

Tertia. Tertio ſoluit Auerro. aliam dubitationem, et primo tangit illam.d. Si igitur aliquis dixit ꝙ impoſſibile eſt inueniri corpus compoſitum infinitum ex elemẽtis infinitis in forma ſiue ſpecie & magnitudine, ſed infinitis in numero, quia indiuidua ſunt infinita in eadem ſpecie, verbi gratia, terræ infinitæ, eſt igitur dubitatio, quia aliquis dicet miſtum eſſe infinitum, non quia ex infinitis ſpeciebus, ſed ex infinitis indiuiduis eiuſdem ſpeciei, quorũ qdlibet eſt finitũ, quod non eſt impoſſibile ponendo illa diuiſa, & non continua.

Reſponſio. Reſpondet Auerro. & inquit, dicemus reſpondendo ꝙ deſtructio iſtius ſermonis apparet poteſtate in ſermone modo dicto, dictum eſt enim nõ poſ C ſe eſſe terram infinitam in ipſo miſto, quia omnia alia miſcibilia erunt infinita, modo ex hoc apparet falſitas iſtius ſermonis, nam ſi indiuidua terræ erunt infinita, poſſet eſſe ex illis additis & contactis vna terra, & ita poſſet inueniri grauitas infinita, quare ſi non poteſt eſſe infinita terra vna & continua, nec poſſunt eſſe infinitę eiuſdem ſpeciei. Addit Auer. Ariſto. poſtea hoc declarare, vbi declarabit locum elementorum eſſe vnum numero. Hæc ex cõmẽ. Text. c. 58.

Præterea loca quoque ipſarum, magnitudine infinita eſſe neceſſe eſt, quare & motus omnium infinitos eſſe, hoc autem impoſſibile eſt, ſi primas ſuppoſitiones poſuerimus veras eſſe, & neque id quod deorſum, neque id quod ſurſum fertur, ſecundum eandem rationem in infinitum moueri poſſit. Impoſſibile eſt enim fieri D quod eſt impoſſibile eſſe factum: ſimiliter in tali, & tanto, & vbi: dico autem ſi impoſſibile eſt factum eẽ album, aut cubitale, aut in Aegypto, & fieri horum aliquid impoſſibile eſt, impoſſibile igitur eſt & illud ferri, quo nullum corpus, quod fertur, poteſt peruenire.

Expoſitio. Hæc eſt ſecunda ratio, & componitur hypothetice ſic, ſi partes totius infiniti ſunt infinitæ ſecundum magnitudinem, oportet etiam quòd loca earum eſſent infinita ſecundum magnitudinem: tenet conſequentia, quia loca oportet eſſe æqualia locatis, quarto phyſicæ auſcultationis. Hoc autem eſt falſum, & probatur, quia, ſi loca eſſent magnitudine infinita, tunc & motus illorum omnium erunt infiniti, tenet conſequentia, quoniam motus menſurantur ſm loci magnitudinem, ſexto phyſicorum,

Sed hoc eſt impoſſibile & oſtendit Ariſtoteles dicens, ſi primas ſuppoſitiones poſuerimus veras eſſe, & exponit illas dicens, pro, ſ. quod neque id quod deorſum, neque id quod ſurſum fertur ſecundum eandem rationem in infinitum moueri poſſit, hæ ſunt primæ ſuppoſitiones, ſi enim veræ ſint impoſſibile eſt motus primos ſimplices eſſe infinitos ſecundum locum.

Secundo probat id eſſe impoſſibile per id quod commune, eſt omnibus motibus, impoſſibile eſt. n. fieri, quod eſt impoſſibile eſſe factũ, & ita videmus in tranſmutatione ſubſtantiali fieri non poſſe, quod factum eſſe nequit, nõ. n. fieri poteſt equus rõnalis, quia factum eſſe tale nequit. Similiter in tali, ideſt motu ad qualitatem, & tanto, idest motu ad quantitatem, & vbi, idest motu locali, dico autem ſi impoſſibile eſt factum eſſe album vt coruum, impoſſibile eſt quod fiet albus, aut cubitale, vt ſi formica non põt eſſe cubitalis, non põt fieri cubitalis, aut in Aegypto, vt ſi Danubius non põt eſſe in Aegypto, nec põt ad Aegyptum moueri. Si igitur per rõnem cõem patet impoſſibile eſſe illuc aliquid ferri, quo nullum corpus quod fertur, poteſt peruenire, vel iam eſſe peruentum, & ita per rationem cõmunem patet, non eſſe motus primos infinitos ſecundum menſuram loci infiniti, & ita nec loca, & per conſequens nec partes ex quibus mixtum ipſum eſt.

Auer. commen. 58. Auerroes autem aliter hunc locum exponit, ait enim vult declarare in hoc capitulo quod impoſſibile eſt aliquod corpus ſimplex ſit infinitum in magnitudine per aliam demonſtrationem. Addit tamen differentiam inter hãc demonſtrationem, & illam dicens quamuis ſit vniuerſalior prædicta. Nam prædicta fuit de graui, quod non põt eſſe infinitum. Secũda vero eſt ex locis, eſt aũt locus, medium vſius. Deinde Auer. ordinat rõnẽ, & inquit, ſi formæ ſimplicium corporum ſunt infinitæ in magnitudine, neceſſe eſt vt loca eorum ſint infinita, & ſi loca eorum ſunt infinita, tunc motus eorum erunt infiniti.

Dubitatio. Sed occurres, quia vbi totum graue eſſet infinitum, illud non moueretur, quia totum occuparet. *Reſponſio.* Reſpondet Auerro. & inquit, aut in ſe ipſis, aut in ſuis partibus. neceſſe eſt. n. quod partes corporũ ſimplicium mobilium moueantur in infinitũ. Non enim moueretur niſi ad locũ totius, cum igitur locus totius ſit infinitus, continget quod partes mouebuntur in infinitũ, motus aũt (vt dicit) illius quod eſt corpus infinitum, neceſſario eſt infinitus, quare ſaltem motus partis illius corporis infiniti erit infinitus.

Dubitatio. Sed occurres contra hæc, quia graue partiale perfecte locatur, ſi partem concaui aquæ attingit, igitur non oportet partem corporis infiniti moueri per totum locum infinitum, ſed ſufficit vt illius partem attingat, quæ non eſt infinita. *Reſpõſio. 1.* Quidam dixerũt partem elementi non quieſcere, donec replet totum locum, vbi totũ aptum eſſet manere, ſi ibi non maneret. *Secunda.* Melius tñ diceremus, ſaltem ſequi de poſſibili partem moueri per totũ locum. Vnde põt argui ſic, ſi locus eſt infinitus, pars ſaltem poſſet per totum locum motu recto ferri, quia amoto toto, pars poſſet in omnem partẽ loci moueri motu recto naturali. Hoc conſequens deſtruetur, vt videbis, & ſic dabitur oppoſitum antecedentis.

Secunda dubia. Secundo occurres, quia nõ videtur partem poſſe moueri ad locũ totius, niſi illic ſit ipſum totum, cuius ipſa eſt pars. *Reſponſio.* Reſpondet Auer. pars enim mouetur ad totum non ſecundum quod eſt totum, ſed ſecundum quod eſt in ſuo eſſe naturali. Verbi cauſa gleba terræ non mouetur ad totam terram, vt eſt totum illius, ſed vt mouetur ad medium, in quo eſt ipſa terra. vnde ſi tota terra eſſet in cœlo, adhuc pars terræ moueretur ad medium mundi. Similiter ſi ignis mouetur ad concauum cœli lunæ, non mouetur ad illud vt lunæ eſt, vel veneris, ſed vt locus ille eſt in tanta diſtantia ad medium mundi.

Obiectio. Huius ſol. *Solutio.* Auerroes dat cauſam, quia in his quæ ſunt ſimilaria, idem eſt locus totius & partis, medium enim mundi eſt par locus totius terræ, & partis terræ, ita enim pars naturaliter quieſceret in medio ſi illic poneret, ſicut illic quieſcit tota terra. & ſi dices, tunc partes terræ non eſſent naturaliter locatæ, quia nunquam ſunt in medio mundi. Dicas eſſe na-

E turaliter locatas per accidens, quatenus ſunt partes illius, quod eſt in medio naturaliter locatum. Ex his patet quod ſi locus eſſet infinitus motus rectus totius infiniti, vel eius partis eſſet infinitus, hoc autem eſt impoſſibile, igitur id ex quo ſequitur. & notanter dixit motus rectus, quia circularem eſſe infinitum nihil prohibet: nam ad ipſum non ſequitur mobile eſſe infinitum, nec locum eſſe infinitum.

Quo vero ad verba textus, quæ ſunt in arabicis tranſlationibus, ſi conceſſerimus primas propoſitiones, Auerr. dupliciter exponit, primo quod Ariſto. velit per hæc verba innuere quod propoſitio illa, nullus motus rectus eſt infinitus ſit pars nota, ad cuius oppoſitum ducit ratio: quaſi dicat ſequitur hoc impoſſibile, quod eſſe impoſſibile patet, ſi conceduntur prima principia: videtur. n. quod naturaliter eſt nobis notum (vt dicit) quod omne motum ſecundum rectitudinẽ non mouetur niſi ad aliquid, ad quod cũ peruenerit, quieſcat, niſi motus eius eſſet ocioſus, & ideo Auer. infert, & cum ita ſit, manifeſtum eſt quod cum videmus lapidem motum deorſum & ignem ſurſum, ſciemus quod non mouentur niſi F ad loca extra quæ ſunt terminata & ſtabilita, ad quæ cum peruenerint, quieſcent. Sic igitur per verba illa, Si conceſſerimus & reliqua, intellexit impoſſibile ad quod deduxit, eſſe per ſe notum, vt primæ propoſitiones ſunt. *1. expoſitio.*

Textu commenti 58. Secundo modo exponit Auerr. quod illud ad quod deduxit ratio, probatur in textu per propoſitiones primas. ſ. quæ fuerunt aſſumptæ in fine ſexti libri Phyſic. & hãc expoſitionem ait eſſe verbis conuenientiorem, quia certe illud eſſe impoſſibile probatur in textu, primo per ſuppoſitiones factas in hoc libro, Secundo per rationẽ cõem, quæ dicta eſt ſexto Phyſicorum, vt nos expoſuimus. Vnde hæc Auerrois ſecunda expoſitio conuenit noſtræ expoſitioni, quam expoſitor, & Simplicius dederunt.

Dubitatio. Ambiges forſitan quam ob cauſam in motu recto ſequitur, ſi ipſe eſt infinitus, quod ſit ocioſus, & non in circulari, quam dubitationem in ſexto libro Phyſicæ auſcultationis ſoluimus.

G **Præterea & ſi ſeiuncta ſunt, nihil minus ex omnibus infinitum ignem contingit eſſe.**

Expoſitio. Hic (vt mihi videtur) remouet dubitationem. poſſet. n. quis dicere, quod infinitũ non eſt vnũ continuũ, ſed ſunt partes ſeiunctæ infinitæ, vel (vt Democritus ait) corpa infinita atoma, vel (vt Anaxagoras) partes infinitas cõſimiles. Obijcit Ariſtoteles adhuc dictũ inconueniens ſtare, quia nihil prohibet illas continuari ex infinitis partibus ignis fieri ignẽ, & ex infinitis partibus terræ fieri terrã vnã, quare adhuc relinquetur corpus infinitum.

Auer. commen. 59. Hoc pacto exponit Auer. dicens, aliquis põt dicere forte eſt impoſſibile inuenire vnũ corpus cõtinuũ infinitũ, diſcretũ aũt paruũ eſt impoſſibile, vt antiqui dicebant de corporibus indiuiſibilibus, vt Democritus, & ita erũt indiuidua ignis infinita, & eorũ vnũquodque finitũ. Ecce quõ Auer. exponit mõ noſtro, ſecundum Auer. Ariſt. Reſpõdet, & licet ſint ignes infiniti ſeparati, poſſibile eſt eos continuari, quo poſito in eſſe ſequitur dari corpus infinitũ, et ita grauitas aut leuitas infinita, Hæc cõcluſio eſt falſa, & non pro minori, H quia ex falſo poſſibili non ſequitur falſum impoſſibile, igitur pro maiori, videlicet quod dẽtur corpora infinita, quare hæc ſolutio Democriti, vel Anaxagoræ nulla eſt.

Præterea. ſed. **Præterea corpus erat id, quod omni ex parte dimenſionem habet. Quare quõ fieri poteſt, vt plura quidem ſint diſſimilia: vnumquodque autem ipſorum ſit infinitum, omni enim ex parte vnumquodque infinitum eſſe oportet.**

Secundum expõnem Simplicij quã ſequimur, hoc eſt tertia ratio, quæ ponitur in forma enthymematis, hoc modo, corpus eſt quod omni ex parte dimenſionem habet: igitur fieri non poteſt vt plura quidem ſint diſſimilia, ſupple in vno miſto, vnumquodque autem ipſorum ſit infinitum: eſt igitur enthymema, corpus eſt diuiſibile ſecundum omnem

dimenſionem,

dimenſionem, quia ſm longitudinem, latitudinẽ, & altitudinem, igitur miſtũ non põt conſtare ex pluribus corporibus ſimplicibus diſſimilibus in ſpecie, quorũ vnũquodque eſt infinitum. Deducit conſequentiam, & inquit. Omni enim ex parte vnumquodq; illorum corporũ ſimplicium, ex quibus conſtat miſtum infinitum eẽ oportet: & ſic erit infinitũ ſm longitudinẽ, latitudinem, & profunditatem, quare omne ſpatium occupabit, videlicet ſm lõgum, latum, & profundũ, & ita non patietur ſecum aliud corpus, & per conſequens implicat contradictionẽ, miſtum fieri ex ſimplicibus corporibus, quorũ quodlibet eſt infinitum, & hoc pacto exponit Expoſitor. Auer. aũt

Quæ Auer. com. 60.

extorquet textum pp malas, quas habuit trãſlationes: legitur. n. in ſuis codicibus, & iam diximus ſuperius ꝙ corpus vadit p oẽs menſuras, & reliqua. Vbi Auer. per omnes menſuras intelligit tres dimenſiones quę ſunt ad medium, & à medio, & circa medium, ita vt cum declaratũ eſt ꝙ motus ſunt tres, & non plures, ſequitur corpora ſimplicia eſſe tria, & non plura. Quod vero motus ſint tres B patet, quia tres ſunt dimenſiones. Sic igitur patet miſtum non poſſe conſtare ex infinitis. Animaduerte ꝙ Aue. in illa parte, & quia in demõſtratione prędicta, ſoluit pulchras qõnes. Prima eſt, cur in declarando rõne cõi infinitum non eſſe, cœpit à miſto, & probauit miſtum non eſſe infinitum, facilius enim probaſſet hoc de miſto, ſi de ſimplicibus prius idem probaſſet. Secundo cur prætermiſit, declarare hoc de cœlo, cum cœlum ſit corpus ſimplex.

1. quæſtio. Secunda.

Solutio. 1.

Soluit primam ꝙ cœpit à compoſito ſeu miſto, q̃a in eo eſt deſtructio corporum ſimplicium, & ita quaſi bis pbat nullum corpus ſimplex poſſe eſſe infinitum, ſemel pbando miſtũ non eſſe tale, & ſemel pro ſe. Ad ſecundã reſpondet ꝙ de cœlo non prętermittit hanc declarationẽ, ſed declarat de ſimplicibus & de cœlo, nullum tale eſſe infinitum. Ex his ſequitur quòd non recto ordine proceſſit Ariſtote. in hac demonſtratione, quia ordo debuiſſet incipere à ſimplicibus.

C At vero neq; ſimilare infinitum contingit eſſe omne. Primo quidem, quia non eſt alius prę ter hos motus: habebit igitur horum vnum. Si autem hoc eſt, continget aut grauitatem eſſe infinitam, aut leuitatem eſſe infinitam. nam corpus, quod circulo fertur, impoſſibile eſt eſſe infinitum. Impoſſibile eſt enim quod circulo fertur, eſſe infinitum: Nihil enim intereſt hoc dicatur, an cœlum infinitum eſſe dicatur: hoc autẽ impoſſibile eſſe demonſtratum eſt.

Nã, a. vero

Expoſitio.

Probauit infinitum non poſſe eſſe diſſimilare, ſiue miſtum, nũc probat illud nõ poſſe eſſe ſimilare vel ſimplex, & hoc proponit, & inquit. At vero infinitũ ipſum, quod ſupple ab antiquis dicitur omne, non contingit eſſe ſimilare. i. ſimplex. Probat primo, & ſumit ſuppoſitionem poſitam, ꝙ videlicet non eſt alius præter hos motus, videlicet à medio, ad medium, & circa medium. Ex hac infert, D habebit igitur ſupple corpus illud infinitũ horum trium motuum vnum. Vlterius arguit, ſi autem hoc eſt, ꝙ ſupple illud corpus infinitũ habeat horũ trium motuũ vnũ, continget eſſe aut grauitatem infinitã, aut leuitatem eſſe infinitam. Nam ſi habet motum ad medium, eſt graue infinitum, ſi à medio erit leue infinitum. neque ſupple põt habere motum circa medium, nam corpus quod circulo fertur, impoſſibile eſt eſſe infinitum, cauſa autẽ eſt vt ait, quia quod circulo fertur, videlicet cœlum ipſum, impoſſe eſt eſſe infinitũ, & ita ſequit, ſi cœlũ quod circulo fert nõ eſt infinitũ, corpus qd circulo fertur non eſt infinitũ: valet. n. quia nihil differt cœlũ, & hoc cœlũ, nihil etiã corpus quod circulo fert, & cœlũ ipſum, quare, ſi impoſſe eſt cœlũ eſſe infinitũ, impoſſe erit corpus qd circulo fertur, eẽ infinitũ. Qd aũt cęlũ non poſſit infinitũ eſſe, ſuperioribus le-

A ctionibus eſt probatũ multipliciter, & hoc inquit. Nihil enim intereſt hoc. ſ. corpus, qd circulo fert, infinitũ eſſe dicatur, an cœlũ infinitũ eſſe dicat, quia idem eſt corpus qd circulo fert, & cęlũ, ſicut idẽ eſt cœlũ & hoc cęlũ. Hoc autẽ impoſſe eſſe demõſtratũ eſt. Si igr̃ non poi eſt illud infinitũ moueri aliquo motu illorũ, igit non poteſt eſſe in rerum natura aliquod corporum naturalium.

Auer. aũt vult ꝙ Ariſt. nũc cõponit demõſtrationem ordine recto, & hoc fuit cã, quare iterauit illam, nã primo formauit eam ordine indirecto, nũc aũt ordine recto. Secunda cã eſt, quia ibi non cõprehenderat cęlũ, eſt igr̃ demonſtratio ſm Auer. ſi corpus eſt infinitum, erit aut ſimplex, aut miſtũ, ſiue cõpoſitũ non miſtũ, vt ſupra probatũ eſt, nec ſimplex, quia vel mobile motu recto, aut mobile motu circulari: nõ mobile motu recto, quia vel ad medium, vel à medio. non ad mediũ, quia tunc daretur grauitas infinita. nec à medio, quia daretur leuitas infinita, quę ſunt contra declarata. nec eſt mobile motu circulari, quia B tunc eſſet ſimile corpori rotundo, i. eiuſdem ſpẽi cum corpore, quod mouetur circa mediũ. At impoſſe eſt corpus circulare moueri motu infinito. Nã corpus circulare eſt finitæ reuolutionis, quia vnica reuolutione fert in. 24. horis, vt probatũ fuit, motus aũt corporis infiniti eſt infinitus, & ita in ſecunda figura tale corpus non põt eſſe circulare, & ita patet ꝙ licet cœlũ moueatur motu infinito ſm replicationẽ, tñ non mouetur niſi motu finito vnica motione, & ppea qui dicit motũ circularẽ eſſe infinitũ, non loquit proprie, ſed ſermo ſuus eſt ſimilis in poteſtate vel virtute ſermoni dicentis corpus mobile circulariter vt cœlũ eſſe infinitũ, ſunt. n. ſermones ſimiles, ſed nõ in vniuoco, quia ſermo dicẽs motũ cœli eſſe infinitũ, & cœlũ eſſe infinitũ, intelligit ſm durationem, ſermo aũt dicens cœlum eſſe infinitum ſimpliciter, intelligit ſm molem. Quo vero ad verba attinet, cum Ariſt. ait. Hoc aũt impoſſe eſſe demonſtratũ eſt, dupl̃r exponit Auer. vno mõ p hoc cęlũ, q̃a demonſtratũ eſt ſupra, cœlum non poſſe eſſe infinitum, q̃a C nullo modo poſſet moueri. Alio modo intelligit per hoc, corpus infinitum in vniuerſali, quia demonſtratũ eſt corpus infinitum nullo modo poſſe moueri.

Quæ Auer. com. 61. Prima cã.

Duplex expoſitio.

Prætereа nec omnino infinitum moueri cõtingit. Nam aut ſecundum naturam, aut vi mouebitur: & ſi vi, etiam ſibi inerit ſecundũ naturam. Quare & locus proprius alius erit, ad quẽ feretur. hoc autem impoſſibile eſt.

Preterea.

At vero.

Secundo arguit ex cõi ratione motus localis, & inquit. Prætereа nec omnino aliquo motu infinitũ moueri contingit, & probatur per rõnem cõem, quæ ſumitur per diuiſionẽ motus in naturalẽ, & violentũ, & inquit. nã aut ſecundũ naturã, aut vi mouebit. probat aũt ꝙ quouis mõ moueatur, ſp mouetur motu naturali. nã ſi motu naturali mouetur, mouet motu naturali, & ſi motu violento mouet, ẽt mouet motu naturali: quia, ſi aliquis motus vi cõpetit alicui corpori, oppoſitus illi cõpetit naturaliter, ve D ſuperius diximus, quare quouis mõ mouet, non niſi motu naturali fert. Quare ſequitur ꝙ locus pprius alius erit, ad quẽ feretur, alius dico proprius & æqualis illi. Hoc autẽ impoſſe eſt, ſupra. n. demõſtrauimus talem locum nõ poſſe eſſe proprium, quia infinitũ oẽm locũ occuparet, ſi eẽt.

Expoſitio.

Auerroes aũt ait, hæc eſt demõſtratio alia à prædictis, & eſt ppria corporibus motus recte, vt ẽt Expoſitor ait: & ſic differt hæc demonſtratio quatenus procedit p diuiſionẽ cõem motus, q eſt p violentũ, & naturalẽ. Hæc eſt prima dña. Deinde tãgit ſcdãm & inquit. Et quaſi laborat in ea demrõne, quã nũc facit ad pficiẽdũ ex diuiſione motus illud qd nõ fuit poſitũ in demrõnibus pdictis, & ſic dña eſt ꝙ pñs demõſtratio eſt ſupplemẽta eius qd deficit in prioribus. Et declarat qũo, & iquit, Demrõnes. n. pdictæ fundatæ ſunt ſup hoc, ꝙ corpus infinitũ mobile in rectũ, impoſſe eſt moueri motu naturali, ſi. n. moueret motu naturali, nõ mouebit niſi p grauitatẽ, vel leuitatẽ, quæ

Quæ Auer. commẽ. 62. 2. differẽtia.

dicitur declinatio ſiue vis inclinatiua. declarat aut illud, ꝙ ſi moueatur per grauitatem aut leuitatem, neceſſariũ eſt inueniri illic grauitatem, aut leuitatem infinitam, vbi demonſtrat hoc eſſe impoſſibile. Hæc fuit demonſtratio, & quia quis poſſet dicere forte illud tale mouebitur violenter, ppea dixit reſpondendo, ꝙ etiam ſequitur ipſum moueri naturaliter, ecce igitur q̃uo demonſtratio hęc eſt cõ-

Dub. Auer.

pletiua priorũ, & vniuerſalior. Et quia Ariſt. in textu, inquit. Quare & locus proprius alius erit, ad quem fertur. Vbi patet Ariſt. p locum per quem intelligere ſpatiũ per quod mobile fertur. Iõ dubitat, & non inuenitur in corporibus ſimplicibus hæc locorũ differentia, ſed videmus ꝙ locus in quo mouetur terra, ſiue per quem mouetur terra violẽter, eſt idem cũ loco in quo mouetur naturaliter, ꝗa motus naturalis & violentus non differunt penes ſpatiũ, ſed penes modũ tñ. i. terminos ad quos. Nã motus terræ violentus & naturalis in aere ſunt, ſed ſi fuerit ad ſuperiꝰ, erit violentus, ſi ad inferius, erit naturalis, & ſic nõ eſt verum ꝙ locus p quem eſt motus violentus, differt à loco p quẽ eſt motus naturalis, cum ille ſit vnus. ſ. medium aere

F

Solutio.

plenũ. Soluit Auer. & inquit. Sed tñ viſum eſt ꝙ non intendebat, per locum motus, locũ in quo mouetur, ideſt ſpatium, quod dicitur locum p quẽ, vel in quo mouetur. Sed locum quo mouetur. i. terminum ad quẽ: quaſi igitur diceret, erit igitur alter locus quo moueť naturaliter ſupple à loco quo mouetur violẽter, nam locus quo terra naturaliter ferť, eſt medium mundi vel concauũ aquę, locus vero quo ipſa fertur violenter, eſt cõcauũ lunæ, & ſupple hoc eſt impoſſe, nã infinitũ oẽm locum occupat, & omnia loca erunt vnus locus. Hæc ex commento præſenti.

Quæſtio ſi impoſſibile factũ ſit impoſſibile fieri.

CIrca calcem capitis p̃ntis ſolet dubitari, an impoſſibile factum, ſit poſſe fieri, hoc eſt vtrum quod eſt impoſſibile eſſe factũ, ſit impoſſe fieri, & vř ꝙ ſic: nã motus cœli eſt impoſſe factũ, quia nunquã erit verũ de eo ꝙ ſit factꝰ, cũ ſit æternus, & tñ põt fieri, immo eſſe ſuum conſiſtit in fieri. Præterea arguit Ioannes, fieri eſt prius & vltius facto igitur ſtat aliquid fieri quod non eſt, nec erit factum.

G

Inſuper dantur inſtantiæ, nã continuum põt diuidi in infinitum, & tñ nũquã põt eſſe diuiſum in infinitũ. Adhuc gigantes cęperunt turrim cõſtruere, vt Iouem debellarent, vt poetę & philoſophi ẽt cõcedũt, nũꝗ tñ talis turris ſunt facta. Rurſus aliquis mouetur ad oẽs ſcientias, & tñ ad eas oẽs nunquã potuit eſſe motus. Vlnmo oẽ quod ſit põt impediri, igř non oẽ impoſſe factũ eſt impoſ-

Quæ Ioann. in q̃ntibus.

ſibile fieri. Quidã r̃ndet propõnem Ariſt. eſſe intelligẽdã in actionibus naturalibus, & artificialibus, & ijs quæ fiunt ſm rectam imaginationẽ. Qđ in actionibus naturalibus declaratur, vt inquit Expoſitor, quia natura nihil facit fruſtra, eſſet aũt fruſtra ſi moueretur ad id, ad quod eſt impoſſe peruenire. Auer. aũt cõ. 58. inquit. Omne motũ ſm rectitudinẽ nõ mouetur niſi ad aliquid, ad quod cũ peruenerit, quieſcat, niſi motus eius eſſet ocioſus. Ex his colligitur hæc ratio, in actionibus naturalibus ſi finis eſt impoſſibilis, ordinata etiam in finem ſunt impoſſibilia, & è cõtra, nã ſi ordinata in finẽ eſſent poſſia, & finis impoſſis, tunc eſſent fruſtra qđ in finẽ ordinať, in quẽ non põt per-

H

uenire, vt ſecũdo Phyſicoꝝ colligitur, & quia factũ eẽ eſt vt finis, & fieri, vt ordinatũ in finẽ, ſi igitur aliquid eſt impoſſibile eſſe factũ, erit impoſſe fieri. Quod ẽt valeat in artificialibus actionibus declarant ex eo quia actio artificialis imitať actionẽ naturalẽ, & ita videť eodẽ mõ i vtriſque, ꝙ ſi aliqd eſt impoſſe factũ, erit impoſſibile fieri. Si mili mõ patet propõ in actionibus, quę proficiſcuntur ab imaginatione recta, eſt enim imaginatio recta velut ars, quare ſi in artificiarijs actionibus aliquid eſt impoſſe factũ, etiã erit impoſſibile fieri. Sed in erronea imaginatione propõ non valet, quia talis imaginatio põt incipere ꝙ non põt perficere, vt gigantes credentes ſcandere olympũ, cœperũt turrim cõponere, quã nõ pfecerunt. Ego

Quę auctoris opinio.

vero dico propõnem habere locũ in actionibus naturalibus, vt recte iſti dicũt & Auer. cõ. 58. verificat hãc in oi-

E

bus p̃dicamentis, eſt. n. hic ſermo ſuſceptus æqualiter in qualitate, quantitate, loco, & ſitu, oĩbusq́ prædicamẽtis.

Secundo dico hanc valere in arte cuius finis eſt opus, & nõ operatio, incipit. n. Rhetor perſuadere & ſi nunquã perſuaſit, & tñ non fruſtra egit, quia nihil p̃termiſit de requiſitis in arte, cã eſt quia eius finis non eſt opus, ſed bene dicere, quod eſt operatio. Similiter medicus nõ fruſtra egit, ſi non induxit ſanitatẽ, & tñ cœpit curare, quia finis medici non eſt ſanitas, ſed bene curare, patet igitur propoſitionem non habere locũ in oĩbus artibus, ſed quarum finis eſt opus, & non operatio, ſimili modo de imaginatione eſt dicendũ: eſt. n. imaginatio velut ars. Sexto Phyſicoꝝ vero Ariſt. aliter verificat propõnem, ait enim dupliciter aliquid eſſe impoſſibile fieri, aut ratione fieri, vt cœlum dicitur diuidi, quia id fieri nequit per ſe ratione fieri. Aut ratione facti, vt ſi diametrum commenſuratum coſtæ eſſe poſſet, iam cõmenſurari poſſet. Verum ſolo prior eſt clarior. Ad rationes, ad primam dico ꝙ motus cœli

Sępe ſuadet orator at nõ pſuadet ſ.

Tex.c. 71.

Priꝰ duplex

F

ſm numerũ eſt poſſibile fieri & poſſe factum, quia reuolutio diurna põt fieri, & poteſt eſſe facta. Sed ſm ſpẽm eſt impoſſibile factum, & impoſſibile fieri. Ad ſecundum dico ꝙ prius eſt duplex abſolutum, & ordinatum ad poſterius, tunc dico prius abſolutũ poſſe fieri ſine poſteriori, non aũt prius ordinatũ in poſterius quale eſt fieri reſpectu facti. Ad tertiũ dico ꝙ cõtinuũ põt diuidi in infinitũ ſm actum imperfectum, & poteſt eſſe diuiſum in infinitum ſm actum imperfectum. Ad vltimum patet ſolutio, nam gigantes cœperunt facere turrim imaginatione corrupta, & non imaginatione recta, ideo non peruenerunt ad factum. Hæc pauca de quæſtione.

Quod autem omnino impoſſibile, ſit infinitum pati aliquid à finito, vel agere in ipſum finitum, ex hiſce perſpicuum erit. Sit igitur infinitũ in quo eſt A, finitum vero in quo eſt B. Tempus aũt in quo mouet aliquid, aut eſt motũ, in quo

G

eſt C: ſi igitur ipſum A ab ipſo B calefactum eſt, aut pulſum, aut aliud quid paſſum, aut etiam quodcunq́ motum in tempore in quo eſt C, ſit illud D ipſo B minus. Atque minus æquali in tẽpore minus moueat, ſit autẽ in quo eſt E ab ipſo D alteratũ. Quod igitur eſt ipſum D ad ipſum B, ipſum E erit ad aliquid finitum.

Expoſitio. Simplicius & Thomas.

In hac parte probat non dari infinitum rõne cõi, ſ. accepta ab actione & paſſione, quæ ſunt in alteratione, & cõponitur ſic in barocco, oẽ corpus ſenſibile eſt actiuũ, vel paſſiuum, vel vtrunq́: infinitũ nõ eſt actiuũ, nec paſſiuũ, nec vtrunq́: igitur infinitũ non eſt corpus ſenſibile, & ita non datur. Quod infinitum non ſit paſſiuũ, oſtenditur, & primo ꝙ finitũ nõ agat in corpus ſenſibile infinitũ, ꝗa ſequereť aliquod finitũ in eodẽ tpe mouere corpus finitũ, quo mouet infinitũ, & probatur ponẽdo infinitũ paſſum eſſe A, finitũ qđ agit, eẽ B: & volo ipſum B agens eẽ vir-

H

tutis actiuæ vt octo, p quã agat in A, in tpe G: eſt. n. oĩs actio in tpe, quare illud ſit G. Vlterius accipio aliud agens quod in virtute ſit minus ipſo B, vel eius pars, videlicet vt quatuor, ita vt B ſit duplũ ad D, ſitq́ etiam aliud paſſũ ipſi D correſpondens E, quod Auer. appellat H, ſitq́ virtutis paſſiuæ vt quatuor etiã in eodem tempore G. Rurſus ſumo aliud paſſum, videlicet Z, vt Auer. iquit, quod ſit in tanta proportione ad B, in quanta eſt B ad D, hoc eſt in dupla, ita ꝙ ſit virtutis paſſiuæ vt octo. His ſumptis arguitur, vt B ad D, ita Z ad E igitur commutatim, vt D mouet E in tempore G, vt ſumptum eſt, ita B mouebit Z in eodem tempore G. Sed in hoc eodem tempore poſitum erat B mouere A, igitur finitum eodem tempore aget in corpus infinitum, quo agit in corpus finitum, & ita aget in A & Z, quod erat probandum, hunc in modũ Expoſitor & Simplicius expoſuerunt. Auerro. autem

diminute

diminute cõmentatur. Inquit. Quod autem omnino impoſſibile ſit infinitum pati aut agere aliquid in corpus infinitum, ex hiſce, quæ dicemus, perſpicuũ erit, & primo probat ꝙ corpus infinitum non poſſit pati à corpore finito, & inquit, ſit igitur infinitum in quo eſt A, finitum vero ſup. agens, in quo eſt B, & quia omnis actio eſt in tempore, ſit tempus in quo finitum mouit aliquid, & infinitũ eſt motũ ab illo, in quo eſt G. Vlterius inquit, ſi igitur ipſum A ab ipſo B calefactum eſt, aut pulſum, aut aliud qd paſſum, aut etiam qualitercunq; vel quodcũq; motum in tẽpore in quo G ſit illud D ipſo B minus, videlicet vel eius pars, vel aliud, mõ ſit minus, & ſupple volo ꝙ ipſm D minus ipſo B moueat aliquid aliud minus ſibi correſpõdẽs, & ſit illud E ab ipſo D alteratũ, vel alio mõ motũ, qbus arguit, quod igĩ eſt ipſum D ad ipſum B ipſm E erit ad aliquid aliud finitũ, videlicet z. igitur permutatim vt ſe habet D ad E ita B ad z ſed D mouet E in G tempore, igitur B mouebit z in G tempore, & in hoc mouebat A corpus infinitum, igitur eodem vel ęquali tempore mouebit B corpus finitum, quo mouit infinitum.



Quæ Auer. commẽ. 45. Auer. autem primo introducit textum, & ordinat demonſtrationem, & inquit, hæc eſt demonſtratio vniuerſalis omnibus corporibus rectis, & rotundis, & ſimplicibus, & compoſitis ſeu mixtis, & componit illam dicens. Omne enim corpus, aut eſt agens, aut patiens, aut vtroq; participãs. Hac propoſitione ſuppoſita potuit declarare corpus infinitum non eſſe. Nã cũ poſuimus ꝙ oẽ corpus, aut eſt actiuũ, aut paſſiuũ, aut actiuũ & paſſiuũ ſimul, & cũ poſuit ꝙ corpus infinitum impoſſe eſt agere, aut pati, cõcludeẽ in ſecunda figura ꝙ nullũ corpus eſt infinitum.

Quales ſint huius ſylli. premiſſe. Deinde declarat quales ſint propõnes huius ſylli, & inquit, & quia propõ dicens, ꝙ oẽ corpus, aut eſt actiuum, aut paſſiuũ, manifeſta eſt p ſe. nã corpora cęleſtia vñr agere in ea, q̃ ſunt hic ſub eis, hæc aũt vñr agere & pati inter
D
ſe, & ſic maior patet, qualis autẽ minor ſit, inqt, & altera propõ nõ eſt manifeſta. ſ. dicẽs, ꝙ infinitũ impoſſe eſt aut agere aut pati, ideo ſupple declarabit minorẽ, & ponit ordinẽ, & inquit. Hæc aũt propõ diſſoluitur in duas, quarũ vna eſt ꝙ infinitũ impoſſibile eſt pati. Alia ꝙ infinitũ impoſſibile eſt agere in rem finitã, ideo incipit declarare propoſitionem dicentem ꝙ corpus infinitum impoſſibile eſt pati à finito. Addit ꝙ vtriuſq; quæſtionis vel propoſitionis diuiſæ, i. primæ propoſitionis & ſecundæ accipit eadem exempla, hoc eſt eaſdem literas vniuerſales, non dico numero eaſdem, & diuiſit demonſtrationem. Hæc Auer. quo ad demonſtrationis introductionem, & quia Auer. ponit ordinẽ in demonſtratione, & vtitur quibuſdam verbis obſcuris, ideo lege verba eius ſic, & cum poſuiſſet propoſitionem, quam intendebat deſtruere, coniũgit illi propoſitionem poſſibile, hoc ſ. vt aliud corpus ſit fi-


A nitum, & minus corpore finito, quod eſt B, quod autem ſit D, & ſic vult Auer. ꝙ prima verba Ariſto. ſonent propoſitionem, quam intendit deſtruere, videlicet ꝙ infinitum patiatur ab ipſo finito, & vult ꝙ hinc addat vnã poſſibilem, videlicet ꝙ D, minus ipſo B agat in E vel H vt exponit ipſe, & vult hanc poſſibilem eſſe talem ꝙ nõ contingat ex illa per ſe accepta aliquod impoſſibile, aliter eẽt impoſſibilis, & addit ꝙ cum poſuit hoc poſſibile, poſuit, quod ſequitur ex illo, poſuit enim ꝙ qualis eſt proportio ipſius B ad D, talis eſt proportio ipſius z, ad H vel E quo ſuppleto patet tota demonſtratio: ex quibus patet ſecundum Auer. ꝙ demonſtrationi Ariſto. eſt ſupplendum, & ſic textus præſens diuiditur à ſequenti.


Si igitur ęquale quidem in æquali tempore alterans ęquale, minus autem in ęquali minus: Maius etiam maius: tm̃ videlicet quantum maius proportionale eſt ad minus. Non ergo infi-
B
nitum ab aliquo finito in aliquo tẽpore mouebitur. Nam aliud minus in æquali à minori mouebitur: ad qd quidẽ finitũ proportionale eſt: infinitum. n. ad finitum in nulla proportione eſt.

Textus iſte eſt obſcurus, & quid velit facere, non ſatis patet, fortaſſe. n. textus diminutus eſt, & depẽdens à priori textu, qui deficit in lib. græcis quos habemus. Sed vtcũque ſit, Expoſitor reſoluit textũ in duas ſuppõnes, ex quibus deducit rõnẽ ſuperius inceptã. Ego vero reſoluo textũ in vnã ſuppõnem, & ex illa deduco aliã rõnẽ. Suppõ eſt, ſi aliquid agẽs æquale mouet aliqd paſſum ſibi æquale in æquali tpe, hoc eſt in certo tẽpore, quod ſit æquale à principio actionis in finem, minus agens illo æquali mouebit paſſum minus eo quod mouebatur ab agente æquali in eodẽ æquali tẽpore, & agens maius ẽt illo agẽte ęquali mouebit paſſum maius eo paſſo æquali, quod mouebatur ab agẽte æquali in eodẽ æquali tẽpore. Addit modo,
C
videlicet agens maius habeat eãdẽ proportionẽ ad ſuum paſſum, quã habebat agens minus ad ſuum. & ſup. agens æquale ad ſuũ. Nam ſi proportio oĩum illorum ad ſua paſſa ſit æqualis, tps quo mouebũt illa, erit æquale, eſt igitur ſuppoſitio tribus agentibus exiſtentibus, quæ ad ſua paſſa habeant proportionem æqualem, omnia illa mouẽt in æquali tempore. Quo vero ad verba attinet, dubitabis primo, quo modo æquale poteſt alterare æquale, cum ab æqualibus non proueniat actio. Secundo, æquale & inæquale dicuntur ad aliquid. Ideo quæres reſpectu quorum dicetur æquale. Dici poteſt ad primum per æqualia non intelligere Ariſt. ſm gradum & virtutem, ſed ſecundum genus, videlicet ꝙ ambo ſint æqualia, ſecũdum rationem finiti, ita vt non ſit agens finitum & paſſũ infinitum, vel ẽ contra. Ad ſecundam dico ꝙ dicitur æquale reſpectu maioris & minoris, & ſic Ariſto. imaginatur ꝙ ſi aliquod finitum mouet aliquod finitũ in ęquali, i. finito tempore, agens maius illo mouebit paſſum ma-
D
ius paſſo priori, modo habeat ad ipſum æqualem proportionem, & agens minus mouebit etiam paſſum minus, modo vt ſupra ſeruetur proportio æqualis, & hoc ait, ſit igitur æquale quidem in æquali tempore alterans ęquali, verbi cauſa B alterans, z, in tempore G: hæc enim ęqualia ſunt, quoniam omnia ſunt finita, minus autem in æquali mouebit minus, vt z mouebit F, & maius etiam maius in æquali tpe, vt D mouebit E tm̃, videlicet dico maius, quantum maius proportionale eſt ad minus. i. ad ſuum paſſum, quod eſt reſpectu agentis minus, quaſi dico ſuppoſitionem hanc veram eſſe, modo ſeruetur æqualis proportio agentis ad paſſum in omnibus, & ideo põt exponi tantum, videlicet dico maius, quantum agens maius proportionale eſt ad agens minus, & ſic debet ſeruari proportio ęqualis ex parte agẽtiũ, & ſilis ex parte patientiũ, ita vt qualis ꝓportio ſit agentis maioris ad agens minus, talis ſit patientis maioris ad patiẽs minus, ſeruata, n.

Marginal notes: Expoſitio. Suppoſitio. Dubitatio. 1 Solutio. 4. Secunda Expõ text.

æquali in oībus proportione, omnia mouebunt in æquali tp̄e, videlicet in G tp̄e. Ex hac ſuppoſitione infert, nō ergo infinitum ab aliquo finito in aliquo tempore mouebitur, videlicet A ab ipſo B. Nam ſi in aliquo tp̄e mouebiť, ſit illud G, hoc aūt quod ſit impoſſibile, oſtēdit, nam aliud minus illo infinito mouebitur in æquali à minori agente, ad quod quidem finitum proportionale eſt, deductū eſt hoc ſuperius, quia accipi poteſt vnum agens minus ipſo B, & ſuum paſſum mouebit in G tp̄e, vt per ſuppōnes patet, & ita ſequetur aliquod finitum mouere aliquod finitū in æquali tp̄e, quo finitū mouet infinitum. Hoc aūt eſſe impoſſibile oſtendit, quia inter duo finita eſt proportio, ſed infiniti ad finitum nulla eſt proportio, & ſic patet infinitum non poſſe pati ab agente finito, hoc pacto videtur mihi textus clarus.





Auer. commen. 64. 1. Suppō.

Auerroes autem obſcure loquens reſoluit textū in ſex ſuppoſitiones, quas valde cōfuſe ponit. Et ponit primam dicens, quia videmus q̄ agentia æqualia in patientibus æqualibus agunt in oībus partibus illorum in tp̄e æquali, ita vt totū agat in totum, & pars in partem inæquali tp̄e, hæc eſt prima ſuppoſitio.

Secunda.

Deinde ponit ſecundā dicēs, & videmus maius agens agere in patiētia æqualia in eodem tp̄e magis q̄ agens minus agat in eadem, & agēs minus agere minus in illa q̄ ſupple agat in eadem agens maius, eſt igitur ſecunda ſuppoſitio, qn̄ aliquod paſſum patitur à maiori & à minori agentibus, magis patitur à maiori q̄ à minori, ita vt impoſſibile ſit æqualiter pati ab vtroque.

Tertia.

Et addit tertiam, & inquit. Et ſimiliter patiēs maius patitur ab agentibus æqualibus minus, ſup. q̄ ab agente maiori, & patiens minus patitur ab agente æquali magis q̄ ſup. patitur ab agente minori, eſt igitur tertia ſuppoſitio, licet idem agēs agat in duo paſſa inæqualia, minus tñ agit in paſſum ęquale vel maius q̄ agat in paſſum minus, vel melius paſſum æquale patiens à pluribus agentibus, magis patitur ab agente maiori q̄ ab æquali, vel minori, & magis ab æquali q̄ à minori, hęc tertia ſuppō.

Quarta.

Deinde ponit quartam, & inquit. Et tunc contingit ex hoc q̄ cū ab agentibus diuerſis patiantur diuerſa patientia, q̄ proportio agentium ad agentia ſit ſicut proportio patientiū ad patiētia, eſt igitur quarta ſuppoſitio, qualis proportio eſt paſſorū inter ſe, talis eſt agentiū.

Quinta.

Sed quia hęc quarta ſuppoſitio poteſt eſſe falſa, & habet inſtantiam, iō ſubdit quinto quaſi ſequentē ex dictis: & inquit. Quo modo aūt ex his fundamentis poſitis, declaretur quod intendit declarare, apparet ſic, & ita ſubſcribit quintam ſuppōnē, cum enim poſuimus q̄ agentia æqualia agant in patiētia æqualia eadem actione eodem tp̄e, apparet ex hoc q̄ agē

E tia ęqualia, quorum proportio adinuicem eſt ſicut patientium adinuicē, agant actiones æquales in tp̄ibus æqualibus. eſt igiť quinta ſuppoſitio, q̄ quando eſt agentium & patiētium ęqualis proportio, actiones ſunt æquales & in tp̄ibus æqualibus, & ſm̄ proportiones agentium atq; patientium ſeſe excedentes. Sed occurres quia videtur q̄ quarta & quinta ſuppoſitio non habeant locum niſi quādo agentia & patientia ſunt ęqualia ſm̄ proportionem, et ita non erit regula vl̄is, vñ inquit. Agentia. n. æqualia, & patientia æqualia ſunt hm̄ōi. ſ. q̄ proportio agentium adinuicem eſt ſicut proportio patientium adinuicem, quare ſuppoſitiones non vn̄t vl̄es. Rn̄det & inquit. Sed tamē iſta ſunt in ęqua proportione, alia aūt in alijs proportionibus, & cum hoc, vel hæ ſuppoſitiones apparēt in vno modo. i. ſpē modorū proportionaliū, apparebit in alijs. q. d. q̄ quarta & quinta ſuppoſitio habet locum in agentibus & patientibus, in quibus eſt proportio ęqualitatis, vt dictum eſt, ſed debet eodem mō intelligi in alijs ſpeciebus proportionis. Nam quando inter agentia & patientia eſt

F conſimilis proportio geometrica, etiam in effectibus, ſeu actionibus erit cōſimilis proportio, verbi cauſa, ſit A agēs vt. 12. & B agens vt. 8. & C agens, vt. 6. dico, q̄ ſi ſint tria alia paſſa E videlicet F G conſimilia in proportione minoris inæqualitatis, vt E vt. 6. F, vt. 4. G, vt tria, actio ipſius A in E erit in ſimili proportione ad actionem ipſius B in F & ſimiliter in alijs, quare qn̄ inter agentia & patientia eſt cōſimilitudo in proportione, vel vniformitas proportionū, ēt in actionibus erit hęc vniformitas, vt patet.

Agētia pat.
12 A E 6
8 B F 4
6 C G 3

Deinde ponit ſextam ſuppōnem, & inquit. Et cū inquā ita ſit, manifeſtū eſt q̄ quærenda eſt eius cōuerſa, & eſt q̄ agentia & patientia, quę ſupple agunt & patiunť in tp̄ibus æqualibus, ſunt proportionalia, & dr̄ hęc conuerſa, pro quanto conuertitur in illam priorē, ſequitur. n. hęc agunt in ęqualibus tp̄ibus, igitur ſunt ꝓportionalia, & ſimiliter valet, hoc patiuntur in tp̄ibus ęqualibus: igiť ſunt proportionalia, eſt igitur ſuppoſitio qualis eſt proportio inter paſſa, talis eſt inter agentia, probat hanc Auer. in terminis, dicamus

G ergo qn̄ ita eſt, verbi gratia, ponamus duo agentia, quorum alterum ſit A, alterum aūt ſit B, & ſint duo patientia, quorū alterū ſit C, & alterū ſit D, tangit ſecundā partē caſus, & inquit. Et ponamus q̄ totum E patiatur ab A, & totum D patiať ab ipſo a in eodem tp̄e, & ſit tp̄s G, dico ergo q̄ proportio agentis ad agens eſt ſicut proportio patiētis ad patiens, hoc eſt q̄ proportio ipſius A ad ipſum B eſt ſicut proportio ipſius C ad ipſum D & è conuerſo, & hæc eſt ſuppō, poſito caſu in terminis, probat illam, & inquit. Et demonſtratio eius eſt ſic, quia ſi proportio ipſius A ad B nō fuerit ſicut ꝓportio ipſius C ad ipſum D, ſit ergo aut maior aut minor. Auer. non probat illam eſſe minorē, ſed illam non eſſe maiorem, qm̄ eadem eſt ratio, & inquit. Si igitur proportio ipſius A ad B ſit maior q̄ ſit proportio inter C, & D quę ſunt paſſa: ſecemus ex ipſo A agente aliqd, vt tm̄ quantum excellit, ita vt illo ablato ſit ęquale ipſi B, & vocetur A H: erit igiť ꝓportio tp̄is A H ad B qualis eſt inter C & D. quia iam facta eſt reſecatio, quare paſſio ſiue effe-

G
A H B
C D

H ctus ipſius C ad A H, & ipſius D ad B erit in eodem tēpore. Vnde rō Aue. eſt, ſicut ſe habet C ad D, ita A H ad B: ergo ꝑmutatim, ſicut D patiť ab ipſo B in tp̄e G ita C, patieť ab A H in eodem G tp̄e, ſed poſitū eſt C pati ab A in tp̄e G & ēt C patiť ab A H in eodem tempore. quod quidē A H eſt agēs minus ipſo A, ſequitur q̄ idē paſſum vel æquale æquali in tp̄e patieť ab inæqualibus agentibus, quorum alterū maius, alterum minus erit, quod eſt contra ſecundam ſuppōnem, & ideo vt dicit Auerro. Ariſto. poſuit q̄ maius agit actionem maiorem in eodem tp̄e q̄ agat minus in idē patiens, quæ fuit ſecunda ſuppō. Deinde Auer. declarat quomodo & quas ſuppōnes Ariſto. accepit ibi. Et Ariſ. quaſi fuit contentus, & vult q̄ Ariſt. non accepit has quinque ſuppōoes in forma, ſed ſolum duas, videlicet primā & ſecundam, cætera obmiſit, addit, q̄ licet has omiſerit, nō tñ penitus omiſit, cum partim poſuit, & partim nō, &

ita

ita poteſt dici q poſuit illas. Secundo addit q demonſtrationem hãc ẽt nõ poſuit, ſed fuit contentus põne iſtarũ ſuppoſitionũ, & non curauit componere rõnem, quæ ratio procedit à cõmutata ꝓportione, vt fecimus, & Ariſ. omiſit cõmutatam proportionem, quia ſolum deducit ad hoc q eſt venire ad paſſum Z, quod habet proportionẽ ad H qualẽ habet B ad D, & non progreditur vltra. *Obſeruatio.* Deinde Auer. format rõnem ibi, cum. n. permutauerimus. Vbi animaduerte q Auer. accipit literas omnino diuerſas ab eis, quæ accepit in probatione quintę ſuppõnis, id eſt oppoſito modo, licet illaſmet, nam in quinta ſuppoſitione literæ ſunt A H B C D, & tempus G. in demõſtratione aũt literæ ſunt A B D H Z, ſed agẽs fuit B, & agẽs illud D, paſſa vero fuerunt A H Z. In demõſtratione quotę ſuppoſitionis, A & B fueruot agentia, C D patientia. At in iſta proportione commutata, quam facit ad probãdum primam partem minoris vtitur quatuor literis A H B C D, iuxta quas arguitur, ſit C agens virtutis vt octo, & D agens aliud, virtutis vt quatuor, inter quæ erit proportio dupla, ſitq; patiens reſpondens C ipſi A H, & patiens reſpondens ipſi D ſit H. Tunc arguitur A H eſt paſſum infinitum, & C agens in A reſeco ab A H vnũ aliud paſſum & ſit H in quod agat D & tale H ſit vt quatuor, & tũc reſeco ab A H vnum aliud paſſum, ſ. B & ſit in dupla proportione ad H in qua erat C ad D, tunc arguitur ſicut ſe habet C ad D ita ſe habet B ad H igitur ꝑmutatim, vt ſe habet H ad D ita B ad C: ſed D agit in H in tpe G, ergo C aget in B io tẽpore G ſed tali tpe egit C in A H paſſum infinitum, igiť idẽ agens põt agere in duo paſſa quorum alterum eſt finitum, & alterum eſt infinitum, in eodẽ vel æquali tempore æqualem actionem, quod eſt contra ſuppoſitionea, & ſic patet qualiter Auer. permutauit literas. Tu vero rationem ſic compone, cætera quæ ſcribit Auerro. ſunt clara.


Preterea, at vero. Præterea neq; infinitum vllo in tẽpore mouebit finitum. Sit enim infinitum in quo eſt A, finitum autem B, tempus in quo eſt G: igitur D, in G tempore minus ipſo B mouebit. Sit illud Z, quod igitur eſt B Z totum ad Z hoc eſt E habẽs rationem ad D. Mouebit ergo E ipſum B Z in tempore G, finitum igitur atq; infinitum æquali in tempore alterabunt: quod quidem eſt impoſſibile: ſupponebatur enim maius in minori alterare: ſed ſemper tempus ſumptum idem faciet: quare nullum erit tempus in quo mouebit: nõ enim fieri poteſt, vt tempore infinito moueat, aut etiam moueatur. finẽ. n. non habet. Actio autem atque paſſio habent.

Quod Sed Alteraſ verbum addiſi Enim at vero.

Expoſitio. Auer. hunc textum expoſuit in commento præcedenti, parte videlicet illa. Et manifeſtum eſt ex his. Nos vero cum Simplicio, & Expoſitore dicimus q Ariſtot. probat conuerſam, videlicet q infinitum vllo in tempore mouebit finitum, & hoc proponit dicens. Præterea, neq; infinitum vllo in tempore mouebit: ſup. motu alterationis vel alia quauis motus ſpecie finitum ipſum. Hæc eſt concluſio atq; intentio. Probat quaſi arguens, quia ſi infinitũ poterit alterare rem finitam, tunc idem paſſum æque velociter poſſet ab infinito & à finito alterari, probat autem conſequentiam dicẽs. Sit enim infinitũ in quo eſt A, finitum autem quod alteratur, ſit in quo eſt B: & qm̃ omne quod alteratur, in certo dato tempore alteratur, ſit tp̃s ſup. in quo, alteratur, id in quo eſt G B, igitur alterabitur ab ipſo A in G tempore. Ex hoc infert vnũ aliud ad propoſitum, & inquit, igitur D ſup. agens mouebit aliquod aliud min⁹ ipſo B, & ſit illud Z quod eſt minus ipſo B. tenet conſequentia, quia per D Ariſto. intelligit aliquid ipſius A mouentis, & per Z intelligit aliquid ipſius B mo-

A ti, quare ſequitur ipſum D mouere in eodem tempore Z quod eſt minus ipſo B moto, eſt igitur ſecunda pars caſus q ponatur D vnum agẽs finitum alterare vnum paſſum minus ipſo B qđ ſit Z in tpe ęquali, videlicet G & hoc eſt bñ poſe, quia ꝑ ſuppõnes, in eodẽ tpe minus agit ĩ minus, & maius in maius, & æquale in ſuum æquale.

Tertio ſubintelligit q ſit vnum aliud agens finitum qđ ſe habeat ad ipſum D agens in ea proportione, qua, ſe habet B paſſum ad Z quod quidem vocetur E. Hoc ſtante patet q E agens mouebit B paſſum finitum æquali in tpe quo D mouebat Z: nam æqualis eſt proportio agentium & paſſorum, ſed D mouet Z in tempore quo A infinitũ mouet B paſſum vt in tempore G, igitur E quod eſt agẽs tertium finitũ mouebit B paſſum finitũ æquali in tpe quo illud mouebat A. Vnde ſyllogiſmus eſt, vt Z paſſum ad B Z paſſum, ita D agens ad E agẽs, patet ꝑ caſus poſitos, igitur permutatim, vt Z ad D, ita B Z ad E: ſed Z mouetur ab ipſo D io G tpe, igitur B Z mouebitur in G tpe ab
B ipſo E, ſed in G tpe B Z mouebatur ab agẽte infinito, igitur idẽ paſſum æquali in tpe alterabitur à duobus agentibus, quorũ alterum eſt finitũ, & alterũ eſt infioitum. Inquit. Quod igiť eſt B Z totũ ad Z, ideſt quã proportionẽ habet B Z ad Z hoc eſt hñs rõnem ſup. D agens ad E qđ eſt dicere, vt Z ad B Z ita D ad E, & ſup. tu, ſed Z mouetur ab ipſo D in G tpe, igitur B Z mouebitur ab ipſo E in G tpe, & hoc inquit, mouebit ergo E agens tertiũ, ipſum B Z paſſum primum in tpe G, & tunc dat vltimũ conſequens dicens, finitũ igr̃ atq; infinitũ ęquali in tpe alterabũt, ſup. idẽ paſſum, videlicet B Z ipſum, qđ qdẽ, vt igr, eſt impoſſe, ſupponebať. n. maius alterare idem paſſum in minori tpe. & quia aliquis poſſet dicere tp̃s illud non eſſe G quo A mouet B ſed eſſe aliud, addit, ſed ſemp tp̃s ſumptum ſupple quod vis aliud idẽ faciet ad propoſitũ, quare ſiue accipiať G ſiue F ſiue quoduis aliud tp̃s, ſemp ſequeť idem impoſſibile, & ꝑpea infert, quare nullũ erit tẽpus in quo mouebit, nullum videlicet determinatũ, quia
C nec hora, nec dies, nec annus.



Sed dices cõcedo nullũ eſſe tp̃s finitũ quo A mouebit ipſum B, ſed bñ eſſe p̃t tp̃s infinitũ, agẽs. n. infinitũ nõ mouet niſi tpe infinito, cõtra obijcit Ariſ. & igr. Nñ. n. fieri p̃t vt tpe infinito moueat, aut ẽt moueať infinitũ ipm̃, qa tp̃s infinitũ finẽ nõ hẽt, actio aũt atq; paſſio hñt, ſup. finem, dictum eſt. n. oẽm alterationem fieri certo tpe, & nullã alterationem eſſe tpe infinito, vt patet. 6. Phyſi. patet igiť infi-
D nitam virtutẽ in nullo tpe poſſe alterare paſſum finitum.

Quo vero ad verba attinet, debes ſcire q Ariſt. in prima parte caſus ꝑ B intelligit idem quod per B Z in ſecunda parte caſus. Nam in ſecunda parte caſus Z eſt aliquid ipſius B, & ita ipſum B erat totum B Z, & per cõſequẽs idem eſt B, & B Z in verbis Ariſtotelis.

Vnde Auerro. inquit, & ponamus aliud corpus, ſ. D quod agat in corpus B Z finitum, in quod egit A infinitum in illo eodem tempore, videlicet C neceſſario igitur erit actio D in minori, videlicet paſſo actiõe ipſius A, cũ D ſit finitum, A aũt infinitũ. q. d. quod D in alteram partem ipſius B Z non in vtranq;. v. g. aut in partem B aut in partem Z. Deinde Auer. componit in textu ratiõnẽ à permutata proportione, vt nos fecimus, verum in A linea locat A H eſt enim A H idẽ quod A vt diximus de B Z & de B. arguit enim vt Z ad B Z ita D ad H vel E: igiť permutatim, vt Z ad D ita B Z ad H, ſed Z patitur *Confutatio.*

ab ipſo D in C vel G tẽpore, igitur B z patitur ab H in G vel C tempore, ſed in C, vel G tẽpore B z patiebatur à toto A H, igitur idem paſſum patitur à duobus agentibus, quorum alterum eſt finitum, & alterum eſt infinitũ.

Quo aũt ad verba attinet, Auer. inquit, & proportio quæ cecidit in literis in libro à quo tranſtulimus numerũ, eſt conuerſa, poſuit enim proportionem maioris patiẽtis ad minus patiẽs, quia dixit in noſtris libris, vt B z totum ad z, & ita poſuit proportionem maioris patientis ad minus patiens eſſe, ſicut proportionem minoris agentis ad maius agens: & hoc (vt dicit) non põt eſſe, quia proportio maioris ad minus non põt eſſe vt ꝓportio minoris ad maius, & tu intellige hæc Aue. dicta in libris ſuis, quia in noſtris Ariſt. ponit ꝓportionẽ maioris paſſi ad min⁹, & maioris agentis ad minus, tñ Auer. inquit, immo oportet ponere proportionẽ minoris patientis ad maius patiens, vt z ad B z eſſe vt proportionem minoris agentis ad maius agens, & poſtea cõmutare proportionẽ ab ipſo z ad D et inferre ad ꝓportionẽ totius B z ad E, vel H, & addit, agẽs enim maius, videlicet E aut H eſt ignotum quod vult inuenire p proportionem, & ita Auerro. vult ꝙ ſyllõs iſte ſit hoc pacto, vt z ad B z, ita D ad E vel H: igiť ꝑmutatim, vt z ad D, ita B z ad E vel H: ſed z alteratur ab ipſo D in G vel C tempore, igiť B z alterabitur ab ipſo E vel H in G tẽpore. Sed hoc eodem tẽpore B z alterabať à toto A H vel A E: igitur idem paſſum alterabitur à duobus agẽtibus, quorũ alterũ eſt finitũ, & alterũ infinitũ. Ex quib⁹ patet ꝙ in tex. noſtro eſt tranſpõ omnino, quia textus noſter procedit ab ipſo B z ad z & ab ipſo E ad D, & debet eſſe totum conuerſum.

Digreſſio Auer. Dubitatio. Deinde Auer. ibi { hoc. n. non contingit } aliquantulum digrediendo dubitare videtur contra verba Ariſt. ait. n. actionem & paſſionẽ habere finem, & non dicit, quæ ſint illæ, & in quo genere, mõ hoc dictum non contingit niſi in his quæ ſunt præter motum ſitualem, & in localibus etiam in motis recte, & ita videť oẽm motum habere finem, ſolum de non localibus, & de localibus, de rectis tñ. Iam enim declaratum eſt ꝙ primũ mouens tẽpore infinito mouet, nã vtilitas huius mot⁹ circularis æterni, quo mouet primum mouẽs, eſt cõtinuatio & perpetuitas eſſendi, quã res naturales acquirũt in ſpecie, propter motũ. n. ſolis in obliquo circulo fiunt generationes & corruptiones, & æternitas in ſpecie, quapropter neceſſe eſt vt motus ille ſit infinitus. Quare dictum Ariſ. non eſt vr̃ verum, quũ ait nullum mouens mouere actione vel paſſione in tempore infinito. Reſpondet Auer. & inquit. Sed tñ declaratum eſt ꝙ impoſſe eſt vt tale mouens ſit corpus, qm̃ ſi mouens tẽpore infinito eſſet corp⁹: moueret in nullo tẽpore, vt dictum eſt in vltimo octaui Phyſi. Ex his colligit intellectum verborũ Ariſt. & inqt. Intentabat. n. ꝙ impoſſibile eſt ponere corpus infinitum, vt moueret aliquod finitum in tempore infinito. i. agere in idem numero tẽpore infinito, & ita vult ꝙ loquatur in corporibus, & de motibus præter localem, qm̃ vt (inquit) ſi generandum eſt, non complebiť ſua generatio, & ſi afficiendum eſt, non cõplebitur ſua qualitas, & ſi mouẽdũ ſup. motu augmentationis nõ perueniet ad finem, quem intentabat, & addit, ꝙ hoc ſequitur in corpore cœleſti ſicut & in alijs, ſ. ꝙ eſt ĩpoſſibile, vt corpus cœleſte moueat aliquod ens ex his quæ ſunt ſub eo tẽpore infinito, v. g. aliquod indiuiduum. 10. Prædicamentorũ, & hoc eſt verum vr̃ de omni motus ſpẽ. Cœlum. n. non põt aliquod indiuiduum. 10. Prædicamentorũ alterare, vel augere, vel generare, vel localiter mouere tẽpore infinito, ſecus de motu cęli, quia motus cœli eſt actio, quę non recipit affectiones. i. terminos. Ex his patet intellectus verborũ Ariſ. intelligit. n. nullum corpus infinitum poſſe mouere aliqđ corpus finitum, quia nec tempore finito, nec infinito, & intelligit vr̃ quauis motus ſpecie, qm̃ nulla motus ſpecie corpus infinitũ põt mouere corpus infinitũ, quia nec tempore finito, nec tẽpore infinito, hæc ex Auer.

1. dubitatio. Sed obijcitur multifariam, primo videť ꝙ ſi eſſet corpus infinitũ,

E illud ageret in corpus finitum, quia vt ſuperius dicebať, ſi infinitum eſſet, illud haberet rõnem principij, mõ principium dr̃ per excellentiam de agente primo Phyſico. igitur ſi infinitum eſſet, illud haberet rõnem agentis, & ita ſi eſſet, illud ageret in corpus finitum. Secundo finitũ põt agere in corpus finitum, igiť à fortiori infinitũ poteſt agere in corpus finitũ, tenet argumentũ primo loco à maiori, ſecundo quia infinitum vr̃ vt totum reſpectu finiti. Tex. cõ 71. Comment. 1.

Tertio ſi infinitum eſſet, ipſum eſſet ens naturale, igiť eſſet actiuum, & per conſequens poſſet agere.

2. dubitatio Secũdo dubitať, videť ꝙ non ſit verum dictum Ariſt. ꝙ oĩs actio & paſſio ſit finita, primo quia octaua ſphæra mouet cæteras, & tñ non actione vel motu finito, ſecũdo primus motor mouet cœlũ, & non niſi actione infinita.

Tertia dub. Tertio dubitať, quia vr̃ aliqua alteratio ſubitaria, quia vt dr̃ in libro de ſenſu, multotiens aliqua alteratio fit velox. i. ſubitaria, vt exponit Alexan.

Solu. prime dubõnis. Ad primã dubõnem ſolet dici ſimpliciter, ꝙ, ſi infinitum eſſet, nullam haberet actionẽ, & cã eſt, quia omnis actio eſt à certa proportione agẽtis ad F paſſum. Sed infiniti ad finitum nulla eſt proportio.

Confutatio Sed hęc ſolutio nulla eſt, quia ſi infinitũ eſſet, illud eſſet virtus & forma, & formæ atq; virtutis eſt aliquid agere, igitur ſi infinitum eſſet oporteret illud aliquid agere.

Sol. propria Dico igiť aliter, ꝙ infinitum eſſe, implicat cõtradictionem, quia ipſo poſito, ſequitur ipſum agere, & ipſum non agere, agere quidem, quia eſt virtus & forma, non agere vero, qa nulli poteſt eſſe proportionale, ex his ſequiť ꝙ ſi infinitũ eẽt, ageret, & non ageret, concedantur igr̃ oẽs rõnes, quę probant infinitum ſi eſſet, ipſum agere.

Sol. sec. ſdæ Ad ſecundã dubitationem reſpondit Auer. ꝙ octaua ſphæra rapit ſecum oẽs alias virtute motoris incorporei, qui mouet octauam, & cęteras alias. Modo nos loquimur de actiõe corporis, non niſi quatenus corpus.

Sol. tertiæ. Ad tertiam patuit ſolutio. 7. & . 6. & . 8. Phyſico. nunc vero dicas alterationem aliquã fieri ſubito quo ad partes ſubiecti, non autem quo ad partes graduales, q̃ ſucceſſiue acquiruntur. Hæc de dubõnib⁹.


G Etiam nec infinitum ab infinito pati aliquid contingit. Sit enim tam A q̃ B infinitum. Tẽpus autem in quo paſſum eſt B ab A, ſit in quo G D: pars ergo infiniti in quo eſt E: quoniam totũ B non in æquali tempore paſſum eſt idem hoc ipſum paſſa eſt, & quia ſupponebatur minus minori in tempore moueri, ſit E motum ab A in D. Quod igitur D ad G D. ipſum E eſt ipſius B ad finitum. Hoc igitur neceſſe eſt ab A moueri A tẽpore in quo G D. ſupponebatur enim ab eodem in maiore atq; minore maius minuſue pati, quæcunq; diuiſa ſunt per temporis rationem.

Verbũ illud hoc ipſum paſſa eſt, deficit in codicib⁹ græcis. Verbũ eſt deficit.

Expoſitio. Nunc Ariſt. probat infinitum pati non poſſe ab infinito, & hoc proponit dicens, etiam nec infinitum ab infinito pati aliquid contingit. Hæc eſt cõcluſio. Probat hãc, & facit caſum, & inquit. Sit enim tã A agens, q̃ B patiẽs H infinitũ, tp̃s autem in quo paſſum eſt B ab A, ſit in quo G D, ex hoc infert tertiam partem caſus, & inquit. Pars ergo infiniti, videlicet ipſius B paſſi, in quo eſt E, qm̃ totũ B non in æquali tempore paſſum eſt idem, ſup. ab ipſo A hoc ipſummet paſſum eſt, & ita E patiť ab ipſo A ex quo patiť ipſum B, & quia ſupponebatur minus minori in tẽpore moueri, ſit E motum ab A ipſo in parte temporis, videlicet in D: eſt igiť tertia pars caſus, ꝙ B E pars paſſi infiniti patiať in D tẽpore ab ipſo A. Vltimo ſumit quòd ſit vnum aliud paſſum finitum quod ſit pars ipſius toti⁹ B in tanta proportione ſe habens ad ipſum B E, in quãta ſe habet G D tempus ad D tempus ſup. ſit illud F. Ex his infert, hoc igiť, ſ. F neceſſe eſt ab A moueri à tempore in quo eſt G D; quaſi. d. ꝙ his ſtantibus ſequitur ipſum B F moueri in G D: tempore, quia (vt inquit) ſupponebať

ab

ab eodem in maiore atque minore maius minuſue pati; quæcunq; diuiſa ſunt ꝑ tẽporis proportionẽ, quare ſi B patitur ab ipſo A in G D tempore, & B E ab ipſo A in D tempore B F patietur in G D tempore, & in hoc B totũ patiebatur ab ipſo A, igitur infinitum, & finitum æquali in tẽpore patietur ab A agente infinito, quod eſt impoſſe.



Que Auer. comm. 66.

Auer. autem mutaos aliquo modo literas format rõnẽ hoc pacto, ſi corpus infinitum poteſt agere in corpus infinitum, ſit agẽs infinitum A, paſſum vero infioitum ſit B: & qm̃ oĩs actio eſt in tẽpore, ſit tẽpus actionis C D. Vlterius accipio aliud paſſum reſecatum ab ipſo B quod ſit, H, & quia A põt agere in B, ipſum à fortiori poterit agere in H. & cum H ſit minus ipſo B, A aget in H minori tẽpore, q̃ agebat in B: ſit illud tẽp us minus D, ꝓportio igitur C D ad D cum ſit finita, ſit dupla, vlterius ſubtraho aliud corpus ſuperãs H in illa eadem proportione, in qua C D ſuperabat D, videlicet in dupla, & ſit illud F qd̃ nec Ariſt. nec Auer. nominat. Tunc arguitur, qualis eſt proportio C D ad D talis eſt ꝓportio ipſius F ad H, quare ſi A agit in H io tempore D, A aget in F in tẽpore C D, ſed idem A agebat in totũ B in C D tẽpore, igitur idem agẽs aget in duo paſſa, quorum vnum eſt finitum: & alterum infinitum, & in eodem tempore.

In nullo ergo tempore finito infinitũ ab infinito moueri poteſt: in infinito ergo: ſed infinitum quidem tempus finem non habet. Id autẽ quod motum eſt, habet.

Expoſitio. Obiectio.

Ex his concludit cõcluſionem, & inquit. In nullo ergo tempore finito infinitũ ab infinito moueri põt: hæc eſt cõcluſio. Sed obĳcit dicens in infinito ergo: q. d. ergo ſi non põt infinitum ab infinito moueri in tpe finito, mouebitur in tpe infinito? Reſpoodet, ꝙ nec ſic moueri põt, & inqt. Sed infinitum quidem tempus finem non habet, eſt. n. ratio infioiti carere fine, id autem quod motum eſt vel mouetur, habet ſup. finem, omnis enim actio vel paſſio finita eſt, quare nec tempore infinito poteſt infinitum A B infinito moueri, & ſic patet concluſio.

Reſponſio.

Auer. comment. 67.

Auer. autem oobiſcũ vult, ꝙ Ariſt. remoueat dubitationem, poſſet. n. dici infinitũ pati ab infinito, nõ quidem tpe finito, ſed tpe infinito, & probat Auer. hanc dubõnẽ eſſe probabilẽ, vnde inquit, & hoc quod dixit habet ſufficientiam, i. probabilẽ rõnem, qm̃ cum poſuerit patiens infinitũ, contingit neceſſario, vt eius paſſio ſit infinita, nam ponere paſſum infinitũ, & paſſionẽ eius finitã videtur implicare contradictionem, eo. n. ipſo ꝙ paſſum eſt infinitũ, & agens infinitum, ſequitur paſſionem eſſe infinitam, & coofirmando rõnem inquit, & dicẽdum eſt ab aliquo ꝙ ponẽs hoc. i. ponẽs paſſum infinitũ pati ab agente infinito paſſione infinita, petit principiũ, i. vtitur propõne ꝑ ſe nota, quæ eſt quaſi principiũ, & ꝙ vtatur principio vel ꝑ ſe notis, ꝓbat, quia nulla drĩa eſt dicere ꝙ paſſum infinitũ patiẽ paſſiõe finita, ab eo qd̃ ponereẽ illud paſſum finitũ, & ſic implicat cõtradictioõẽ, quare rõnabiliter dubitari põt. Huius dubitationis ponit Ariſto. ſol. vt vult Auer. reliqua patẽt. Aĩaduertendum ꝙ ex impoſſibili ſequĩẽ vtrunq; contradictoriorũ, poſito. n. ꝙ ſit paſſum infinitũ, & agens infinitũ, ſequitur actionẽ eſſe infinitã, & hoc ex parte agẽtis & patientis, & ſequĩẽ paſſionẽ ẽẽ eſſe finitam ex parte paſſionis, quia omnis paſſio vel actio eſt finita in quantum actio vel paſſio, & ita vtrunq; ſequitur.

A **Si igitur oẽ ſenſibile corpus, actiuam, aut paſſiuam, aut vtranque potentiam habet, impoſſibile eſt corpus infinitum ſenſibile eſſe.**

Scd̃m cõmẽo expõnẽ hucuſq; Ariſt. ſumpſit & probauit hanc propõnem, nullum corpus infinitũ habet actiuã vel paſſiuam, aut vtranq; potẽtiam, & hæc eſt minor, & vult ꝙ nunc ponat maiorem, videlicet oẽ ſenſibile corpus, actiuã, aut paſſiuam, aut vtranq; potẽtiam habet, & concludat cõcluſionem, videlicet ꝙ impoſſe eſt corpus infinitum ſenſibile eſſe. Deinde Auer. exponit quid per ſenſibile corpus intelligit, & inquit, & hæc quidẽ propoſitio eſt, ꝙ oẽ corpus naturale, aut eſt actiuũ, aut paſſiuum, aut vtrunq;, & ſic ꝑ corpus ſenſibile, naturale corpus intelligit. Et dicitur corpus ſenſibile (vt Expoſitor inquit) ad drĩam corporis mathematici, quia corpus ſenſibile eſt naturale, quod inquantũ hmõi natũ eſt mouere & moueri, ſic igitur per ſenſibile corpus intelligit naturale corp⁹.

Expoſitio.

Corpus ſenſibile, quid.

B Poſtea Auer. ait propõnem maiorẽ patere ſenſui, quia corpus cœleſte vr̃ agere in ea quæ ſunt apud nos. Alia autẽ q̃ ſunt ſub ipſo cœlo, videnẽ agere & pati inſimul, quare patet oẽ corpus ſenſibile eſſe, aut actiuũ, aut paſſiuum, aut vtrunq;. Deinde cõponit ſyllm̃ dicens, & cõponitur ſylls ſic in ſecunda figura, oẽ corpus aut eſt actiuũ, aut paſſiuum, & nullũ corpus infinitũ eſt actiuũ, aut paſſiuũ, igiẽ nullum corpus eſt infinitum. Aliter ꝑ ſenſibile corpus exponit Aue. & inqt, & itẽdit ꝑ ſenſibile, ſenſibile tactu.

Obiectio.

Solutio.

Sed cõtra, quia cœlũ eſt ſenſibile qd̃ tñ nõ eſt tãgibile, Reſpondet Ariſt. loquutũ eſſe more antiquorũ, qui cęlũ & ſtellas poſuerunt tangibilia, quia ignea, vel calida, aut ignẽ, antiqui. n. poſuerunt cœlum & ſtellas ignes, vel miſtum igneum, in quo prædominatur ignis. Expoſitor aũt rectius per corpus ſenſibile, naturale corpus intelligit, qd̃ dicitur ſenſibile ad differentiam corporum mathematicorum, quæ intelligibilia dicuntur. Inquit Ariſtot. ſi igitur omne ſenſibile corpus, actiuam, aut paſſiuam, aut vtranque potentiam habet. Hæc eſt maior ſubintellecta minori, infert concluſionem, & inquit, impoſſibile eſt corpus infinitum ſenſibile eſſe.

C **At vero quæcunq; etiam corpora ſunt in loco, omnia ſenſibilia ſunt: nõ ergo corpus vltra cęlum infinitum erit. At vero neq; vſque aliqd. Omnino ergo extra cœlũ, nullum corpus erit. Nam ſi intelligibile quidem ſit, erit in loco: extra enim & intus, locum ſignificant. Quare erit ſenſibile: ſenſibile autem nullum eſt nõ in loco.**

Sed contra dicta obĳciet quiſpiam, ꝙ videlicet detur infinitum corpus, non quidẽ ſenſibile, ſed intelligibile, non intra cœlum, qm̃ omne corpus intra cœlum eſt ſenſibile, & ita poſſet dici eſſe corpus finitum intelligibile extra cœlũ, vt antiqui poſuerunt vacuũ quoddam. Obĳcit huic cauillo Ariſt. & inquit. At vero quæcunq; ẽt corpora ſunt D io loco, oĩa ſenſibilia ſunt. Huius cãm pulchre Expoſitor aſſignat, quia locus noo quæritur oiſi ꝑꝑ motũ, vt dr̃ quinto Phyſico. non aũt mouẽ niſi corpora ſenſibilia et naturalia, mathematica. n. extra motum ſunt, patet igitur omne corpus, quod eſt in loco, eſſe ſenſibile. Ex hac propoſitione infert, noo ergo corpus vltra cœlum, infinitum erit, at vero neq; vſq; aliquid. i. neq; finitum. q. d. patet ergo oĩno extra cœlũ nullũ eſſe corpus. Hæc cõcluſio patet, qa nec finitũ, nec infinitũ eẽ põt, & ꝙ nullũ horũ eſſe poſſit, ꝓbat, nã ſi intelligibile qdẽ ſit, erit in loco, per regulã quarti Phyſi. quã ponit dicẽs, extra. n. & iotus locũ ſignificant. Vltra, ſequitur illud eſſe ſenſibile, qm̃ ſup. oẽ corpus i loco eſt ſenſibile, & qa qs poſſet dicere aliquod corpus ſenſibile noo eſſe in loco, vt dicĩẽ de octauo cœlo, addit ſeoſibile aũt nullũ eſt non in loco. Quare cauillus nullus eſt. Sic igitur patet extra cœlũ non poſſe eſſe corpus infinitum, immo nec finitum, vt rationes probant.

Expoſitio. Cauillum.

Refutatio.

Auerroes

Auer. commen. 69. Auerroes vero in præſenti cõmento primo proponit intẽtionem, & inquit, cum poſuit ꝙ omne corpus, aut eſt actiuum, aut paſſiuũ, & hæc propoſitio eſt accepta à ſenſu, & poteſt aliquis dicere ꝙ corpus infinitũ poſſibile eſt eſſe extra mundũ, & ꝙ illud neq; ſit agens, neq; patiẽs, ꝑpter hoc videtur mihi ꝙ inducit hunc ſermonem poſt illã demrõnem, eſt igitur expoſitio Auer. ꝙ Ariſ. velit remouere tacitam reſponſionẽ rõnibus tactis, quæ eſt, ꝙ licet non detur corpus infinitum ſenſibile intra mundum, datur illud extra mundũ. hoc pacto oẽs græci, vt Alexãder, Themiſtius, & Simplicius expoſuerunt. Sed circa modũ quomodo remoueatur reſponſio illa, non oẽs dicunt eodẽ modo. Ideo Auer. primo narrat expoſitionem Themiſtij, ſecunda ibi {niſi intelligatur} ponit propriã, & in narrãdo Themiſtij expõnem, primo recitat illam, deinde cõfutat ipſam. Themiſtius igitur (vt Simpli. narrat) ex textu refellit reſponſionem illam ꝑ tres ſyllogiſmos, primus eſt, omne corpus quod eſt in loco, eſt ſenſibile: omne corpus, quod eſt extra cœlum, eſt in loco, igitur omne corpus qđ eſt extra cęlũ eſt ſenſibile. Huius ſyllogiſmi ſecundum Simplicium ponitur maior in textu, inquit. n. Quæcunq; etiam corpora, quæ ſunt in loco, ſunt ſenſibilia, hæc eſt maior. minor aũt non ponitur, ſed illius probatio, cum inquit, extra enim & intus locum ſignificant. Secũdꝰ ſyllogiſmus eſt, nullum corpus ſenſibile eſt infinitum: oẽ quod eſt extra cęlum eſt corpus ſenſibile: igitur nullũ corpus extra cœlum eſt infinitum. Minor eſt concluſio primi ſyllogiſmi, maior vero fuit ſuperius demonſtrata per hunc tertium ſyllogiſmũ, videlicet omne corpus ſenſibile eſt actiuum, aut paſſiuum, nullũ corpus infinitum eſt actiuum aut paſſiuũ, igitur nullum infinitum eſt corpus ſenſibile. Ecce quõ Themiſtius per hos tres ſyllogiſmos remouit reſponſionem illam. Refutatio. Deinde Auer. refellit hanc expoſitionem, & primo reſumit quid ſm Themiſtium habemus de his ſyllogiſmis, & inquit, Ipſe aũt Ariſt. videt̃ ſm hanc expoſitionẽ non propalaſſe niſi duas propoſitiones, quarũ altera eſt, ꝙ omne corpus quod eſt in loco, eſt ſenſibile, quæ fuit maior primi ſyllogiſmi, & nõ manifeſtauit ſecũdam, videlicet, oẽ corpus extra mundum eſt in loco. nec illam, videlicet, oẽ corpus ſenſibile eſt finitum, igitur ſm hãc expõnem de ſyllogiſmis clare habemus primam, Auer. expõ. propõnem primi ſyllogiſmi. Deinde arguit contra ipſum, vbi debes ſcire ꝙ in tranſlationibus Auer. ponitur hæc propoſitio. Illic neq; eſt locus, obijcit modo Auer. cõtra Themi. & inquit, & illa propõ non habet cõitatem in aliquo cum prima, quæ dixit, omne corpus quod eſt in loco, & ſenſibile: q. d. illam propõnem nõ habere cõitatẽ. i. pertinentiam cum maiori primi ſyllogiſmi, quia nec eſt illius minor, nec concluſio, igitur ponitur ſuperflue. Deinde ponit propriam expoſitionem, & vult ꝙ Ariſto. per propoſitionem illam, quæ fuit maior primi ſyllogiſmi, intelligat eius conuerſam, videlicet, oẽ corpus ſenſibile eſt in loco, cui ſi addetur illa propoſitio, extra cœlum nullus eſt locus, concludetur in ſecunda figura ꝙ extra cœlũ nõ eſt corpus ſenſibile. Vel aliter format ſyllogiſmũ, & inquit, Et cum huic coniungetur ꝙ ſi extra mũdum eſt corpus, & omne corpus eſt in loco, cõcludetur ꝙ ſi extra mũdum eſt corpus, eſt in loco, & ſic ſecundus modus eſt ſyllogiſmus hypotheticus, hoc pacto, ſi eſt extra mundũ corpus ſenſibile, & omne corpus ſenſibile eſt in loco, igitur extra mundũ eſt locus aliquis. deſtruitur conſequens, qa illic non eſt aliquis locus, & ita ſequitur nullum corpus eſſe illic, & hæc videtur eius intentio, ſic igitur illa propoſitio, nullus locus eſt illic, põt dupliciter ad ſyllm primũ attinere, vel vt minor, & tunc oportet intelligere maiorem conuerſam, vel vt deſtructio conſequentis, & ſic oportet componere ſyllm hypothetice, vt dictum eſt. Deinde Auer. aſſignat ſignũ ꝙ Ariſt. voluit maiorẽ conuerſam, quia dubitat circa hanc rõnem, quæ dubitatio non haberet locũ, niſi intellexiſſet eius conuerſam, hoc eſt ꝑꝑ maiorem quæ eſt, oẽ corpus ſenſibile eſt in loco, & ꝑꝑ maiorẽ

E hoc pacto conuerſam Ariſt. dubitat, quia poſſet obijci, qa illic eſt corpus ſpirituale, & non eſt in loco. Ecce igit̃ quomodo hęc dubitatio habet hic locum tenendo illam conuerſam, & verba eius patent. Simplicius auctoritate Alexand. ait, hanc propoſitionẽ, nullus locus eſt illic, poſſe eſſe demonſtratam, vt patet, quia oĩs locus eſt, aut grauium, aut leuium, aut neutrorũ corporum, cum non ſint plura corpora, nec plura loca, nec plures motus, quare cũ extra cœlum, nec ſit graue, nec leue, nec neutrũ, iure nullus erit illic locus, & poteſt (vt inquit Simplicius) intelligi demonſtrari poſtea, vt videbitur. Hęc Auer. Themiſtiꝰ, & Simplicius. Sed hæc mihi videntur ſuperflua, primo quia illa propoſitio, nullus locus eſt illic, nõ poni tur in codicibus græcis, & ſic ratio Auer. cõtra Themiſtiũ, nulla eſt. Quæ videnť auctori. Defendens Themiſtiu Scdo qa ſi quis voluerit reſoluere textũ in ſyllõs, reſoluetur nõ hoc pacto, vt Auer. ait, ſed vt diximus nos.

d Eſt aũt etiã ſic logicalius eniti: neq; enim circulo moueri põt infinitum, ſi eſt ſimilare: quippe cum infiniti non ſit medium, id vero, quod circulo mouetur, circa medium fertur. Præterea etiam neque in rectum ferri poteſt infinitũ, Præterea, ne vero. oportebit enim alterum tantum eſſe locum infinitum, ad quem ſcdm naturam mouebitur, et alterum tantum, ad quem pręter naturam.

Nunc ꝙ non detur infinitũ, proponit probare rationibus logicalioribus, & hoc inquit. Eſt aũt etiã ſic, i. ꝑ alias Expoſitio. rationes logicalius eniti, & demrõſtrare. Quo vero ad verba attinet, verbum logicalius græce eſt lögicoteron, latine rationabilius, ſiue logicalius, & dixit logicalius comparatiue, & non logice, ad ſignificandum ꝙ rationes etiã primæ ſunt logicæ, ſed hæ, quas nunc põnet, ſunt logicaliores, quatenus ſunt cõiores, quia procedunt per propoſitiones cões tam infinito mathematico, q̃ phyſico. & priG ma ratio componitur ſic, ſi infinitum eſſet, infinitum moueretur: ſed infinitum non moueri poteſt: igitur infinitum Prima rõ. non eſt. probatur minor, quia, ſi poſſet moueri, aut motu circulari, aut motu recto. non circulari, quia tunc infiniti eſſet dabile centrum, vel medium, veluti cœli datur centrum, quod eſt eius medium. modo, infiniti nõ datur medium, vt relinquit clarum, ex eo quia non datur circũferẽtia. quare infinitum circulariter moueri non põt. nec motu recto, quia ſiue mouetur ſm naturam, ſiue ꝑter naturã, oportet dare duo loca, quorum alter eſſet, ad quem ꝑter naturam fertur: & alter ad quem natura moueretur, vt in hoc libro eſt deductum. modo, infinitum non poteſt duo loca habere diuerſa, quia totum occupat. patet igitur, ꝙ, ſi infinitum eſſet, nec recto, nec circulari motu moueret, & ita ipſum eſſe eſt impoſſibile. Quo vero ad verba attinet, ait ſi eſt ſimilare, & græce dicitur homoiomeron, nã ὁμοιομερές. vbi infinitum eſſet diſſimilare, & ex diuerſis miſtum, eẽt H alia ratio, primo enim probat non eſſe infinitum ſimplex ſiue ſimilare: quia ex hoc patet non eſſe infinitum miſtũ, ſiue diſſimilare, quia miſtum ex ſimplicibus conſtat, vt fuit deductum ſuperius. Animaduertendum ꝙ eiuſmodi rationes dicuntur logicaliores, vt Expoſitor ait, quia Logicę rõnes .i. cões procedunt per rationes cões infinito, & ſm rationẽ phyſicam: & ſm rationẽ mathematicã, quia habere mediũ & extrema vel non habere, competunt infinito vt eſt quid commune phyſico & mathematico infinito.

Et hæc ſentit Auerro. dicens, hæc eſt alia demonſtra- Auer. commen. 70. tio à prædictis, & eſt logica, ſ. quia eſt ex veris propoſitionibus, ſed non proprijs. ſup. phyſico tãtum, ſed etiam mathematico. Dptima dubitatio. Sed occurres, hæc ratio procedit via motꝰ, quæ eſt propria phyſico. Dici poteſt, ꝙ licet procedat via motus, tamen reſoluitur ad medium commune phyſico, & mathematico: habere enim medium & circunferentiam, & non habere commune eſt vtriſque artifici. Solutio.

Deinde Auer. ponit compendium rationis Ariſtot. & inquit,

A inquit, & compēdium rationis ſuæ eſt, quia ſi daretur corpus infinitum, aut eſſet circulare, aut rectum, & qualecūque daretur, eſſet impoſſibile moueri. nam ſi eſſet circulare infinitum, non haberet medium, circa quod ferretur, et ꝙ non haberet medium, probat, aut quia omne habēs medium habet extrema, & ſup. infinitum caret extremis, igitur caret medio. Aut quia circa mediū reuoluitur corpus circulare, & ita circa aliquid finitum, mō oē quod circa finitum reuoluitur, eſt finitum: quare ſi infinitum reuolueretur circa medium, ipſum eſſet finitum, & non infinitū, & addit ꝙ hoc ſecunda cā eſt magis propria ſup. huic ſciētiæ, ꝗ̄ prima, quia prima procedit per hoc quia caret medio, & extremis, & ita eſt cōis mathematico & phyſico, ſecunda vero per hoc, quia caret medio circa quod reuoluitur, modo reuolui circa medium eſt proprium phyſico, & patet ipſum non poſſe eſſe circulare, quod vero nec rectum, probat, & inquit. Et ſi fuerit rectum & infinitū, neceſſe eſt vt locus in quo mouetur, ſit maior eo, & ita erit vnum infinitū maius altero. Secundo ſi eſſet rectū, oportet habere duo loca infinita: alterū in quo naturaliter moueretur, & alterum in quo vi moueretur, quod eſt impoſſibile. Ecce ꝙ Auer. in his verbis fecit duas conſequētias, prima eſt, ſi daretur mobile infinitum motu recto, alterum infinitum eſſet altero maius, quā ſic deduco, qa ex ſexto Phyſico. oē quod mouetur ſemꝑ fertur in ſpatio maiori ſe, omne. n. qđ mouetur, prius pertranſit minus ſe, poſtea æquale ſibi, & demū maius ſe, dabitur igitur ſpatium infinitū maius corpore illo infinito. Secunda conſequentia eſt, ſi eſſet infinitum mobile motu recto, darentur duo loca infinita, quorum alter eſſet extra alterū, conſequens eſt falſum, quia ex quo illud eſt infinitū, totū occupat, & ita vnus locus nō pōt eſſe extra aliū, conſequētiā deduco, quia ſi illud moueret naturaliter ad vnū locū, pōt moueri violenter ad aliū locū oppoſitū, oē. n. qđ naturaliter mouetur pōt violenter moueri loquēdo in motibus rectis.

Secunda.

Loc⁹ dupliciter.

Deinde Auer. ponēs drīam inter has duas rōnes, diſtinguit de loco, & vult ꝙ vno modo locus accipit̄ pro loco in quo mouetur, & ſic eſt ſpatiū, in quo recta corpora ferūtur, & hoc pacto ſumit locū prima rō. Nā ſi mobile recte daretur, eſſet ſpatiū dabile maius ipſo mobili, vt deductū fuit. Alio modo accipitur pro loco in quem fertur, vel quieſcit mobile, & ſic loquitur ſecunda ratio, vbi. n. mobile recte daretur, eſſent duo loca, alter ad quem natura moueretur, alter à quo moueretur, & ad quē rediret violenter, & ſic patent rationes.

B C

Præterea ſiue natura habeat motum in rectum, ſiue vi moueatur, vtroq; modo potentiā motricem infinitam eſſe oportebit. Nam quæ infinita virtus eſt, infiniti eſt, & infiniti infinita, quare & id quod mouet infinitum erit, ratio autem eſt in his, quæ de motu, ꝙ finitorum nullū habet infinitam potentiam, neq; infinitorum finitam. Si igitur ſecundum naturam & præter naturam moueri contingit, erunt duo infinita, & quod mouet ſic, & quod mouetur.

Expoſitio.

D

Secundo arguit ꝙ infinitū corpus nō poſſit moueri motu recto, & inquit. Præterea, ſiue infinitum natura habeat motum in rectum, ſiue vi moueatur, ſup. ſiue vtroq; mō, vtroque mō potētiam motricē infinitā eſſe oportebit. eſt igitur conſequentia, ſi aliquod corpus infinitum moueretur motu recto, oportet dare mouens infinitum, ſiue illud natura, ſiue vi moueretur. Deducit conſequentiam, & inquit. Nā quæ infinita virtus eſt, illa eſt corporis infiniti, & ē contra corporis infiniti virtus mouens eſt infinita, ſic igitur conſequentia patet, per hoc quia virtus infinita nō mouet, niſi corpus infinitum, & corpus infinitum nō mouetur niſi à virtute infinita. Quare ſi daretur mobile motu recto infinitum, mouens oportet eſſe infinitum, remittit autem ſe ad ſeptimū lib. Pphyſicorum, & inquit. Ratio autem eſt dicta in his quæ de motu, videlicet in ſeptimo phyſicorum, vbi dictum eſt ꝙ finitorum non eſt potentia infinita, neque infinitorum finita, demum epilogat rationem, & inquit. Si igitur ſm naturam & præter naturam ipſum infinitū moueri contingit, erunt duo infinita, videlicet & ipſum quod mouet ſic motu recto, & quod mouetur, & ita dabuntur duo infinita, quod relinquit tāquam impoſſibile.

Auer. comment. 71.

Auerroes autem propter malas quas habebat translationes, aliter deducit conſequentiam, eſt. n. conſequentia, ſi daretur corpus mobile motu recto infinitū, darētur duo infinita in actu. probat conſequentiam, quia vbi daretur tale infinitum mobile recte, haberet duos motus, violentum videlicet & naturalem. nam omne quod vi mouet̄, etiam mouetur naturaliter, & ē contra, oē quod naturaliter mouetur, et vi moueretur, quare oportet habere duo mouentia, alterum à quo vi, & alterum à quo natura moueretur, igitur duo infinita mouentia, corpus. n. motū infinitum non mouetur niſi à mouente infinito. Verum hæc deductio pendet ex eius malis tranſlationibus. Simplici⁹ enim deducit vt nos deduximus. Vlterius Auer. ponit differentiam inter hanc rationem, & rationem proximam, & ait, in hac eſſe acceptam vnam propoſitionē declaratam in phyſicis, videlicet ꝙ impoſſibile eſt corpus infinitum habere potentiam finitam, quia intēdit per librū de motu, librū phyſicorū, vbi declarauit non poſſe potentiam finitam reperiri in corpore infinito, & ſic vult ꝙ differentia ſit ex vſu propoſitionis prædictæ. Melius aūt Simplicius dicit, ꝙ iſtæ duæ rationes differunt, quia prima deducit ad hoc impoſſibile, ꝙ dentur duo loca infinita, quorum alter eſſet extra alterum. Hæc autem ſecūda deducit ꝙ dentur duo corpora, quorum vnum eſſet extra aliud, quare prima ratio procedit ex parte locorum, ſecūda aūt ex parte corpoꝝ. Dicit̄ aūt hæc ſecunda ratio logica, quia procedit ex communi proprietate infiniti corporis, quod. ſ. nō habeat extra ſe aliud corpus æquale, & hoc vr̄ phyſico & mathematico commune. Sed occurres, quia non videtur impoſſe eſſe duo infinita alterius rōnis, quorum alterū eſt corporeū, alterū virtus extra corpus, vt eſt Deus. Poteſt dici ꝙ impoſſibile ad quod deducit eſt dari duo corpora infinita, vt dicit Simplicius, quīa ſi daretur aliquod corpus mobile motu recto infinitum, illud non pōt moueri niſi ab alio corpore: oē enim corpus motū motu recto, mouetur à corpore, ſecus de circulari. quare, ſi corpus motum erit infinitum, corpus mouens erit infinitum, et ita dabuntur duo corpora infinita, quod eſt impoſſibile, quia extra infinitum nihil eſt.

Simplicius.

Rō logica, quæ.

Dubitatio An ſint duo infinita aliquo pacto poſſibilia. Solutio.

Præterea mouens infinitum quid eſt? Nam ſi ipſum quidem ſeipſum mouet, animatum erit. Hoc autem quonam modo infinitum animal eſſe poteſt. Sin autem quid aliud ſit ipſum mouens, duo erunt infinita, & mouens, & motum forma atque potentia diuerſa.

Expoſitio.

Sed obiiciet quiſpiā dicēs corpus infinitū moueri motu recto à ſe, & nō ab alio corpore extrinſeco, ceu aīal mouet ſe à ſe, & ſic non ſequeretur eſſe duo corpora infinita. Cōtra obiicit, & inquit. Præterea mouēs infinitum quid eſt? Nam ſi ipſum quidē ſeipſum mouet, aīatum erit, hoc. n. proprium eſt aīalium, vt ſeipſa moueant, quare ſequeret̄ illud infinitum eſſe vnum animal infinitum, quod impoſſibile eſſe ait, hoc autem, ſup. infinitum quō infinitū animal eſſe poteſt? omne. n. animal habet determinatā figuram, & determinatam proportionem partium ad totū, quæ infinito repugnant. patet igitur dici non poſſe infinitum mouere ſe. Propterea repetit rationē, & inquit. Sin autem quid aliud ſit ipſum mouens, ſup. ab ipſo infinito moto, redibit ratio tacta, videlicet ꝙ duo erunt infinita, videlicet & mouens corpus, & motū corpus diuerſa forma

ma hoc eſt ſpecie, atq; potentia, ſpecie quidem, quia mouens eſt actus, motum potentia, potentia vero, quia mouens eſt potentia actiua, motum vero paſſiua. Alexander aũt (vt refert Simplicius) eodem modo exponit hunc locum. Philoſophus. n. probauit non eſſe infinitũ corpus, quia darentur duo infinita, ideo poteſt dubitari, q; non ſequitur, niſi vbi infinitum poneretur inanimatum. Modo aduerſarius dicet dari infinitum alatum, quod mouet ſe.

Sim. Auer.

Modo contra hoc arguit Ariſto. vt inquit Alexãder, q; eo dato daretur animal infinitum, & Ariſtoteles non oſtendit falſitatẽ conſequentis. Sed Alexander & Simplicius illam demonſtrant, primo quia in libro de Anima demonſtratum eſt, oẽ animal eſſe figuratum, cum animal ſit corpus phyſicum organicũ, & ita figuratũ. Vñ in diffinitione animæ dicitur q; eſt actus corporis phyſici organici. Secundo, quia in omni animali partes habent certam proportionem, ita vt oculus ſit capite minor, & omnes partes minores toto. Vbi aũt animal eſſet infinitum, partes nullam haberent ad totum rationem, nec inter ſe, quia tam caput q; oculus eſſet infinitus.

Auer. comment. 72.

Auerroes aũt arguit ſyllogiſmo hypothetico hoc pacto. Cũ omne quod mouetur, ab aliquo moueatur, quæritur an mouens eſt animatum, aut inanimatum: non animatum, quia tũc eſſet animal infinitum. Si inanimatum, erunt duo corpora infinita, videlicet mouens & motum, quæ differunt natura, vt dictũ eſt. i. ſpẽ. Quod ſi non differunt ſpecie, tunc ſequitur aliud impoſſe, videlicet q; corpꝰ mouens & motum erunt eiuſdẽ ſpẽi, & hoc ait, & innuebat p hoc aliud impoſſe, videlicet q; ſi natura alicuius formæ erit infinita eſſe in corpore infinito, tunc natura formæ erit eadem: i. eiuſdem ſpẽi. q. d. ſi mouens & motum non differunt ſpecie, forma eorum erit eiuſdem ſpeciei. Tenet conſequentia, quia diuerſitas formarum arguit diuerſitatẽ dimenſionũ & materierũ, & igitur identitas formæ arguet identitatem corporũ, quare corpus mouẽs & corpus motũ ſi non differunt ſpecie, erunt eiuſdẽ formæ atq; ſpeciei, patet igit (vt dicit) q; ſi fuerit aĩal, ſup. erit mobile per ſe, & ẽ contra ſi mobile per ſe, erit aĩal, & propterea ſubdit, ſi igr̃ fuerit rectũ, cõtingeret vt ſit, aut alatum, aut inanimatũ, & ſi animatũ erit animal infinitum, & ſi inanimatum, & fuerit rectum, contingunt, quæ dicta ſunt, videlicet vt ſint vel duo loca infinita, vel duo corpora infinita, & ideo (vt ait) tacuit complures harum diuiſionũ, & non collegit illas ad ſyllogiſmum hypotheticum diuiſiuum, quia patet ſyllogiſmus de per ſe.

Verbũ corpora ſupple tum eſt.

Si aũt vniuerſum non ſit continuum, ſed, vt Democritus dicit ac Leucippꝰ, corpora vacuo ſint diſtincta, vnũ omnium eſſe motum neceſſe eſt. Nã figuris quidẽ diſtingui, naturam autem ipſorum vnam eſſe dicunt; quemadmodũ ſi aurum vnumquodq; ſeparatum eſſet, horum aũt vt dicimus, neceſſe eſt vnum eſſe motum: quo nanque vna gleba fertur, eo & vniuerſa terra mouetur, & totus ignis atque ſcintilla eundem ad locũ feruntur. Quare, ſi cuncta grauitatẽ habent, nullum corpus ſimpliciter leue erit, ſi autem leuitatem, nullum graue erit.

Fertur & verbũ additum.

Expoſitio.

Quidam (vt Democritus & Leucippus) infinitum cõceſſerunt, ſed non continuum, immo diſcretum per interpoſitionẽ vacui: dixerũt. n. atoma, i. indiuiſibilia corpora nõ poſſe mutuo coniungi, niſi vacuo mediante. Obijcit igitur contra hos, & oſtendit nõ dari taliter infinitũ, quia ſm horum poſitionem, ſequitur olum eſſe vnum motum. Deducit cõſequẽtiam per dicta ab eis, quia voluerũt hæc indiuidua corpora infinita eſſe diſtincta inuicem ſolũmodo per figuras, inquantum vnum eorum eſt pyramidale, aliud ſphæricum, aliud cubicũ, & id genus, tamen dicunt olum eorũ eſſe vnã naturã, & per exẽplũ declarat quod

E dixerat, & inquit. Quemadmodũ ſi aurũ vnũquodq; ſeparatũ eſſet, ſup. in plura ac infinita atoma aurea, horũ aũt (vt dicimus) neceſſe eſt vnũ eſſe motũ, ſup. velut omniũ illorũ corporũ vna eſt natura, & hoc exemplo adhuc magis declarat, quo nanq; vna gleba fertur, eo & vniuerſa terra mouetur, & totus ignis atq; ſcintilla ad eundẽ locũ feruntur, quæ rõ docet omniũ illorum corporũ eſſe eundẽ motũ, quia eorũ olum eadem eſt natura. Ideo concludit quare ſi cuncta grauitatẽ hñt, nullum corpus ſimpliciter leue erit. Si autẽ cuncta hñt leuitatem, nullum graue erit, non igitur datur infinitũ diſcretũ per ſolã vacui interpoſitionẽ diſtinctũ, vt Democritus & Leucippus dixerunt.

Auerroes aũt in pñti commento, primo ponit cõtinuationem, & inquit. Cum declarauit q; corpus infinitum impoſſibile eſt eẽ, hæc fuit cõcluſio, repetit rõnẽ ſummatim, & inquit. Qm̃ ſi fuerit tale infinitum, aut eſt ſimplex, vt elementum, aut cõpoſitũ vt miſtũ, & declarauit, q; ſi fuerit mixtũ, oportet dare q; in eo ſit ſimplex aliquod infinitũ in magnitudine aut plura, vel ſpẽ infinita, vel eadẽ ſpẽ,

Auer. comment. 73.

F & numero infinita. Mixtũ. n. nõ põt eſſe infinitũ, niſi vel quia vnũ ſimplicium cõponẽtiũ eſt infinitũ, vel quia plura ſimplicia ſunt infinita, & hoc vel quia ſunt ſpecie eadẽ, & numero infinita, vel quia ſunt ſpecie infinita, aliter (vt ait) nullus modus eſſet pp quem compoſitũ, atq; miſtum eſſet infinitũ. Deinde addit qd velit nunc facere Ariſt. & inquit. Et quia aliquis poſſet dicere q; poſſibile eſt cõpoſitum miſtum eſſe infinitum ex corporibus finitis magnitudine, finitiſq; ſpecie, ita q; ſint indiuiduo ac numero infinita, vt corpora atoma, quæ ponit Democritus, ille enim poſuit hæc corpora omnia eiuſdem naturæ ac ſpeciei, ſed numero infinita. Immo ponit illa vacui interpoſitione diſtincta, ideo incœpit contradicere huic põni, hæc eſt continuatio, & intentio. Deinde ponit Auer. qualiter Ariſt. arguit contra hos, & primo ſic. hæc atoma ſola figura differunt, igitur non differunt ſpecie, tenet argumentum, quia differentia accidentalis ſola nõ eſt ſpecifica. Vltra, non differunt ſpecie, igitur ſunt eiuſdem ſpeciei, tenet conſequentia ex conſtantia ſubiecti. hæc enim ſpecie non differunt & ſunt, igitur ſunt eiuſdem ſpeciei. Vltra, igitur omnia hæc ſunt eiuſdẽ motus ſpecie, & ita omnia vel erũt grauia vel leuia, quare ſolum vnum ſimplex corpus daretur, ita vt ſi illud ſit leue, graue non erit, ſi graue, non erit leue. Deinde Auerro. parte illa & hoc quod dixit, Intendit reducere opinionem horum ad contradictionẽ, vt Themiſtius ait, quia ex hac poſitione ſequitur vnum elementum ſpecie tantum eſſe, & plura elementa ſpecie eẽ. Primum valet, quia omnia hæc ſunt eiuſdem naturæ ſm eos. ſecũdum vero, quia tres ſunt motus ſpecie, & ita plura ſimplicia ſpecie. Vnde inquit, & hoc quod dixit, videlicet plura eſſe elementa. & non ſequitur põnem, quæ dicit hæc atoma eſſe infinita, ſed ſequitur põnem Ariſtotelis quæ dicit hæc atoma eſſe elñta totius, id eſt mũdi, quia enim ſunt elñta mundi, ſequitur quatuor eſſe elñta, & quintum corpus, & propterea exiſtimatur q; non ſequitur propter eorum poſitionem, ſed magis illud quod dictum eſt,

Infentio.

Refutatio Antiquorũ.

H quia ſunt elementa totius, habetur igitur vna pars quòd non tantum vnum ſit elementum. Deinde oſtendit ex poſitione eorum, quòd vnum eſt elementum, & inquit, & hoc, ſ. vnum eſſe elementum ſequitur ex poſitione eorum, quæ dicit illa atoma eſſe infinita numero, ſpecie eadem. Nam cum fuerint infinita, nihil reperitur extra illa, nam extra infinitum nihil eſt, & quia differunt figura tantum, ideo omnia ſunt eiuſdem ſpeciei, & ita omnia ſunt ſpecifice vnum elementum, & propter hoc dixit Themiſtius in hoc loco, non ſequitur concluſio quam intendebat concludere, videlicet quòd omnia atoma eſſent vnum elementum, immo ſequitur atomorum naturam non eſſe vnam, quia ex quo ſunt elementa mundi, oportet illa eſſe ad minus quinque, videlicet quatuor corruptibilia, & quintum corpus, patet igitur illos ſibi contradicere.

Præterea

Prӕterea ſi grauitatem habent, aut leuitatem, ipſius vniuerſi erit aliquid, aut vltimũ, aut medium Hoc autem eſt ipoſſibile, ipſo exiſtente infinito.

Expõ. Secundo arguit contra eoſdem enthimematice, & in quit. Prӕterea, ſi ſup. atoma corpora haberent grauitatẽ, ita vt omnia eſſent grauia, aut leuitatẽ, ita vt oĩa eſſent leuia, ipſius vniuerſi ſup. infiniti, cuius ſunt elementa interpoſitione vacui diſtincta, erit aliquid aut vltimũ, ſup. ſi illa omnia eſſent leuia, ad quod mouerent, omne enim leue mouetur ad vltimum, quod eſt cœli cõcauum, aut erit medium, ſi illa atoma omnia erunt grauia, ad quod ipſa mouerentur. deſtruit cõſequens, dicens, hoc autem eſt impoſſibile ipſo vniuerſo exiſtente infinito, infiniti enim neque medium, neque vltimum ſecundum naturam dari poteſt. patet igitur atoma ipſa nec poſſe eſſe grauia omnia, nec leuia ſola.

Prӕterea & Prӕterea omnino vbi non eſt mediũ aut vltimum, nullus erit lationis locus corporibus, hic quidem ſurſum, ille autem deorſum: at hic ſi nõ B ſit motus non erit, neceſſe eſt enim moueri, aut prӕter naturam, aut ſecundum naturam, hӕc autem definita ſunt proprijs alieniſq; locis.

Expoſitio. Sed quia proxima ratio erat magis ad hominem, ideo ſimpliciter oſtendit vniuerſum non eſſe infinitum, quia vbi vniuerſum eſſet infinitum, illic nõ eſſet medium, qđ eſt grauium locus, nec vltimum, quod eſt leuium locus. Immo oĩno ſequitur vbi non eſt medium, aut vltimum, nullus erit latiõis locus corporibus, hic quidem ſurſum, ille autem deorſum, at hic locus, ſi ſupple nullus ſit, motus non erit. deducit, quia omne quod mouetur, aut prӕter naturam, aut ſm naturam mouetur. Hӕc autem proprijs alieniſq; locis deſcripta ſunt, nam ea mouentur natura, quӕ ad propria loca feruntur, ea mouentur prӕter naturam, quę ad aliena loca mouentur: patet igitur q ſi vniuerſum ſit infinitum, in eo nec erit medium, nec vltimum, vbi nec medium, nec vltimum, nullus erit locus, vbi nullus locus nullus erit motꝰ, quia nec naturalis, qui eſt ad proprium locũ, nec prӕter naturalis, qui eſt ad alie C num locum. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire q Ariſto. prӕſupponit eſſe deductum ad hoc q dato infinito, nec eſſe vltimum, nec medium, & poſtea arguit vbi omnino nullum motũ ſit, nullum locum eſſe, nec motum. Hunc textum igitur ſic intellexerunt Alexander, & ſimplicius.

Quę Auerr. cõ 50. Syllogiſmus Auerro. autem reſoluit hos tex. in ſyllõs, & vis primi eſt in cameſtres ſic, omne corpus, aut graue, aut leue eſt contẽtum ab aliquo extrinſeco corpore, graue quidem, quia eſt in medio continetur à leuibus, leue autem quia eſt in vltimo, continetur à cœlo: infinitum non eſt contentum ab extrinſeco corpore: igitur infinitum corpus, nec eſt graue, nec leue. Secundo arguit Auerro. ſi vniuerſum eſſet iſinitum, illius nullum eſſe medium, & ita D nec circunſerentia, & ita nullus eſſet illic locus, & ita nec motus, cum omnis motus ſit ad locum. Vnde hӕc propoſitio, corpus infinitum eſt in loco, implicat contradictionem, quia ex prӕdicato infertur oppoſitum ſubiecti, & ex ſubiecto infertur oppoſitum prӕdicari, & probatur in commento, nam ſi corpus infinitum eſt in loco, ergo loco circunſcribitur, & ita erit finitũ, quare ex prӕdicato infertur oppoſitum ſubiecti, item ſubiectum infert oppoſitum prӕdicari, nam ſequitur eſt infinitum, igitur nullo circumſcribitur, & ita non erit in loco, patet igitur propoſitionem hanc implicare cõtradictionẽ.

Prӕterea ſi vbi pręter naturã manet aliquid, aut fertur, neceſſe eſt cuiuſdam alterius eſſe locum hunc ſecundum naturam, quod quidem ea inductiõe credibile eſt, neceſſe erit profecto A non omnia aut grauitatem, aut leuitatem habere, ſed alia quidem habere, alia autem non.

Hęc verbum additum. Expoſitio. Vltimo arguit, & facit talem conſequentiam, ſi locus prӕternaturalis vni eſt naturalis alteri, ſequitur non omnia atoma eſſe leuia, aut omnia grauia ſed, quӕdam leuia, quӕdam grauia. Vnde inquit. Prӕterea ſi vbi prӕter naturam manet aliquid, aut fertur aliquid, neceſſe eſt cuiuſdam alterius eſſe locum hunc ſecundum naturam, quidem ex ĩductione patet, nam locus qui eſt leuibus prӕternaturalis, eſt grauibus naturalis, & è contra, ſi inquã ita eſt, neceſſe erit profecto non omnia, aut grauitatem, aut leuitatem habere, ſed alia quidem habere, alia autem non habere: vnde ſyllogiſmus hypotheticus erit ſic, ſi erunt loca naturalis & pręter naturalis, corpora erunt nõ eiuſdem naturӕ, ſed ſunt loca naturalis, quia leuia deorſum videmus prӕternaturaliter ferri, grauia vero ſurſum violenter moueri, item videmus grauia deorſum natura ferri, leuia ſurſum, ſequitur non omnia eſſe eiuſ B dem ſpeciei.

Vniuerſi quidem igitur corpus infinitum non eſſe, ex hiſce perſpicuum eſt.

Expoſitio. Vltimo epilogat dicens, vniuerſi quidem igitur corpus infinitum non eſſe, ſup. nec numero, nec magnitudine, ex hiſce perſpicuum eſt, ſup. rationibus naturalibus, & logicis.

Quę Auer. cõm. 78. Auer. autem aliter prӕcedentem textum introducit, ait. n. videtur q ſermo iſte eſt ad affirmandum quaſdam propoſitiones, quas diximus ante, accepit. n.

Obiectio. q omnis motus, aut eſt à medio, aut ad medium, & aliqs poſſe dicere hoc eſſe verũ in motibus naturalibus, & nõ in accidentalibus, ſiue violentis. nam ſuperius & inferius eſt locus motus naturalis, inferius quidem grauium, ſuperius autem leuium: & ita ſequitur, quòd qui negat ſurſum & deorſum, negat motus naturales, non autem prӕternaturales: qua ratione dici poſſet infinitum moueri motu prӕternaturali, non autem naturali, quia ad ipſum eſſe ſequitur ſurſum & deorſum loca non eſſe, & ita ſequitur naturalem motum non eſſe, cum quo tamen ſtat eſſe motum violentum.

Refutatio. Obijcit autem huic cautillo C Ariſtoteles ſecundum Auerroem, quia omnis locus prӕternaturalis eſt naturalis, & è conuerſo omnis naturalis eſt pręternaturalis & intellige reſpectu diuerſorum, nam cœli concauum eſt locus grauibus prӕternaturalis, leuibus autem naturalis, medium autem eſt grauibus naturalis locus, leuibus vero prӕternaturalis, quare ſi eſſet corpus infinitum, illud moueri non poſſet, quia non motu naturali, quia nullus eſſet locus, aut ſurſum aut deorſum, nec motu violento, quia eſſet locus violentus, igitur ille met eſſe naturalis, & per conſequens eſſet aut ſurſum aut deorſum. Hӕc de infinito ſcribit Ariſtoteles. reliquum eſt accedere ad quӕſtionem de vnitate & pluralitate mundorum.

D Nunc autem & cur plures cœli non ſunt, dicamus, hoc. n. conſiderandum diximus eſſe, ſi 1. quis de corporibus vniuerſaliter demonſtratũ eſſe non arbitretur extra mundum hunc nihil ipſorum eſſe poſſe. Sed ſermonem duntaxat dictum eſſe putet de his corporibus, quӕ indefinite ponuntur.

Expõ. Nunc vero an plures numero cœli ſiue mundi ſint, vult aggredi, duӕ enim de mundo ipſo (vt dicebamus) eſſe poſſunt quӕſtiones, & circa molem, an videlicet mole ſit infinitus, & circa numerum, vtrum numero ſint ipſi mundi infiniti, quod nunc proponit agere, hoc enim in octaua ſumma prӕſentis libri tractare propoſuit, vt dixit Auerroes. Sed videtur hӕc quӕſtio quaſi inutilis atque ſuperflua: declarauit enim cœlum ſiue mundum omni ex parte eſſe mole finitum,

extraq;

Obiectio. extraq; cœlum nec eſſe vacuum nec plenum. hinc videt̃ ſequi vnum tantum numero eſſe mundũ, igitur præſens octaua ſumma de mũdorum numero videtur ſuperflua.

Reſolutio. Reſpondet Ariſtoteles, q ſermo dictus fortaſſe probauit extra mundum nullum eſſe corpus vacuum infinitum, & ſic videtur ſermo ille ſolum locum habere de corporibus infinitis: at poteſt dici, q licet extra mũdum nõ ſint corpora infinita, tamen ſunt alij mundi numero quidem infiniti, & plures, mole vero finiti, vt dixit Anaximander, Mileſius Thaletis diſcipulus, & Anaximenis doctor, hic.n. innumeros mundos eſſe ſuaſit, & ſic nunc de numero mundorũ aggredi nõ videtur ſuperfluum, cũ ex determinatione quæſtionis dictæ, adhuc nõ ſit quæſtio de numero mundorum ſoluta, quia cum illius quæſtionis ſolutione, ſtat quæſtio pñs. Inquit. Nunc autem & cur plures cœli ſiue mundi nõ ſint, dicamus. Vranos enim apud græcos non tantum pro mundi parte, quæ eſt corpus cœleſte, accipi ſolet, ſed etiam pro vniuerſo.

F Quo vero ad verba græca attinet, verbum illud nunc, græce διότι quod licet ſonet ad nos, ppterea vel quapropter, in noſtro ſermone ſonat vt tranſtuli, poſita intẽtione ſoluit quæſtionem dictam de inutilitate pręſentis ſummę, & inquit. Hoc enim conſiderandum diximus eſſe, ſiquis vniuerſaliter de corporibus demõſtratum eſſe nõ arbitretur extra mundum hunc nihil ipſorum eſſe poſſe, ſed ſermonem duntaxat dictum eſſe putet de his corporibus, quæ indefinite ad immenſum ponuntur, & ſic qõ hęc eſt vtilis ſupponẽdo ſolum eſſe probatum extra mũdum non eſſe aliquod corpus infinitum, quia adhuc reſtat quæſtio, ſi ſint plures extra hunc mundi mole finiti.

Omnia itaq; & vi & natura, & manent & ẽt mouentur. Quo quidem in loco non vi manẽt, in eum ſecundum naturam feruntur, & ad quẽ non vi feruntur, in eo quoque natura manent. Quo vero in loco vi manent, ad eum etiam vi feruntur, et ad quem vi feruntur, in eo quoque


G vi manent. Præterea, ſi hæc latio vi ineſt, contraria competet ſecundum naturam.

Expõ. Nunc de propoſita intẽtione exequitur, & ſumit ſuppõnes, prima eſt, omnia mouentur & quieſcunt, & vi & etiam natura mouentur & quieſcunt. Deinde hanc ſuppõnem exponit & inquit. Quo quidem in loco nõ vi manent, in eũ mouentur ſm naturã, vt quia terra non vi manet in medio, ad medium natura fertur, contra etiam ad quem non vi ferũtur, in eo quoq; natura manẽt. Quo vero in loco vi manent, in eum etiã vi feruntur, ad quem ẽt vi feruntur, in eo quoq; vi manent, vt quia terra in concauo vi manet, in concauo vi fertur, cõtra ẽt quia in concauum vi fertur, in concauo etiam vi manet. Hæc eſt declaratio primæ ſuppõnis, nõ ſecunda ſuppõ, vt iuniores autumãt. Secunda ſuppõ, cuicũq; hæc latio vi cõpetit, eidẽ latio illi contraria natura competet, vt quia motus ẽ medio terræ vi competit, iccirco motus ad medium natura ſibi competit, hæc eſt ſecunda ſuppoſitio.

H Quæ Auer. cõ. 74. Auerro. vero primo quo ad verba græca attinet, vult Ariſt. ſumpſiſſe cœlum pro vniuerſo mundo, nam apud græcos vt diximus verbum, vranos (vt Ariſ. poſtea tex. cõ. 96. dicet) conſueuit ſumi trifariam, pro vniuerſo mundo, pro nexu oĩum cœlorum, p pmo mobili, quod apud peripateticos eſt orbis ſtelliferus. Quo vero ad ordinẽ qõnum vult qõnẽ de mundorum numero eſſe poſt qõnem de finitate, cuius ordinis cãm afferre vr̃, ex eo quia ſcito q; mũdus ſit mole finitus, mox ſurgit appetitus ſcire an nũro ſit finitus & vnus tm̃, vbi.n. pmo nõ ſciret̃ eẽ mole finitũ, hæc qõ nõ emergeret, qa ſi eẽt ĩfinitus occupãs oẽm locũ verũ & poſſem atq; imaginariũ, pculdubio nõ eẽt neceſſe q̃rere de mũdorũ nũero, igr̃ ſoluta qõne pma emergit ſcda apud appetitũ rõnalem. Addit tñ q hæc ſcda qõ eſt nobilior & difficilior prima, nobilior qdẽ rõne obiecti, qa immediate ducit ad vnitatem primi motoris, difficilior vero primo ex parte modi procedẽdi, nam prima qõ abſoluta fuit demonſtratione à priori, hęc aũt demonſtratione à poſteriori. Secundo primam abſoluit pluribus demonſtrationibus, hanc vero paucioribus. Eſt etiam difficilior ex parte noſtra, quia primam quæſtionem quaſi ſenſu terminamus, at q extra mundũ hũc nõ ſit alius mundus, non ſenſu cerni põt. Addit ſecundo oẽs has ſuppõnes eſſe per ſe notas & vti principijs ſenſibus, hæc ex cõmẽ. Dubiũ pri. Sed circa lr̃am emergit dubiũ, quia non videtur verum oĩa & moueri & quieſcere, & violenter & naturaliter, primo nõ de deo, qui eſt de nũro oĩum. Secundo non de corporibus, quia cœli mouentur tm̃, & non quieſcunt, & ſi mouentur, non violenter moueri pñr.


Solutio. Dici poteſt verbũ Ariſto. eſſe audiendũ preſſe, videlicet de corporibus, & non de omnibus, ſed ſolum infra orbẽ lunarẽ cõtentis, at ſi vis ipſum ſuſius intelligere, ſub diſiunctione audiendum eſt, vt placet Auerroi.

Scda dub. Secundo dubitant, quia motus terræ ſupra hemiſphærium noſtrum, videlicet ab A per B in C, eſt violentus glebæ terrę, cõtrarius aũt ab ipſo C p B in A nõ eẽt naturalis.



Solutio. Dici põt, vel q ille ab ipſo C per B in A, nõ eſt illi cõtrarius, quia circulari non eſt circularis cõtrarius, aut q forte illi cõtrarius eſt rectus deorſum. Aut ſi eſt in orbe cœli erit non naturalis terræ ab ipſo motu totius cœli. Vel ſi eſt infra globum lunæ verbum Ariſt. eſt verum in motibus ſimplicibus, qualis non eſſet ille terræ ſupra illum hemiſphærium ſub luna.

Si ad hoc itaq; medium illinc, vi terra fertur, hinc illuc ſecundum naturam ferretur. & ſi hic terra nõ vi manet, etiam huc illinc ſane ipſa ferretur. Vnius enim corporis vna eſt ſecundum naturam latio.



His ſumptis arguit pmo ſic, ſi plr̃es eẽnt mũdi, vt A B, plures eẽnt terræ, vt O O, deſtruat̃ cõñs, ſed nõ poſſunt eẽ plures terrę. igr̃ nec plures mũdi, pbat̃ minor, qa vbi eẽnt plr̃es terrę, aut terra ĩ hoc nr̃o mũdo manet ſm naturã, aut vi. Si qdẽ vi hic manebit, ad illũ natura ferret̃ p ſuppõnes igr̃ altera terra ſupflua ac violẽta. at ſi hic ſm naturã manet, illa huc mouebit̃, & illic violẽter ſtabit, & ita illa fruſtra ac ſupflue eẽt. Inqt. Si ad hoc itaq; mediũ illinc vi terra fert̃, hinc illuc ſm naturã ferret̃, & ſic hęc terra violẽta hic, atq; ſupflua, & ſi hic terra nõ vi manet, ſed naturaliter ẽt huc illinc ſane ipſa ferret̃, & ſic ibi violẽta eẽt, atq; ſupflua, igr̃ nõ poſſunt eẽ plures terrę, et ſic patet minor. Et qa qs dicer̃ poſſet terrã hinc illuc natura ferri, cõtra ẽt illinc huc ferri natura, addit, vni⁹.n. corpis vna eſt ſm naturã latio, & ſic hi duo mot⁹ nõ poſſunt cõpetere vni naturę, hic eſt itellect⁹ verborũ Ari. nõ vt iuniores itelligũt. Expõ.

Auerro.aũt vtitur ſyllogiſmo ſic,ſi ſint plures mũdi, & terra vnius ad medium alterius moueitur, tunc terra violenter feretur ad medium, & naturaliter recederet à medio:hoc eſt impoſſibile:igitur & antecedens. Deducitur conſequentia,nam terra vnius mouetur naturaliter ad medium alterius,cum ſit vnius ſpeciei cum illa,& ſic naturaliter recederet à medio noſtro,& violenter accederet ad medium illud,quia violenter accederet ad concauum cœli,per quod fertur in medium illud,& ſic violenter accederet ad illud medium. Hæc Auerroes,tamen probatio noſtra eſt optima.

Præterea cunctos mundos ex eiſdem corporibus conſtare,quæ ſunt eiuſdem naturę,neceſſe eſt, corporum etiam vnumquodq; eandem vim habere rurſus neceſſe eſt, vt terram, ignẽ, & ea quæ inter hæc ſunt. Nam ſi ea quæ hic & illic ſunt ęquiuoca ſunt,hoc eſt non eadem forma dicuntur,vniuerſum etiam, quem mundũ appellant,ęquiuoce dicetur,perſpicuum igitur ipſorum aliud e medio,aliud ad medium aptũ eſſe ſuapte natura ferri, quippe,cum ignis omnis eiuſdem eſt ſpeciei, & vnumquodq; etiam cæterorum,veluti etiam hæ partes ignis quæ hoc in mundo ſunt.

Expo. Non hic nouam ſecũdam affert Ariſtoteles rationem (vt iuniores autumant) ſed cauillum aduerſus primam refellit, poteſt enim prima ratio hunc in modum cauillari, ꝙ nec terra illa ad hãc, nec hęc ad illã vi aut natura ferri, quoniam ſunt terræ alterius ſpeciei,& moueri ſuapte natura ad ſuum medium apte. Obijcit nunc Ariſto, Quod ſi ita eſſet, tunc corpora illa, ex quibus ille conſtaret mundus,& corpora hæc,ex quibus hic noſter conſtat, alterius eẽnt ſpeciei,& ita mũdi ipſi ẽt alterius erunt ſpeciei, quod eſt cõtra Anaximãdrũ & Democritũ, qui plures eſſe mũdos fateñt eiuſdẽ ſpeciei,vt ſub hoĩe plures hoĩes numero. Primo ꝓponit veritatẽ rei contra cauillũ, ſecundo illam probat ducens ad inopinabile, et inquit. Pręterea cunctos mundos ex eiſdem corporibus conſtare, quæ ſunt eiuſdem naturę neceſſe eſt.corporũ etiã vnumquodq; eandem vim habere rurſus neceſſe eſt,vt omnes terræ,omnes ignes,& omnia cætera habent. eſt igitur veritas,ꝙ illa et hæc corpora ſunt eiuſdem ſpeciei, deinde hac veritate propoſita, probat illam ducendo contra poſitionem, & ad inopinabile, & inquit. Nam ſi ea quæ hic & illic ſunt,æquiuoca ſunt, hoc eſt non eadẽ forma dicuntur,vniuerſum etiam, quem mundum appellant, æquiuoce dicetur,quod eſt præter illorum opiniones, & ſic duxit ad inopinabile. Hoc confutato,

Epilogat. epilogat veritatem dictam,& vim rationis recapitulare videtur dicens,perſpicuum igitur ipſorum aliud è medio, aliud ad medium aptum eſſe ſuapte natura ferri, quippe cum omnis ignis cum omni igne eiuſdem eſt ſpeciei, & vnumquodq; etiam cęterorum cum ſuo ſimili, veluti etiam hæ partes ignis,quæ hoc in noſtro ſunt mundo ſunt eiuſdem ſpeciei,& ſic cauillus nullus, & ratio dicta efficax.

Inſuper ẽt hæc ita ſeſe hẽre neceſſario ijs ex ſuppoſitionibus patet,quas de motibus prius dedimus.Nam & motus ipſi finiti ſunt, & vnũquodque elementorum per vnumquemque motuum dicitur.

Expo. Confutauit cauillũ,ꝓbando illa corpora,& hæc eiuſdẽ eẽ ſpẽi ducens ad inopinabile, nũc idem ꝓbat rõne ex dictis ſuppõnibus vigorata,hoc mõ. Qđ ſunt motus ſimplices ſpẽ,tot ẽt corꝑa ſimplicia ſunt, & eſſe pñt:tres ſunt tñ motus ſpẽ,ad mediũ grauium,è medio leuium,circa

A mediũ corpum neq; grauium, neq; leuium:igiẽ oĩa corpora ſiue mũdi ſint plures,ſiue vnus erunt ſpẽ tria, & ita terra illa,& hæc eiuſdem ſunt ſpẽi,& in cæteris idẽ. Inquit,Inſuper ẽt hæc ita ſeſe habere neceſſario ijs ex ſuppõnibus nũc patet, quas de motibus prius ad venãdum qntum corpus dedimus.nã & motus ipſi ſpẽ finiti ſunt, & vnũquodq; elementoꝝ ꝑ vnumquẽq; motuũ dicitur,atq; ſpẽm ſortitur,vt dicebatur. Ambigerent forte iuniores,quia Ariſt.arguere debet demõſtratiue, & tñ ducit ad inopinabile, & ſic videẽ dialectice diſputare. Innuit Auer.ſolutionem dicens,& hæc propoſitio nõ fuit manifeſta per ſe,ſed acquiriẽ demõſtratione, & ſic nõ mõ ex conceſſis,ſed ẽt ex demõſtratione ꝓp quid demõſtratur: corꝑa nãq; ſiue vnius ſint mundi,ſiue infinitorum oĩa in tres naturas diuiduntur pro numero trium motuum,qui ſpẽ differũt. videlicet è medio,ad mediũ, & circa mediũ, & ſic hanc rem ꝓbat demõſtratione ex cõceſſione,& demõſtratione ſimpliciter,eſt aũt mediũ,vt inquit,ob cor-

Quæ comẽ.78. Obiectio. Rñſio.

B pus cœleſte,nam ſic definitur medium,ꝙ eſt è quo lineæ ductæ ad circunferentiã ſunt æquales. Sphæricũ eſt, eſt ꝓp mediũ,quia ſphæra eſt circulus,è cuius medio ad circunferentiã oẽs lineæ ductæ ſunt æquales:ecce ꝙ mediũ & ſphæricum ſunt quodã mõ ad aliud,& mutuo referuntur,& ſic vnum propter aliud eſt. Dicit tertio,ꝙ eiuſmodi duæ rõnes,qbus vnitatẽ mundi ꝓbat, differunt, quia prima ex cõceſſis eſt ab aduerſarijs,ſecũda ex neceſſarijs. Secunda,prima eſt notior,ſecunda efficatior. verum ſecũda virtute ac implicite & in potentia cõtineẽ i prima, tñ in calce textus eã explicabit. Tu vero ex his potes ad formã rñdere,hæc Auer.ad dubitationẽ. Theologi vero noſtri & ſectæ Auer. tenẽt ꝙ deus plures põt facere mũdos,& non mõ plures,imo hunc quẽ fecit augere in melius. Et tunc ad rationẽ Ariſto. rñdent negãdo terram illius ad medium nr̃m,aut ècontra moueri,quia terra nõ ꝑ ſuã ipſius natura fertur,ſed ꝑ ipſius opificis voluntate et ordine. Nã vt eſt rei veritas,omne ens citra deum eſt con-

Mediũ quid ſphæricum quid.

Nplo ſtio.

Rñſio. Theologorum.

C tingens,atq; nihil neceſſarium præter deum, qua ratione ſicut terra nõ neceſſario ad hoc vel illud ferẽ mediũ, ſed ad illud,ad quod ipſam ferri deus præconcepit,aut ratione æterna conſtituit,hæc Thæologi & ſapide. Aduerſus hos Auer.nõ arguens,excuſat ſe aſſerens officiũ, & onus cõtradicendi thæologis cõuenire metaphyſico, cuius virtus eſt deſtruere verba ſophiſtarum. Vocat autem Theologos ſophiſtas, quia tenent oppoſita principiorum ſcientiæ naturalis. Sed re vera Auerroes ignorans huius veritatis confutationem, in hæc prorumpit.

Qu Auerr. Cõtra Theo

Tu vero confutationes noſtras contra eum lege in libro Deſtructio Deſtructionum,quæ, licet fuerint iuueniliter & minus perite dictę, ſunt tamen acutæ,& inuentione plenæ.

Qare,ſi motu ijdem ſunt,& elementa ſint, eadem vbiq; neceſſe eſt,partes igitur terræ q̃q; in alio ſunt mũdo ad hoc mediũ aptę erunt ferri,

D & ignis ẽt,qui ibi eſt,ad hoc vltimũ,at impoſſibile eſt.Nã ſi hoc eueniet, ſurſum quidem terram ſuo in mundo,ignem vero ad mediũ ferri neceſſe eſt. Simili ratione & terram quę eſt hic, e medio ſecundum naturam ferri,alterius mundi medium petentem neceſſe eſt: propterea ꝙ ipſi mundi inter ſe talem habent poſituram.

Expo. Ex his,quæ nunc dixit, colligit ſuppoſitionem, qua cauillus elidebatur, & inquit. Quare, ſi motus ijdem ſunt,& eiuſdem ſpeciei,& tres, etiam elementa ſint eadem vbique, & tria ſpecie neceſſe eſt, hæc eſt ſuppoſitio,& cauilli confutatio: deinde ſyllogizat epilogando dictum ſyllogiſmum, licet hic illum alia forma conficiat,tamen in re vnus eſt, & ſyllogiſmus componitur ſic, quæcunque ſunt eiuſdem ſpeciei cum elementis

huius mundi, mouentur ad loca ad quæ hæc mouentur vt aliqua ad medium huius, aliqua ad vltimum huius vtpote coocauũ huius, aliqua circa mediũ huius. Sed elemẽta alterius mũdi, ꝑ nunc declarata ſuot vnius & eiuſdẽ ſpẽi cũ elementis huius: igitur mouentur ad loca, ad que hæc elemẽta mouenẽ, vt aliqua ad mediũ huiꝰ, aliqua ad vltimũ huius, aliqua circa meoiũ huiꝰ. huius rationis dat ex dictis concluſionẽ tm̃, & inquit. Partes igiẽ terræ, q̃ꝙ in alto ſunt mũdo ad hoc medium aptæ erũt ferri, & partes ignis ẽt, qui ibi eſt, ad hoc vltimũ ſunt aptæ ferri, hæc eſt ſylli cõcluſio. Deinde deſtruit illã vt inferat oppoſitũ antecedentis, & inquit. At impoſſibile eſt. Nã ſi hoc eueniet, ſurſum quidẽ terrã ſuo in muodo, igoẽ vero ad mediũ ferri oeceſſe eſt. Nam terra illa ad hoc noſtrũ ꝓficiſcẽs mediũ, ſurſum peteret, ignis vero ad vltimũ iſtius, deorſum proficiſceretur. Simili rõoe & terrã quę eſt hic è medio ſm naturã ferri alterius mundi mediũ petentẽ neceſſe eſt, propterea ꝙ ipſi mundi talẽ habent poſiturã, vt conuexa eorũ iuxta iaceãt, hoc mõ vt mediũ vnius diſtet à medio alterius, ſic vt terra non poſſit ad mediũ alterius moueri, qn recedat à ſui medio verſus extremũ eiꝰ. **F**

Qualis ſyllogiſmus ad poſſibile.

Debes ſcire primo, ꝙ ſylls ad ĩpoſe ſterdũ eſt, ꝑpter maiorẽ, ioterdũ ꝑpter minorẽ, interdũ ꝑpter vtraſq;, aliqñ vero ob ſundameotum è quo pręmiſſe per plura intermedia proficiſcuntur, & hoc modo eſt hic Ariſtotelis ſyllogiſmus, nam eius impoſſibile nõ eſt ĩmediate ꝑpter præmiſſas, ſed ob fundamentum è quo præmiſſæ per maous emergunt, videlicet qnia plures ſunt mundi & eiuſdẽ ſpeciei.

Cauilli aduerſus rõnẽ Ariſto.

Secuodo debes ſcire, ꝙ dicta ratio quatuor modis poteſt cauillari, primo reſpondendo hæc & illa elemẽta ſpecie differre, qua ratione nõ eſt neceſſe vt terra illa ad hoc medinm, vel hæc ad illud feratur.

Scda.

Secundo reſpõdendo medium huius & mediũ illius ſpecie differre, quo etiã fit vt terra illa oon ad hoc feratur mediũ, nec hęc ad illud.

Tertia.

Tertio reſpondendo media hæc naturali differẽtia differre, quæ ſufficit, vt ipſæ terræ nõ moueanẽ indifferẽter, vt. n. naturalis ęthiopũ locus eſt clima primũ, & nõ quartũ, ſic quoq; mediũ huiꝰ eſt naturalis locus iſtius terræ, illud aũt illius. **G**

Quarta.

Quarto reſpondẽdo hæc media nimiũ diſtare, quę intercapedo cauſa eſt, vt illa, oec ad hoc mediũ, oec hæc ad illud feratur, hi ſunt omnes cauilli, quorũ primũ Ariſt. hactenus refellit cæteros vero ſuo loco refellemus.

Quę Auer. comẽ. 79.

Quo vero ad verba attinet Auerroes obſeruat verbum illnd ſuum, quod græce eſt οἰκεῖον. latine etiã ꝓprio, quia poſſet quiſpiã dicere cur Ariſt. dixit terrã eẽ aptã moueri ſurſum in ſuo mundo: vr̃. n. ꝙ ĩ cõgrue adiecit ſuo, quia oeuter mũdus erit ſuus, quum ſit ipſa moueri apta ad quemlibet.

Obiectio.

Præterea, videtur vt ille è quo mouetur ſit ſuus, noo hic ad quẽ mouetur, igitur male dixit ad ſuũ.

Rñſio.

At Auerroes Ariſto. oõ inepte adiecisse ſuũ, qa cũ poſuerimus ĩpm eſſe de natura iſtius iſtæ erit ſuus mundus neceſſario, ita vt ambo hẽantur ꝑ ꝑprijs oĩbus, ſunt. n. eiuſdẽ ſpẽi, ideo hic mũdus eſt terræ illius, & ille terræ iſtius, & ſic illa terra p̃t dici moueri illinc ad ſuũ ſi mouetur ad nr̃m mũdũ. Sed hæc cõſideratio nõ hẽt locũ, ſi textus bene transferatur, aliter. n. vt vidiſtis verbũ illud ſuum ſonat, q̃ Auer. intelligat. **H**

Oẽs mundi eẽnt vnus mũdus.

Vltra tamẽ Ariſ. rõoẽ ꝓbat Auer. oẽs muodos eſſe vnũ mundũ, primo qa ſi plures eſſeot mũdi, tũc nõ eſſent ſurſum & deorſũ ſm naturã, ſed ſolũ ad nos, tenet cõſequẽtia, qa elemẽta mouerentur indifferenter ad oẽm poſitionis differentiã ſurſum videlicet & deorſum, igitur oullus locus erit eis determioatus, & ſic nec ſurſum, nec deorſum naturalia.

Secundo principaliter ſequeretur ꝙ natura elemẽtorũ in motibꝰ eſſet vna, veluti eſt natura aĩalis, nã vt aĩal moueri põt ſm oẽm poſitionis differentiã, ſic quoq; elementa, & tunc in mundo ipſo nõ inuenirentur differẽtię põnis naturales, oiſi rõne habita ad nos, ceu io colũna, hæc Auerto.

Dubiũ.

Sed vltra hæc põt aliquis cauillare fingendo ignẽ muodi noſtri ferri ſolũ ad circunfereotiã alterius, et nõ peragrare per centrũ.

Solutio.

Dici põt ꝙ ſiue valeat ſylls **E** de igne, ſiue nõ, de ipſa terra eſt oĩno ĩpoſis. Præterea ignis ille ſaltẽ ad mediũ alterius accedet ſm quid, quia ſimul cum terra ſui mundi tranſibit circunferentiã, & veniet ad horizõtẽ illius, & ſic ſm quid ad mediũ accedere videtur. Hæc de ratione.

Inſuper ẽt aut ponẽdũ nõ eſt corpum ſimpliciũ in cœlis pluribus eandẽ naturã eẽ aut ſi eãdẽ eſſe aſſeramus, mediũ ipſum vnũ, atq; vltimũ vnũ facere neceſſe erit. Quo qdẽ abſurdo euenĩẽte, vno plures eſſe mundos impoſſibile eſt.

Expoſitio.

Videtur Ariſto. dictũ ſylls nunc hypothetice diuiſiue cõſicere, quod nos aĩaduertentes, textũ trãſtulimus copulatiue, vt vides. & põt ſylls bifariã intelligi, vno mõ ad verbũ, alio mõ ad ſenſum magis. Ad verbũ quidẽ ſic componitur, aut elementa pluriũ illorũ mũdorũ ſunt **F** eiuſdẽ ſpẽi, aut alterius ſpẽi. nõ alterius, tum quia eſt p̃ter illorũ opĩonẽ, tũ quia plures q̃ tres eſſent motus ſpẽs, vt dictum fuit. Si vero el'nta ſint eiuſdẽ ſpẽi, oportet dicere vnũ tm̃ eſſe mediũ, vnũ vltimũ, aĩr terra aſcẽderet, ignis quoq; deſcẽderet: q̃ qdẽ abſurdo cõceſſo, vno plures eſſe mũdos ĩpoſe eſt, hæc ad verbũ. Ad ſenſum vero ſylls erit. ſi plures ſunt mundi aut erũt eccẽtrici, & hoc ĩtẽdit ꝑ el'nta eſſe alterius naturæ, aut cõcẽtrici: oõ põt dici eos eſſe eccẽtricos, quia tunc terra aſcenderet, & ignis deſcẽdere vt lõga orõne fuit explicatũ. Si vero ſunt cõcẽtrici, erit vnũ oĩum eorũ mediũ, & voũ ſilr vltimũ: quo quidẽ illato, impoſe erit plures eſſe mundos: hæc ad ſenſum.

cõ. 80.

Auer. vero pñtẽ textũ ita intelligit, vt Ariſto. colligat ꝓmiſſas & concluſionẽ, ordinetq; has inſimul, vt cõſiderator recte iudicet circa eas, veluti iudex & ſenſus, quorũ nullus de abſentibꝰ iudicat. Quæ interꝓtatio, nõ cõuenit (vt mihi vr̃) verbis Ariſto. niſi fortaſſe ſuis translationibus de q̇bus oihil ad me.

Propõnes Ariſto.

Vlterius in fine cõmẽti colligit ꝓpoſitiooes, in quibus Ariſt. ſe firmauit, quarũ **G** prima eſt, ꝑtes mũdoꝝ oeceſſario ſunt eiuſdẽ ſpẽi. *Pria.* Secũda eſt, ꝙ horizõ ſiue vltimũ & mediũ partiũ q̃ ſunt eiuſdem naturæ eſt, vnũ nũro. *Scda* Tertia eſt, ꝙ cũ mediũ fuerit vnũ nũero, & vltimũ ſiue horizon vnꝰ nũero, mũdꝰ erit vnus nũro. *Tertia.* Ex his põt cõſici ſylls, ꝓmꝰ ꝑtiũ mũdorũ eiuſdẽ ſpẽi mediũ eſt vnũ numero, & vltimũ eſt voũ nũro ꝑ ſecũdã ꝓpõoem: ꝑtes mũdoꝝ ſunt eiuſdẽ ſpẽi, ꝑ ꝓmã ꝓpõnẽ: igr̃ ꝑtiũ oĩum mũdorũ eſt idẽ mediũ & vnũ horizõ. Secundus ſylls, qnorũcunq; vnũ eſt mediũ & vnum horizoo, vnus eſt mũdus, ꝑ concluſionẽ ꝓximi ſylli: oĩum muodorum & partium illorũ vnum eſt mediũ & vous horizõ ꝑ dictũ ſyllm: igitur omoes mũdi ſunt vous numero mũdus. Hæc Auer. & nõ ĩperite.

Quale ꝓpõ eſt, plures ſunt mundi.

Quibus ex dictis patet hanc propoſitionẽ, plures ſunt mundi eſſe falſam impoſſibilẽ, quia ex ipſa ſequuntur cõtradictoria, ſequitur enim prĩo plures ſunt mundi: igr̃ noo vous. & ſequitur, mundi ſunt plures, igitur vnus eſt mundus, vt his ſyllogiſmis nũc patet. Dixi falſam impoſſibilem, quia duplex eſt **H** falſum, aut falſum poſe, vt nauale bellum eſt, hoc enim de ineſſe falſum eſt, ſed de poſſibili põt eſſe, & ꝓpterea hoc poſito in eſſe non ſequitur impoſſibile Primo Priorum.

Aut falſum impoſſibile vt equũ volare, nam ex ipſo poſito ſequuntur contradictoria, & huius generis eſt propoſitio illa.

Enũtiare vero aliã ſimpliciũ eẽ naturã, ſi minus aut plus, ꝓprijs e locis ipa diſtẽt, alienũ eſt à rõne. Quid. n. refert dicere vt tãta lõgitudĩe, an tãta diſtẽt: Tãto. n. differrent rõne magis, quãto plus diſtant, formam vero eandẽ habent.

Textus præſens poteſt intelligi vno modo, ꝙ quidam dixiſſent hãc ooſtrã terrã, & terrã illã ſpecie diſtare atq; in natura differre, quoniam locorum iotercapedine diſtrunt, hi. n. ſunt qui differentiam terũ nanciſcũtur ex loco

rum

rum diſtãtijs, quod quidem mathematicorum fuit poſitio, qui aſſerunt Saturni ſtellã ſpecie differre à ſtella veneris, loci differentia atq; diſtãtia, vt etiam Auer. narrat in. 12. metaphyſicæ cõmẽ. 44. Obijcit aũt Ariſto. huic cauillo, & inquit. Quid. n. refert dicere vt tanta longitudine, an tanta diſtẽt: quaſi dicat, nihil quo ad rerũ eſſentias ac formas. Tanto. n. differrent rõne ſiue motuũ ſupputatione magis, quanto plus diſtat, illud enim mobile, quod ẽ longiori loco mouetur, velocius fertur, formam autem eandem habent, hæc eſt vna expoſitio.

Cõfutatio.

Hæc expoſitio nulla eſt, licet verbis multum conſonet. primo quia ex illa nihil fructus habemus plus ijs, quæ antea dicta ſunt. Secundo, quia iam cauillus hic confutatus eſt, ex eo quia tm̃ tres ſunt motus ſpecie. Tertio, quia ante Ariſtote. nullus hanc rationem attulit, quia omnes fatebantur mũdos ſimiles.

Alia expõ.

Melius dici poteſt q; cauillus ſit terrã hãc non ferri illud in medium, nec illam hoc in noſtrum, locorum nimia intercapedine, cui obijcit Ariſto. locorum intercapedinem non auferre motum, immo augere motũ, quia velocius fertur mobile diſtans, q̃ proximum, vt ſenſus docet. Qui cauillus fuit quartus vt textibus pximis enumerauimus. Inquit. Enuntiare vero aliã ſimpliciũ, ſup. illius mundi eſſe naturam, ita vt non moueant in medũ noſtrũ, ſi minus aut plus proprijs è locis ipſa diſtent, alienum eſt à ratiõe, eſt igitur ſenſus, quod diſſonum eſt rationi dicere ea corpora non habere naturam vt ferant modo quo noſtra feruntur ad medium noſtrum locorũ interuallo nimio. Et hoc probat. Quid. n. refert dicere vt tanta longitudine, an tanta diſtent. Tanto enim differt ratione magis, hoc eſt motuum velocitate & ſupputatione, quanto plus diſtant, formam vero eandem habent, & ſic reſponſio nulla fuit, & hæc expoſitio mihi placet, prima enim ſeipſa refellitur, nemo enim dubitat vnam glebam terræ poſitam in concauo noſtri mundi, & aliam in centro eiuſdem ſpecie non differre, & ſic eſt facilis cõfutationis, & non Ariſtotele digna.

Quæ Auer. cõ. 81.

Auerroes vero videtur quaſi aliter exponere. Ariſtoteles. n. contra antiquos intulit, ſi plures ſunt mundi tunc vnum ſimplex, vt terra, moueretur duobus motibus cõtrarijs, videlicet ſurſum & deorſum. eſt igitur cauillus apud Auerroem, primo negando conſequẽtiam, quia illa terra ſuum in medium tantum fertur, non autem in noſtrum, quia ſuo medio propior eſt, noſtro vero remotior. Secũdo, quia non eſt inconueniens vnam terram ſpecie, non numero moueri motibus contrarijs, ſi ſit compoſita, & non ſimplex, vt in propoſito. nam terra eſt compoſita ex natura terræ & appropinquatione ſuo medio, & ſic hæc & illa videntur quaſi compoſitione, & ſpecie differre, hi ſunt cauilli vt vult ipſe. Quibus Ariſtote. obijcit, quia motus non differunt ſpecie, niſi quia corpora differunt natura et ſpecie eſſentiali, quo modo nõ eſt in propoſito, nam illæ terræ differunt cõpoſitiõe accidentali, quia ſiue propinquitas, & remotio ſint reſolutiones, ſiue dimenſiones, ſemper ſunt accidentia, & ſic accidentali differentia differunt, veluti hæc & illa gleba. Hæc Auerro.

D

Dubĩ Auer Sol.

Quæ quantum verbis conueniant, tu dijudica. Sed dubitabis fortaſſe, vtrum propinquitas & remotio varient motuũ ſpeciem, cui Auerroes reſpondet, & inquit. Et debes ſcire q; appropinquatio & remotio nõ faciunt differentiam niſi in motibus rerum, quarum mouens eſt extrinſecum ſecundum appropinquationem & remotionem à mouente. In quibus verbis talem innuit diſtinctionem q; motus duobus modis fiunt, aut ad intrinſeco, aut ab extrinſeco. Mouet quidem terra ad medium à motore intrinſeco vtpote à forma. Ferrum vero à magnete attractione. Tunc in tali motu attractione propinquitas motoris & diſtantia variant motuum ſpeciem. Nam magnes propior ferro ſurſum collocatus, motum efficit ferri ſurſum, ſi ppior ſit ferro deorſum, efficit motum deorſum: modo hi motus differunt ſpecie, at in motu terræ tales motuum differentia eſſe non poteſt, vt perſpicuum eſt omnibus.

A

Ex his Auerro. infert contra antiquos & bene, q; elemẽta non mouentur ab extrinſeco, ſed ab intrinſeco, hoc ſyllogizat ſic, omnis motus ab extrinſeco variat ſpecie, appropinquatione, & diſtantia, à ſuo motore: ſed motus elementorum non variantur ſpecie, appropinquatione, & remotione: igitur non ſunt ab extrinſeco.

Quæ Auerr. cõtra anti.

Sed adhuc ambiges, quia terrã moueri à ſe, videtur per ſe notum, quia naturam eſſe principium motus & quietis eſt per ſe notum: igitur male probauit illã Ariſtoteles.

Replic.

Pro reſponſione debes ſcire, q; de motu terræ fuerunt variæ apud antiquos poſitiones, & pro modo duæ, vna dixit terram moueri attractione, quæ fit à maiori parte eius, quo modo mouetur gleba è cõcauo ad totam hanc noſtram molem. Alia dixit terram moueri à motu cœli, quia imaginantur terram fuiſſe ſimul cum cœlo factam, & ſic cum cœlo in orbem cæpit moueri, quia vero de natura motus orbicularis eſt pellere ad medium, hac ratione in medium terra pulſa fuit. Tunc ad dubitationem dici poteſt Ariſtotelem probaſſe terram moueri ab intrinſeco nõ quidem demonſtratione ſimpliciter, ſed ad antiquos, qui hoc per ſe notum non intelligebant.

Solo.

B

Tamen Auer. aliquantulum è textus limitibus euagans probat terram non moueri attractione quæ fit à tota terra. primo quia tunc gleba moueretur ad totam terram, vbicunque illa eſſet, quod eſt contra ſenſum. Secundo quia motus glebæ eſſet vti motus ferri ad magnetem, quod eſt impoſſibile, quia moueretur motibus cõtrarijs, quibus concludit terram nec moueri attractione facta à loco, nec attractione facta à tota terra. Itemq; nec expulſione facta à motu cœli, vel alterius. non quidem ab attractione, quia hoc eſt fere per ſe notum atq; primis principijs propinquũ. quod tunc patet, cũ cauſæ attractiõis patent. Secundo, quia Ariſto. vbiq; fugit res quibus exiſtimat elementa moueri attractione. Nõ expulſione vero, quia impoſſibile eſt inuenire corpus naturale, cuius motus nõ ſit naturalis ab intrinſeco, dicitur enim naturale à natura, & natura eſt principiũ motus. Secũdo, quia motus elementorum eſt per ſe, igitur nõ ab extrinſeco. Hæc Auerroes digrediẽdo.

Quod terra nõ moueat attractione.
Quod nec attractione.
nec expulſione.
Quod nõ attractione.
Quod nõ ex pulſione.


Sed circa literã emergit bona difficultas. nam totum Ariſto. impoſſibile eſt, q; datis pluribus mundis, tunc idem corpus ſpecie accederet ad proprium locum, & recederet, & ſic motibus contrarijs videtur moueri.

Dubĩ. Iſta.

C

Modo hoc videtur neceſſarium, nam quando ignis è medio noſtri mundi ad concauum A fertur, recedit ipſe A concauo B: nã recedendo ab ipſo C centro, recedit ab ipſo B concauo cœli, igitur accedit ad ſuum locum, & recedit ab illo, et ita videtur ipſe contrarijs motibus ferri.

Solo.



Dici poteſt q; Ariſt. habet pro impoſſi vt idẽ corpus numero naturaliter accedat ad ſuũ totalẽ locũ, & recedat ab eodẽ totali loco, at q; accedat & recedat ſecundum diuerſas loci partes, non eſt impoſſibile Ariſtotelis. Hæc de ratione Ariſto.

At vero aliquẽ eẽ ipſorum motũ neceſſe eſt, perſpicuum. n. eſt ipſa moueri. Sed vtrũ ne oĩa etiã cõtraria vi moueri dicemus? An qđ oĩno moueri aptũ nõ eſt, id vi moueri ĩpoſſibile eſt.

Prima ſuppoſitio fuit, q; omnia corpora mouentur & quieſcunt: & quæ mouentur vi & naturaliter mouẽtur, & quæ etiam quieſcunt vi & naturaliter quieſcunt. Mouet itaq; nunc dubitationem contra hanc ſuppoſitionem, & ait ea vniuerſaliter moueri nemo dubitat, quia perſpi

cuum eſt per ſe, ſed hęc eſt dubitatio vtrum omnia illis ēe ſi ſint inter ſe contraria, dicātur vi moueri, & hoc inquit. At vero aliquem eſſe ipſorum motum naturalē neceſſe eſt, perſpicuum enim eſt ipſa moueri per ſe, & ita ſuppoſitio quo ad primā partē eſt perſpicua, quo vero ad ſecundam inquit, omnia ne igitur etiam cōtraria vi moueri dicemus. Hæc eſt dubitatio, nemo enim ambigit ea naturali moueri motu, ſed dubitatio eſt, vtrum moueri poſſint omnia vi, ſumpſit enim omnia moueri & vi & naturaliter.

Solutio. Soluit & inquit, an quod omnino moueri aptum nō eſt, id vi moueri impoſſibile eſt, & per hoc vult habere cōtra, ꝙ omne id quod eſt aptū moueri, hoc eſt quod eſt naturaliter mobile, eſt vi mobile, & ſic ſi non eſt naturaliter mobile, nō eſt vi mobile, & ſi eſt naturaliter mobile, eſt vi mobile, & tu intellige in his īferioribus, q̄ proprie naturaliter ſunt apta moueri, nam cœlum naturalitate æquiuoca dicitur naturaliter mobile vt dictum eſt.

Nunquid igitur ſi eſt aliquis motus ſecundū naturam eorum quę eiuſdem ſunt ſpēi, neceſſe etiam ſit vt vnumquodque eorū ad vnū numero locū moueatur, veluti ad hoc medium, atq; ad hoc vltimum? An ſi ad eadem ſpecie, plura autem numero (propterea ꝙ & ſingula plura quidem ſunt, ſpecie vero non differunt) nō huic quidem partium tale, huic autem non tale, ſed ſimiliter omnibus idem accommodabitur, eaſdem enim ſpecie omnes eſſe conſtat, numero autem quamuis e quauis differre.

Expō. Dubō. Conſequenter mouet aliam dubitationem, vt alium contra rationem dictam refellat cauillum, & eſt, vtrum partes ſiue copora eiſdem ſpeciei, ſi mouentur, debeant moueri ad eundem locū numero, vt omnes terræ ad idē numero medium, omnes ignes ad idem numero concauum, eſt autem hæc dubitatio rationalis, quia dici poteſt ad rationem, illam terram numero ſuum in locum numero ferri, hanc in ſuum, quia differentia naturalis locorum atq; numeralis ſufficit, vt quælibet ad ſuum feratur.

Rñſio Auer. Reſpondet per ſyllogiſmum hypotheticum ſic, ſi omnia mouentur ad eadē ſpecie loca, plura tamen numero, oīa mouentur ad eadem numero, vt omnes terrę ad idem numero medium, omnes ignes ad idem numero concauū. conſequentia probatur, quia ſingulæ terræ numero differunt, & non ſpecie, propterea omnes idem numero intendunt. Inquit, an ſi ad eadem ſpecie loca, plura autem numero ſupple ferantur (propterea ꝙ & ſingula vt ſingulæ terræ plura quidem ſunt numero, ſpecie vero nō differūt) non huic quidem partium tale medium, huic autem nō tale, ſed ſimiliter omnibus idem numero medium accommodabit̄. Addit ne quis dicat illa ſpecie et numero differre, eadē enim ſpecie omnes illas partes eſſe cōſtat apud omnes illos, numero vero quāuis é quauis differre. Quarum omnium eſt idem numero locus.

Auerroes quo ad hoc ꝙ Ariſtoteles duas moueat quæſtiones, ſapide ſentit. Sed peccat primo, quia vult Ari- (Qōe Auer. cō, 82 & 83) ſtotelem quęrere primo vtrum omne corpus naturale habeat motum naturalem, vel violentum, hoc enim verbis græcis nullatenus conuenit, vt omnibus patet. Secundo peccat, quia vult Ariſtotelem mouere ſecundam quæſtionem ibi, ſi autem aliquid, & vt ſoluatur textu illo dico autem hoc, iam patuit in noſtris translationibus non eſſe vt inquit, propterea in expoſitionibus huius viri non multum conſiderem. Nec dicerem nunc Auerroem habuiſſe animā tum Ariſtotelis, ſi daretur ingreſſus, & regreſſus animarum, vt in molliori ætate prædicere ſolebam, haurio enim nunc aquam ex proprio fonte, & non ſuppetias peto alienas. Tu vero intende noſtras expoſitiones magis quām illas Auerrois, ſunt enim aut magni Simplicij, aut diui Alexandri plerunq;, aut ex

E aliꝭs græcis peritioribus. nec confidas traslationibus veteribus, ſunt enim adeo verbum obſeruantes, vt nullibi fere ſenſum ſeruent, plerunq; enim qui verbis partiliter addicuntur, à ſenſu milies ſecedunt.

Hoc autem ideo dico, quia, ſi partes, quæ hic ſunt, & partes quæ ſunt in altero mūdo inter ſe ſimiliter ſe habent, etiam ea quæ hinc eſt ſumpta, nullam differentiam ad earum partium vllam habet, quæ in alio eſt quopiam mundo magis quam ad earum aliquam quæ in hoc eſt. immo eodem ſunt modo, quippe cum inter ſe ſpecie non differant.

Solutionem datam nunc exponit, & ſyllogizat illam ſic, vt pars terræ ad partē terræ eiuſdem mundi, ita tota terra vnius ad totam terram alterius. Sed vna pars mouetur ad eundem locum numero cum quælibet parte, igitur tota ad eūdem numero mouebitur cum tota. Inquit, (Expō.) F hoc autem ideo dico, quia ſi partes quæ hic ſunt & partes quæ ſunt in altero mundo inter ſe ſimiliter ſe habent, vt ſupple omnes in vnum numero locum ferantur, vt omnes huius ad vnum numero locum huius, omnes illius ad vnum numero locum illius, etiam ea pars quę hinc eſt ſumpta nullam differentiam ad earum partium vllam habet, quæ in alio eſt quopiam mundo magis quàm ad earū aliquam, quæ in hoc eſt, immo eodem ſunt modo, quippe cum inter ſe ſpecie non differant, & ſic recte dictum eſt omnes terras vnum numero locum intendere, atque ad vnum tantum proficiſci.

Auerroes autem credit Ariſtotelem præſenti in textu ſoluiſſe ſecundam quæſtionem, quod non credo, nam (Quę Auer. cō. 74.) Ariſtoteles verbum illud græce λέγω δὲ quod latine ſonat dico autem, ſemper addit, cum aliquid obſcurū vult exponere. Sed quicquid velit ipſe, ratio quam Auerroes ex ſuis translationibus nāciſcitur, videtur efficaciſſima & ſic cōpono, ſi plora ſunt loca, quia plura ſunt vel poſſunt eſſe corpora locata. G Tunc in hoc noſtro mundo plura erunt media numero, plura quoq; cōcaua atq; vltima. tenet conſequentia, quia hic ſunt plures glebæ terræ, quę ſunt plura corpora locabilia, plures etiam ignis partes etiam quæ ſunt plura corpora locabilia, quæ inter ſe non differūt plus quám tota hæc terra á tota illa. Sed deſtruo conſequens ſic, ſed non ſunt plura media, nec plura concaua, igitur oppoſitum antecedentis non ſi plura ſunt locata numero, plura loca erunt numero. Hæc ex commēto, & ſatis pulchre colligi pñt.

Dubō. Sed hic eſt dubitatio, qā nō videt̄ ſimile de terris huius noſtri mūdi, & de vniuerſa terra hic, & vniuerſa ibi. Nā oēs terræ huius ſunt vnū cōtinuū, ideo ſunt in eodē loco, at hæc & illæ ſunt diſcōtinuæ, ꝓpꝛea loca ſunt diuerſa.

Solutio. Dici pōt Auer. accepiſſe partes terræ hui⁹ diſcōtinuas, vt ſunt videlicet glebæ diuerſæ, quarum vna ponat̄ ī cœli ortu, alia ī cœli culmine, alia ī cœli occaſu, alia ī cœli imo, ſic. n. illæ in mūdi cardinib⁹ collocatæ oēs mouent̄ ad vnū nūro locū, & ſic tō ſtat.

H Quare aut has ſuppoſitiones amouere, aut medium vnum, & vltimum vnum eſſe neceſſe eſt. Quod ſi ſit, his eiſdem ſignis, eiſdem ve neceſſitatibus & vnum dumtaxat cœlum eſſe, & non plures neceſſe eſt:

Expō. His cauillis cōſutatis, ſolutiſq; tot dubōnibus, nūc quaſi epilogando dictā rationem recapitulat hac ſyllogiſmi forma. Quare aut has ſuppoſitiones quas fecimus neceſſe ē eſt mouere, aut neceſſe eſt medium omniū mundorū eſſe vnum numero, & vltimū etiā vnum numero: ſed, cū ſuppōnes illæ nō ſint amouendæ: erit igit̄ oīum mundorū vnū numero medium, atq; vnū nūro vltimum, & ſic erūt oēs orbes cōcētrici, & ꝓ cōſeqns vn⁹ nūero orbis ſiue mūd⁹, & hoc inqt, qđ ſi ſit, ſuple vnū nūro mediū atq; vnum numero vltimum, his eiſdem ſignis, eiſdem ve neceſſitatibus,

ceſſitatibus,& vnum dumtaxat cœlum ſiue mundum, et nõ plures eſſe neceſſe eſt. Hæc eſt concluſio. Quo vero ad verba græca attinet verbum illud amouere græce eſt κινεῖν quod latine ſonat mouere, tñ ſenſus eſt vt diximus.

Que Auer. cõmẽ.48. Dubiũ. Rñſio.

Sed dubitat Auerroes, qa hic ſylls Ariſtotelis eſt probabilis.ſ.verificare rem, cũ nõ inueniatur ei cõtradicẽs, igitur non conuenit demonſtratiuis doctrinis. Rñdet Ariſtotelem hoc feciſſe iuxta ſuam conſuetudinem, qui ſemper inducit ſermones probabiles poſt demonſtratiuos, quia Ariſtoteles vtitur illis duobus modis aliquando ad excitandum, vt cum arguit pro vtraq; parte, & ſic ordinat illos ante demonſtratiuos. Aliquando ad confirmandum, ad oſtendendumq; ea quæ dixit eſſe conuenientia etiã rebus dialeticis, & ſic vtitur illis in fine poſt demonſtratiuos. Veluti feciſſe videtur hic. Hæc ex cõ.

Cõfutatio. poſitionis.

Sed hæc non ſunt ad propoſitum, Auerroes.n.credit talem rõnem eſſe probabilem, & eſſe aliã rõnẽ à dicta, et errat, nã hæc ratio eſt illa & ex illis ſignis illiſq; neceſſitatibus vt inquit Ariſtoteles. Quare hæc ratio eſt oĩno demonſtratiua vt prima, cum nullo modo à prima differat.

B

Eſſe autẽ aliquid quo, ferri terra eſt apta, atq; ignis, perſpicuũ etiã eſt ex alijs. omnino enim id quod mouetur ex quodã mutatur in quoddã, atq; hæc videlicet ex quo, & ĩ qđ ſpecie differũt,

Expõ.

Animaduerſiõe dignum dictã rõnẽ ſuppoſuiſſe vnũquodq; corporũ ſimpliciũ, ppriũ habere locũ, in quẽ vt in finem fertur. & tunc qđ dixit, videtur abſurdum, videlicetq; terra illa moueret ad mediũ noſtrũ. Sed democritus cuius poſitio eſt, plures eſſe mundos, ait oĩa caſu euenire, propterea illa terra mouetur in illud mediũ, hæc in noſtrum, non propter finem, ſed temere & caſu, ideirco Ariſtote. ratio nulla eſt. Huic igitur obijcit Ariſt. & probat vnumquodq; corporum ſimplicium ſuapte natura moueri ad aliquem locum per ſe intentũ atq; finitũ, & hoc proponit dicens, eſſe autem aliquid quo ferri terre eſt apta, atq; ignis perſpicuum eſt non modo ex hĳs, ſed etiam ex alĳs dictis ĩ alĳs locis naturalis philoſophię, & ſyllogiſmus componit ſic; oẽ quod mouetur de quodam in quoddam, quatenus illa differunt ſpecie, moueſ ad locũ determinatũ nõ caſu, ſed propter finẽ. omne qđ mouetur, mouetur de quodam in quoddã, quatenus illã differunt ſpecie, igitur omne quod mouetur fertur ad aliquem locum proprium vt in proprium finem. De ratione tangit maiorem, & reſiduum perſpicuum eſt.

C

Præterea, mutatio omnis eſt finita, vt id qđ cõualeſcit ex morbo proficiſcitur in ſanitatẽ, & id quod increſcit, ex paruo in magnũ aſſurgit, id quod fertur etiam, ex quodam in quoddam procedit, fit namq; hoc ex loco ad locum.

Expõ.

Videtur mihi ꝙ Ariſtote. hic probet idem ſecunda ratione, propterea verbum illud δὲ confirmatiue latinũ feci, & tunc ratio eſt, oĩs mutatio finita eſt: quod fertur mutatur: igitur latio eſt finita, hoc eſt de loco determinato in in locum determinatum, ponit maiorem & inqt. Præterea mutatio omnis eſt finita, hæc eſt maior, hãc inductione pbat, & inquit. Vt id qđ cõualeſcit, ex morbo pficiſcitur in ſanitatẽ, & id quod increſcit, ex paruo aſſurgit ad magnũ, et ſimiliter in cæteris. Tunc adde minorẽ, ſed quod fertur mutaſ, dat cõcluſionẽ. igiť id qđ ferť etiã ex quodã in quoddam procedit, dico ex quodã in quoddam, quatenus fit hoc ex loco ad locum, & hoc modo videtur ſecunda ratio, & ſatis textui conuenit.

D

Oportet rurſus etiã ipſa ex quo & ad quod aptum eſt ferri ſpẽ differre, nam neq; quod ſanatur quouis pergit, neq; quod mouetur quo vult mouetur, igitur & ignis & terra non ad infinitũ feruntur, ſed ad oppoſita, qualia quippe ſunt ſurſum & deorſum quæ loco opponuntur, vt ſint ipſa lationis fines.

A

Expõ.

Poteſt hic conſtitui tertia ratio, propterea confirmatiue verbum illud γὰρ tranſtuli, & tunc componitur ſic, omne quod fertur inter terminos ſpecie differentes ferť ignis & terra feruntur: igť inter terminos differẽtes ſpecie ferũtur, inquit. Rurſus etiam ipſa ex quo & ad quod aptum eſt ferri, ſpecie differunt. probat inductione. nam neq; quod ſanatur quouis pergit, ſed de contrario in cõtrarium, neque quod mouetur quo vult mouetur, ſed de contrario in contrarium, adde minorem, ſed ignis & terra feruntur. Tunc dat concluſionẽ & inquit, Igitur ignis & terra non ad infinitum feruntur, ſed ad oppoſita, idẽ enim eſt ferri ad oppoſita, & ferri non ad infinitum. explicat autem quæ ſunt illa oppoſita inter quæ ignis & terra ferũtur, & inqt, qualia quippe ſunt ſurſum & deorſum q̃ loco opponunť, vt ſint ipſa lationis fines, & ſic cõfutatꝰ ẽ Democriti cauillus hĳs tribꝰ rõnibꝰ, at ſi videbiť tibi textũ alter intelligendũ eſſe, iudicium tuum non recuſabo.

B

Que Auer. cõmẽ.86.

Auerro. autem ex toto textu vnum facit ſyllogiſmũ ſic, ignis & terra & alia ſimplicia ſunt tranſmutablia. omne tranſmutabile tranſmutatur de contrario in contrarium. Igitur ignis & terra tranſmutantur de contrario in contrarium. Vltra, omne tranſmutabile de contrario in contrarium eſt finitæ tranſmutationis: ignis & terra tranſmutantur de contrario in cõtrarium. igitur ignis & terra ſunt finitæ tranſmutationis. Quæcunq; ſunt finitæ tranſmutationis habẽt loca naturalia ad quæ tranſmutantur ſm naturam: ignis & terra ſunt finitæ tranſmutationis: igitur habent loca naturalia ad quæ tranſmutanť ſm naturam. & tunc ſequitur ſyllogiſmus dictus, vt oẽs partes vniuſcuiuſq; corporis eorum moueãur ad eandẽ partem. Hæc Auerro. & ſapide, Verum, ſi in textu vnus erit tñ ſyllogiſmus à primo ad vltimum, vt Auer. vult, multa erunt ſuperflua, vt patet, & propter hoc ne nos faceremus aliquid ſuperflui in illo, fecimus tres ſyllogiſmos vertentes nonnullas græcas particulas ad inconſuetum modum traducendi.

C

Et, cum motus qui in orbẽ fit, oppoſita quodam mõ habeat: ea quæ diametrãtur. Toti vero nihil cõtrariũ ſit: fit ẽt ex his, vt motio quodam mõ inter oppoſita atq; finita vertaſ, quare finẽ eſſe aliquẽ neceſſe eſt, & nõ in infinitũ pcedere.

Expõ. Obiectio.

Obĳciet aliquis ſyllõ nunc dicto, quia eius minor erat oĩs motus eſt de contrario in cõtrarium, ferendo inſtantiam de motu cœli, hic enĩ motus eſt, & non de contrario in cõtrariũ, imo eſt infinitus & imenſus nullũ finẽ attingens. Rñdet Ariſt. ꝙ hic cœli motus põt cõſiderari ſm partes, & ſm totum, hoc eſt p vna reuolutione, & p congregato ex oĩbus reuolutionibus. Siquidem cõſideratur ſm partes, atq; pro vna reuolutiõe, ſic vertitur inter contraria maxime ſm illas partes quæ diametrantur, videlicet ortũ & occaſum, culmẽ, & imũ, hæ.n. ptes diametræ ſunt, ac oppoſitæ quatenus ſunt fines lineæ rectæ, & ſic motus cœleſtis vertitur inter cõtrarios terminos. At ſi motus cõſideraſ ſm totũ, cũ in orbe nullus ſit finis, nullũ quoq; pncipiũ, niſi iſtitutiõe, vt dicit Ptolemeꝰ ĩ pmo libro apoteleſmatũ, rõnabiliter vt ſic nihil eſt cõtrariũ, et vt ſic caret fine, & eſt æternus & imẽſus. Hæc Ariſtote.

Rñſio.

D

Que Auer. cõm.86.

Auer. vero ĩ cõmẽ. tria videť dicere ad ppoſitũ pmo ait ꝙ ſi cõſidereſ motus cœli ſm ptes, ſic vna cœli ps põt dici moueri motu cõtrario alteri, aut ſtella p illas põt dici moueri motibꝰ cõtrarĳs, ceu ſtella q̃ eſt in ortu aſcẽdere dicit, quæ aũt in occaſu deſcẽdere, & quæ in culmine culminare, quæue in imo, per imum ferri, at ſi cœli motus conſideretur vt eſt vna perfecta reuolutio & completa, ſic nec per ſe nec per accidens habet contrarium quia ab eodem incipit & in idem deſinit. Secundo debes ſcire, quòd hæc reſponſio (vt innuit Auerro.) eſt ad Mathe

maticorum mentem, ipſi enim in cœlo puncta quatuor diametra atq; oppoſita conſtituunt, in quibus ſtellæ collocatæ & diametræ, & contrarijs motibus ferri appellantur ab ipſis: ſunt autem iſtæ partes ortus, occaſus, culmē, imum. Qua ratione fit, vt ſtellæ in his locis inuentæ aut in genituræ themate aut cuiuſuis rei contrarijs motibus moueri dicantur, & opponi inter ſe, contrarijs quidem, quia quæ in ortu collocatur dicitur aſcendere, quæ in occaſu vero deſcendere, opponi autem, quia ſeſe per diametrum aſpiciunt, & ſic in ratione habita ad partes cœli poteſt concedi motui cœli eſſe aliquid contrarium. Tertio debes ſcire quod hæc cōtrarietas partium cæli eſt per accidens, quia non quatenus ſunt partes ſemicirculi ſed qua ſunt vltima diametri, eſt enim (vt dicitur in Metaphyſicæ Decimo) contrarietas ſecundum lineam rectā, & non circularem, & ſic ſoluitur obiectio, & phyſici & matematici concordantur. Hæc ex cōmēto accepimus.

Stella aſcendēs & deſcē dēs, quæ ſtellę oppoſita quæ.

Quod autem nihil in infinitum proficiſcatur, ea reprehenditur coniectura, quod & terra & ignis quo propiora ſuis ſunt locis, terra quidē medio, ignis vero ſurſum loco, eo velocius feruntur. Quod ſi infinitus eſſet locus, infinita nimirum eſſet etiam velocitas, & ſi velocitas infinita eſſet, & grauitas, & leuitas infinita eſſet. Nam vt id quod altero velocius deſcendit, grauitate illud excellit, ſic quoq; ſi iſinita eēt huius auctio & velocitatis nimirū auctio iſinita eſſet.

Quod corpus ſimplex ad vltimum tandem perueniat locum. Quod etiam ſit vniuerſaliter in omni motu, vt cœleſti, hactenus. Nunc vero non contentus ratione, idem perſuadet coniectura. Nam videmus terram & ignem quo propiora ſuis ſunt locis, terra quidem medio, ignis vero ſurſum loco, eo velocius feruntur. Hæc coniectura docet ſimplicia non proficiſci in infinitum. Quo vero ad verba attinet coniectura eſt græce τεκμήριον, quod etiam eſt latine cum ſignum, tum coniectura. auget etiam coniecturam hanc, quia ſi infinitus eſſet locus, quē aut ignis aut terra eſſet peragraturus, infinita nimirum eſſet velocitas, & ſi velocitas infinita eſſet, & grauitas, & leuitas infinita eſſet, & econtra ſupple tu, ſi grauitas eſſet infinita, etiam velocitas talis eſſet, cuius cauſam extra neceſſitatem coniecturæ aſſerit, dicens, nam vt id quod altero velocius deſcēdit, grauitate illud excellit, ſic quoque ecōtra ſi infinita eſſet huius grauitatis auctio, & velocitatis nimirum auctio infinita eſſet. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire quòd fortaſſe in græcis codicibus eſt error, & vbi dicitur τοῦ βάρους debet legi τάχους & tunc litera eſſet hæc, nam vt id quod altero velocius deſcendit, grauitate illo eſſet velocius, ſic quoque ſi infinita eſſet huius auctio, & grauitatis nimirum auctio infinita eſſet. Aut fortaſſe nullum verbum mutando, litera ſic eſt, nam vt id quod inferius velocius altero deſcendit, grauitate eſt velox, ſic quoque ſi infinita eſſet grauitatis auctio, & velocitatis nimirum auctio infinita eſſet, & ſic habes coniecturam quòd nihil ad infinitum proficiſcatur ex eo, quia quanto res eſt propior ſuo loco velocius fertur, & habes coniecturæ confirmationem, quia ſi locus diſtaret in infinitum, grauitas vel leuitas atque velocitas ſimili ratione accreſceret in infinitum. Qua ratione euenit vt nihil ad infinitum proficiſcatur.

Quæ Auer. cō. 88.

Auerroes vero textum exponit vt nos fecimus. vult enim quòd Ariſtote. hac coniectura probet nihil moueri ad infinitum, quia quanto eſt propius loco ſuo, tanto velocius fertur: igitur, ſi infinitum diſtaret, in infinitū velociter ferretur, & ſi in infinitum velociter ferretur, eſſet infinitum graue vel leue, hoc tanquam impoſſibile relinquis. Iſtę conſequentiæ omnes patent per regulam topicam. nam, ſi cum aliquanta propinquitate ſtat aliqua velocitas, cum dupla propinquitate ſtabit dupla velocitas, igitur cum infinita propinquitate ſtabit infinita velocitas: ſimili ratione deduci poteſt de grauitate. nam ſi cum aliquanta velocitate ſtat aliquanta grauitas, cum infinita ſtabit infinita, & econtra deduci poteſt.

Dubi.

Sed dubitabis, quoniam vt dicitur .6. phyſicorum, ſpatiū infinitum non poteſt pertranſiri niſi tempore infinito. igitur mobile ſemper diſtabit æqualiter à loco, quoniā mobile per infinitum diſtans ab aliquo loco, quantumcunque in infinitum appropinquabit, ſemper reſtat adhuc infinitum per definitionem infiniti, igitur nunc in infinitum velocitabitur. Debes ſcire quòd ex falſo impoſſibili ſequuntur duo contradictoria, alterum per ſe, alterum quaſi per accidens. Modo hæc propoſitio motus rectus naturalis fit in ſpatio infinito, eſt falſa impoſſibilis, ideo ſequitur ꝑ ſe, ꝙ nūq̄ cōplebit̃, ꝑ accñs vero ꝙ cōplebit̃. q̄a oīs motus rect⁹ eſt finitus, ab formā igr̃ dico, aliud eſſe conceſſum vt ſequens, aliud abſolute. abſolute quidem motum rectum factum in ſpatio infinito eſſe terminatum eſt negandum, vt vero ſequens eſt concedēdum, & ſic patet ſolutio.

Solutio.

Digreſſio Auerro.

Digreditur tamen Auerro. mouens queſtionem, nam Ariſtote. fecit vnam ſuppoſitionem ꝙ videlicet motus naturalis quanto loco eſt propior, tanto velocior, & ex hac videtur inferre grauitatē eſſe infinitam. Dubitat nunc Auerro. quòd illa ſuppoſitio non eſt neceſſaria ad concludendum grauitatem eē infinitam, ſequitur enim grauitatem eſſe infinitam ſolo conceſſo ꝙ aucta velocitate augetur grauitas, igitur illa ſuppoſitio non prodeſt ad ſyllogiſmum. Ariſt. enim probat graue non moueri in infinitum, quia tūc grauitas creſceret in infinitum: modo hæc conſequentia poteſt deduci ſine illa ſuppoſitione, ſolo videlicet illo ꝙ aucta velocitate, augetur grauitas.

Dubi.

Solu.

Reſpondet ꝙ tam cum illa q̄ ſine illa ſequitur ratio Ariſtote. ſed cum illa deductio eſt clarior, valet enim velocitas creſcit in infinitum, igitur grauitas, tamen non ſcitur velocitatem creſcere in infinitum, niſi ſumatur leue aut graue quāto loco vicinius eſt, tanto velocius mouetur, igitur ad illationem nihil prodeſt, ſed bene ad probationem minoris, quæ eſt poſitio antecedentis, videlicet ꝙ velocitas ſit infinita. & ꝙ illa conſequentia valeat ſine illa ſuppoſitione patet, quia effectus creſcit ad crementum potentiæ, ideo ſi velocitas erit infinita, potētia motiua vt grauitas & leuitas erit infinita. Hæc Auer. Ex his patet proceſſum ab iſinitate velocitatis ad iſinitatē virtutis eſſe quia, ab effectu ad cām, econtra vero eſſe ꝓꝑ quid, à cauſa ad effectum. Secundo ſequitur ꝙ ſylls literæ apud Auerr. eſt hypotericus ſic, ſi graue aut leue moueretur in infinitū, graue & leue efficerentur infinita: cōſequens eſt impoſſibile: igitur & añcedēs. conſequentia deducitur, quia ſi mouerentur in infinitum, velocitas creſceret in infinitū, & ſi hæc creſceret in iſinitū, grauitas etiā, & ſic rō patet. Hæc ex cōmē.

At vero neque ab alio, neque vi (vt aſſerunt quidam) extruſum, ſurſum alterum eorum fertur, alterum deorſum. Tardius nanque maior ignis ſurſum, & maior terra deorſum moueretur. At huius contrarium nunc cernimus, ignis enim maior, & terra etiam maior velocius ſemper proprium locum petit. Neque etiam prope finem velocius pergerent, ſi vi extruſione que mouerentur, omnia enim quæ ſic mouētur, cum longius ab eo quod vim attulit, diſtauerint, tardius profecto feruntur, atque vnde vi pulſa ſunt illuc non vi feruntur. Quo fit vt ijs conſideratis fides ſumi poſſit de his quæ diximus ſatis abunde.

Expoſitio.

Demum & peremptorie remouet vltimum cauillum circa rationem. Vbi debes ſcire, quòd de motu elementorum fuerunt duæ poſitiones, vna voluit quòd elemen

ta ipſa ferantur ab impetu quodam ſibi tributo à generante, imaginantur enim quòd geoeraotes tribuaut elementis impetum ſiue virtutem talem, vt aliud ad noſtrum dirigatur medium, aliud ad illud, & ſic ſoluitur ratio Ariſtotelis per hanc poſitionem.

Alij dixerunt omnia elementa habere vnum motum ſpecie, fieri tamen motus diuerſi extruſione vt in hominum cætu fit, vbi oēs eundem locum petunt, verum hō polētior debiliorem extrudit, vnde ille cogitur moueri ad alium locum, ſic dixerunt in elementis, omnia videlicet moueri ad vnum locum, ſunt enim diuerſi extruſiōe imbecillioris, vt ignis aerem extruſit, aer aquam, hæc demum terram, tñ oīa vnum appetunt motum, & ſic non ſequitur terram vnius moueri ad medium alterius, cum non ſuapte natura moueatur, ſed extruſiooe. Huic cauillo obijcit Ariſto. & primo refellit primam, & inquit. At vero neq; ab alio, vtpote ab agente vini & īpetū īprimēte, & hoc cōtra primā, neq; vi (vt aſſerūt qdā) extruſum, ſurſum alterū eorū fertur, alterū deorſum, quo ad ſecūdā pōoē, refellit primam, et ſyllogiſmus eſt, ſi elemēta mouereotur ab impreſſiooe agentis maior ignis & terra maior tardius peterent loca propria, hoc conſequens eſt falſum, igitur & antecedens, inquit. Tardius oanque maior ignis ſurſum, & maior terra deorſum mouerētur, at ounc contrarium cernimus, igois enim maior & terra etiam maior velocius ſemper proprium locū petit. Hæc cootra primam. Deinde arguit cōtra ſecundam & ſyllogiſmus eſt, quæcunq; extruſione mouentur prope fioē tardius feruntur, & vnde cæperunt moueri appetunt redire, ſed elementa prope finē non tardius mouētur, neq; appetunt redire vnde moueri cæperiot, igitur non mouentur extruſione. Inquit. Neq; etiam prope finem velocius pergerent, ſi vi extruſioneq; mouerentur: deducit & addit maiorem.d. omnia enim quæ ſic ferūtur, cum lōgius ab eo, quod vim attulit, diſtauerit, tardius profecto feruntur, atq; vnde vi pulſa ſunt, illuc non vi, ſed proprio impetu feruntur, & appetunt redire, vt terra quia pellitur à centro vi, ideo redire appetit ad centrum, deinde adde minorem, & habes ſyllogiſmum, demum epilogat primam rationem, & ſermo perſpicuus. Hæc Ariſtoteles.

Auerro. vero velle videtur Ariſto. in hoc textu eam poſitiooem confutaſſe, quæ ait, terram moueri vi à motu cœli, & vult Ariſto. hanc poſitionem confutaſſe duabus rationibus, prima eſt hypothetica à deſtructiooe conſequentis ſic, ſi elementa mouerentur violeoter, terra maior tardius moueretur in fine, & terra maior velocius. *Quę Auer. conſi.69.* Hæc patet per deſcriptiooem motus violenti: at contrarium videmus, igitur antecedens eſt impoſſibile. Sed aliquis huic ſyllogiſmo obijciet, quia fieri poteſt vt maius graue æquæ velociter moueretur vt minus graue, quando ab inæqualibus virtutibus mouerentur, ita vt maius à minori, & minus à maiori, moueretur. *Replic.* Cuius reſponſionem Auerro. innuit hæc eſſe intelligenda quando ambo mouētur ab vna eademq; virtute, quod aduerſarij concedunt, quia poount omoia elementa ab vno moueri cōſtringente oumero, nam licet alterum conſtringat alterū, omnia tandem ab vno motu cœli extruduntur, & ſic ratio nulla. *Rñſio.* Secundo idem probat, & componit ſyllogiſmum, at impoſſibile ſic, quęcunque vi mouētur, quāto propius ſuo ſunt principio taoto velociora ſunt, quanto fini vicinius, tanto tardius: ſed elementa per eos vi feruntur, igitur prope principium velocius, prope vero finem tardius mouebuntur. concluſio impoſſibilis eſt, & noo pro maiori, quia per ſe nota eſt, igitur pro minori. Hæc in prima figura, oſtenſiue vero in ſecunda ſic, quecunque vi feruotur in principio velocius, in fine tardius feruntur: elementa oō in priocipio velocius & in fine tardius feruntur: igitur non vi mouentur. Addit tamen q; Ariſtote. ponit huoc in forma hypothetica, cuius illatio ſiue continuatio per ſe nota eſt, et poteſt declarari per ſyllogiſmum in prima figura illa maior, videlicet q; violen-

E ter mota prope finem tardius, prope principium celerius feruntur, ab Auer. probatur, & inquit. Et ipſe dedit cauſam propter quam motus violentus quāto magis appropinquauerit ſuo fini, tanto tardius mouetur, quæ cauſa eſt remotio ab agente extrinſeco. omne enim agens fortius agit in partem propinquam quàm in remotam, vt ſenſu patet. Hæc ex commento.

Græci expoſitores quærunt cauſam cur id quod naturaliter fertur, prope locum velocius fertur, de qua quæſtione, licet in ſecūdo huius diſputabimus, tamen vt Grę corum morem imitemur, aliqua attingamus. *Quæſtio. Cur naturaliter motū prope locū velocius fert.* Hyppar chus metapontinus aſtrooomus, qui ſuas cooſiderationes de ſtellis & mundo perfecit apud Rhodum, cauſam huius aſſignauit ex parte mouentis per violētiam, ex eo quia quo magis elongatur motus, eo minus de virtute remanet mouentis, qua ratione tardior fit prope finem, velocior prope principium, in fiue autem remittitur intantum vt finaliter graue ipſum ſurſum nō amplius fertur,

F ſed incipit moueri deorſum ob remiſſionem eius quod remanſit de virtute mouentis violenti, quæ quanto magis ac magis remittitur, tanto magis ac magis contrarius motus intendit. Hęc Hypparchus. Hunc Liparius expoſitor Ariſtote. etiā ſecutus eſt, hoc in loco. Obijcit autem huic Alexao. & bene, quia hæc ratio eſt particularis ſolum in his quæ naturaliter mouentur poſt motum violentum, ooo autem habet locom in his quæ naturaliter mouentur, cum generentur extra ſua loca propria, vt ſi lapis eſſet geoitus in media aeris regione. Iamblicus & alij platonici (vt.8. vidimus phyſicorum) aſſignāt cauſam ex quaotitate medij, per quod fit motus, vtpote aeris, qui minus reſiſtit, quanto plus proceditur in motu naturali, quia minor eſt, & ideo minus poteſt impedire motum naturalem. *Pō Iābli.* Haoc etiam cauſam viſus eſt Ariſto. aſſignare io libro ꝓblematū, licet illi libro nō multū credendum ſit cum problematice ſoluat quæſtiones. Sed etiam hanc coofutant Alexao. & Smplicius, quia nō minus valeret in motibus violentis, quam naturalibus, in

G quibus cootrarium experimur. Secundo argui poteſt fortius, nam moueatur M mobile naturaliter verſus C locum ſibi naturalem per ſpatium A B C, & volo q; cum M, deuenit io B R, mobile eiuſdem ſpeciei & naturæ cum M, incipiat ſimul moueri cum illo eodem M & patet q; citius M deueniet ad C q̄; R, vbi tamē ſpatiū B C, vtri eſſet æquale, igitur noo quantitas medij tantum cauſa eſt maioris vel minoris velocitatis. Expoſitor primus propter hęc teoet cauſam illius eſſe ex eo, quia quanto corpus graue magis deſcendit, taoto magis confortatur grauitas eius propter propinquitatem ad proprium locum, & hæc videtur Alexan. ſolutio. *Rñſio Tho.* Sed videtur falſa, quia ſi graue prope locum penderetur, non inueniretur grauius ſeipſo à loco remoto. Vbique enim æqualiter pooderabit. *Replic. Rñſio. Simplicij.*

Soluit grecus quidam expoſitor, q; prope locum grauius eſſet corpus, eius tameo maior grauitas ſenſu non perciperetur, cogit nanq; argumentum illic eſſe in re maiorem grauitatem, noo tamen q; ſenſu percipi debeat.

H Sed hæc reſpōſio cuiuſuis ſit, friuola eſt, videtur enim maior grauitas in deſcenſu maior percipi prope locum, quàm remotius, nam ſi percuteretur caput græci prope, magis fraogeretur, quam remotius ſi percuteretur, vt docet obſeruatio. Propter hæc cum Alexan. & Expoſitore ſentio, ideo graue celerius moueri prope locum, q̄; remotius, quia eius grauitas eſt maior ſiue quia eſt confortata, & accreta, atque aucta. *Propria pō.* Illud tamen cum eis non ſentio, quòd cauſa illius confortationis ſit ſola loci vicinitas, quia vbi vnum mobile non motum eſſet tardius moueretur ab eodem termino è quo quàm moueretur aliud mobile prius motum ab eodem, vbi tameo eſſent æquę propinqua. Ideo animaduerſiooe dignum quòd duplex eſt grauitas, altera quidem naturalis, quæ graui ipſi ex generatione datur ab agente naturali mediante eius forma.8. Phyſicorum. commento quarto, agens *Duplex grauitas.*

quantũ dat de forma, tãtum dat de cõſequẽtibus formã, mediante forma. Altera vero eſt accidẽtalis ſiue aduenticia, q̃ à cauſis graui ipſi accidit extrinſecis, q̃ etiã à nõnullis ſpei us appellat̃, & ſapide. Huius rei cauſæ, non ſunt ſola loci vicinitas vt Alexan. & Expoſitor vidẽtur ſentire, ſed (vt mihi vr̃) ſunt tres, Prima & p̃cipua eſt ipſum mobile, quod per ſuã formã eſt ſic moueri aptũ. Secũda cã & diſpoſitiua eſt loci vicinitas. Mobile enĩ vicinitate loci diſponitur ad huius grauitatis generationẽ. Tertia cauſa & inſtrumẽtaria & ſine qua non, eſt motus naturalis, quo mouet̃, & loco appropĩquat, atq; ſine quo nõ poſſet accidẽtalẽ illã grauitatẽ cõſequi, cuius ſignum eſt, q̃a poſtquã quieuit, nõ eſt grauius q̃ pręerat. Ex his apparet ſolutio q̃ſtionis, videlicet quare mobile ꝓpe finẽ accelerat, huius enim cauſa eſt, quia fit accidentaliter grauius, quod confortari in grauitate vocat Expoſitor. Sed tunc emergit difficultas obiter, vtrum hæc accidentalis grauitas ſit eiuſdem ſpeciei cum illa naturali, videtur.n. primo aſpectu ꝙ ſic, quia motus illarũ eiuſdem ſpẽi ſunt, igitur & ipſæ formæ eiuſdem ſpeciei ſunt. In contrariũ videtur ꝙ non, quia grauitas accidentalis dependet à cauſis differentibus ſpecie à cauſis grauitatis naturalis. Modo ſi cauſæ differunt ſpecie, etiam effectus differũt ſpẽ. 8. phyſicorum cõmẽ. 47. Sed hoc eſt problema neutrum, poteſt enim teneri vtrũq;, quia in accidentibus idem ſpecie eſſe poteſt à cauſis differentibus ſpecie, vt calor ſpecie idem poteſt eſſe à motu, & à lumine, & à calore. Tu vero tranſmitte ad tempus rem hanc.

Scda qõ SEcundo quærunt vtrum datis pluribus mundis & eccentricis terra vnius moueretur ad medium alterius.

Põ Alber. Reſpondet Albertillus de ineſſe illam terrã nõ moueri ad hnc medium, tum quia nec naturaliter, nec violenter, tum quia cœlum eſſet penetrabile, tũ tertio quia ĩter ambos mundos mediat vacuum: & ſic graue per vacuũ moueretur, attamẽ de inclinatione terra illa eſſet moueri apta ad hoc medium, quia & terra illa cum hac eſt eiuſdẽ ſpeciei, & locus cum loco, & quia hoc eſt impoſſibile, ideo plures mundos eſſe eſt impoſſibile. Sed errat hic vir: nam Ariſto. probauit de ineſſe, terrã vnius ferri ad medium alterius, cuius ſignum eſt, quia remouit oẽs canillos contra hoc. Secundo ſi de inclinatione terra illa eſt moueri apta, aliquãdo mouebitur, aliter fruſtra eſſet inclinatio ipſa. Propria rñ. Dicerem igitur iuxta regulas logicoꝝ, ꝙ multum refert aliquid concedere ſm ſui qualitatẽ. Et cõcedere vt ſequens. equum enim habere alas nõ eſt cõcedendum ſm ſui qualitatem, quia eſt impoſſibile, ſed bene vt ſequens, ſi ponitur ipſum volare, & hoc vult dicere Auer. 7. phyſicorum cõ. 2. ꝙ aliter eſt loqui de veritate hypotheticę, & aliter de veritate conſequentis, vt ẽt logici oẽs exclamant. Tunc dicerem terram illius moueri ad hoc medium noſtrum, non eſſe concedẽdum ſm ſui qualitatem, propter illas tres rationes Albertilli, eſt enim ſm ſui qualitatem falſum & impoſſibile. Vt vero ſequens ad poſitum & conceſſum ab aduerſarijs concedendum eſt, nã conceſſum eſt falſum impoſſibile, ideo cõcedẽdum eſt etiam falſum impoſſibile. Miror Albertillum ſummum logicum, cur nõ ſoluit quæſtionem n.ó re ſuo logice. Hæc de prima ratione.

Præterea & p̃ eas rõnes, quæ ſunt ex Prima Philoſophia, & ex ipſo circulari motu, quẽ quidem hic ſimiliter & in cæteris mũdis perpetuũ eſſe neceſſe eſt, idem profecto deduci poteſt.

Expõ. Ariſto. in. 12. primæ philoſophiæ libro textu illo, atq; cœlum vnum eſſe, qui eſt. 49. commen. duabus vijs vnitatem mundi perſuadet, primo quia plura numero & ſpecie eadem ſunt concepta cum materia: cœlum ſiue mundus non concipitur cum materia: igitur mundi non poſſunt eſſe numero plures, & ſpecie ijdem. Secundo, id omne cuius primum mouens eſt vnum numero tãtum, & perpetuum non poteſt eſſe plus vno in ſua ſpecie: ſed mundus eſt cuius primus motor eſt vnus numero tantũ: igitur mũdus eſt vnus numero. Tertia via accipitur. 8. phyſicæ auſcultationis, vbi probatum eſt vnum eſſe primum motum, ad quem omnes alij reducũtur, igitur vnũ eſt primum mobile, & ita vnus mundus. has igitur rationes Ariſto. innuit, ſed nõ explicat, quia vult illas eſſe intellectas, tum ex prima phyloſophia, tum ex libro phyſicæ auſcultationis, & inquit, Præterea & per eas rationes quæ ſunt ex prima phyloſophia idem oſtẽdi poteſt, quas non explicat, ſed innuit, nos vero explicauimus, & ex ipſo circulari motu, quem quidem hic ſilr & cæteris mundis perpetuum eſſe, & vnum ad quem cæteri reducuntur, neceſſe eſt, idem profecto deduci poteſt, & hic innuit illam. 8. licet raptim. Hæc Ariſtote. ipſe.

Quæ Auer. cõ. 90. Auerro. vero ex ſuis malis traslationibus notat duas eſſe cauſas, cur homines non credũt naturalibus demonſtrationibus. Prima eſt ex mala conſuetudine, vt exemplo ſuæ ſectæ indicat, vt diximus antea. Secũda eſt q̃a petunt propoſitiones demonſtrationum naturalium eſſe notas, vt propoſitiones demonſtrationum mathematicarum, quod non eſt ita, nam demõſtrationes mathematicę ſunt in primo certitudinis gradu, & naturales in ſecundo. Hæc notauit ex ſuis translationibus. Nam in noſtris nihil horum habemus, nec in greco. Secundo ipſe ſyllogiſmum textus format dupliciter. primo modo ſic, omne mobile, cuius motus eſt æternus, primus, & vnus, ad quem cæteri reducũtur, eſt vnum numero in ſua ſpecie: ſed mundus eſt mobile, cuius motus eſt vnus per reductionem, quia ad ipſum reducuntur & motus omnes noſtri, & cæterorum mundorum, & primus & ſempiternus: igitur vnus in ſua ſpecie. Notat tñ Auerro. ꝙ ratio hæc ſumpta eſt ex prima phyloſophia, tamen omnes propoſitiones ſunt demonſtratæ in Scientia naturali, & ita vult hanc rationem dici Metaphyſicam, nõ q̃a ſit per ꝓpoſitiones metaphyſicas, ſed quia ſcribuntur, atq; ponũtur, vt cõceſſę in ipſa metaphyſica, quam rem obſeruando verba ſuæ translationis animaduerti. Tu vero vide quo modo hæc ſunt deliramenta, nihil enim horum legimus in codicibus græcis Ariſto. immo Ariſto. innuit rationes metaphyſicas, & non explicauit, illam vero octaui phyſicæ auſcultationis raptim tetigit. Secũdo format ſyllogiſmum ẽ primo ad vltimũ etiã ex litera hoc modo motus cœli eſt vnus numero, primus & ſempiternus, igitur motor illius primus ẽ ſempiternus, et à materia ſeparatus. Vltra, igitur vnus numero tantum in ſua ſpecie, omnis enim forma liberata à materia, non eſt plus vna in ſua ſpecie. Vltra, igitur primũ mobile, cuius ille eſt motor immediatus & per ſe, vt cęlum, eſt vnum numero in ſua ſpecie. Poteſt & oſtenſiue ſic fieri, omne mobile cuius motor proprius & primus eſt vnus numero in ſua ſpecie, eſt vnum numero in ſua ſpecie: cœlum eſt eiuſmodi: igitur vnum numero in ſua ſpecie, hæc eſt ſecunda ratio. Tu quoq; dijudica, quatenus hæc ficta eſt, & nihil ad literam noſtram. Quæſtio Auerro. Mouet quæſtionem Auerro. & probat cum pluralitate mundorum poſſe ſtare vnitatem principij atq; primi motoris, nam primus motor mouet vt amabile, & intelligibile. Qræſtio. Modo vnum amabile & vnum intelligibile poteſt vti vnus finis deſiderari atque intelligi à pluribus, vt vnus cibus à pluribus famelicis, igitur poteſt eſſe primus motor vt finis vnus numero & plures eſſe cœli ac mundi, qui illum ament, & intelligãt. Et hæc quæſtio ſupponit primum mororem mouere per modum deſiderabilis & intelligibilis, hoc eſt vt finis, & mundos ipſos mouere ſe amando & intelligendo illum.

Rñſio Auer. Reſpondet Auer. & ait non eſſe ſimile in cœlis, & in nobis, nã in cœlis ĩtellectio & res ĩtellecta ſunt idẽ oĩbus modis, in nobis vero intellectio & res intellecta differũt: quia res quæ intelligitur eſt ĩ materia, licet intelligat̃ ſine materia: in illis vero res quæ ĩtelligit̃ eſt Deus, & ipſe eſt ſibi, & alijs cœlis ĩtellectio, & ita negat̃ ſimilitudo. Hęc ſolutio, ꝑfecto niſi ſuppleatur, nõ eſt ad ꝓpoſitũ, nam per

hoc

hoc quod intellectio & res quæ intelligitur ſunt idem in
illis,non habetur vnum intelligibile non poſſe intelligi à
Quæſtio Sim. pluribus intelligentibus. Simplicius auctore Ammo-
nio præceptore,velle videtur Ariſto.ſuppoſuiſſe ex pri-
ma philoſophia, primum finē,primam formā , ac primū
efficiens eſſe idem in ſubiecto,& ita patet talē finem non
poſſe poni præter motores quaſi aliū ab omnibus. Alij
vero dixerunt ꝙ conceſſo adhuc illo fine extrinſeco, nihi
lominus nō poſſunt eſſe plures primi motores agētes de
pari,atq; ex æquo illum appetentes & intelligētes,eſſent
enim tales oēs eiuſdem ſpeciei,& ita materiales,& corru
ptibiles,et ſic licet vnus finis poſsit apperi è pluribus mo
toribus,non tamen æqualiter & de pari,ſed ordine quo-
dam cuius expoſitionis eſt Expoſitor noſter. Et hoc for-
Expō auer. te voluit balbutire Auer.dum ait in illis eſſe idē intelle-
ctionem , & quod intelligiť.nam deus eſt quod ab oībus
intelligitur,& deus eſt ſibi & omnibus intellectio. Nam
cæteri intellectus ipſum deum deſiderant & intelligunt
per eſſentiam eius. Tunc ſupplendū eſt,idem nō poſſe
æqualiter in abſtractis à materia,à pluribus intelligi , qa
tunc eſſent æquales perfectione,& ſic ſpecie ijdē, nume-
ro differentes,& ita materiales , at in materialibus rebus
vt in hominibus idem poteſt intelligi & amari á pluri-
bus numero differentibus , ſpecie conuenientibus , quia
ſunt materiales & corruptibiles, vbi nihil prohibet tales
intelligentes corrumpi.Hæc fortaſſe Auer.

Quæſtio. Quærunt vtrum in ſubſtantijs ſeparatis poſſunt plura
indiuidua eſſe eiuſdem ſpeciei , vt plures numero dij,plu
Pō Ioan. res numero Gabrieles. Ioannes reſpondet ꝙ nō , & in
hoc nemo dubitat in ſchola peripatetica , ſed qbus ratio-
nibus hoc demoſtretur,eſt dubiū nō paruū.Ioannes aſſi-
gnat duas rationes , prima eſt,quia in ſeparatis à materia
non eſt plus vno indiuiduo ſub eadē ſpecie , nā cauſa mul
titudinis numeralis ſub eadem ſpecie eſt materia , igitur
quæ non ſunt in materia , non poſſunt eſſe plura numero
ſub eadē ſpecie per cōuerſionē per contrapoſitionem , &
hanc rationē tetigit Auer.in cō. Secunda ratio eſt quia
indiuidua ſunt plura numero ſub eadē ſpecie, vt ſunt ſub
accidentibus diuerſis,igitur quæ non recipiunt acciden-
tia nō poſſunt eſſe plura numero ſub eadē ſpecie, per con
Obie. Aui. uerſionem etiā per contrapoſitionē. Hæ ſunt rationes
Ioannis & peripateticę. Sed Auicen.in eius metaphy
ſica has rationes cōfutat,primā quidem,quia materia eſt
principium ſpeciei,eſt.n.pars quidditatis & ſpeciei, igi-
tur eſt nimis cōmune principiū,& ita nō poteſt eſſe prin
cipium quo indiuiduum ſit vnum numero. Secundā ve
ro refellit quia accidētia ſunt poſteriora ſubſtātia, & hæc
accidentia poſteriora hac ſubſtantia, qm̄ hoc accidens re
cipitur in hac ſubſtātia, & ita illa fuit prius vna numero;
& poſtea recepit accidentia indiuidua . Aliam obiectio-
nem facit Ioannes contra ſe,quam vide,& ſic rationibus
Pō Auic de pro. indiuiduationis. Auicennæ rationes hæ videnť friuolæ. Propterea Aui-
cen.vult omne indiuiduum eſſe vnū numero propria hy
potheſi,vt enim ſpecies eſt ſpecies propria differentia vl
tima ſpecifica,ſic indiuiduum eſt vnum numero propria
differentia indiuiduali, quæ ab Auicen.hypotheſis diciť
vbiq;,hæc enim nec eſt accidens,ſed antecedēs omnia ac
cidentia:nec ſubſtantia,ſed modus ſubſtantiæ , vt differē
tia hominis nō eſt homo formaliter,ſed modus hominis.
Pō quorūdā Scotiſtarū. Qua ratione aliqui vocant eam hæcceitatē,qua Socrates
eſt hic,& Plato ille,& ſaluando dicta Ariſt.vbiq;, volūt
hypotheſim hanc peripatetice dici materiam totius,quę
contrahit formā totius ad eſſe vltimū ſubijcile vt longis
conſiderationibus in eorum quæſtionibus explanant.
Tunc alia via nanciſcuntur vnitatē primi , & cuiuslibet
intelligentiæ , ſumunt.n.de mente Ariſt.in ſempiternis
quicquid eſt poſsibile,eſſe neceſſarium , vt.3.auſcultatio
nis phyſicę diximus, & cū deus ſit ſempiternus oē poſsi-
bile eſt ibi in eo actu, quare nō poſſunt plures dij eſſe , qa
deo deficeret perfectio alterius dei , cuius ipſe eſt capax,
& ſic nō omne poſsibile eſſet actu in eo,tu vero lege ſuas

A conſiderationes in hoc. Sed hęc Auicennę poſitio, & il-
lorum nō eſt peripatetica,& in hoc non dubito , ꝗq̄: ipſi
enitanť oſtendere poſitionē hanc eſſe Ariſt.& bonorum
peripateticorū,et hoc mihi ſufficit. Tamen vt ſatisfaciā
aliquibus, contra illā ſolitus ſum arguere multis rationi-
bus,nunc aūt ſufficiant tres,prima eſt, omnis differentia
qua indiuidua enumeranť finita vel infinita, tot aut tāta,
eſt quantitas aut quātitati attinens : Nam finitū & infini
tum quanto cōgruit, vt diciť in primo phyſicæ auſculta-
tionis.Sed per differentias indiuiduales indiuidua ſunt fi
nita vel infinita,tot aut tanta, igiť differentiæ indiuidua-
les ſunt quantitates,aut quāto attinentes . Minor eſt per
ſe nota.Nam per differentias ſpecificas nō dicuntur fini-
tæ vel infinitæ ſpecies,ſed perfectæ aut imperfectę. Vn-
de et Plato dixit ꝙ deſcēdere à ſpecie ad indiuidua eſt ire
ad chaos & infinitū. Secundo, indiuidua denominanť
plura numero,aut igiť numeroſitate tranſcendēti,aut nu
meroſitate prædicamentali:nō tranſcendēti, quia illa eſt
B eſſentiarū & entium,et ſic cōueniret ſpeciebus,& eſſen-
tijs,quo modo nō ſunt ipſa indiuidua. Si vero numeroſi-
tate prædicamentali,tūc indiuidua eſſent numero diſcre
ta,ſed numerus diſcretus cauſatur ex diuiſione continui,
igitur indiuidua ſunt numero plura diuiſione cōtinui, &
hoc volo. Tertio,tunc indiuidua nō differrent acciden
taliter,quod eſt contra oēs peripateticos, & ipſoſmet.de
ducitur,quæcunq; differūt aliquibus differentijs,quæ an
tecedunt omnia accidentia,nō poſſunt differre accidēta-
liter vt oībus patet:ſed indiuidua differūt hypotheſibus,
qui per ipſos antecedunt omnia accidentia:igitur nō poſ
ſunt differre accidentaliter . Hæ rationes ſatis ſunt nunc
contra fundamentū eorū. Illud vero quod addunt, vide
licet ꝙ ſempiternitas ſit principiū quo vnūquodq; ſem-
piternum eſt vnū numero in ſua ſpecie,non eſt cōmune.
Auer.n.ſecundo huius cō.49.vult oēs orbes eſſe eiuſdē
ſpeciei,& tamen ſunt ſempiterni.præterea corruptibili-
tas nō eſt cauſa multiplicationis indiuiduorū in eadē ſpe
C cie,ſed per eos hypotheſis,ſiue hæcceitas,igitur nō ſem-
piternitas eſt cauſa vnitatis indiuidui ſub eadem ſpecie,
ſed carentia materię. Propterea peripatetice loquendo Pō propria.
videtur mihi ꝙ principiū fundamentale , quo indiuiduū
eſt vnū numero, & diuerſum numero ab alio eiuſdē ſpe-
ciei eſt materia affecta diſpoſitionib⁹ qualitatiuis,& quā
titatiuis, Materia enim ſola eſſet principium remotum,
ſed materia ijs affectionibus contracta eſt principiū, quā
re indiuiduū eſt vnum in ſe, & diuiſum in numero à quo
libet alio eiuſdem ſpeciei. Sed pro ſolutione ad rationes
Auicē.debes ſcire ꝙ diſpoſitiones illę qualitatiuę & quā
titatiuæ præcedunt indiuiduū ſiue formam indiuidui,&
ſequuntur.præcedūt quidē prioritate materię ad formā,
& in genere cauſę materialis,ſequuntur vero ordine effe
ctus ad cauſam formalē ſiue effectricem,ideo in quocūq;
priori ſubiectum erit illis prius, illæ erunt ſubiecto prio-
res,ſed diuerſis ordinibus, ſubiectum quidem prius prio
ritate efficientis ſiue formæ ad materiam, illæ ordine ma
D teriæ ad formā , quia diſpoſitiones reducuntur ad genus
cauſæ materialis. Tunc patet ſolutio ad rationes Aui-
cen.ad primam dicerem,ꝙ licet materia attineat ad ſpe-
ciem , tamen materia affecta illis diſpoſitionibus attinet
ad indiuiduum. Ad ſecundam dicerem accidentia,quæ
non diſponunt materiam pro introductione formæ,prę-
ſupponere indiuiduum vnum numero, at accidētia quæ
diſponunt materiam , præcedunt , & ſequuntur indiui-
duum ratione diuerſa , vt dictum eſt, & ſic ratio nulla.
Hæc raptim mihi videntur nunc , alias fortaſſe diligen-
tius materiam hanc examinabimus.

Inſuper etiam perſpicuum fiet cœlum vnū
eſſe neceſſario , nobis hoc modo conſideranti-
bus.Nam,cum tria ſint elementa corporea,tria
etiam erunt elementorum loca : vnus quidem
eius corporis qui ſubſiſtit , is videlicet qui circa

medium,

medium, alius autem eius, quod in orbem fertur, qui quidem vltimus eſt: horum tertius is eſt, qui medij eſt corporis. in hoc enim corpus eſſe neceſſe eſt id quod ſupereminet. nam ſi in hoc non eſt, extra erit. Sed hoc eſt impoſsibile: quippe cum aliud quidẽ grauitate vacet, aliud grauitatẽ habeat: atq; locus eius corporis quod grauitatem habet, inferior ſit, ſiquidem in medio ſit is locus, qui grauis corporis eſt.

Expoſitio. Hactenus de rationibus metaphyſicis, nunc ad rationem tertiã accedit, & cõponitur ſic, ignis eſt in loco medio inter locum grauium & cœlorum: igitur nõ eſt alius mundus. circa hanc rationẽ Ariſ. primo proponit vnam ſuppoſitionẽ, & inquit. Inſuper etiã perſpicuum fiet, cœlum vnum eſſe neceſſario, nobis hoc modo conſiderantibus, hæc eſt cõcluſio, quã proponit. Deinde ſumit ſuppoſitionẽ, & inquit. Nam cum tria ſint elementa corporea: tria etiã erunt elementorum loca, vnus quidem eius corporis, qui ſubſiſtit his, videlicet qui circa medium, & hic eſt locus grauium. Alius aũt eius corporis, quod in orbẽ fertur, qui quidem vltimus eſt, & hic eſt omniũ cœlorũ. Horum tertius is eſt, qui medij corporis, & hic eſt locus ignis. Eſt igiẽ ſuppoſitio ꝙ tres ſunt loci pro numero triũ elemẽtorum, imus, videlicet grauium, ſummus cœlorũ, medius leuium, videlicet ignis. Tunc arguit, ignis eſt in loco horum medio, tantũ igitur vnus eſt mundus. antecedens probat, nam ſi in hoc non eſt, extra hũc erit. Sed hoc eſt impoſsibile, quia nõ poteſt poni in loco cœlorũ, quia ille eſt corporum, quę nec grauia ſunt, nec leuia, nec in loco grauium, quia ſolum graue eſt in medio, reſtat vt ſolũ ponatur in horum medio. Inquit. Sed hoc eſt impoſsibile, quippe cum corporum aliud quidẽ grauitate vacet, vt cœlum, & hoc in ſupremo reſidet loco, aliud grauitatem habeat, & huius locus imus ſit, tñ vtitur verbis obſcuris dicens, atq; locus eius corporis, quod grauitatem habet, inferior ſit, ſiquidẽ in medio ſit is locus, qui grauis corporis eſt, & ita nõ poteſt eſſe ignis extra locum mediũ, quia non in ſupremo, quia ille eſt cœlorum, nõ in imo, quia ille eſt grauiũ vt ſuppoſuit, & ſic patet antecedẽs. Ex hoc vult habere eſſe vnum mundum tm̃, quia ſi eſſet alius, in illo eſſet ignis, & tunc ille ignis nõ eſſet in medio horum duorum locorũ, immo extra omnia hæc loca, vt patet.

Alexãdri ſyllogiſmus. Alexan. autem ſyllogizat ſic, corpus leue nõ poteſt eſſe extra hunc mundũ, quia aut illud erit ſupra noſtro mundo, aut ſub noſtro mundo. ſi ſupra noſtro mũdo: igitur leue erit ſupra cœlũ, quod falſum eſt, cum cœlum ſit extremum. ſi ſub mundo, igitur ignis erit infra graue, & ita leuia erunt ſub grauibus, igitur oportet eſſe in horum medio, & ſic volo, & tunc lege litterã iuxta formã Alexan. quia poteſt ſic legi. In hoc enim loco medio neceſſe eſt id corpus eſſe, quod ſupereminet, igiẽ nullus alius mundus eſſe poteſt. probatur, quia ſi ſit alius mundus, tunc in hoc medio loco nõ eſt tantum, ſed etiam extra: tunc ignis erit extra, ſed hoc eſt impoſsibile, quia non poteſt eſſe ſupra cœlũ, nec infra cœlũ, propter rationes dictas, oportet igitur vt ſit in horum medio, & ſic vnus tantum eſt mũdus, & hoc modo non antecedens, ſed conſequentiam probauit. Vel ſic, in hoc enim loco medio neceſſe eſt id corpus eſſe quod ſupereminet, videlicet ignis, & ſupple in nullo alio, igitur vnus numero mundus. Quod nõ in alio probatur, quia nõ ſupra hoc, nec infra, igitur vt prius, et ſic eſt probatio antecedentis, tu vero conſidera.

ii **At neq; præter naturam ſibi accommodabitur ille locus: competet enim alij ſecundum naturam: at nullum aliud eſt. In medio ergo eſſe neceſſe eſt: huius aũt ipſius, quęnã ſint differentię, poſterius dicemus. De corporeis igitur ele-**

A **mẽtis quęnã ſint, & quot, & quis cuiuſq; locus: inſuper etiam quot omnino multitudine ſint ipſa loca, ex his, quæ diximus, perſpicuum eſt.**

Reſellit cauillũ. poſſet enim ſtatim aliquis dicere ignẽ eſſe in aliquo loco extra hunc mundum præter naturam. Obijcit contra & inquit. At neq; præter naturã ſibi accõmodabitur ille locus extra hunc mundum, competet. n. alij corpori præter omnia elementa ſm naturã, quia omnis locus præter naturalis vni, eſt naturalis alij, at nullum aliud eſt corpus in rerum natura præter omnia elemẽta. In medio ergo eſſe neceſſe eſt, & ſic ratio dicta locum habet, & efficaciam. Deinde ſe excuſat, & inquit. Huius aũt ipſius mundi quænam ſint differentiæ, poſterius dicemus, vt in ſecũdo cœli. Demũ epilogat, & ſermo ſuus patet. Animaduerte ꝙ verba Ariſ. ſũt valde obſcura, & nõ poſſunt clariori forma ſyllogizari, vt per expõnẽ patuit. Expoſitio.

Quæ Auer. com. pt. Quo vero ad verba attinet, Auer. per elementa non ea
B corpora ex quibus alia fiũt intelligit, ſed quibus nullum corpus eſt prius, & ſic cœlum elementũ eſſe poteſt. Alij vero cœlum eſſe elementum aiunt vniuerſi, qua ratione corporea adiecit, ad differentiam materiæ. Sed ſtatim Auer. mouet quæſtionẽ, quia non videtur verum, ꝙ hęc tria, cœlum, leue, & graue ſint in loco, quia nõ poſſunt eſſe in loco niſi eſſentialiter, vt Ariſt. & Alexan. dixerunt: at cœlum per accidẽs eſt in loco, igitur ſuppoſitio falſa. Reſpondet Auer. & dicit primo, ꝙ in phyſicis dictũ eſt cœlum nõ eſſe in loco, quia ſumptum ibi fuit extra cœlũ nihil eſſe, quod nunc eſt demoſtratum. Dicit ſecundo ꝙ qui ponit plures mundos, cogitur tenere cœlũ eſſe per ſe in loco, quia cogitur dicere vacuum in quo cœlũ eſt. Dicit tertio ꝙ dicentes mundum eſſe vnũ, coguntur dicere extra ipſum nihil eſſe. Dicit quarto, ꝙ cum fuerit his additũ illud quod in quarto phyſi. eſt dictum, videlicet ꝙ corpus extra quod nullũ corpus eſt, nõ eſt in loco, & ſit hic dictum cœlum eſſe corpus extra quod nullum
C aliud corpus eſt, dabitur cœlum nõ eſt in loco. Tunc ad formã dicit Ariſt. accepiſſe cœlũ eſſe in loco ſm poſitionem aduerſariorum, eſt igitur ſuppoſitio, tria ſunt loca. quæ dupliciter probatur, tum quia tria ſunt elementa, & hæc probatio eſt in litera: tum quia tunc nõ ad eundẽ locum moueretur pars & totũ, patet quia vbi terræ plura eſſent loca, totum poteſt moueri ad A locũ, gleba ad B locum. Ex hac ſuppoſitione arguit Auer. nõ plura ſunt loca q̃ tria, igitur vnus tantum mundus, nam vbi plures eſſent, poſſunt eſſe plura loca, q̃ tria. Quo vero ad alia verba attinet. Auer. per locum grauiũ, intelligit cõcauã aeris ſuperficiem, in qua omnia grauia ipſa cõtinẽtur, & propterea Ariſt. dixit qui circa medium eſt, nam cõcaua aeris ſuperficies, quæ locus eſt grauium, circa mediũ eſt, & per locum ſupremũ, intelligit ſpatium, quod intelligitur é cœlo primo vſq; ad octauũ, quod regio cœlorũ dicitur, & hæc ſunt ſapide dicta. ait etiã poſſe intelligi per tertium locum concauũ vltimi corporis, puta lunaris, quia
D omnia, quę ſunt infra illud, ſunt eſſentialiter in loco, & in hoc erunt omnia leuia, vt ignis & aer, & omnia hęc poſſunt conuenire noſtrę litere, cętera vero non. Debes ſcire ꝙ illam literã. {Huius aũt ipſius, quænam ſint differẽtiæ, poſterius dicemus} Auer. intelligit huius ipſius. i. corporis leuis, nam poſtea vt air, ſubdiuidet in aerem & ignẽ, quod ſignanter de leui corpore ſe excuſat, vt Auer. ait, quia graue eſſe duplex, videlicet aquã & terrã, quod eſt per ſe notum ad ſenſum, at leue eſſe ſectũ in duo, eſt ratione inuentũ, quod hac ratione probat, quia vt Alexã. ait, ignis ille eſt æquiuoce dictus, & ita purus, & nõ viſibilis, & ſic ratione inuentus, ſunt autem ad hoc tres rationes, prima ex eo quia combinatio ex calido & ſicco eſſe poteſt. Secunda quia extremũ contrarium eſt in rerũ natura vt terra, igiẽ ignis. Tertia quia omnes ignes ſurſum petunt, igitur ibi eſt cõgregatio ignium, vt etiam probatur mare eſſe, quia oẽs aquæ petũt mare. Animaduerte

Elementum ignis eſſe, tribus rõnibus aſſeritur.

tamen

tamen, vt dicetur io quarto, ꝙ ille ignis eſt æquiuoce, primo quo ad actum primum, quia eſt purus, hic miſtus. Secundo quo ad actum ſecundũ, quia ille viuificãs ratiooe luminis, quod nobis mutuatᷓ à ſtellis, hic vero noſter mortificat. Hæc ex cõmento. Sed attende, ꝙ hæc ſuot bene dicta, ſed non ad Ariſto. aures, oam Ariſto. per verba illa, ooo ignem, ſed mundum intelligit, cuius differẽtias in ſecũdo huius dicet: quod rationabiliter ſe excuſandn ait: nam feceras meotionem de extra, & ſurſum, & cæteris id genus, propterea hæc Auer. expoſitio eſt remota à mẽte Ariſto. & non modn in hoc errauit in litera iſta, ſed in multis aliĳs, ego vero collegi vtilia ad textum.

Error Auer.

Quod aũt vnus duntaxat ſit mũdus, ſed nec etiã plures fieri poſsint: inſuper etiã quod perpetuus ſit, cum neq; ſit corruptibilis, neq; genitus, dicamus, primo de ipſo dubitantes.

Expoſitio. Hactenus ꝙ non ſiot plures mundi tribus rationibus perſuaſit, nunc ꝙ plures eſſe non poſsint, de nouo dubitat. facit aũt hoc quoniã falſum eſt duplex vt dicebamus, falſum poſsibile, & falſum impoſsibile. poteſt autem eſſe aliquid falſum, & eſſe poſsibile, vt nauale bellum eſt, videlicet falſum, ſed poſsibile, & ita aliqs dicere poſſet, vt Empedocles plures eſſe mundos eſſe falſum de ineſſe, qa ſemper eſt vnus de ineſſe, tamen fieri poſſe plures ſucceſſiooe et generatione, vt phænix ſemper eſt vna, plures tameo eſſe poſſunt ſucceſsione & generatione, propterea proponit nunc probare, oee poſſe eſſe plures. Addit inſuper etiã ꝙ perpetuus ſit, cum neq; ſit corruptibilis, oeq; genitus. Nam licet iſtud tractabitur in alia ſumma, ipſum tamen vt proponit, quia hæc perſcrutatio facit ad problema de vnitate mundi, quia ſi muodus non eſt corruptibilis nec genitus tunc erit vnus tantum, & de ineſſe, & de poſsibili, proponit tameo diſputare de hoc vt veritas magis eluceſcat ex ſolutione dubitatiooum, Tertio Metaphyſicæ. Hæc de intentione.

Videbitur itaq; profecto ſi hac ratione conſiderauerimus, fieri non poſſe vt ipſe vnus et idẽ duntaxat ſit. Nam cunctis rebus, quæ & à natura & ab arte fiunt, atq; conficiuntur, aliud eſt ipſa per ſeipſam forma, & quæ cum materia miſta eſt: veluti ſphæræ forma al ud eſt, & aurea, atq; ęnea ſphęra: & circuli rurſus aliud eſt ipſa forma, & æneus circulus atq; ligneus: quippe cum ſphęræ aut circuli quod quid erat eſſe aſſignantes, non aurum, non ęs in ratione afferemus, cum hæc de illorum ſubſtantia nõ ſint: at ſi aut ęneam, aut auream definierimus: etiam ſi pręter ſingulare quicquã aliud intelligere aut ſumere nõ poſſumus. Interdũ enim hoc accidere obſtat nihil: vt ſi vnus duntaxat circulus fuerit ſumptus:) non minus ſane aliud eſt eſſe circuli & huius circuli. Et illud quidẽ forma, hoc autem in materia forma erit ac ſingulare.

Expoſitio. Proſequitur Ariſt. et primo ſyllogizat mundorũ multitudinem, deinde ſoluit quęſtiooẽ, de primo ſupponit ꝙ aliud eſt forma cœli vt forma, & aliud forma cœli vt in materia, & ſyllogizat ſic, in omnibus ſenſilibus & ſingularibus, quæ aut arte conficiuntur, aut natura fiunt, aliud eſt forma per ſeipſam ſumpta: & forma vt in materia miſta: ſed cœlum eſt ſenſile atq; ſingulare à natura aut arte: igitur in cœlo aliud eſt forma per ſeipſam ſumpta, & forma vt in materia. Circa hanc ratiooem primo proponit id quod vult principaliter ſyllogizare, & inquit. Videbitur itaq; profecto, ſi hac ratione conſiderauerimus, fieri non poſſe vt ipſe mundus vnus & idem ſit ſolum. Deinde ſumit maiorem ſyllogiſmi dicti, & inquit, Nam cun-

A ctis rebus, quæ & à natura fiunt, & ab arte conficiuntur, aliud eſt ipſa per ſeipſum forma, & quæ cum materia miſta eſt. Hanc maiorẽ probat primo exemplis mathematicis, deinde ratione. Exemplis quidẽ mathematicis propter duo, & quia res mathematicæ ſunt certiſſimæ, & qa manifeſtum eſt per ſe in illis, ꝙ in ratione earũ oon ponitᷓ ſenſilis materia, & ioquit. Veluti ſphęrę forma aliud eſt, & aurea, atq; ænea ſphæra, & circuli rurſus aliud eſt ipſa forma, & æneus circulus atq; ligneus. Hæc ſunt exẽpla. Deinde ratinnem affert, & inquit, Quippe cum ſphæræ aut circuli definitionem (quę dicitur quod quid erat eſſe) aſſignantes, nõ aurum non ęs in ratione afferemus, cum hæc, videlicet aurum & ęs de illorum ſubſtantia nõ ſint, at ſi aut æneam aut auream definierimus, ſubaudi tu illa addemus. Sed dices, vtrum quando ſingulare eſt vnum tantum in ſua ſpecie, in illo differat forma, & hæc forma, vniuerſale & particulare, quiditas & indiuiduum. Reſpondet, etiam ſi præter ſingulare quicq̃ aliud intelligere

B aut ſumere non poſſumus (interdum enim hoc accidere obſtat nihil, vt ſi vnus duntaxat circulus fuerit ſumptus, & vt de facto eſt de vna phænice, & vno ſole, & cæteris id genus,) oihil profecto minus aliud eſt eſſe circuli & huius circuli, & illud quidẽ forma per ſeipſam, hoc autem in materia forma erit ac ſingulare. Sic igitur dato ꝙ vnum numero tantum ſit ſub ſpecie indiuiduũ, nihil tamen minus adhuc in ipſo differt forma ſecundum ſe conſiderata, & hæc forma. Hæc eſt maior ſyllogiſmi. Animaduerſione dignũ Ariſt. pro taoto hunc cõſutaſſe cauillum, quia aliquis præuenire poſſet de mundo, ꝙ ipſe eſt vnus numero in ſua ſpẽ, ideo in illo nõ differt forma per ſeipſam ſumpta, & hæc forma, & ideo oõ recte exponit. S. Tho. hunc locũ intelligens quoad modũ definiendi.

Cum igitur cœlum ſenſile ſit, ſingulare erit profecto: ſenſile enim omne in materia exiſtit.

Expoſitio. Nunc ponit minorẽ. erat enim minor ſyllogiſmi, ſed

C cœlum eſt ſenſile & ſiogulare & io materia, nunc ponit hanc minorem, ſed oon hoc ordioe, ſed ioquit. Cum igitur cœlum ſenſile ſit, ſingulare erit profecto, ſenſile enim omne in materia exiſtit, fecit aũt mioorem hoc modo vt det intelligere ex vno ſequi alterum, ꝙ hęc tria, videlicet ſingulare, ſenſibile, & eſſe in materia ſunt cõuertibilia, et in hoc Ariſt. ſumpſit mioorem, & illius probatiooem.

At ſi ſit ſingulare, aliud nimirũ erit eſſe hoc cœlum & cœlum ſimpliciter: eſt ergo aliud hoc cœlum, & ſimpliciter cœlum: atq; hoc eſt vt ſpecies & forma, illud vt cum materia miſtum.

Expoſitio. Nunc ſyllogiſmi cooclusionem infert, videlicet ꝙ in cœlo aliud ſit forma per ſeipſam ſumpta, & forma in materia concepta. Verum epilogat vim totius ſyllogiſmi, vt diſcipulus facilius illi aſſentiatur, nam longius ſumpſit propoſitiooes, & inquit. At ſi cœlum ipſum ſit ſingulare, ſenſile & in materia conſtitutum, aliud nimirum

D erit eſſe cœli indiuiduum, & ſimpliciter cœlum vniuerſale, eſt ergo aliud hoc cœlum, & ſimpliciter cœlum, atq; hoc, videlicet cœlum ſimpliciter eſt vt ſpecies, & forma, illud, videlicet eſſe cœli eſt miſtũ cum materia. Hæc eſt concluſio & totius ſyllogiſmi epilogus.

Sed quorum forma quedã atq; ſpecies eſt, eorum aut ſunt plura ſingularia aut fieri poſſunt. Nam ſi ſint, vt quidã autumant, formæ: hoc accidere neceſſe eſt: ſin nihil ſit talium ſeparatum: non minus idem accidere neceſſe erit: in omnibus enim ĳs quorum ſubſtantia in materia eſt: plura eſſe atq; infinita videmus ea, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei. Quare aut plures ſunt cœli: aut plures eſſe poſſunt: ex his igitur ſumet quiſpiã & eſſe plures cœlos: & etiam eſſe poſſe.

Ex

Expoſitio.

Ex primo ſyllogiſmo accepit cœlum eſſe formã in materia, nunc huic addit aliam maiorem ſic, ſed quorum forma quædã aut ſpecies eſt in materia, eorum aut ſunt, aut plura ſingularia ſaltem ſucceſsione fieri poſſunt, erit tũc concluſio, ꝙ aut cœli plures actu ſunt, aut plures eſſe poterunt. Hic eſt ſyllogiſmus principalis, cuius minorẽ ex primo nactus eſt ſyllogiſmo, maiorem exponit nunc dicens, ſed quorũ forma quædam, atq; ſpecies eſt, eorũ aut ſunt plura ſingularia aut eſſe poſſunt, vt phænix, quæ licet ſit vna, tñ plures eſſe poſſunt. Hæc maior, quæ debet legi ſuſpenſiue vſq; ad concluſionem, deinde hanc maiorem declarat tam ſm opinionem Platonis, qui formas ſiue ſpecies autumat ſenſilium ſeparatas, q̃ ſm poſitionẽ Herculeorum atq; peripateticorum, quæ nullam formã ſeparatã ponit, ſm Platonem quidem, quia vbi idea ſeparata cõcedatur, cum illa ſit veluti exemplar ſenſilis rei, et vnum exemplar eſſe poteſt multorũ exemplatorũ, poſſunt ſaltem plura eſſe indiuidua eiuſdem ſpeciei, ſm Herculeos vero, quia, ſi nõ concedatur ſeparatio formarum, F nihilominus plura indiuidua eſſe poſſunt eiuſdẽ ſpeciei, quod pro modo ſenſus teſtimonio approbat, quia in omnibus formis, quæ cum materia cõcipiunt, ſic cernimus. Inquit. Nam ſi ſint (vt quidã autumant) formæ ẽ materia ipſa ſeparatæ, hoc accidere neceſſe eſt quatenus vnius exẽplaris eſſe poſſunt plura exemplata. Sin nihil ſit taliũ ſeparatum, nõ minus idem accidere neceſſe erit, quod ſenſus aſtipulatione oſtẽdit, & inquit. In omnibus enim hĳs, quorũ ſubſtantia in materia eſt, plura eſſe atq; infinita videmus ea quę ſunt eiuſdẽ ſpeciei. Et hoc ratione etiam patet, primo vt Expoſitor ſentit, quia cum materia ſignata nõ ſit de ratione ſpeciei, ratio ſpeciei poteſt indifferenter ſaluari ſignata in hac et in illa, & ita plura poſſunt eſſe indiuidua eiuſdem ſpeciei. Secundo, quia materia ipſa eſt multiplex poteſtate, quare ſi forma eſt in materia poſſunt eiuſdẽ ſpeciei formæ eſſe in eadẽ materia. Demũ ſuſpenſionẽ finiens cõcluſionẽ ſubſcribit dicens, quare aut plures ſunt cœli, aut plures eſſe poſſunt. Tũc epilogat & G inquit. Ex his igitur ſumet quiſpiam & eſſe plures cœlos ſi omnis forma in materia actu eſt in pluribus materĳs, & plures cœlos eſſe poſſe, ſi nõ actu, ſed poteſtate formã in materia plura quærat indiuidua.

Auer. commen. 78.

HAec eſt quæſtio Ariſt. omnium (vt mihi videt̃) difficillima, quod etiã Auer. teſtatur ex eo quia hæc quęſtio fecit dubitare Galenum. Et debes ſcire, ꝙ Auer. ſummatim rationẽ quæſtionis format alio modo, & poteſt literæ conuenire, licet remote, ordinẽ vero in verbis Ariſt. nullatenus percepit, propterea verba expoſuit cõfuſe, cuius expoſitioni nõ eſt confidendũ, quicquid tamẽ ſit, ſyllogiſmus eius eſt hoc modo, omne corpus naturale & ſenſile cõponitur ex materia et forma: cœlũ eſt corpus naturale ac ſenſile, igitur eſt compoſitũ ex materia & forma. Secundus ſyllogiſmus huic ſubacceptus eſt, oẽ compoſitum ex materia forma aut actu ſub eadẽ ſpecie multiplicatur, aut eſt multiplicari poſsibile: ſed per cõcluſionẽ præcedentis ſyllogiſmi, cœlũ componitur ex materia & H forma: igitur aut actu ſub eadem ſpecie multiplicat̃, aut multiplicari poteſt. Maior huius ſecundi ſyllogiſmi declaratur ab Auer. quia forma quo forma apta eſt prędicari & eſſe in pluribus, nã vniuerſalitas ipſa eſt ratione formæ, indiuidualitas vero ratione materiæ. Modo hæc eſt vniuerſalis definitio, videlicet prædicari & eſſe in pluribus, forma autẽ ipſa eſt vniuerſale, ſiuẽ ſubiectũ ſiue fundamentũ vniuerſalitatis, & ſic forma cœli eſt aut eſſe poteſt in pluribus materĳs. Vocat aũt Auer. formam ſubiectum ſiue fundamẽtũ vniuerſalitatis, primo quia eſt fundamentũ ſimilitudinis, & conuenientiæ, in qua cõſiſtit vniuerſalitas ipſa. Secundo quia eſt fundamentũ intelligibilitatis, omne enim intelligibile ob formam eius intelligitur, cum eius materia impediat̃ cognitio. Tertio, quia eſt per ſe cauſa eſſendi, at materia eſt per ſe cauſa priuationis, per accidens vero eſſendi, ſunt & aliæ cauſe,

Quod forma ſit ſubiectũ ſiue fundamẽtũ vniuerſalitatis.

E ſed hæ ſufficiunt. Maior ſyllogiſmi primi fuit ꝙ oẽ ſenſile atq; naturale cõponitur ex materia & forma, & in hac laborat Auer. per totum cõmentũ. Vbi debes ſcire, ꝙ rerũ alię ſunt penitus intellectiles, ceu formæ purę, deus, videlicet & intellectus orbium, aliæ ſenſibiles omnino, vt cõpoſita ſingularia, quo ſunt ſingularia, aliæ intellectiles & ſenſiles vt cõpoſita ex materia & forma. nam ratione materiæ ſunt ſenſilia, ratione vero formæ ſunt intelligibilia atq; vniuerſalia. Quibus verificatur maior, videlicet ꝙ omne corpus ſenſile componitur ex materia & forma: materia quidẽ, qua reddatur ſenſile, forma vero qua reddatur intellectile. Sed iuniores rationabiliter dubitauerunt, videtur enim ꝙ materia nõ ſit cauſa ſenſibilitatis, eſſet enim ipſa magis ſenſilis, propter quod nãq; vnũ quodq; tale eſt, illud magis tale erit. Secundo, omne ꝙ ſentit̃ mouet ſenſum: ſed mouere & agere eſt ratione formæ: igitur non ratione materię, ſed ratione formę res ſentitur. Sunt qui non imperite ſentiunt, aliud eſſe rationẽ F ſentiendi, & conditionẽ rei ſenſilis. ratio enim ſentiendi eſt forma, qm̃ ipſa eſt ratio aſſimilandi et agendi in aliud, conditio vero mouentis & ſenſilis eſt materia, primo q̃a materia ipſa redditur corpus quantũ. Secundo quia ipſa redditur ſenſile indiuiduum. Tertio quia eadẽ redditur corpus quale, hæc enim tria, videlicet quantitas, ſingularitas, atq; qualitas conditiones ſunt mouentis & rei quę ſentitur, ſecus eſt in ipſa intellectione, nam forma eſt ratio et conditio mouendi intellectũ, quia ipſa eſt vniuerſale, & ratio & conditio, qua ipſa res intelligit̃, & tunc ad primã patet, ipſa .n. materia non eſt cauſa, qua res ſentit̃, ſed conditio ſine qua non. ad ſecundũ patet ſolutio, ipſa enim forma eſt ratio ſentiendi, & materia conditio. verũ licet forma ſit ratio, & materia conditio, neutra tñ ſentitur, illa enim ratio ſentiendi inſenſilis eſt. Hæc aũt conditio eius, quod ſentitur, quæ nõ ſentitur. Sed Auer. ſyllogiſmum quæſtionis ſoluit, et videtur ſua ſolutio ſuperflua, quia Ariſt. poſtea dabit, fecit tamen illã non inutiliter propter iuuenes, eſt igit̃ ſolutio ꝙ maior debet ſic in- G telligi, ꝙ omne compoſitum ex materia & forma eſt aut actu numeratũ ſub eadẽ ſpecie, aut multiplicari aptũ ratione formę: quo fit vt cœlũ ſiue mundus ipſe ſit aptus ratione ſuæ formæ multiplicari, non autẽ ratione materiæ, propter enim vniuerſalitatẽ formæ poſſunt eſſe plures, defectu vero materiæ nõ eſt niſi vnus numero tantum. Quo vero ad verba attinet Ariſto. dixit, ſiue ſint ſpecies & reliqua, vt ait Auer. propter duas poſitiones vtpote propter poſitionẽ Platonis qui cõcedit ideas, & propter opinionẽ Ariſ. nam iuxta vtraſq; idem euenit. iuxta Platonem quidem, quia ille voluit mundũ factum eſſe ab ipſo primo opifice ad exẽplar mundi intellectilis, quia idea eſt mundi, modo vnum exemplar nihil prohibet eſſe plurium exemplatorũ. Iuxta Ariſt. vero quia mũdus ex materia eſt & forma, quæ eſt apta eſſe in multis materĳs. Sed dices Ariſt. probans in omni ſenſili eſſe aliud formã, & hanc formã, vtitur inductione incompleta nõ in omnibus ſpeciebus, ſed ſolum in ſphæra & circulo. Reſpon- H det ꝙ hoc ſufficit, quia non oportet vt oẽs ſpecies inducantur, quia eſſet petitio principĳ, cum deueniret̃ ad ſpeciem, de qua eſt quęſtio. Demũ Auer. in calce cõmenti valde magnifacit quæſtionẽ & rationem hanc. primo ex parte rei, quia mundus ipſe ex materia conſtat, & omne ex materia cõſtans poteſt eſſe plus vno in ſua ſpecie. Secundo ex parte noſtra, quia extra hũc mundũ poſſumus imaginari vacuũ in quo plures eſſe mundos nihil prohibet fingi, quare ex parte vtraq; in eadẽ ſpecie plures eſſe mundos poſsibile videt̃. Aſtipulatur huic quia hęc poſitio induxit plures dicere vacuũ. Secundo, quia hęc poſitio coegit loquẽtes ſuæ legis ponere vacuum eſſe primũ intellectum, nam cum ipſi imaginabantur mundos eſſe plures à deo creatos, & nõ poſſunt creari mundi niſi detur vacuum, concludebant vacuũ eſſe prius intelligibile q̃ mundus ſit factus à deo, & hunc totũ dixerunt credẽtes

Diuiſio rerũ

imaginationẽ

imaginationem eſſe intellectũ, & ſic videtur efficax hæc ratio. Sed Auer. respondet rationi ſuorum theologorũ, & inquit, hoc neceſſariũ eſt dicenti ꝙ mundus eſt poſtquam non fuit, & ſic apud Auer. illa cõſequentia valet dato ꝙ mundus de nouo incæpit, aliter ipſe negat illam. Sed de illa cõſequentia lege Auer. phyſicæ auſcultationis. 4. cõmen. 6. & tertio huius com. 29. & in lib. deſtru. deſtru. diſpu. prima in ſolutione. 18, vbi deductionem conſequẽtiæ accurate ſcripſimus. Hęc ex commento ad expoſitionem literæ collegimus.

Quæſtio de multiplicatione indiuiduorum ſub eadẽ ſpecie.

ET licet ſuperius diſputauimus de cauſa multiplicationis indiuiduorũ ſub eadem ſpecie, adhuc propter nõnullos ſtudioſos iuuenes diſputemus peripatetice cauſam multiplicationis indiuiduorũ in eadẽ ſpecie. Expoſitor vniuerſaliter opinatur peripatetice ſentiẽdo in ſempiternis non poſſe eſſe plus vno indiuiduo in ſpecie, dico vniuerſaliter, quia tam in corporibus, vt de ſtellis, quam in ſeparatis, vt ſunt ipſi intellectus ſeparati. Mouetur aũt.

Põ. s. Tho. Rõ. s. Tho.

S. Tho. noſter peripatetice ſentiendo ex eo, q̃a cauſa multiplicationis indiuidui in eadẽ ſpecie eſt conſtare ex materia vti ex ſui parte, & cum contrariorũ contrariæ ſunt cauſæ, ſit vt cauſa quare in ſempiternis non eſt plus vno indiuiduo in ſpecie ſit carere materia, & ita participare materia eſt cauſa multiplicationis, eſſe vero expers materiæ eſt cauſa vnitatis. De hac cauſa legimus textũ. Ariſt. in. 12. meta. Sed aduerſus hanc poſitionẽ quidam obijciunt, primo quia animæ poſt mortẽ carent materia, & tamen ſunt plures ſub eadẽ ſpecie. Secundo nulla cauſa priuatiua eſt cauſa effectus poſitiui, ſed carentia materię eſt cauſa priuatiua, igitur nõ eſt cauſa vnitatis indiuidui ſub eadem ſpecie, quæ eſt res poſitiua. Tertio ſi carere materia eſſet cauſa ꝙ tota ſpecies ſaluaret in vno indiuiduo, tunc vnum numero indiuiduũ haberet vniuerſam ſuæ ſpeciei perfectionẽ, ſed vniuerſa ſpeciei perfectio eſt infinita, igitur illud eſſet infinitæ perfectionis. Vltimo Auer. 2. huius com. 49. velle videtur contra Aui. oẽs orbes eſſe eiuſdẽ ſpeciei, qui ſunt ſempiterni, & carent materia, igitur in ſempiternis & materia carentibus eſſe poteſt plurium indiuiduorũ multiplicatio ſub eadẽ ſpecie.

His rationibus quidã ſentiunt ad mentẽ peripateticorum, immediatam cauſam quare ſint vel eſſe poſſint vel plura indiuidua ſub eadẽ ſpecie, eſſe contingentiã. Nam cum contingens natura ea ſit quę eſſe, & non eſſe poteſt, igitur eius ſunt vel poſſunt eſſe plura indiuidua. Vnitatis vero cauſam ſub eadẽ ſpecie eſſe aiunt ſempiternitatẽ et neceſſitatem, quia omne poſsibile in natura neceſſaria actu eſt, igiƭ cum in ſempiterno & neceſſario ſpecies poſſit ſaluari in vnico indiuiduo, & vnico indiuiduo non repugnat perfectio tota ſuæ ſpeciei, erit tota ſpecies actu & neceſſario in vno indiuiduo, & ſic in nullo alio eiuſdẽ ſpeciei. Secus aũt theologice ſentiendo, cũ. n. catholici mundos & intelligentias ponant cõtingentes ex imperio voluntatis opificis, ſit vt plures & mundi, & intelligentiæ ſint vel eſſe poſsint in eadẽ ſpecie. Hæc quidã. Sed hęc poſitio (pace horum dixerim) non eſt peripatetica. Nam D peripatetici contingentiã non dicunt cauſam multiplicationis, cum ipſa ſit modus entis ſequens ipſum ens, propterea quia illud materia participat, vnde Ariſ. in lib. de interpretatione inquit. Contingens eſſe ratione potentiæ, & potentia eſt talis ratione materiæ, igiƭ contingens eſt modus entis ratione materiæ, & ſic nõ videtur cauſa pluralitatis ſub eadem ſpecie, ſed potius cõditio ſiue modus illorũ.

Pi. ꝓpria.

Et ſic peripatetice ſentiendo videtur eſſe dicendum naturam poſſe pluribus cõmunicari, ex eo, quia eius indiuidua participant materia, quã hac ratione Plato interdum infinitudinẽ appellauit, contra vero natura nõ pluribus cõmunicatur, ex eo quia illius indiuiduum materiæ eſt expers, cuius poſitionis eſt Auer. vbiq̃, potiſſimum in lib. de Subſtantia orbis vltimo capite, cum enim indiuiduum materia participat, eſt corruptibile, & ita oportet eſſe plura actu vel ſucceſsione, ne ſpecies ipſa A pereat omnino, & etiam quia eius materia eſt poteſtate plures formæ eiuſdẽ ſpeciei. Ex hoc apparet illos erraſſe, qui aſsignauerũt nõ cauſam, immo effectũ pro cauſa, materia enim eſt cauſa contingentiæ, & multitudinis, quicquid ſit theologice ſentiendo, quo modo nunc nõ loquimur, cõtra vero cum natura ipſa eſt materiæ expers, ipſa eſt ſui eſſentia indiuiduum, & ſpecies, & ita nec eſt, nec eſſe poteſt plus vna in ſpecie. Ex hoc ſequitur vnum eſſe indiuiduum in ęternis, nõ propter materię carentiã, ſed ob eſſentiã naturæ, quę ſeipſa eſt hæc & indiuidua, & nõ participatiue, licet hoc deprehendaƭ à nobis propter materię carentiã. Tunc ad rationes illorũ ad primam nondum certum habemus ad mentẽ peripateticorum, et maxime Ariſto. quid de animabus poſt mortem ſit aſſerendum, propterea in lib. de intellectu perquiratur. Ad ſecundum patet ſolutio. illa. n. carentia nõ eſt cauſa vnitatis, ſed eſſentia incõmunicabilis, quæ ſic cognoſcitur eſſe propter materiæ carentiã, vt dictum eſt. Ad tertium ni B hil dubium eſt, ꝙ quodlibet indiuiduũ illius eſt infinitũ ſm quid in ſua ſpecie, nec propter hoc dicunt illi contra Ariſt. quia quodlibet illorum eſt ſimpliciter finitũ. Ad illud Auerrois dicemus ſecundo huius, vbi opinionem Auerrois bene explicabimus. Hæc pauca nunc ſatis.

At conſiderandum rurſus eſt, quid nam horum recte, quidq; nõ recte dicatur. Alteram igitur eſſe rationem, ſine materia & in materia formæ, recte dicitur: ſitq; hoc verum, nulla tamen ob hoc mundos aut eſſe, aut plures eſſe poſſe neceſſitas eſt: ſi hic vniuerſa ex materia conſtat, vt conſtat profecto.

Expoſitio.

Reſpondet Ariſt. & poſtea reſponſionẽ declarat. breuiter igitur ad argumentũ Ariſt. cõcedit concluſionẽ primi ſyllogiſmi, & ita totum primũ ſyllogiſmũ, videlicet ꝙ in mundo alia ſit ratio formæ, & formæ in materia: de C ſecundo ſyllogiſmo vult maiorẽ eſſe limitandam. dicebatur enim ſic, omne corpus cuius ratio formæ eſt alia quatenus eſt forma, & quatenus in materia, eſt plus vno in ſpecie: vult, ꝙ hæc maior eſt vera, modo nõ conſtet illud ex vniuerſa ſua materia, vbi vero ex vniuerſa materia cõſtabit, non oportet illud eſſe plus vno in ſpecie, & ſic eſt in propoſito, mundus. n. conſtat (vt dicetur) ex tota ſua materia, ideo eſſe nõ poteſt plus vno in ſpecie, quo ſit vt ſi ſyllogiſmus ſecũdus ſic intelligatur, illius maior eſt vera, & minor falſa. Inquit {at conſiderandum rurſus eſt, quid nam horum recte, quidq; non recte dicatur.} Hæc eſt intentio, deinde de ſolutione proſequitur, & inquit, {alteram igitur eſſe rationem ſine materia et in materia formæ de ipſo mundo recte diciƭ, ſitq; hoc verum} & ita totus primus ſyllogiſmus concedatur: de ſecundo ſyllogiſmo inquit {nulla tamen ob hoc mundos aut eſſe aut plures eſſe poſſe neceſsitas eſt} & ſic negatur cõcluſio ſecundi ſyllogiſmi, quia maior eſt limitanda, cuius limita D tionem inquit {ſi hic mundus ex vniuerſa materia conſtet, vt cõſtat profecto}. q. d. ſi pro quia, cõſtat in rei veritate, & hoc modo limitata maiore, negaƭ minor, & ita negabiƭ cõcluſio, & ſic ad formã argumẽti patet ſolutio.

Auer. cõ. 95

Auer. autem præter hoc ꝙ nonnulla verba ſuę tranſlationis obſeruat, quæ non ſunt in codicibus græcis, quo ad rem ipſam recte ſentit, vult enim ꝙ concluſio primi ſyllogiſmi, videlicet mundus componitur ex materia & forma ſit vera, & ſic totus primus ſyllogiſmus. De ſecundo dicit ꝙ maior debet ſic intelligi, omne compoſitum ex materia & forma eſt plus vno in ſpecie, quoties conſtat ex parte materiæ, & non ex tota. Modo in propoſito mundus ex tota conſtat materia, & non ex parte, propterea non ſequitur poſſe eſſe, aut eſſe plures vno in eadem ſpecie. Hæc Auerroes quæ ad rem ipſam vera ſunt, & licet non multum ad verba Ariſtoteles vt diximus.

Fiet autem forſitan hoc modo id quod dictū eſt magis manifeſtum. Nam, ſi ſimitas concauitas eſt in naſo, aut in carne; caroq; materia eſt ſimitatis, ſi omnibus ex carnibus vna efficiatꝰ caro, atq; in hac exiſteret ſimitas ipſa, nullum profecto aliud ſimum aut eſſet, aut fore poſſet. Simili quoq; modo ſi materia in homine caro eſt atq; oſſa, ſi vniuerſa ex carne, omnibuſq; ex oſſibus homo exoriretur. Modo hæc minime diſſolui poſſint, alius nimirum homo eſſe non poterit. Similiter autem & in cæteris id genus.

Expoſitio. Conceſſit Ariſtoteles in aliquo rationem formæ, & huius formæ eſſe aliud, & nō eſſe in ſpecie multiplex, & hoc ſi ex vniuerſa conſtiterit materia, vbi vero ex parte materiæ conſtiterit, omnino erit in ſua ſpecie multiplex numero, hoc nunc explanat exemplis, & nō quidē exemplis quæ ſunt, aut eſſe poſſunt, ſed exemplis quæ poſſunt intelligi eſſe, ne videlicet de re ipſa accidat quæſtio, & ideo fingit exempla, & etiā quia vniuerſale (vt logici ſentiunt) ſe extēdit ad ea quæ ſunt, aut eſſe poſſunt, aut intelligi eſſe, & quę ait tranſlatione ipſa perſpicua ſunt. Sed quo ad verba attinet. Ariſto. adiecit modo hæc minime diſſolui poſſint, quia ſi diſſolui poſſunt, ex ipſo homine corrupto poſſet alius homo eſſe, ceu ex diſſoluta arca, ex eiſdem lignis fieri poteſt alia arca. Hoc autem ſuppleuit propter poſitionē Empedoclis, qui vnum mundū generat ex alterius corruptione, propter hæc animaduertit, Simplicius duas eſſe conditiones, quibus non poſsit eſſē plus vno numero indiuiduo in ſua ſpecie, prima eſt vt cōſtet ex tota ſua materia. Secunda vt ſit ſempiternum, phœnix. n. ex tota eius conſtat materia, ſed quia corruptibilis eſt, plures phœnices eſſe poterūt ſaltem ſucceſsione & reditu. Quæ Auer. com. 94. Auerroes autē enititur exponere verba ſuæ tranſlationis vt quid per membrū, quid ve per locū Ariſtoteles voluerit, & laborat fruſtra, cum nullum horum verborū reperiatur in noſtris græcis codicibus. Secundo voluit Ariſtotelē in litera noſtra accepiſſe hęc conuerti, omne cōſtans ex tota ſua materia eſt vnū numero tantum in ſua ſpecie, et omne vnum numero tm̄ in ſua ſpecie conſtat ex tota ſua materia, & etiā textui nō conuenit, cū nihil Ariſtoteles meminerit talis cōuerſionis. Sed ambæ ſunt veræ, licet textui nō conueniant. Sed obijcies, quia non videtur vera illa, omne vnū numero conſtat ex tota ſua materia. nam Deus vnus eſt numero, qui tamen nec ex tota eius materia, nec ex parte cōſtat, cum nulla ſit ex materia. Fortaſſe verbum Auerrois eſt verum duntaxat in his quę de materia prodeunt, qualis non eſt deus benedictus, nec intellectus vllus. Tertio aliquantulū digrediendo ſumit duo, quorum primum eſt, ſi aliquod indiuiduū conſtat ex tota ſua materia, non poteſt eſſe plus vno numero in ſua ſpecie. ſecundū eſt ꝙ ſi materia nō ſit tota in vno indiuiduo, ſed illius aliqua pars, eſſe poſſunt plura in illa ſpecie, quia ſecundum vnā partem in vno erit, ſm aliam in alio. Ex his infert primo, infinita poſſe eſſe indiuidua in eadem ſpecie, modo nullum illorum cōſtet ex tota ſua materia. Nam materia eſt quanta interminata quātitate, & ita eſt multa, immo infinita poteſtate, & ſic partitione materiæ, infinita eſſe poterunt indiuidua. Infert ſecundo ꝙ licet infinita eſſe poſſunt, actu tamen ſemper numero ſunt finita, quia tota materia intra cōcauum continetur lunare, quæ cum finita ſit, non niſi finitorum erit capax actu. Ex his procedit ad probandum vnicum numero eſſe mundum, nam omne indiuiduum, quod eſt plus vno numero in ſua ſpecie, eſt pars alterius mundi, quia eſt in parte materie, quæ eſt pars totius mundi, vt dixit; at hic mundus non eſt pars alterius, aliter eſſet proceſſus in infinitum, igitur eſt vnicus numero in ſua ſpecie. Hæc ex commen. colligi poſſunt.

E Omnino itaq; quorum ſubſtantia in ſubiecta quadam eſt materia, eorum nihil exoriri poterit, niſi ex aliqua conſtiterit materia, at cœlum eſt quidem ſingulare, & ex materia conſtat, ſed quia non ex parte ipſius, ſed ex vniuerſa cōſtat, fit vt quāuis ratio cœli, & huius cœli ſit alia, nullum tamē aliud erit, aut plures fieri poſſent, propterea ꝙ hoc omnē comprehenderit materiā.

Expoſitio. Ex his Ariſtoteles conuertit ſyllogiſmum ad oppoſitum hoc modo, omne ſingulare cōſtans ex tota ſua materia eſt vnum numero tantū in ſua ſpecie: mundus eſt ſingulare conſtans ex vniuerſa eius materia: igitur vnus numero tantum, & quia Ariſtoteles videtur quaſi rationem conuertere, ideo tranſtuli verbum illud ἐπεὶ itaq;, & non quaſi reddat cauſam.

Auer. cō. 95. Quo vero ad verba attinet dubiū videtur quid Ariſto-
F teles per cœlū, quod græce eſt οὐρανὸς, velit. Reſpondet Dubitatio.
Auerroes ꝙ Ariſtoteles pōt intelligere vniuerſum mundum, & quintū corpus: & ſi intelligit vniuerſum, ſic materia mūdi erunt elemēta, forma vero corpus ipſum quintum. eſt. n. corpus quintum forma elemētorū, tum quia perficit elementa præbendo eſſe, & operationē, tum ſecundo, quia quintū corpus eſt præſtabilius, omne. n. pręſtabiliꝰ alio eſt vt forma reſpectu illius, vt tertio de Anima docet Auerroes com. 36. & ſic mundus componitꝰ ex quaſi materia, & quaſi forma: quæ ratio docet mundum conſtare ex tota eius materia, quū ex omnibus elemētis, nullum nanq; elementum eſſe poteſt, quin ſit pars huius mundi, & ita conſtat ex tota eius materia, quare merito quinti corporis mundus poſſet multiplicari, quia poteſt quintū corpus perficere infinita elemēta, ſed defectu elementorum, quę eſſe nō poſſunt extra hunc mundū, vnus tantum numero mundus eſt. Sed ſi per cœlū intelligit quintū corpus, ſic dictum Ariſtotelis ſtare non pōt, nam
G cœlum, vt ſic non habet materiā, quia eſſet corruptibile, vt Ariſtoteles declarauit, & ſic patet expoſitio Auerrois. Sed vtrū hæc expoſitio ſit bona, poſterius dicemus. Mouet aūt quęſtionem Auer. accepit. n. cœlum ſumptū pro corpore quinto, non componi ex materia & forma, obijcit nunc contra, quia cœlū illo modo eſt res ſenſilis et intellectilis, aut igitur per eandem naturā eſt intellectile & ſenſile, aut per aliam atq; aliā, nō per eandem, quia tūc res qua ſentitur eſſet res qua intelligitꝰ, cōtra ea quæ diximus. Si alia atq; alia, cū natura qua ſit ſenſile ſit materia, & natura qua eſt intellectile ſit forma, cōſtabit è materia & forma, et ita erit corruptibile et genitum, veluti omne corpus naturale. Reſpondet Auer. & concedit totum, videlicet cœlū ipſum componi ex materia & forma, quatenus cœli forma eſt intellectus, cœli materia eſt corpus recipiens illum, quæ natura recipiens nō eſt per ſe ſecluſa intelligentia in actu, ſed materia corporis cœleſtis animati, quod eſt actu. vt igitꝰ homo cōponitur ex anima & cor-
H pore, quod corpus ſecluſa anima nō eſt in actu, & cū anima eſt materia in actu hominis, ſic cœlū eſt animal ex anima & corpore, quod corpus ſecluſa intelligentia eſt non in actu, ſed bene cum intelligentia materia actu animalis cœleſtis. Sed replicabis, quia tunc ſecluſa intelligētia à cœlo, ipſum nō eſſet intellectile. Reſponſionē innuit & concedit ꝙ ſecluſa intelligentia, illa materia nō eſt intellectilis, immo vt cōmunis materia nō eſt intellectilis niſi per analogiā ad eius formam, ita cœlum nō eſt intellectile niſi per reſpectū ad eius animā, & ita vt cōmunis materia nec eſt, nec eſt in rerū natura abſq; forma, nec eſt intellectilis, ſic cœleſtis illa materia nec eſſet, nec eſſet intellectilis abſq; intelligentia, & ꝓpterea intellectus ille agit per corpus cęleſte quatenus eſt ſubiectū illius, vt de communi dicitur materia. Sed adhuc replicabis, quia ſi ita ſe habet corpus cęleſte ad intelligentiā vt materia cōmunis ad formā, tunc corpus cęleſte eſſet in potentia, & ita

poſsibile

poſsibile non eſſe. Reſpondet, ꝙ vtraq; materia eſt potentia, ſed aliter, & aliter. cõmunis quidẽ materia eſt potentia ad vtrũq;, videlicet ad eſſe & nõ eſſe, & propterea illa dicitur materia in potentia abſolute, cęleſtis vero eſt potentia ſm dimidium, vtpote ad eſſe tantum, & ideo dicitur materia in actu reſpectu cœli: propter hoc diximus vtraſq; materias eſſe eiuſdem ſpeciei potentiæ in ratione metaphyſica, non aũt in ratione phyſica. Sed adhuc dices, nonne in cœlo eſt aliqua potentia ad vtrunq;. Reſpondet in cœlo eſſe potentiam ſm vtrunq; ratione habita ad motum, non aũt ratione habita ad formã, hinc concludit cœlum eſſe neutrũ, non compoſitũ ex materia & forma eiuſdem rationis phyſicæ, quia tũc eſſet graue vel leue, & ita corruptibile, ſed eſt cõpoſitum ex materia & forma alterius rationis, vt dictũ eſt. Quo vero ad verba attinet Auerroes in ſuis translationibus habebat. Si igitur fuerit compoſitũ ex medietate materiæ ſuæ, ſed ex tota, erit tunc vnum, & tunc laborat exponere cur dixit ex

Medium duplex.

B medietate ſignanter. vbi debes ſcire, ꝙ medium aliquando accipitur pro altera parte alteri æquali, quæ dimidiũ dicitur totius, & hoc modo vult Ariſtotelẽ medium non ſumpſiſſe, nam Socrates & Plato nõ cõponuntur ex medijs materijs, ſumptis medijs pro dimidijs, quia tunc non poſſet eſſe tertius homo præter ambos illos, nec alter altero poſſet eſſe maior, & ita non præciſe ex medijs materijs conſtant. Aliquando vero ſumitur pro parte, vt idẽ ſit medium, quod pars totius, ita vt diſtinguatur cõtra totum, & ſic ſumpſit hic, & ita eſt ſenſus, ſi igitur nõ fuerit compoſitũ ex medietate, hoc ex parte materiæ, ſed ex tota, tunc vnum tantũ eſt, et hoc modo loquitur hic, nec eſt mirum, quia vt non ex qualibet qualitate eſt ens, ſic nec ex qualibet quantitate. Sed hæc Auerrois obſeruatio vera eſt, ſed proficiſcitur ex malis translationibus. in codicibus enim græcis nulla eſt hæc conſideratio. Animaduerſione dignũ (vt Auerroes indicat) demoſtrationem hãc differre ab alijs, videlicet ab ea quæ proceſsit ex

C motu terrę, & ab ea quę fuit ex loco ignis, qa hęc eſt propter quid & cauſam afferens, illę vero demonſtrationes ſunt ſigni, quia omnis demonſtratio ducens ad impoſsibile dicit̃ ſigni. Vnde demonſtratio huius loci eſt, omne indiuiduũ conſtans ex tota eius materia eſt vnũ numero tantum in ſua ſpecie: cœlum ſiue mundus cõſtat ex tota ſua materia, igitur vnum numero tantum, addit tamẽ ꝙ minor huius poteſt declarari per illas, quia mundum conſtare ex tota ſua materia, ex eo patet, quia non poteſt eſſe extra hũc mundum aliquod elementorum, vt per illas rationes conſtat, & ſic dictæ demonſtrationes dant mundum eſſe vnum tantum, hæc vero cauſam illius affert, quare cõgregando vtraſq;, vel omnes ſimul erit ſumma certitudo. Hæc Auerro.

Quæſtio.

An unus uel plures ſint mundi, uel poſsint eſſe.

SEd circa hæc quærũt vtrum vnus ſit tantum mundus, ita vt nec ſint, nec poſsint eſſe plures, & ſolet argui, ꝙ

D ſint vel poſsint eſſe plures, primo, mũdus eſt effectus dei etiam apud peripateticos, vt in libro Deſtructio Deſtructionum. potentia Dei cum ſit infinita nõ determinatur ad hunc vnum ſolum mundũ: igitur poteſt facere alios. Secundo, quanto ſpecies eſt nobilior, tanto eſt pollẽtior: mundus eſt ſpecies nobilior ſpecie hominis vel equi, igitur poteſt perficere plura indiuidua, q̃ illa hominis, aut equi. Tertio, melius eſt multiplicare optima, q̃ ea quæ ſunt minus bona: mundus eſt optimum quid: igitur melius eſt ponere plures mundos q̃ vnum. Quarto, hodie ſunt alia miſta numero, alia quoq; elementa, q̃ erant antea, & hæc ſunt ipſius mundi partes, quibus non manentibus eiſdem videtur etiam ꝙ mundus non maneat idem, quare plures eſſe poſſunt ſucceſſiue.

Circa quæſtionẽ hanc variæ ſunt poſitiones, & omnes reducuntur ad duas, nam qui de ipſo mũdo loquuntur, aut

A vnum numero mundum arbitrantur, vt eſt poſitio Ariſtotelis, aut plures mũdos. Si plures, ſunt poſitiones. Alij enim dixerunt infinitos eſſe mundos eiuſdem ſpeciei, intelligentes per mũdos hominis ipſius indiuidua, nam homo ipſe microcoſmus dicitur, hoc eſt paruus mundus, quod fortaſſe Anaximenes et Democritus voluerunt dicere.

Anaximenis & democriti poſitio.

Alij dixerunt mundos eiuſdẽ ſpeciei eſſe plures, ſumentes mundum pro elementario hoc ſenſili mundo, qui intra lunarẽ orbem continetur, non quidẽ ſimul, ſed ſucceſsione, & hoc Empedocles ſenſit, hunc mundũ concordia & diſcordia fieri & corrũpi aſſerens.

Empedoclis poſitio.

Quod etiã magni ſtellarum ſcriptores affirmãt, dicentes hunc mundum variari ſtellarũ motu, vt etiã Ariſtoteles credit in libro Meteororum. Iſti enim ſunt qui probãt mutationes rerum, & diluuia ex cõiunctionibus ſtellarum maximis Saturni & Iouis atq; Martis proficiſci, in quibus & miſta omnia ad elementa, & elementa ad materiã fere reſolui contendunt.

Poſitio aſtronomorum.

Plato aũt mundum hunc corrumpi, &

B de nouo fieri autumat ſingulis triginta ſex milibus annorum, quo tempore completur reuolutio maximi orbis.

Poſitio platonis.

Alij ſunt, qui plures mundos dicunt inter ſe eccentricos eiuſdem ſpeciei, ac naturæ, ſolo numero inter ſe differentes, æque perfectos tum mole, tum qualitate, atq; virtute, & hi ſunt Democritus & Anaximenes, vt Ariſtoteles recitat, quod etiã Plato videtur affirmare ex eo, quia vno exemplo plura eſſe poſſunt exemplata. Qui igitur mundos eiuſdẽ ſpeciei arbitrentur, tot ſunt.

Põ quę Anaximeni & democrito aſcribitur.

Contra vltimos obiecit Ariſtoteles pluribus rationibus, vt circa literę cõmentationes viſum eſt, at contra primos rationes Ariſt. nullę ſunt. Qui vero plures mũdos alterius ſpeciei eſſe arbitrant̃, hi ſunt Anaxagorei, & Platonici, qui triſariam coſmon diſtingunt, alius quidẽ eſt intellectilis, alius ſenſilis, inter hos medius eſt cęleſtis. Intellectilis quidẽ is eſt, qui omnibus intelligentijs nexus eſt, cęleſtis vero is, qui omnibus orbibus cõgregatur, ſenſilis & elemẽtarius qui elementis & miſtis conſtat, ſunt aũt hi mundi hoc or

C dine ſeſe habentes, vt nihil ſit in vno quin ſit in alio, vt quod in elementario eſt ignis, in cœlo eſt mars, in angelico eſt Seraphin, quod in elementario eſt aqua, in cœlo eſt luna, in angelico eſt Cherubin, & in cęteris id genus ſimiliter, qua ratione dixit fortaſſe Anaxagoras quodlibet eſſe in quolibet, quatenus quicquid in vno eſt, in alio etiã erit. Nec etiam cõtra hos rationes Ariſtotelis valent, vt omnibus perſpicuum eſt. Nec.n. hæc Ariſtoteles ipſe negaſſet, immo vbiq; concedit. Hæc ſunt quæ de mundorum multitudine dici poſſunt. Id vero eſt quæſtione dignum, vtrũ deus ipſe poſſet facere plures mundos eccentricos æque perfectos, & eiuſdẽ ſpeciei. Sed quia noſter expoſitor Thomas non minus theologus q̃ philoſophus in cõmentationibus huius loci, aperte defendit mundos nec eſſe plures actu, nec poſſe eſſe etiã per dei potentiã, hoc nunc nobis ſufficiat, quia theologica eſt diſputatio.

Thomę opinio.

Tunc ad rationes, ad primã dici poteſt potẽtiam dei eſſe terminatam apud peripateticos, ſed dato ꝙ ſit infinita,

D dico ꝙ licet potentia dei non ſit terminata ex parte dei, eſt terminata ex parte rei, quæ ſit, non enim dicitur dei potentia exhauſta, ſi non poſsit hominem meliorem facere, q̃ fecit, quoniam homo non eſt res melius factibilis, ſic etiam non dicitur potentia dei exhauſta, dato ꝙ non poſsit facere plures mundos, quia impoſsibilitas eſt ex parte rei. Ad ſecundum dici poteſt pollentiam & virtutem ſpeciei non conſiſtere in perficiendo plura indiuidua, ſed in melius operando, vt dicitur tertio de anima, & ita mundus, quia eius operatio eſt melior illa hominis, ideo eſt perfectior. Ad tertium dici poteſt eſſe melius multiplicare optima, quando illa multiplicatio non eſt impoſsibilis, ſic enim dij poſſent multiplicari. Ad vltimum dicunt illam rationem probare plures poſſe eſſe mundos ſucceſsiue partialiter, non autem totaliter, vt dictum eſt. Hæc de quæſtione,

Reliquum

Reliquum igitur eſt id ipſum demonſtrare ex omni naturali atq; ſenſili corpore conſtitiſſe: ſed primum afferamus quid nam cœlū ipſum eſſe dicimus, & quotupliciter, vt nobis id certius fiat, quod quærebatur.

Expoſitio. Suppoſuerat Ariſtoteles in quæſtionis ſolutione mundum ipſum ex tota ſua materia conſtitiſſe. Nunc Ariſtoteles vult hoc demonſtrare, afferens primo intentionem eorum quæ dicturus eſt, ac ordinē. Inquit{ reliquum igitur eſt id ipſum demonſtrare ex omni naturali atq; ſenſili corpore cōſtitiſſe} erat enim hoc ſuppoſitum. Hæc eſt intētio: Sed primum afferamus quid nam cœlum ipſum eſſe dicimus, & quotupliciter dicatur, & nō temere, hoc enim præaccipiendum eſt, vt nobis id certius fiat, quod quærebatur. Hic eſt ordo.

Vno igitur modo cœlum dicimus ſubſtantiā vltimæ vniuerſi conuerſionis. Aut corpus naturale, quod in vltima vniuerſi conuerſione cōſtituitur. Vltimum enim ac ſupremum corpus, potiſſimum cœlum appellare conſueuimus: in quo omne diuinum inſidere dicimus.

Expoſitio. Nunc rem propoſitā exequitur, & ponit tres ſignificatus eius quod græci οὐρανός dicunt: nos vero cœlū. In prima ſignificatione cœlum eſt ſubſtantia vltimæ cōuerſionis totius vniuerſi, vt orbis ſtellatus, dicit enim vltima conuerſio, quæ græce eſt periphora, diarius ipſe motus, quo cœlū ipſum. 24. horis fere vniuerſum circuit. *περιφορά* Orbis autem ſtellatus eſt ſubſtantia huius vltimæ cōuerſionis, quia ſubiectū illius, accepit. n. hic οὐσία pro ſubiecto, & ſic primus cœli ſignificatus eſt, quo ſubiectū motus diarij, cœlum dicitur. Aut aliter deſcribit dicens, aut cœlū dicitur corpus naturale, quod in vltima vniuerſi conuerſione conſtituitur, ſunt. n. tot cœli periphoræ, ſiue cōuerſiones, quot ſunt orbes, at cœlum in primo ſignificatu id eſt quod eſt corpus in vltima conuerſione omnium orbium conſtitutū. Quo vero ad verba attinet, prima nominis deſcriptio fuit per ſubſtantiam, cuius ratio naturalē rationem tranſcēdit, cum ad metaphyſicū ſpectet, propterea aliam expoſitionē adhibuit in eodē ipſius cœli ſignificatu, quæ per corpus naturale eſt, nam hæc naturali ſciētiæ magis conuenit. probat hanc ſignificationē modo quo ſolent probari nominum interpretationes ex cōſuetudine videlicet loquēdi, nominibus. n. vtendum eſt vt plures, vt dicit ſecundo libro Topicorum, & inquit, vltimū. n. ac ſupremū corpus potiſsimū cœlum appellare cōſueuimus, in quo omne diuinū inſidere dicimus, vt ſubſtantię immateriales, et Deus ipſe, dictum. n. eſt ſupra oēs homines locum qui ſurſum eſt, dijs tribuiſſe. Sed fortaſſe dubitauerit iunior, nam ſuperius Ariſtoteles locū ignis eſſe dixit ſimpliciter ſurſum, ipſosq; cœlos nec ſurſum, nec deorſum eſſe, cum ſint grauitatis & leuitatis expertes, at nunc cœlum ſtellatū aſſerit eſſe maxime ſurſum, quia eſt locus omnis diui. *Surſum ac deorſum dupliciter.* Expoſitor recte ſentit, ſed facilius dici poteſt, ſurſum et deorſum poſſe venire in vſum noſtrū aut vt ſunt differētiæ poſitionis, aut ſunt termini motuū rectorum. vt ſunt differentiæ poſitionis, ſic illud dicitur eſſe maxime ſurſum quod eſt è centro ipſo maxime remotum, & hoc modo Ariſtoteles loquitur. Si vt ſunt termini motuum rectorum, ſic locus ignis eſt maxime ſurſum, locus terræ maxime deorſum, & ſic locutus eſt in alijs locis, & ſic tollitur contradictio.

Alio modo cœlū illud corpus dicimus, quod eſt proximum vltimæ vniuerſi conuerſioni, in quo Luna & Sol, nōnullæq; ſtellarum ſunt collocatæ: & enim hæc in cœlo eſſe dicimus.

Expoſitio. Secundo modo cœlum ſumitur pro cōgregato ex omnibus orbibus excepto orbe ſtellato, in quo ſunt duo lumina ſol, & luna, et quinq; planetę. Inquit, alio modo cœlum illud corpus dicimus, quod eſt proximū vltimæ conuerſioni totius vniuerſi, hoc eſt totum aggregatū ex orbibus infra cœlum ſtelliferum, in quo luna & ſol, nonnullæq; ſtellarum ſunt collocatæ, vt quinq; planetæ, quem ſignificatum ſimiliter probat à conſueto modo loquēdi dicens, & enim hæc in cœlo eſſe dicimus, & certum eſt illa non eſſe in cœlo ſtellifero, ſed infra illud, igitur cœlum etiam poteſt ſumi pro cōtento infra illud. *Dubitatio.* Quo vero ad verba attinet, verbum illud συνεχές græce, latine etiam eſt continuum, propterea dubitant expoſitores, quia nō videtur tale aggregatum eſſe continuum orbi ſtellifero. Nam continua ſunt, quorū motus eſt vnus. Et ſoluunt aſſerentes hæc eſt continuua quo ad naturam, quatenus omnia ſunt incorruptibilia, & in orbem mobilia. Sed hæc dubitatio non eſt neceſſaria. Ariſtoteles enim etiam interdum verbum συνεχές pro proximo ſumit, & ſic trāſtulimus, qua ratione nulla eſt dubitationis neceſſitas, nulla etiam ſolutionis.

Inſuper etiam alio modo dicimus cœlum id corpus quod à conuerſione vltima continetur: quippe cum totum & vniuerſum cœlum dicere conſueuimus.

Expoſitio. Vltimo cœlum ſumitur pro corpore, quod ab vltima conuerſione continetur, et ſic pro toto mundo, quod etiam ex vſu loquendi probat, quia totū & vniuerſum cœlū dicere conſueuimus. *Quæ Auer. cōmen. 94.* Quo vero ad verba attinet Ariſto. diarium motū appellauit vltimū, cum alibi appellet primum, vbi Auer. indicat illum eſſe vltimū & primū. vltimum quidē pro quanto cæteros cōtinet, & rectos & orbiculares motus oēs, primum vero quatenus eſt cauſa & principium omniū motuum, vt Octauo dicitur Phyſicę auſcultationis. *Solutio. S. Tho.* Sed dices, cum hoc nomen cœlū de illis tribus dicatur, eſt. n. vniuocū illis an æquiuocum. Reſpondet Expoſitor cœlū dici primo et principaliter de ſuprema ſphæra, ſecundo de cæteris ſphęris quatenus ſunt illi primæ proximæ, tertio de vniuerſitate corporū, quatenus continetur ab illa ſuprema, quę ratio docet cœlum principaliter dici de ſuprema. *Solutio. Auerro.* Auerroes autem velle videtur, cœlum eſſe dictum principaliter de vniuerſo mundo, & ſecundo de ſphęra vltima, quatenus illa fortaſſe eſt principaliſſima pars totius vniuerſi, & tertio de orbibus alijs, vt ſunt partes minus principales. Sed illa expoſitio prima textui conuenit, hęc autem videtur rationi magis conuenire.

Cum itaq; trifariā cœlum ipſum dicatur, totum id quod ab vltima cōuerſione comprehenditur, ex omni naturali, ſenſiliq; corpore conſtare neceſſe eſt: propterea quia extra cœlum nullum ſit corpus, neq; fieri poſsit.

Expoſitio. His præmiſſis, ſyllogizat propoſitū, & intendit hunc ſyllogiſmū, omnia corpora ſenſilia ſunt vniuerſa mundi materia: mundus conſtat ex omnibus ſenſilibus corporibus: igitur mundus cōſtat ex tota eius materia. Circa igitur hunc ſyllogiſmum præmittit intentionem quę eſt concluſio illius, & vim ſyllogiſmi, et inquit, cum itaq; trifariam cœlum ipſum dicatur, totum id quod ab vltima conuerſione comprehenditur, ex omni naturali, ſenſiliq; corpore conſtare neceſſe eſt. Hæc eſt intentio ſiue ſyllogiſmi concluſio, propterea quia extra cœlum nullum ſit corpus, neq; fieri poſsit. Hæc eſt ſyllogiſmi vis.

Nam ſi extra vltimam cōuerſionem corpus ſit naturale, ipſum aut ſimpliciū corporum aliquod, aut compoſitorum, aut ſecundum naturam, aut præter naturā ſeſe habere neceſſe eſt.

Expoſitio. Propoſitā intentionē ſyllogizat hypothetice diuiſiue deſtructiue ſic, ſi aliquod corpus extra vltimā ſphærā ſit, ipſum erit aut ſimplex, aut miſtum, aut ſm naturam, aut

præter

præter naturam:ſed nullum horum eſt, neq; eſſe poteſt: igitur extra cœlum vltimū nullum corpus naturale vel ſenſile eſſe poteſt, huius præmiſit diſiunctiuam, quæ eſt maior, & ſermo tranſlationibus perſpicuus eſt.

Simplicium quidem igitur nullum erit: demonſtratum eſt enim circulariter delatum ſuū locum commutare non poſſe.

Expoſitio. Probat nunc minorem, videlicet, ꝙ nullum horū ſit, quia aut erit corpus quod circulariter fertur, aut leue, aut graue. primo probat ꝙ non ſit corpus, quod circulariter fertur: quia demonſtratum eſt Sexto auſcultationis phyſicæ corpus quod circulariter fertur nō poſſe ſuum locū commutare, niſi ſm formam, non autem ſm materiam.

Animaduerſione dignū, rōnem hanc eſſe ſic formandam, ſi extra vltimū cœlū eſt corpus quod in orbem fertur, aut eſt ibi violenter, & hoc non, quia eſſet alteri loc⁹ ille naturalis, aut naturaliter, & cū quicquid ſit naturale vni indiuiduo vnius ſpēi in ſimplicibus, illud idē numero ſit naturale cuilibet indiuiduo eiuſdem, vt totiens eſt ꝓbatū. locus ille erit ēt naturalis vltimo cœlo noſtri mūdi, igitur aut ille orbis ad locum noſtrū, aut noſter orbis ad locū illius feretur, & quicquid erit, ſequitur cœlū poſſe locū cōmutare ſm formā & materiā, cuius deſtructionē indicat Ariſto. dicens, demōſtratū eſt.n. in Sexto phyſicorum circulariter delatum ſuū locum cōmutare non poſſe, & ita illud conſequens eſt impoſſibile.

At neq; id eſſe pōt, quod e medio fertur, neq; id qđ ſubſidet. Qñ quidē ꝑ naturā ibi nō erunt, quippe cū ipſorū alia ſint ꝓpria loca. Prēter naturā aūt ſi ſint, alij cuipiā corporū exterius ille locus ꝑ naturā inerit. Qui nāq; alicui p̄ter naturā cōpetit, alij ꝑ naturā inſit, neceſſe eſt: at nullū p̄ter hæc corpus exiſtit. Feri igitur nō pōt vt extra cœlū corporū ſimpliciū aliqđ ſit collocatū.

Expoſitio. Hactenus, ꝙ corpus extra vltimum cœlū non ſit corpus, quod in orbem fertur, probatū eſt, nūc qđ neq; ſit leue, neq; graue probat, ſic, quia ſi extra cœlū ſint ignis & terra, erunt ibi aut ꝑ naturā aut præter naturā: ꝑ naturā quidē ibi eſſe non poſſunt, quia vni corpori non eſt naturalis niſi vnus locus, mō oībus grauibus aſſignatus eſt vt locus naturalis mediū noſtri mūdi, oībus vero leuibus vltimū oīum cōcauū lunæ, quare alia loca præter hæc duo eſſe non poſſunt illis naturalia. Præter naturā vero minime ibi erunt, quia locus ille exterius alij corpori p̄ter hęc erit naturalis: ꝑ regulā traditā ſuperius, modo nullū tale videtur p̄ter hæc eſſe, quare extra cœlū nullū horum eſt. Inquit. {At neq; id eſſe pōt, quod è medio fertur, vtpote leue, neq; id quod ſubſidet, vtpote graue, qñ quidem ꝑ naturā ibi nō erunt, quippe cū ipſorū alia ſint propria loca et naturalia, infra videlicet cœlū octauū, leuibus vltimū lunare, grauibus aūt mediū totius, & impoſſe eſt vni corpori naturaliter cōpetere plus vno loco. Præter naturā aūt ſi ſint, alij cuipiā corporū exterius ille locus ꝑ naturam inerit: qui nanq; alicui prēter naturā cōpetit, alij per naturā inſit neceſſe eſt. Hæc enim eſt regula in hoc libro ſæpius declarata, at nullū p̄ter hæc tria, videlicet leue, & graue, & neutrū exiſtit corpus in rerū natura, cui ineſſe poſſit locus ille. fieri igitur non pōt vt extra cœlū corporū ſimpliciū aliquod ſit. Et in hoc recte Expoſitor ſentit rōnes has non valere niſi ex illo, quod ſuperius eſt demonſtratū, vnū videlicet eſſe vltimū, qđ eſt locus naturalis oīum leuium, vnū ēt mediū, qđ ēt eſt nālis loc⁹ oīum grauiū. Ex hac.n. ſuppōne, rōnes hę vim hñt pollentem.

Laus. s. Tho.

Quod ſi corpus ſimplex neque at ibi vllum eſſe, neque etiam miſtorum aliquod ibidem eſſe poterit. Miſtum enim ſi fuerit alicubi, ſimplex etiam ibidem ſit, neceſſe eſt.

A Hactenus ꝙ nullū ſimplex extra cœlum ſit corpus, ꝓbatum eſt, at nunc ꝙ nullum ſit extra cœlum miſtum, ꝓbat. nā ſi extra cęlum eſt aliqđ corpus miſtum, oportet vt ibidē ſit corpus ſimplex, nā ſi miſtum fuerit alicubi, ſimplex etiam ibidē ſit neceſſe eſt, ſaltem id ſimplex, qđ in illo eſt miſto. Etiā ꝑꝑ aliam cām, qm̄ miſtum et mouetur & eſt in loco à prædominante elemento, igitur in illo loco extra cœlum ſi fuerit aliquod miſtū, oportet in eodem eſſe ſimplex prædominans, virtute cuius mouet, & eſt in loco. Quare cū extra cœlum nullū ſit ſimplex, neq; miſtum eſſe poteſt vllum, hæc Ariſtoteles.

Expoſitio.

Ariſtoteles vero (vt Auer. ſentit) probauit extra cœlum nō poſſe eſſe aliud cœlū præter naturaliter, quia tūc cōmutaret locum ferendo ſe illinc ad locum cœli noſtri. Tacuit autem (vt Auerroes inquit) ꝓbare ibi cœlū eſſe non poſſe naturaliter: quia eſt per ſe notū, quod hac ratione probat. nā ſi extra cœlum noſtrum eſſet aliud cœlum, eſſet ibi etiam alius mundus. quod deducit, quia ſi extra cœlum noſtrum eſt aliud cœlum, oportet in medio illius eſſe terrā fixam, circa quā fertur, omne.n. quod mouetur, eget quieſcente, & ſi ibi fuerit terra, erit ēt & ignis, &.n. ſi vnum contrarium fuerit in rerum natura, & reliquum etiam erit. Vltra, ſi in illo ſunt extrema, erunt ibi media, quare ſi ibi erit cœlum, erit etiam alius mundus. Aut melius fortaſſe id tacuit de vtroq;, quia quicquid dicitur, ſequitur cœlum poſſe locum mutare, nam ſi extra cœlum vltimū eſt aliud cœlum eccētricū, ſi ibi erit naturaliter, noſtrum mouebitur ad illud, ſi prēter naturaliter, illud mouebitur ad noſtrū, propterea tacuit hæc. Deinde Ariſt. (vt inquit Auer.) probat extra cœlum nō poſſe eſſe elementa, & debuiſſet præſumere diuiſionem hanc aut naturaliter, aut præternaturaliter, & nō ōaccipit, ſed deſtruit abſq; p̄acceptione, & (vt Aue. inquit) hoc fecit, quia ex alterius deſtructiōe ſequi alterius ꝓbatio, vel fecit vt eēt breuis, nā vtroq; mō bene fit. Hæc ex Auerro.

Quæ Auerr. cōmen. 97.

B

C At vero neq; fore ēt poſſibile eſt. Nā aut prēter naturā, aut ſcđm naturā erit, & aut ſimplex, aut miſtū. Quare eadem ratio rurſus inſurget, nihil enim refert conſideranti ſi ſit, an fieri poſſit. perſpicuū igitur ex dictis, nec eſſe, nec fieri poſſe vllius extra cœlum corporis molem.

Expoſitio. Hactenus ꝙ, de ineſſe nullum corpus ſit extra mundū ꝓbauit, nunc idem probat de contingenti ꝙ nō cōtingit aliquod corpus eſſe extra mundum, & arguit diuiſiue vt prius, quia ſi aliquod corpus extra mundum contingit eſſe factū, aut erit ſimplex aut miſtum, & vtcūq; ſit: aut naturaliter, aut præternaturaliter, & arguatur vt prius, quare eadem ratio inſurget, nihil.n. refert cōſideranti ſi illud ſit de ineſſe, an fieri poſſit de contingenti. Sed dices, videtur ꝙ ineſſe & contingens eſſe differunt, vt dicitur primo priorū, igitur refert illud cōſideranti. S. Thomas reſpondet Ariſtotelē intelligere in ſempiternis. nā

Solutio. s. Tho.

D vt dicitur in tertio auſcultationis phyſicæ in æternis nō differt eſſe, & poſſe. Sed hæc ſolutio nulla eſt, quia qui dicerent plures mundos eſſe poſſibile, non dicerent illos eſſe ſempiternos, ſed genitos, et corruptibiles. Melius igitur cum Auerroe dicerem ꝙ ineſſe, & cōtingens eſſe non differunt quo ad rationem. ipſum enim ineſſe eſt contingens deductum ad actum, at contingēs eſt ipſum ineſſe futurum: igitur quo ad rationem non differunt, vbi nanque extra hunc mundum eſſe poteſt corpus, poteſt poni ineſſe, contingens enim poſitum in eſſe non infert impoſſibile ex poſitione illius, & ſic nihil refert quo ad rationem. Propterea cōcludit {perſpicuum igitur ex dictis, nec eſſe, nec fieri poſſe vllius extra cœlum corporis molem. Hæc eſt concluſio ex dictis.

Propria ſolutio & de mēte Auerro.

Quare vniuerſus mundus ex tota ſua materia conſtat. nam materia eius erat naturale atq;

ſenſile corpus. Quo fit vt nec nunc plures ſint cœli, nec ſuere, nec fieri poſſint. Sed vnicũ dũtaxat eſt hoc cœlum, atque perfectum.

Expoſitio.

His modo ſumptis ſyllogizat intentũ ſic, corpus nãle atq; ſenſile eſt mundi materia: mundus conſtat ex omni corpore naturali, atq; ſenſili: igitur mundus conſtat ex oĩ ſua materia, inqt{. Quare vniuerſus mũdus ex tota ſua materia conſtat. Hæc eſt concluſio. Deinde ſumit maiorem dicens, nã materia eius erat naturale, atq; ſenſile corpus. Cui adde minorẽ iam declararam, videlicet, ſed mũdus conſtat ex oĩ ſenſili atq; naturali corpore, & ſequitur concluſio, videlicet ꝙ mundus conſtet ex tota ſua materia. Quo vero ad verba, laborat Expoſitor, nam in ſuis tranſlationibus ſic ſcribebatur. Vniuerſus enim mũdus ex tota ſua materia conſtat. Vbi Ariſt. videtur reddere cãm eius quod dixerat, dixerat.n. mũdũ ex oĩ ſenſili corpore conſtitiſſe, nunc quaſi videť reddere cãm ex eo, qa conſtat ex tota ſua materia, & laborat ſoluere, & oĩs ſua conſideratio eſt inutilis, nã verbũ illud græcũ [illegible] ad nos venit interdũ pro certe, interdũ pro quia, interdũ ꝓ quare, & cæteris id genus, veluti etiam ipſum.n. apud nos ſumi conſueuit, & ita tranſtuli ego. Quare vniuerſus & reliqua, vbi nulla euenit difficultas. Vlterius aĩaduerſiõne dignũ de mundo extitiſſe quatuor põnes. Alia quidẽ Democriti atq; Anaximenis ꝙ actu ſint plures mũdi inter ſe eccentrici. Alia Empedoclis, ꝙ fuere plures, ſed actu vnus eſt. Nã lite & amicitia fuerunt corrupti & geniti. Alia & tertia Platonis, ꝙ nec ſunt nec fuere plures, ſed eſſe poſſunt plures, quia eius opifex vno exemplo põt facere plures. Quarta eſt peripateticorũ, ꝙ nec ſint plures, nec fuere, nec eẽ poſsint, ſed eſt vnicus & pfectus ſemper. Hæc quatuor epilogãdo tetigit dicẽs{ Quo fit vt nec nunc, plures ſint cœli, & hoc contra Democritũ & Anaximenẽ. nec fuere, & hoc contra Empedoclẽ, nec fieri poſsit, & hoc cõtra Platonem, ſed vnicũ numero in ſua ſpecie duntaxat, eſt hoc cœlum atque perfectũ, & hoc pro opinione peripateticorum.

Conſide. textus. Agnas multum hic inſudat.

Quæ Auer. com. 98.

Ex cõmento Auerrois colligiť vna rõ aduerſus Platonẽ, quæ ſic cõponitur, ſi cõtingit plures eſſe mundos, cõtinget plures eſſe numero materias, atq; plures eẽ numero terras: ſi contingit plures terras eſſe, contingit vnã numero terrã moueri motibus contrarijs naturaliter: vltimũ conſequens eſt impoſſibile, igitur primũ antecedẽs. Sed deus non põt agere impoſſibile, igitur nec vno nec pluribus exemplis deus põt plures mundos facere. Secundo, in cõmento colligitur alia ratio contra Democritũ & Anaximenẽ, & cã quare in æternis nõ eſt plus vno indiuiduo in ſpẽ. Rõ quidẽ hæc eſt, indiuidua ſunt plura numero, quia nõ poſſunt eſſe æterna ſm idẽ numero, igitur ꝑ conuerſionẽ ꝑ cõtrapoſitionẽ, quę poſſunt eſſe ęterna ſm idem numero, nõ ſunt plura numero ſub eadẽ ſpecie: at cœlũ eſt & põt eſſe æternũ ſm idẽ numero: igiť nõ eſt plus vno numero in ſpẽ. Cauſa vero hæc eſt vt ſaluetť eſſe ꝑpetuũ, quod cũ non poſſit fieri per vnũ, fit per plura. Inde fuit neceſſitas multitudinis indiuiduorũ. Ex mõ dictis ab Ariſto. ꝑſpicuus eſt error Auerrois. Auer. enim ſuperius commento. 95. voluit ipſius mundi materiam eſſe elementa ipſa, formam vero mundi eſſe corpꝰ quintum, at Ariſtoteles vult materiam mundi eſſe omne corpus naturale ac ſenſile. Quo fit vt non modo ipſa elementa materia ſint mundi, ſed omne corpus quintũ, cum omnia & naturalia ſint, & ſenſilia.

Quę nam ſit Mundi forma.

SEd tunc emergit qõ non ꝑua, quæ videlicet ſit mũdi forma. ab Ariſt.n. habemus quæ ſit mundi materia, ſed q̃ ſit illius forma, ab Ariſto. nõ habemus, & hæc qõ eo potiſſimũ emergit, qa cuilibet materiæ rñdet aliqua forma, vnde & Auer. dixit mundi formã poſſe eẽ in alijs materijs. Conuenere itaq; oẽs vniuerſi mundi formam eſſe vnitatẽ. Sed lõge difficilius eſt, qd nã ſit vnitas hæc.

Cõis põ. Prima põ. Auer.

E Alij nanq; ſenſere vnitatẽ illam eſſe virtutem quandã ſpiritualem e primo ente in ipſo vniuerſo, ſingulaq; eius parte diffuſam, atq; cauſatã, qua qdẽ mũdi ſiue partes, ſiue mẽbra connectantur: atq; coaleſcant, ceu animalis corruptibilis mẽbra ſpiritu e corde diffuſo ad ipſa colligi videnť. Cui põni cõſentire viſus eſt Auer. & in Secũdo huius, cõ. 71. & libro Deſtructio Deſtructionũ diſputatiõe tertia ĩ ſolutiõe. 18. dubij. Tu vero lege huiꝰ confutationẽ alibi. Themiſtius vero in primo de Aĩa capite. 21. & in pluribus locis libri tertij de Anima, atq; Simplicius ibidẽ vnitatẽ illã, mũdi aĩam arbitrati ſunt. Quam Plato ipſe in Timæo aſſerit eſſe in medio, vt vniuerſum recte gubernet. Hanc dicunt ad elementa quidem eſſe naturã: ad cœlos vero aĩam, ad hoĩes eſſe intellectum. Huius quoq; põnis fuit Plutarchus rhodius in eo lib. quem de opiõne Platonis de aĩa ad antobolũ filiũ conſcripſit. Et ſine dubio ſi Ariſto. hanc aĩam mundi cũ Platone ſentit, nullibi apertius eam indicat, quã hic. Nã F materiã explicat, igitur formã indicat. Sapide etiã hæc aĩa vnitas eſt, nã vt ab vnitate proficiſcitur numerus, ſic ab hac proficiſcitur rerũ multitudo & mundus. Quo fit vt ex parte formæ eſſe poſſint plures mundi, qa hæc vnitas eſſe poteſt, vnde infinita proficiſcatur multitudo, ex parte vero materiæ vnus eſt cum nulla alia ſit materia, quæ proficiſci ab illa poſſit. Sed quia fortaſſe hæc põ non eſt peripatetica, atq; nullibi expoſita ab Ariſt. aliter & peripatetice dicerem per vnitatem illã eſſe intelligendũ primũ motorẽ, quẽ græci deum vocãt. Põt.n. deus cõſiderari aut realiter, aut intentionaliter, vt enim realiter conſideratur eſt aĩa vniuerſi per quandam æquiuocationẽ dicta cõſtituens mũdũ in eſſe, & ipſius quãlibet partẽ. at ſi itẽtionaľr cõſideratur, ſic nec mũdi nec alicuiꝰ partis eius forma erit, ſed intellectus ſeipſum itelligẽs, et formã oĩum itellectuũ, q ipſum intelligũt. Et ꝙ hæc ſit intentio Ariſt. ſtatim inſequẽtibus diceť. ait.n. vnde & alijs cõtcatum eſt, his qdẽ clarius, his vero obſcurius eẽ G ipſum atq; viuere, quæ ratio docet deum eſſe omnibus formam. Amplius omnes peripatetici voluere deum eſſe primum finem, primum agens, atq; formam primã, quæ res nulla eſſet, niſi ipſe eſſet forma vniuerſi, nullius enim alterius eſſe poteſt. Rurſus Ariſtoteles ex vnitate motoris concluſit vnitatem mundi. Quod niſi deum voluiſſet eſſe mundi formam, eius ratio nulla eſſet. Hãc forſitan doctus Parmenides balbutire voluit, dũ omnia vnum ait. nam vt Plato exponit in libro. Parmenidis, Parmenides omnia dicit eſſe vnũ numero vnitate illius primæ formæ, quæ tamen ꝓprijs & pecularibus formis differunt, vt membra hominis vnum ſunt vnitate communis formæ & plura etiam nemo dubitat, peculiaribus ac proprijs formis Deus igitur eſt mundi forma, ſiue per hoc, quia ipſum conſtituit, & ineſſe perficit, ſiue per hoc quia eſt operans intrinſecum. Quo fit vt ex parte formæ eſſe poſſint plures mundi. põt enim Deus aut plures cõſtituere mundos, aut in pluribus eſſe operator intrinſe- H cus, de fectu vero materiæ, vnicus eſt tantũ numero mũdus. Aut forte peripatetice etiam ſentiendo dicerem formam totius mundi eſſe ipſum totum, quod eſt vnum numero, ordine, & poſitura. Mã vero partes ſunt, quæ & ſenſilia & nãlia corpora dicũtur. dicebamus enim in auſcultatione phyſica, partes eẽ totiꝰ materiã, totũ vero ipſum formã partiũ. Quo fit vt partium mũdi forma ſit ipſum totũ, ipſius aũt totius materia ſint ipſę partes. Tu vero elige harum quãuis. Hæc de mundi ipſius forma.

Põ Themi. Simplicius. Plutar.

Qualis hæc poſitio. Propria. poſitio.

Poſitio. Parmenidis

Alia propria poſitio.

Pariter inſuper perſpicuum eſt, ꝙ ne quidẽ locus, nec vacuum, neq; tempus extra cœlum eſt: in omni nãq; loco corpus ipſum eſſe poteſt. Vacuum vero id eſſe aiunt, in quo corpus non exiſtit, ſed eſſe poteſt. At tempus numerus eſt motus: motus vero abſq; naturali corpore nequaquam

quaquam

quacꝗ eſt. At qui oſtenſum eſt extra cœlum nec eſſe corpus vllum, nec eſſe poſſe: patet igitur ibi neq; locum, neq; vacuum, neq; tempus eſſe.

Expoſitio. Fortaſſe hæc eſt nona ſumma, in qua probat quaſi ex dictis extra cœlum nihil eſſe. hactenus.n. ꝙ extra cœlum nullum ſit ſenſile et naturale corpus probauit, nunc vero ꝙ nec ſit ibi locus, nec vacuum, nec tempus, probabit. et primo proponit intẽtionẽ & inquit. Pariter inſuper perſpicuum eſt, ꝙ ne quidẽ locus, nec vacuum, neq; tempus extra cœlũ eſt. Quo vero ad verba attinet propterea videtur Ariſtoteles hæc ſimul & pariter cum dictis concluſiſſe, quia hæc tria ſunt accidentia, quæ naturalia corpora ſequunt̃, vt Quarto auſcultationis phyſicę eſt explicatũ, ideirco quod principaliter de corporibꝰ declarauit, ſimul & pariter de ꝓpriis ipſorum accidentibus cõcludit, et ſyllogiſmus litterę eſt hypotheticus hoc modo, ſi extra cœlũ ſit locus, vel vacuũ, vel tẽpus, extra cœlũ eſſe poſſet corpus naturale: ſed (vt probatũ eſt) extra cœlũ nec eſt, nec fuerat, nec eſſe põt corpus naturale: igitur extra cœlum nec locus nec vacuum, nec tẽpus eſt, erat, vel eſſe põt. de ratione probat maiorẽ deducendo in ſingulis, & inquit, in omni nãq; loco corpus ipſum eſſe poteſt, & ita ſi extra cœlum eſſet locus, ibi corpus naturale eſſe poſſet: hæc de loco. Vacuũ vero id eſſe aiunt, in quo corpus nõ exiſtit, ſed eſſe poteſt, & ita ſi extra cœlum eſſet vacuũ, ibi corpus naturale eſſe poſſet: hæc de vacuo. At tempus numerus eſt motus: motꝰ vero abſq; naturali corpore nequaq̃ eſt, et ita ſi ibi eſſet tempus, ibi etiã eſſet corpus naturale, & ſic patet maior, videlicet ꝙ ſi extra cœlũ ſit locus, vel vacuum, vel tẽpus, extra cœlum eſſe poſſet corpus naturale. Deinde ponit minorẽ, quæ eſt deſtructio cõſequentis, & inquit. At qui oſtenſum eſt extra cœlũ nec eſſe corpus vllum, nec eſſe poſſe, hęc eſt minor & deſtructio conſequentis. Infert concluſionem, quæ eſt deſtructio antecedentis, & inquit. Patet igitur ibi neq; locum, neq; vacuum, neq; tempus eſſe.

Quo circa ea quæ illic ſunt neq; apta ſunt in loco eſſe, neq; tempus ipſa facit ſeneſcere: neq; vllius eorum eſt vlla mutatio, quæ ſuper vltima ſunt conſtituta latione.

Expoſitio. Qualia vero ſint ea, quæ extra cœlum ſunt, nunc oſtendit, & hoc nõ iniuria, nã ex hoc fere patebit, quæ ſit mundi forma, ſi deus ipſe (vt aliqui putant) ſit vniuerſi forma.

Et quia hæc ex dictis ſequit̃, rem hanc perfecit per formam illationis. declarat autẽ primo, qualia non ſunt illa, deinde qualia ſunt, & hoc rationabiliter, quia negatio eſt cognitione prior affirmatione, maxime qñ res eſt difficilis cognitu, aut quia illa qualia nõ ſunt cognoſcunt̃, qualia vero ſunt, aut nõ cognoſcuntur, aut cum difficultate. & dicit quia probatũ eſt ſup. extra cœlũ non eſſe locũ, ſequitur vt illa quæ ibi ſunt, nõ ſint in loco, rurſus quia probatum eſt extra cœlũ non eſſe tempus, ſequit̃ illa nõ ſeneſcere in tempore. Tertio, quia ſupra vltimã lationẽ nulla eſt mutatio, ſequit̃ vt illa non ſint mutationis participia. Illa igitur, quæ ibi ſunt, nec in loco ſunt, nec in tempore, nec mutatione participant. Animaduerſione dignum hæc de illis poſſe declarari alio mõ, q̃ ex dictis. Ea nanq; quæ hic ſunt, in loco eſſe vident̃ur, quia ſunt corpora: ſunt quoq; in tempore, quia materiam habent atq; cõtrariũ, mutantur vero, quia priuationi miſcent̃. At cum illa nec corpora ſint, nec materiã vel cõtrariũ habeant, nec priuationi miſceant̃, erũt igitur loci, tẽporis, ac omnis mutationis expertia. Qualia igitur illa nõ ſint, his modo patet.

Sed nullis alterationibus, nulliſq; paſſionibus prorſus ſubiecta, optimã atq; ſufficientiſſimam vitam ducendo, omnẽ ęuum abſoluunt.

Expoſitio. Hactenus qualia nõ ſint, ex dictis cõcluſit, nunc vero qualia ſint, nõ ex dictis, ſed ex aliquibus expoſitis addit,

A & inquit, ſed nullis alterationibus, nulliſq; paſſionibus ſiue morbis prorſus ſubiecta, optimã atq; ſufficientiſſimã vitam ducendo, omne ęuum abſoluunt. Hæc autem tria non ex his, ſed ex aliis patẽt, nullis.n. alterationibus nulliſq; paſſionibus ſubiiciuntur, quatenus illa non ſunt materiæ atq; contrario permiſta, vt terracea ipſa animalia. Poſſident autem optimam vitam, quatenus ſumme appetibilem. Sufficientiſſimã, quatenus nullo indigent aut pro vitę cõſeruatione, aut pro illius vitæ operũ executione, habẽt etiã vitam ęternam, quatenus oẽ æuum rerum abſoluunt. Etiam ex dictis parere poteſt, ſunt enim alteranonis expertia, quia non ſunt in loco, omne.n. quod alteratur, eſt in loco. Morbis non afficiuntur, quia tẽpore nõ ſeneſcunt. vitam habent optimã, quia ei nihil miſeriæ miſcetur, ſufficientiſſimã, quia nullo bonorum egẽt nec fortunæ, nec naturæ, nec animi. Differunt aũt æternitas, æuum, & tempus, vt quarto phyſicæ auſcultationis ſumitur, quippe cum ab ęternitate ęuum, ab ęuo tempus
B proficiſcatur. Quo fit, vt quia vita illorum omne æuum atq; omne tempus abſoluat, ideo ſit penitus æterna.

Diuinitus enim nomen hoc pronuntiatũ eſt à priſcis. finis.n. qui vitæ vniuſcuiuſq; continet tempus, cuius nihil ſecundum naturam eſt extra, ęuum vniuſcuiuſq; eſt nuncupatũ: per eandam etiam rationem & vniuerſi cœli finis, & finis qui tempus totum infinitumq; continet, æuum eſt: à ſemper eſſendo nuncupatione ſumpta immortale atq; diuinum.

Expoſitio. Remouet cauillum. poſſet.n. obiici vitam illorum nõ abſoluere omne ęuum, quippe cum ęuum ſit etiã ipſius cœli menſura, quam vita illorum excellere non poteſt. Reſpondet, ꝙ ęuum poteſt ſummi pro menſura vniuſcuiuſq; rei adęquata, qua quidẽ ratione tempus .70. annorũ eſſet æuum hominis, vel ſpatium .9. annorũ eſſet æuum
C canis. Aut poteſt ſumi proprie pro cœli menſura, quæ & ipſi cœlo ęquatur, & oẽ tempus cõtinet, & hæc potius ſempiternitas à ſemper eſſendo eſt nuncupata, q̃ ęuum. Ad propoſitum cum dictum eſt vitã illorum abſoluere omne ęuum, accipit̃ ęuum pro tẽpore cuiuſq; rei adęquato, & nõ pro cœli ſempiternitate, quę eſt coęqua vitę illorum. Inquit. Diuinitus.n. nomen hoc (videlicet ęui) pronuntiatum, ſiue diſtinctũ eſt à priſcis, finis.n. ſiue menſura, qui vitæ vniuſcuiuſq; cõtinet tempus, cuius nihil ſm naturam eſt extra, æuum vniuſcuiuſq; eſt nuncupatũ, & ſic ęuum vno modo ſumitur pro ſpatio temporis, quo aliquid ęquate naturaliter viuit, per eandem etiã rationem & vniuerſi cœli finis, et pro, ideſt finis qui tẽpus totũ infinitumq; cõtinet alia ratione æuum eſt, dico alia ratione à ſemper eſſendo nuncupatione ſumpta immortale atq; diuinum, ita vt ſempiternitas dici debeat. Ad propoſitũ ſumendo ęuum primo modo, ſic vita illorũ abſoluit omne æuum. Sed ſecundo modo accipiendo ęuum, ſic illorũ
D vita nõ abſoluit omne ęuum, quia nõ ęuum cœli, cum ſit ille ęquatum. Quo vero ad verba gręca attinet, verbũ illud ęuum græce eſt αἰών, quod non nulli interpretes ſempiternitatem latine dixerunt, verbum vero abſoluunt, gręce eſt διατελεῖ quod etiam illi latine dicunt perficiunt, iuxta quorum tranſlationem erit ſenſus, ſed nullis alterationibus, nulliſq; paſſionibus prorſus ſubiecta, optimam atq; ſufficientiſſimã vitam ducendo in tota ſempiternitate perficiunt, hoc eſt viuunt, atq; degunt, et ꝙ illa degant in ſempiternitate, authoritate probat antiquorũ, qui ipſum αἰών ſiue ipſam ſempiternitatem biſariam ſumũt, aut pro menſura cuiuſq; æquata, aut pro cœli menſura, quæ proprie dicit̃ ſempiternitas à ſemper eſſendo, & in hac illa degũt, atq; viuunt, quatenus per hãc agunt atq; operãtur, & in hũc modũ Simplicius ipſe exponere videt̃, quẽ Expoſitor noſter ſequitur. Ego autem αἰών latine dixi æuũ, quod Auer. in ſuis tranſlationibus ſeculũ habet, & Quę Auer. cõmẽ. 100.

non inepte,& tunc quonã modo textus ſit exponendus, ex his patet. Sed quæres quid Ariſtoteles per id quod eſt extra cœlum intelligit, cũ ait illud neq; eſſe in loco, neq; io tempore, nec in mutatione. Reſpondet Auer. authoritate Themiſtij, Alexandrũ intellexiſſe et primã cauſam, & orbem vltimum & ſupremum & vtroq; modo exponendo, Auerroes aſſerit Alexandrũ recte dixiſſe, & hoc nititur exponere, & de prima cauſa, & de ſupremo orbe. de prima cauſa quidẽ, quia primã cauſam collocat Ariſt. in primo continenti ſiue ſupremo cœlo, quia eius motio apparet illic prius, propter quod Ariſt. in. 8. phyſicæ auſcultationis aſſerit deum eſſe in conuexo ſphęrę ſiue in ſupremo orbe. Ecce quonam modo peripatetici locãt deũ per operationem, de quo poſtea dicemus, tũc ſi intelligit per illud quod eſt illic, primã cauſam, patet illã oec in loco eſſe, quia extra cœlũ nullus eſt locus, oec in tempore, quia extra cœlum non eſt tẽpus. nec in mutatione, quia extra cœlũ oullus eſt motus. Si vero orbẽ intellexerit, patet primo ipſum nõ eſſe in loco, quia oẽ quod eſt in loco continetur ẽ corpore, at extra orbem nõ eſt corpus. Secundo patet ipſum oon eſſe in tempore, primo quia ipſe eſt cauſa temporis, igitur nõ eſt in tẽpore. Secundo, quia non terminat̃ tempore, cum perduret ſemper, & ita prima cauſa & orbis quo ad has conditiones oõ differunt. Ex his obiter Auerroes cõcludit ad mentẽ Alexandri orbem ſiue mundũ eſſe ęternum, atq; non in mutatione cõſtitutum, & hoc per cõuerſionẽ per contrapoſitionẽ hoc modo, omoe generabile & corruptibile tempore terminatur, igitur oẽ non terminabile tempore eſt nõ genitũ. Sed cœlum eſt nõ terminabile tempore, igitur ingenitũ. Hæc quo ad conditiones oegatiuas. Quo vero ad affirmatiuas, videt̃ quod neq; orbis neq; prima cauſa alterat̃, vel patiatur, cum ambo ſint ſine materia & cootrario, & tunc per id quod eſt ſupra lationẽ, ſi exponatur de prima cauſa, intelligit ſupra oẽm motum tam rectum q̃ orbicularem, & hoc melius intelligitur, & ſi exponatur de orbe intelligitur per lationẽ, motum rectũ. Secundo videtur G q; ambo viuãt vita optima, licet aliter vt ſupplendũ eſt, nam deus viuit per eſſentiã, quo modo animã viuere diceremus, orbẽ vero participatiue, quo modo animal viuit. Ecce quonã modo Auer. omnia hæc & de deo, & de orbe verificauit pro opinione Alex. Sed Expoſitor refellit expoſitionẽ Alexan. & oſtendit illã non poſſe intelligi de orbe. Primo quia Ariſ. excludit omnẽ tranſmutatiooem ab eis quę illic ſunt, modo orbis nõ excluditur ab omni trãſmutatione. Secundo ait ea quę ſunt extra cœlum oon eſſe in loco, ſed nihil eſt extra ſe, igitur nõ de orbe. Tertio Ariſt. ait illa optime viuere, hoc aũt non videtur cœlo ineſſe, nam cœlũ viuit per vnionẽ animæ ad corpus, & ſic viuit quaſi participatiue. Quarto, ait illa habere vitã ſufficieotiſſimã, modo cœlum talẽ vitam nõ habet, nõ. n. viuit ſufficienter, quia mouetur propter bonum eius, & ita viuit egendo, propter hæc Expoſitor forte Simplicij authoritate omnia illa eſſe dicta de intelligẽtijs aſſerit, quod ea ratione magis patet, quia græca litera H eſt pluraliter ſcripta, & oõ ſingulariter, & ita non de orbe tm̃, nec de deo ſolum, ſed de omnibus illis ſubſtantijs Ariſt. videtur intelligere. Sed ſiquis afficeret̃ expoſitioni Alexan. animaduertat, q; cœlũ viuit & intelligẽtia viuit, cœlũ. n. viuit participatiue, intelligentia per eſſentiam. Tunc Ariſto. per illa in plurali intelligit oẽs orbes, principe ſupremo tanq̃ optimo & perfectiori, omnes. n. viuunt, participatiue tñ, aut intelligit omnes intelligentias, principe prima cauſã, hę. n. per eſſentiam viuunt.

Tunc ad ratiooes, ad primã diceret Ariſt. excludere omnem mutationẽ corruptiuam. Ad ſecuudam per extra intelligit oagatiue, hoc eſt noo intra, & hoc modo orbes ſunt extra cœlũ, hoc eſt noo intra mundũ ſiue cœlũ. Aut dicendũ orbes eſſe extra cœlum, quia oon ſequuntur conditionem eorũ, quæ ſunt intra cœlũ, ſunt vero ibi, hoc eſt in coouexo omniũ elementorũ. Ad tertiã diceret orbes E optime viuere ratiooe habita ad animalia terracea, quæ paruo tempore viuunt, nõ aũt optime viuere ratione habita ad ſubſtantias illas, quę per eſſentiam viuunt. Ad quartam diceret illa viuere ſufficienter, quia nullo exterius egeot pro ipſorum pręſeruatione, cum quo ſtat illos egere aliquo pro motu, & ſic Alexander defendi poteſt.

Vnde et ipſum eſſe atq; viuere alijs quidẽ clarius, alijs vero obſcurius communicatum eſt.

Expoſitio. Hactenus q; ſubſtantiæ illæ viuant vita optima, ſufficiẽtiſſima, atq; perfectiſſima declarauit, hic infert ipſum eſſe & viuere eſſe cõmunicatũ omoibus alijs rebus, licet noo eodẽ modo, ſed alijs quidem clarius, alijs vero obſcurius, vt ſit ſyllogiſmus iſte, ab eo quod viuit optime, & eſt perfectiſſime, cõmunicatũ eſt eſſe & viuere alijs omnibus, vt à calido per eſſeotiã cõmunicatus eſt calor alijs omnibus per participationẽ. 2. meta. Sed illa viuunt vita optima, & ſunt res perfectiſſimę, propterea infert, vnde & ipſum eſſe atq; viuere alijs quidẽ clarius, alijs vero ob F ſcurius cõmunicatũ eſt. Dixit aũt hęc, quia res ſunt in duplici differẽtia, aliæ quidem quarũ eſſe & vita eſt ęterna ſm indiuiduum, vt orbes, & intellectus, et his clarius, hoc eſt perfectius viuere & eſſe ab illis deriuatũ eſt cum ipſa ſint, quæ illa participent, & nõ in ſuo ſimili. Alię vero quarum eſſe & viuere eſt ęternum ſm ſpeciem, vt animalia & ſtirpes, & his deriuatum eſt eſſe obſcurius ac imperfectius cum in ſuo ſimili vita, & eſſe participare videtur. Sed ſiue ſic ſiue ſic, omne defluit ab illis, quæ aut per eſſentiam viuunt, aut perfectiſſima et ſufficientiſſima vita exiſtuot. Animaduerſione dignũ apud Alexã. poſſe etiã intelligi vt colorat Auer. etiã de orbibus, ineſt. n. eſſe & viuere maxime & perfectiſſime orbibus, potiſſimum ei q motu fertur diario, inde alijs generabilibus deriuatũ eſt eſſe & viuere, ſed oon modo eodẽ, cum alijs clarius ſit cõmunicatũ vt animalibus, quæ viuũt vita ſimili illis, maxime hoẽs, qui viuunt intellectu. Alijs obſcurius, vt ſtirpibus & elementis, quæ vitę parũ habent, elementa quidẽ quatenus ſuor partes rerum viuentiũ, ſtirpes ſũt quatenus viuunt vita imperfectiſſima & vili.

Etenim vt in externis circa diuina ſentẽtijs p ſæpe rationibus oẽ diuinũ neceſſario intrãſmutabile eſſe declaratũ eſt: primũ ipſum atq; ſummum: quod ita ſe habeat: aſtipulatur dictis.

Expoſitio. Nunc ea quę illis prębuit, manifeſtat, & primo proponit illa, addens excuſationẽ ſui. Secundo ea declarat. Illa itaq; proponens & ſuijpſius excuſationẽ addens, inquit, etenim vt io externis circa diuina ſententijs p ſæpe rationibus ſiue diſputationibus omne diuioum neceſſario eſſe intrãſmutabile declaratum eſt, primũ ipſum atq; ſummum quod ita ſe habeat, aſtipulatur dictis, et ita intendit probare illud eſſe intranſmutabile, cuius excuſationem proponit, ex eo quis alibi illud eſt etiam dictum. Quo vero ad verba attinet, animaduerſione dignũ vt ex Sim- H plicio colligi poteſt, duo apud philoſophos eſſe genera dogmatum. Dogmata duo ap philoſophos. Alia nanq; dogmata erant, quę multitudini ſcholarium tradebantur, & iunioribus, & prouectis, & hęc à gręcis dicebatur encyclia philoſophemata. Alia vero erant acutiora, quæ prouectioribus tradebantur. Hæc ſyntagmatica, hoc eſt ſeria, & ordinaria, vel acroamatica, hoc eſt auſcultatoria dicebantur. In his igitur externis dogmatibus, quæ tradebantur omnibus, dictum eſt, omoe diuinum eſſe intranſmutabile. Animaduerſione dignum, omne diuinum eſſe intranſmutabile, quia non ſubiectum motui, & primum, quia oon ſubiectum tempori, & ſummum, quia non cootentum loco, diuioũ quia ẽ materia ſeparatũ. Hæc ab expoſitoribus tum græcis, tum latinis. Sunt qui encyclia intelligunt philoſophiam moralem, quam Auer. vulgarem appellat. In morali enim ſcieotia traditum eſt omne diuinum eſſe mutationis expers. Tu vero in his confide græcis.

Neq;

Neq; enim aliud prçſtabilius eſt: quod quidẽ moueret: eſſet enim illud porro diuinius ipſo.

Expoſitio. Nunc probat illud & primo ſic, quod non habet aliqd præſtabilius ipſo, nõ mouetur: diuinum illud & primum nõ habet aliquid præſtabilius ipſo: igitur non mouet̃: de ratione tangit minorẽ, & inquit. Neq;.n.aliud præſtabilius eſt, quod quidem moueret, hæc eſt minor, eſſet enim illud mouens porro diuinius ipſo, & ita non primum. Sed dices, animal mouetur à calido, & tamen calidũ non eſt animali præſtabilius, igitur non oportet vt omne mouens ſit præſtabilius moto. Dici poteſt animal moueri à calido per accidens, per ſe vero ab anima appetente frigidum pro cõmodo corporis, at ſi primum mouet̃, oportet vt moueatur per ſe, quia non eſt virtus in corpore, vt declaratum eſt in libro.8.auſcultationis phyſicæ.

Neq; praui quicq̃ habet: neq; bonorum ſuorum aliquo indiget.

Expoſitio. Expoſitor vult vt hæc ſit ſecunda ratio ad idẽ, quæ ſic cõponitur, nẽ quod mouetur habet praui quicq̃, atq; bonorum aliquo indiget, at primum & ſummũ nihil habet praui, nullo quoq; bonorũ indiget, igit̃ non mouet̃. Melius dicerẽ nunc Ariſtotelẽ probare aliud attributũ ſummo, videlicet ꝙ viuat vita perfectiſſima & ſufficientiſſima, perfectiſſima quidẽ, quia nihil praui habet, ſufficientiſſima vero, qa nullo bonorũ indiget, neq; fortunæ, neq; naturę, neq; animi, vt.10.ethi.habere, vita nanq; illorum optima eſt, qa nihil praui habet, hoc eſt miserię admiſtũ veluti noſtra, cuius voluptas eſt ſemper miſeriæ iuncta. Sufficientiſſima, quia nõ indiget bonis naturę, cum neq; aptus ſit infirmari, nec fortunæ, cũ diuitijs non egeat pro nutritione et educatione, nec animi, quia virtutes ſunt remedia vitiorũ, at illic vitijs nõ ſubſunt, videt̃ autẽ hęc expoſitio melior prima, tũ quia Ariſtotelẽ facit vberiorẽ, tum quia ratio prima friuola eſt. Sic.n. probarem orbem nõ poſſe moueri, quia neq; praui quicq̃ habet, nec eget.

Et inceſſabili igit̃ motu rationabiliter mouet̃: cuncta enim moueri deſinunt, cum ſuũ in locũ venerint: eius aũt corporis, quod in orbem fertur, idẽ eſt locus ẽ quo incipit, & in quem finit.

Expoſitio. Demum ex dictis infert orbẽ ipſum moueri à primo motore motu inceſſabili, ex dictis quidẽ, quia probatum eſt primũ eſſe intranſmutabile & optima viuere vita, igitur intrãſmutabiliter ac inceſſanter mouet, eſt.n.motus ille vti vita ſibi. Sed nõ modo ex dictis hoc vult eſſe deductum, ſed probat hoc ratione alia, cuncta.n.quæ deſinunt moueri, eo deſinunt, quia in ſua loca veniunt, at orbis nunq; in ſuum venit locũ, eſt.n.locus idem ẽ quo incipit, & in quẽ finit. Auer. vero enitit̃ defendere Alexã. qui textũ de orbe exponit, videtur.n.ꝙ de orbe nõ recte dicat̃ eo nihil eſſe præſtabilius, & ſic videtur Ariſt. loqui de prima cauſa. Reſpondet Auer. dupliciter, primo intelligendo per motum alterationẽ, & tunc vult Ariſt. voluiſſe orbẽ nõ eſſe alterabilẽ, quia ipſe eſt cauſa omnium alterationũ. Secundo, quia oẽ alterans per ſe eſt prçſtabilius alterato, modo nullũ corpus eſt orbe prçſtabilius.

Quæ Auer. com.100. Secundo rñdet Ariſ. per illa verba nõ voluiſſe orbem eſſe intranſmutabilem, ſed ꝙ nulla eſt cauſa prior, quę ipſum alteret, poſſet.n.dici orbẽ eſſe alterabilẽ, quia eſt aliquid prius, ẽ quo alterari põt. Reſpondet Ariſ. nullã talẽ eſſe poſſe, quia illa erit corruptibilis, omnis.n.corruptio fit à corruptibili, et oĩs alteratio fit à corpore. Orbe nullũ eſt corpus prius, nec cauſa prior corruptibilis. Secundo ait, verba illa {& inceſſabili igit̃} de orbe melius eſſe dicta, nam orbis mouet̃, prima cauſa nõ mouetur, dici põt pro Thoma, Ariſt. ſic intellexiſſe {& inceſſabili igit̃ motu rationabiliter mouetur} ſupple oẽ illud quod ẽ prima cauſa mouetur per ſe, & ſic poteſt de prima cauſa id intelligi. Colligit Auerroes ex textu ſuo talẽ ſyllogiſmum,

A omne quod mouet̃ per infinita loca ęterno tẽpore mouetur, cœlũ mouetur per infinita loca, quia per infinitos ſitus, qui ſunt loca formalia.6.auſcultationis phyſicę, igit̃ æterno tempore mouet̃. Maior patet, quia non eſt maior ratio de vno q̃ de alio loco, non.n.rõnabilius debet quieſcere magis in vno q̃ in alio. Supponit aũt in hac ratione ſitum eſſe locũ, ad mentẽ Auicennæ, qui motũ cœli ſitualem eſſe aſſerit, vt diximus in phyſicis, & in lib.deſtru. deſtru.diſputatione.13.in ſol.dubij quarti. Quo vero ad verba Ariſt. attinet, verbũ illud rationabiliter græce eſt εὐλόγως latine etiam logice dicitur. Declarat autem Auer. in calce ſuę cõmentationis, quo nã modo rationabiliter, hoc eſt ratione logica cœlũ mouetur motu inceſſabili, & non ratione demonſtratiua. Nam Ariſt. ſic arguebat, omne quod mouetur ab eodẽ loco in eundem locum mouetur motu inceſſabili, at cœlum mouet̃ ab eodem loco in eũdẽ locum, igitur motu inceſſabili. Quod aũt hęc ratio ſit logica vt dixit Auerroes eo patet, quia nõ datur B per cauſam completã, non.n.moueri ab eodẽ in idem eſt cauſa vt motus ſit inceſſabilis, quia ſi ita eſſet in corpore finito & corruptibili eſſet virtus infinita, nam rota molẽdini mouet̃ ab eodem in idẽ, igitur mouetur motu inceſſabili, & ſic eius virtus eſſet infinita, quod eſt impoſsibile, quia eſt corpus infinitũ, & ita hæc ratio eſt logica, non demonſtratiua. Et ideo debet cõpleri hoc modo ſupponendo cœlũ ſuapte natura moueri ab eodẽ in idem & circa idẽ centrum. Tunc ratio Ariſtotelis cõpletur ſic, omne corpus quod mouetur ab eodẽ in idem, per infinitos ſitus circa idẽ centrum ſuapte natura, mouet̃ motu inceſſabili, cœlum mouet̃ ab eodem in idẽ circa idem centrũ per infinitos ſitus ſuapte natura, igitur mouetur motu inceſſabili, & tunc ceſſat obiectio de rota, quia licet illa mouetur ab eodẽ in idem, & circa idẽ per infinitos ſitus, hoc nõ eſt per ſe ſuapte natura, ſed per accidens ac violenter, & ſic completur ratio Ariſtotelis. Sed dices tunc ratio Ariſtotelis peteret, quia ſupponit cœlum ſuapte natura C moueri circa eundẽ locum numero, & ab eodẽ in idem, modo hoc negaret cauillator. Propter hæc, ꝓbat Auer. cœlũ ſuapte natura moueri ab eodẽ in idem circa mediũ. Et primo per locum ab oppoſito, quia ſi non moueretur naturaliter, tunc violenter moueretur, cuius cõtrariũ eſt probatum in principio huius libri, & ita eſſet non perpetuus, qua ratione motor illius eſſet in materia genitus & corruptibilis, vt patuit.8.phyſicę auſcultationis. Secũdo, tunc ſibi accideret labor, nẽ nanq; quod violenter mouetur, videt̃ cum labore moueri. Ex his cõplet rationẽ, ꝙ videlicet ideo mouetur cœlũ inceſſanter, quia natura mobilis eſt innata nõ moueri violenter, nec quieſcere naturaliter. natura etiã motoris eſt innata mouere naturaliter, & nõ facere quietẽ: quare ex his naturis proficiſcetur nõ niſi motus perpetuus, & ita patet q̃ ſapide Ariſt. appellauit ſuam rationẽ logicã, & nõ demonſtratiuam. Expoſitor vero ait Ariſt. hanc rationẽ appellaſſe logicã, quia nõ ex neceſſitate concludit, poteſt enim dici ꝙ licet D motus cœli nõ ſit ceſſabilis ob naturã loci, ceſſat propter naturam, vel voluntatem motoris, qui mouet quantum vult, & non quantum poteſt. Et vtroq; modo eſt ſapide dictum, vt mihi videtur, verum de his diximus in.8. phyſicæ auſcultationis, hæc ex cõmentarionibus Auer. colligi poſſunt, ad textus noſtri commentationem.

Quæ Auer. quo ad verba cõ.100.

Quę.1.tho. Logica ratio, quæ.

Quæſtio.

An extra cœlum Vacuum ſit.

CIrca calcẽ huius capitis plures emergũt quæſtiones. Prima eſt, vtrum extra cœlum ſit vacuum, & videtur ꝙ ſic, primo quia cœlum debet eſſe in loco, modo in nullo niſi in vacuo eſſe videtur. Secũdo, quia ſiquis eſſet in extremo orbe poſſet manum extendere. Tertio, quia ſi duorũ contrariorum vnum eſt in natura, alterum etiã erit in natura: ſed plenum et vacuum ſunt contraria, & plenum eſt in natura: igitur vacuum. His rationibus

obediunt ſtoici, qui vacuū quod cenon vocant, & extra cœlum, & inbibitum corporibus concedunt, quibus etiã Philoponus conſentit, ex eo quia, vt in paruo mundo, ita in magno eſt: ſed homo eſt cõpoſitus ex vacuo & pleno: igitur in mundo & extra mundum vacuū erit.

Confutatio. Alexãdri cõtra ſtoicos.

Alexãder aphrodiſius probat vacuū extra cœlum non eſſe contra illos. primo, quia ſi eſſet, vel eſſet finitū, aut infinitū, non finitū, quia non magis finiret in vna parte, ꝙ̃ in alia. nec infinitū, quia tūc eſſet infinite capax, & ita eſſet ocioſa poteſtas eius, cum nunꝙ̃ reciperet corpus infinitum. Secundo, quia vniuerſum vacuū eſt vnius rationis in toto & qualibet parte, & ſic non magis reciperet corpus in vna parte ꝙ̃ alia, hæ rationes ſunt Ariſto. tertio auſcultationis phyſicę.

Confutatio rõnū Alex.

Sed pace eorum videntſ friuolæ. Prima quidē, quia dato ꝙ vacuū illud eſſet infinitum, eius tñ poteſtas non eſt ocioſa, ſufficit enī vt ipſius aliqua pars actu corpus aliquod ſuſcipiat, eſſet enim ocioſa, qñ nec illud, nec illius aliqua pars corpus ſuſciperet. Secūda vero multo imbecillior, qm̃ non à natura loci, nec locati locatur in hac parte magis ꝙ̃ in illa, ſed à voluntate opificis.

F

Confutatio ſtoicorum.

Solebamus propter hæc aliter ſtoicos cõfutare. primo, quia illa vacua dimenſio, aut eſt eiuſdē rationis, cum quãtitate prædicamentali, aut alterius. ſi eiuſdē rationis, cū illa prędicamentalis nõ poſſit eſſe abſq; ſubſtãtia, igiſ nec illa. ſi alterius ſit rationis, voluntariū eſt: quare non videtur vnde ſit differentia harū, definitio enim quantitatis vna eſt vtriſq;, atq; affectio eadē ambarum. Secūdo, ſi illud vacuum eſſet, aut eſſet alicuius perfectionis aut nullius. nõ eſt dicendum illud nullius eſſe perfectionis, quia tunc nihil eſſet, ens enim & perfectū idē. ſi aliquantæ perfectionis: igitur mundus nõ eſſet perfectus ex tota ſua materia cõſtans, deeſſet enim ſibi perfectio illius. Tertio arguit Auer. 4. auſcultationis phyſicæ cõ. 1. ꝙ tunc talis dimenſio eſſet ſubſtantia ſeperara, immo infiniti vigoris. ſubſtãtia quidē ſeparata, quia vel in ſubiecto illa eſſet, vel nõ. ſi in ſubiecto eſſet, tunc extra cœlum eſſet corpus aliquod ſenſile, in quo illa eſſet. ſi vero non ſit in ſubiecto aut illa eſt apta eſſe in ſubiecto, aut neq; eſt in ſubiecto, nec apta nata eſt eſſe. ſi illa nõ ſit in ſubiecto, & poteſt ſubiecto ineſſe cum nunꝙ̃ inſit, eſſet eius potentia ocioſa. ſi nec ſit, nec apta nata ſit ineſſe, igiſ eſt ſubſtantia abſtracta, & ita intellectus, & cum ſit infinita ſubſtãtia, tunc eſſet infiniti vigoris, quia in aliqua illius parte eſſet aliquis vigor, igiſ in infinita parte maiore, erit infinitus. Quarto, cū mundus eſſet in illo vti in loco, tūc eſſet corporū & dimenſionū penetratio. Hę rationes nunc contra ſtoicos ſatis ſint.

G

Solu. rationum ſtoico. Replica.

Tunc ad rationes, ad primã reſpondet Alexan. caſum eſſe impoſſibilē, quia cœlū eſt ęternum & nõ penetrabile, aut quia non eſt extra cœlū locus, in quē manus poſſet extendi. Sed replicabis, quia falſē eſſet illud imaginarium: modo ex poſsibili imaginario nõ debet ſequi impoſsibile imaginariū.

Solutio.

Diceret Alexander ꝙ tunc etiã imaginariū eſt, vacuū eſſe extra cœlū vt ille caſus eſt imaginarius. Ad ſecundū reſpondet Auer. 4. auſcultationis phyſicæ com. 43. & 45. non oē corpus eſſe in loco, ſed ſolum rectum, ſphęricū. n. vt ſphęricū non limitat ſibi locum, ſed magis eſt circa locum.

H

Ad tertiū dici poteſt illam regulã non habere locū niſi in cõtrarijs poſitiuis, & quę ſunt de perfectione mūdi.

Interpretatio poſitionis ſtoicorū.

Animaduerſione dignū ſtoicos reduci poſſe in bonū, nam vt plenū ipſum corpoream naturã peripatetici appellãt, ita eam naturam quæ corpore vacat, cenon, hoc eſt vacuū ſtoici dicunt. vacare aūt corpore eſt, aut cum poteſtate recipiēdi interdum illud, et hoc modo Plato nõnunꝙ̃ materiã ipſam cenon ſiue vacuū vocat, quippe cum ipſa ſui eſſentia corpore vacet, potens tñ recipere corporeã naturam, & ſic concedi poteſt vacuū eſſe intra mundū (vt Philoponus dixit) quatenus materia prima intra globum continetur lunæ. alio modo vacare corpore eſt, quia nec corpus habet, nec eſt aptum habere, & hoc pacto vniuerſam intellectualē naturam veteres vacuum ſiue cenon eſſe dixerunt, quia va-

E

cat corpore, nec ipſum recipere poteſt, quam quidem naturam, cum non ſub cœlo contineatur, extra cœlum eſſe fatentur. & hoc modo ſi intelligant ſtoici, recte ſentiunt, ac cum peripateticis. Hæc de vacuo.

Quæſtio.

An Spiritus cœleſtes, ſiue Angeli ſint in cœlo tanꝙ̃ in loco.

SEcundo quęrere ſolebam, an ſpiritus illi cęleſtes, qui vulgo Angeli dicūtur ſint in loco, & videſ ꝙ ſic, quia Ariſt. ait illos eſſe ibi, & quãdoq; ait eos eſſe extra cœlū. In cõtrarium eſt, quia oē quod eſt in loco eſt corpus, at ſpiritus illi nõ ſunt corpus.

Põ Themi. Eſſe in loco, duplex eſt.

Aliqui de loco ita ſentiunt, volunt. n. locum eſſe vno modo circunſcriptiuum, & hic corporibus cõuenit: & definitiuū, quo res ipſa ita hic definitur eſſe, quod non ibi, & hunc ſpiritibus attribuunt. hunc aiunt ineſſe illis per prius, ꝙ̃ agant, propterea illis conuenire aſſerunt.

Perſuaſiões

Perſuadent poſitionē hanc, primo quia aliter ſpiritus ille frequēter nuſꝙ̃ erit. Ipſo nanq; nõ operante frequenter nullibi erit. Secundo tunc ſpūs ille eſſet in toto cœlo, quia in illo toto operaſ. Tertio locus eſt in locato, ſed cœlū non eſt in ſpū: igitur ſpiritus nõ locatur per cœlum, in quo agit. Vltimo Ariſt. in Octauo phyſicæ auſcultationis, concludit deū eſſe in maximo orbe, & vtitur hac ratione, ibi eſt, vbi operaſ: ſed operatur in cœlo maxime: igitur ibi eſt. Ex hoc arguunt aut locus dei eſt alius ab eius operatione, vel ipſa operatio: ſi alius, habetur intentū, ſi idē, tunc peteret ſyllogiſmus, eſſet enim idē medium & cõcluſio. Hæ rationes pro illis phyſicæ dici poſſunt, at cęterę, quæ ſunt theologicę, theologis omittanſ.

Quod nõ ſit peripatetica

Quicquid ſit de veritate poſitionis, hęc poſitio nõ eſt peripatetica. Ariſt. enim & Auer. hic aſſerunt illos eſſe ibi, quia illic operantur, & ſic volunt ſpūs illos eſſe in loco per operatiões, vt in ſecūdo huius cõ. 15. dicetur. Cui rei etiã diuus expoſitor vbiq; cõſentit, & deducitur. primo, quia tunc cęleſtis ſpūs continuo locū mutaret, qa continuo ſubeſt alij atq; alij definitiuo loco, quatenus cœlum aliū atq; alium locū formalē mutat. Secundo peripatetici deū ipſum ponunt in loco, & nõ poſſunt ponere locū illius eſſe definitiuum, quia deus nullibi põt definiri, niſi per operationē ſenſilem, cum ſit immenſus, igitur ſpūs per operationes locanſ. Præterea locus hic definitiuus nõ eſt peripateticus, nam peripatetici omnē locū volunt eſſe de prædicamēto quãtitatis, atq; id quod vbi vocãt relinqui ex loci adiacentia, hæc igiſ poſitio nõ eſt peripatetica.

Quæ in locatione ſint.

Et licet in quarto phyſicæ auſcultationis multa diximus, debes ſcire tria eſſe in locatione ipſa: locum qui locat rem quæ locatur, & rationē qua locus locat, & res quę locaſ. Verbi cauſa in corporibus, locus eſt vltima corporis ſuperficies. Res quæ locatur eſt corpus ipſum. Ratio vero locandi eſt dimenſio. & quia quęcūq; dicūtur in his, æquiuoce illis attribuunſ, ideo illa tria per quandã æquiuocationē illis tribuimus, & ita locum dicemus eſſe illorū vnicuiq; propriū ꝙ mouet cœlum, in quo operationē perficit. Rem vero, quæ locaſ, dicimus eſſe ſpiritū ipſum, q orbi proprio tribuiſ. Rationē vero locandi dicimus eſſe virtutē ſiue quantitatē vigoris, quãta ſpiritus ipſe agit. ſed cum hęc virtus non niſi operatione manifeſtetur, dicimus ſpiritus illos eſſe in loco per operationē, nõ quia operatio cuiuſq; ſit locus cuiuſq;, ſed quia per operationē manifeſtatur ratio locãdi, vtpote virtus, qua quiſq; ſuo in orbe locaſ.

Solu. rõnū.

Tunc ad rationes illorū. ad Primã dicerē ſemper ſpm̄ quēq; eſſe in loco, qa ſemꝑ ſuo in orbe operaſ, vt peripatetici ſentiūt. Ad ſecundã dicerem cõcedendo ſpm̄ eſſe in toto cœlo vti in loco cõi, at ea in cœli parte vti in loco ꝓprio, vbi maxime apparet eius operatio. Ad tertiã intellectꝰ ſiue ſpūs põt accipi vt cœli aīa, & ſic eſt in cœlo, vel vt res locabilis, & ſic cœlū eſt in ſpiritu, vti in ſuo contento. Ad vltimã patet ſolutio. Ariſt. enim per ibi intelligit cœlum maximum, probat enim deū eſſe in maximo orbe, quia ibi apparet eius operatio, & ſic aliud eſt locus dei, & aliud ratio locandi. eſt

enim

enim dei locus maximus ipſe orbis, ratio locandi eſt operatio ipſa. Hæc de locis ſpirituum.

Quæſtio.
An plures mundi eſſe valeant.

TErtio quęrunt, vtrum poſsint eſſe plures mũdi. & licet hęc quæſtio ſit tacta, quia occurrũt noua, iterũ aggredimur. Et arguit̃ ꝙ ſic, primo, ſi mundus eſt vnus numero in ſua ſpecie, tunc mundus erit indiuiduum quoddã: hoc eſt falſum, quia tunc erit in ſe indiuiſum, & diuiſum à quolibet alio ſuæ ſpeciei modo, cũ nullum aliud ſit ſuæ ſpeciei indiuiduum, videtur ꝙ nec ipſe poſſit eſſe indiuiduus. Secundo, ſi mundus eſſet vnus numero in ſpecie, tunc eius forma eſſet indiuidua: & ita ſenſilis, oẽ enim indiuiduum eſt ſenſile, & hoc per materiã. Tertio, ſi eius forma eſſet indiuidua, nõ poſſet eſſe pluribus in locis, vt in ortu & occaſu & cęteris id genus, ſed vni tñ loco, Primo Metaphyſicę com. 31. Quarto, materia mundi poteſt recipere plures formas, quia eſt in potentia ad infinitas eiuſdẽ ſpeciei, & forma mũdi poteſt recipi in infinitis materijs: igitur poſſunt eſſe plures mũdi. Democritus & Anaximenes infinitos actu eſſe mũdos cõtendunt. Empedocles fuiſſe ſucceſſione diſputat, Plato plures eſſe poſſe ab vnitate exẽpli affert. Ariſt. vero inſtitit. Primo, quia, ſi plures eſſent mũdi, tũc vnũ corpus ſimplex, vt terra, vel ignis moueret̃ motibus contrarijs. Secundo, primus motor eſt vnus: igitur mũdus vnus numero. Aut, vt Simplicio placuit, omne mobile, cuius primus motor prima forma, & finis prim⁹ eſt vnũ numero, ipſum eſt vnũ numero ſimpliciter: ſed ipſe mundus eſt mobile, cuius motor primus eſt forma prima, & finis primus: igit̃ eſt vnus numero in ſua ſpecie. Tertio, mundus cõſtat ex tota ſua materia, igitur eſt vnus numero. Hæc Ariſt. contra antiquos. Sed dubitat̃ contra rationes Ariſt. contra primã quidẽ, quia data mundorum pluralitate, terra vnius nõ poteſt moueri ad mediũ alterius: tum quia tunc penetraret cœlũ, hoc eſt impoſsibile: tum ſecundo, quia ſic perforaret cœlum, & relinqueret vacuũ. tum tertio, quia antequã veniret ad mediũ illius, à medijs elementis corrumperet̃. Contra ſecundã vero primo, quia forma illimitatior capacitate materię mũdi, igitur nõ limitat ſibi illam numero tantũ materiã. Secundo, forma minus illimitata de facto plura indiuidua perficit, apud Peripateticos, vt intellectus, q eſt vnus numero omniũ hominum: igit̃ forma illimitatiſſima, vt Deus perficit plures mundos. Qua ratione fit, vt ratio Ariſt. ſecunda nulla ſit, quia maior illius eſt vera, quoties forma nõ eſt capacior materia ſua. Contra tertiam autẽ, nam per illam rationẽ probarem vnum tñ eſſe hominem numero, quia vnuſquiſꝗ homo ex tota ſua materia numero conſtat, & ſic vnus tantũ erit numero, homo. hęc contra rationes Ariſt. Sed breuiter reſpondetur rationes Ariſt. eſſe demonſtratiuas. ad ea igit̃, quæ contra primã procedunt rationẽ, patuit ſolutio ſuperius, & nũc de breuibus dico, ꝙ aliud eſt aliquid cõcedendum vt ſequẽs, & aliud per ſui qualitatẽ. Terrã enim vnius moueri ad medium alterius non eſt concedendum ſm̃ ſui naturã vt dubitationes demonſtrant, ſed vt ſequens ad impoſsibile, quod conceſſerunt & poſuerunt antiqui. Ad rationes contra ſecundã, animaduerſione dignum aliquã formam eſſe capaciorẽ altera poſſe intelligi vno modo, quia actu plures materias perficit, alio modo, quia poteſt perficere ſiue apta nata eſt perficere. Tertio, quia ſuum ſubiectum pręſtantius perficit. Tunc dicerent Peripatetici deũ eſſe formam intellectu perfectiorẽ, ſecundo & tertio modo. eſt enim & apta nata forma plures perficere, & pręſtantius quã intellectus perficiat, et ita concedo deũ eſſe formã illimitatiorẽ ſua materia, & ipſo intellectu. & ita ex parte ſui poſſunt eſſe plures mundi, ſed defectu materiæ non eſt niſi vnus numero mundus, & ita nõ eſt ſimile de intellectu & de deo. nõ enim intellectus plures perficit materias, quia ſit illimitatior deo, ſed quia nõ repugnat plures materias eius eſſe, nec deſunt ſibi materię quas perficiat, deus vero nõ perficit, quia nec ſunt, nec eſſe poſſunt plures. Ad rationes contra tertiã, dicendum ꝙ mundus cõſtat ex tota ſua materia numero actu, quia oĩbus ex ſui partibus quę actu ſunt, et ex tota ſua materia ſpecie, quia nec eſt nec eſſe poteſt aliqua pars mũdi extra eũ, at vnus homo numero, licet conſtet ex ſua tota materia numero, nõ tamẽ ſpecie, quia poteſt eſſe aliqua hominis materia, quam forma illius nõ perficiet, et ſic eſt vnus numero, quia nihil ſibi deeſt de numero, nec de ſpecie. hæc pro defenſione rationum Ariſt. Pro reſponſione ad rationes in principio quęſtionis, debes ſcire, ꝙ vnũ numero interdũ eſt per priuationẽ multitudinis, qua ratione ipſa materia prima eſt vna numero, quia ſui ipſius eſſentia non eſt plures numero, ceu duæ, quæ ſunt vnũ numero priuatione omnium impedimentorũ, & hoc modo Auer. 12. Metaphyſicæ com. 14. ait materiã ipſam eſſe vnã numero priuatione differentiarũ indiuidualiũ. Eſt & aliud vnum numero per additionẽ ſiue poſitionem differentię indiuidualis, qua ratione Socrates eſt vnus numero, quia addit ſpeciei differentiã quandam indiuiduã, ſiue illa ſit materia ſignata, ſiue aliud id genus, qua quidem in ſeipſo indiuiſum eſt, diuiſum vero è quolibet ſuę ſpeciei. Vnum vero numero per priuationẽ rurſus bifariam eſt, aut per priuationem, cuius fundamentũ eſt potentia, & hoc modo materia prima eſt vna numero, quia ea priuatio qua ipſa eſt vna numero, in potẽtia materiæ fundat̃: Aut per priuationẽ, cuius fundamentũ eſt actus, & hoc modo intellectus hominis apud peripateticos eſt vnus numero, deus, & ſingula intelligentiarum, natura quoꝗ ſpecifica quoties concipitur vt tñ ipſa. Et vnũ numero per priuationem, cuius priuationis fundamentum eſt actus, adhuc bifariam, aut per priuationẽ differentiarum actu tantum, & hoc modo quęlibet natura ſpecifica eſt vna numero per priuationẽ, quia vt actu cõcipitur ſine differentijs indiuiduis vna numero dicit̃ priuatione. aut per priuationem actualem & potentialẽ, & hoc modo Deus eſt vnus numero, actu. n. caret differẽtijs, quibus diuidatur, & poteſtate, quia eas habere nõ poteſt. Similiter & intellectus apud Auer. hoc modo eſt vnus oĩum, quia nec habet numerales differẽtias, nec poteſt habere. Tunc ad rationes. Ad primã dico, mũdum eſſe vnum numero in ſua ſpecie per actualem & potentialẽ differentiarũ carentiam, & nõ per hoc quia ſit in ſe vnũ, & diuiſum è quolibet alio eiuſdẽ ſpeciei. ſic enim vnum numero eſt Socrates, aut Plato per additionẽ differentię. Ad ſecundum patet etiã ſolutio, eſt. n. Deus vnus numero per priuationem actualem & potentialẽ differentiarum, & nõ per additionem, & ſic nõ eſt forma ſenſilis. Per idem ad tertiam: loquit̃ Auer. ibi de vno numero per additionem, nam vnũ numero per priuationẽ poteſt in pluribus eſſe.

Ad quartũ conceditur mundi formã poſſe plures materias perficere, eſt enim ſuapte natura illimitata ad illã, & ad infinitas. Sed ipſa mundi materia nõ poteſt perfici ab alijs formis: quia eſt in potentia ſm̃ dimidiũ contingẽtis, videlicet ad eſſe tantũ. Quare patet actu non eſſe plures mundos. Sed tunc emergit dubitatio, vtrũ de contingenti poſſit plures eſſe mundos. Animaduerſione dignũ propoſitionẽ de ineſſe vt Philon, & Philoponus dicunt, Primo Priorũ, nihil aliud eſſe niſi ꝓpoſitionẽ de cõtingenti, quæ iam exijt ad actũ: qua ratione fit vt omnis propoſitio de ineſſe aliquando fuerit contingens. Vnde euenit, vt id quod actu nõ eſt, & quo poſito in actu ſequitur impoſsibile, non poteſt eſſe de contingenti: & ita, ſi Ariſto. probauit hactenus non eſſe plures mundos actu, quia ſequit̃ impoſsibile, videlicet corpus idẽ ſimplex moueri motibus cõtrarijs naturaliter, etiã illud idẽ nec de cõtingẽti eſſe poſſe. vbi nanꝗ fieri poſſet, eo poſito in actu nihil impoſsibile proficiſceret̃. Et ſic eius ratio põt de cõtingenti ſic ordinari. Si contingeret plures eſſe mundos,

Marginal notes: Poſitiones veterum. Põ Ariſt. — Dubiũ cõtra rõnes Ariſt. cõtra primã — cõtra ſecũdã — cõtra tertiã. — Solutio dubitatio. — Vnũ numero quot modis. — Vnũ numero priuatiue dupliciter. — Vtrum poſſibile ſit eſſe plures mundos.

contingeret plures eſſe terras numero: ſi contingeret eſſe plures terras numero, contingeret plura media mundorum eſſe, in quibus illę eſſent: ſi contingeret plura eſſe mundorum media, contingeret terram vnius moueri ad medium alterius, ſi contingeret terram vnius moueri ad medium alterius, contingeret idē corpus ſimplex moueri naturaliter motibus cōtrarijs ſimul, vt deductū fuit toties. Hoc vltimū conſequens eſt impoſsibile, igitur impoſsibile eſt plures mundos eſſe.

Pō. S. Tho.

Ex hoc. S. Tho. noſter ait nec eſſe plures mūdos, nec fuiſſe, nec eſſe poſſe etiam per potentiā dei. nam deus nō poteſt ſupra falſum impoſſibile, et ſi poſſit ſupra falſum poſsibile, vt oēs cōſentiunt catholici.

Pō aliorum.

Alij catholici ſumunt nihil eſſe alicui naturale per eius formā, ſed quatenus à deo volitū. Terram. n. dicunt moueri ad mediū, non quia eſt terra, vt arbitrantur peripatetici, ſed quia ē deo ipſo volitū eſt eam ſic moueri, nec ignē calefacere dicunt, quia ignis, ſed quia deus ſic præconcipit, & vult: qua ratione fit vt plures mūdos eſſe ſit falſum poſsibile. nam terra vnius non moueref ad medium alterius per naturā, ſed quia Deus ita pręconcepit & ſtatuit. Mouebif igitur quęlibet ad ſuum mediū, quia ita Deus iuſſit, & ita nullū impoſsibile ſequeref. Sed inter tantos nolo vt ſus mineruā docere, nobis. n. ſat ſit locum monſtraſſe, onus enim ſit Theologis.

Interpretatio de mūdorum pluralitate.

Sed qm̄ verba autentica ſunt ſemper reducenda in bonum (vt iubet Themiſtius) videamus quid nam potuerint ſentire veteres de mundorū pluralitate. Mundus quadrifariā igitur eſt, alius intellectilis, quē Plato angelicum vocat. Alius huic proximus cæleſtis, qui ex cunctis ſphęris cōficitur.

Quadruplex mūd⁹.

Tertius huic contiguus ſublunarius, ſiue elementarius quartus ex oībus his cōpoſitus, qui & vniuerſum dicif. Subordinantur aūt mundi iſti trifariā, emanatione, finis adeptione, atq; cōtinentia. emanatione quidē, quia licet oēs vna ē cauſa proficiſcanf, vt à deo, ordine tñ quodam emanarūt, vt Plato in Timęo & Phędro ait, effluxit. n. è primo opifice primo angelicus, mediante hoc vero effluxit ſecundo cęleſtis, mediante vero hoc, rurſus elementarius emanauit. Finis vero adeptione, nam licet oēs vno fruātur fine, angelicus tñ immediatius attingit, quo mediante cęleſtis ille fruitur, quo etiā medio elementarius. Continentia vero, nam quodlibet vnius continef in alterius quolibet, quod Anaxagoras fortaſſe balbutiuit dicens, quodlibet eſſe in quolibet, volens mundum eſſe in mundo, quo vero modo quodlibet ſit in quolibet, ſupra diximus.

Mundus cōpoſitus. 2.

Mundus vero ex oībus his compoſitus, quē vniuerſum vocāt Platonici, adhuc diuiditur. alius. n. eſt magnus, qui macrocoſmus dicitur, & hic ex elementis, angelis, atq; orbibus conſtat: Alius paruus eſt, vt homo, qui microcoſmus dicif, ſunt enim in ipſo hoīe omnia ea, quæ in magno ſpectanf.

Quo aūt modo homo eſt paruus mundus.

Quo quidē enim ad eius intellectum, mundus in eo eſt angelicus, quo vero ad eius humores quatuor, mundus eſt in eo elementarius. Quo vero ad membra corporis mūdus eſt in eo cæleſtis, nam pedibus capiti applicatis orbis fit quidam ſphæricus, vt cœlū, cuius caput eſt initium, arieti datum, collum Taurum, humeri Geminis, pectus Cancro, latera & ſtomachus Leoni, venter Virgini, vertebre & renes Libre, Scorpioni pudēda, coſſæ Sagittario, genua Capricorno, crura Aquario, Piſcibus pedes. Sunt quoq; & ſtellę ſeptem. cor Sol, cerebrum Luna, lien Saturnus, iecur Iupiter, ciſtis vero fellea Mars, Venus teſtes ipſi, in quibus vis amoris reſidet, ſpiritus Mercurius. Quo quidem igitur modo poſſit intelligi eſſe plures mundos, & quonam modo poſſint, veteres de mundorum pluralitate recte ſentire, ex his modo perſpicuum.

His autem definitis dicamus deinceps genitus ne an ingenitus: & non interiturus, an interiturus ſit mundus:

Expoſitio.

Hactenus de mundorū pluralitate perfecit, nūc de ipſius mundi genitura & obitu vult agere, vt ſummā deci-

E mam aggrediatur. ſed quia hęc res eſt nouū negociū, idcirco primo ſumit intentionē addens ordinem tam ad ea quæ iam dixerat, q̄ ad ea, quę dicturus eſt, inſuper etiam cauſam ordinis affert, inqt. {His autē definitis dicamus deinceps genitus ne an ingenitus, & non interiturus, an interiturus ſit} ſupple mūdus. Per hoc quod dixit deinceps, dedit intelligere hanc intentionē ſequi ad tractatū de mundorum pluralitate, vt Alexander innouit.

Dubitatio.

Sed dices, ſolutio huius quæſtionis patet in hoc libro, tā per ea quæ dicta ſunt in tractatu de coeli ęternitate, q̄ p ea quæ dicta ſunt in proximo tractatu, igitur quæſtio hæc videf ſuperflua.

Quæ Auer. com. 101.

Solutionem indicat Auer. dicens, q̄ quāuis res hæc ex dictis pateat, vtile eſt ponere hanc quæſtionē per ſe, vt res ipſa perfectior ſit, ac magis perſpicua.

Sed prius cæterorum ſuſpitiones tranſigamus. Nam contrariorum demonſtrationes; de contrarijs ſunt ambiguitates.

Expoſitio.

F Quia ꝓpoſita quæſtio eſt difficilis valde, habetq; pro vtraq; parte patronos, iccirco in dicendis ordinem aſſumit, & ait ſe velle primo in dicta quæſtione tranſigere ſuſpitiones cęterorū, q in hac elaborarunt. huius rei neceſſitatem conatur aſſignare, & primo ob cōcitationem, qm̄ ex rationibus pro cōtrarijs poſitionibus emergunt ambiguitates in noſtra poſitione, & hoc ait. nam contrariorū ſiue contrariarum opinionum demonſtrationes ſunt ambiguitates de cōtrarijs poſitionibus, quas nos credimus.

Quo vero ad verba græca attinet, verbum illud ſuſpitiones, græce eſt ὑπολήψεις latine tum coniecturas, tū ſuſpitiones, & merito poſitiones antiquorū ſuſpitiones appellat, quatenus ex friuolis argumentis emergebant.

ὑπόληψις opinio, exiſtimatio, ſententia.

Præterea etiam dicenda magis credentur, ſi litigantium iura prius fuerint audita.

Expoſitio.

Secundo neceſſitatem aſſignat ex lege, & officio boni iudicis, quia cōtraria iuxta ſe poſita magis elucefcunt, & magis auditis partibus ſententia recipietur. Inquit, Pręterea etiam dicenda magis credentur ſi litigantium iura

G prius fuerīt audita, & ſic prius debemus recitare poſitiones & argumenta poſitionum, & poſtea ſententiam afferre.

Expoſitio, cō. cōdē. 101.

Quo vero ad verba attinet, verbum illud ἀμφισβητούντων λόγων & verbū vrbo reddendo ſenſus eſt dubitantium ſermonum, quod quia minus ſonat tranſtuli vno verbo, litigantium, eſt enim illud idem, & clarius, Adiecit autem hanc rationem, quia recte Auer. ait, plures ſermones aduerſariorum in deſtructione ſuarum rationum non ſunt niſi ad vincendum, & non ad ſciendum veritatem velut ſophiſtæ faciunt.

Inſuper abſentes condemnare minus profecto videbimur. Iudices nanq; non aduerſarios, ſed arbitros eſſe oportet.

ἐρήμην indicta cauſa citra cauſæ cognitionē, non auditis vtriuſq; partis rōnibus.

Tertio neceſſitatem tradit ab honeſtate iudicis, & inquit. {Inſuper abſentes condēnare minus profecto videmur, ſed eos, ac ſi præſentes, ſi auditis iuribus illorum ſen

H tentiam afferamus. Iudices nanq; non aduerſarios, ſed arbitros eſſe oportet.

Expoſitio.

Tribus igif rationibus debemus opiniones antiquorum, & rationes illorum prius tranſigere. tum quia prouocant nos, tum quia ſententia noſtra melius credetur, tum quia officium boni iudicis eſt non condemnare abſentem.

Quæ erat Auer.

Multa habet Auer. ſuis in tranſlationibus, quæ Ariſto. ſunt inſomnia, propterea prætermittenda ſunt.

Omnes igitur ortum ipſum eſſe aſſerunt, ſed ortum quidē, alij ſempiternū, alij vero interiturum: quemadmodū quoduis aliud eorum, quæ natura cōſtant: alij viciſſim interdū hoc, interdū alio modo in corruptione ſeſe habere: idq; ſemper hoc fieri modo dicūt, ceu Empedocles agrigentinus, atq; Heraclitus epheſius ſentiunt.

Proſequitur

Proſequitur nunc, & narrat aliorum poſitiones, & primo inter eos narrat communem conuenientiam, ſecundo differentiã. conuenientiam itaq; dicẽs, inquit. {Omnes igitur ortum ipſum eſſe aſſerunt.} Erat enim hic cõmunis omnium philoſophorum ante Ariſto. conſenſus: quia, vt Auer. dixit ſupra cõmẽ. 22. primus græcorum, qui mundi æternitatem præſumpſit publicare fuit Ariſ. cuius poſitionem cum hereticam arbitrati eſſent athenienſes, ferunt Ariſt. veluti hęreticũ ab vrbe pepuliſſe, vt plutarchus narrat. Hæc eſt conuenientia.

Prima opi[n]io.

Deinde afferẽs eorum differentiã, tangit tres poſitiones, et inquit. {Sed ortum quidem, ſupple omnes conſentientes, alij ſempiternum à parte poſt aſſeruerunt, vt primi in græcia Vates, Orpheus, Linus, Muſeus, & Heſiodus, hi enim res diuinas poetice cecinerunt, quos & Mercurius triſmegiſtus, & Plato, & apud hebręos Moſes, & nos chriſticolę ſequimur.

Secunda.

Secundam poſitionem vero ponit dicens, {Alij vero interiturum dicunt, quẽadmodum quoduis aliud eorum, quæ natura conſtãt, vt animalia & ſtirpes, atq; elementa: hæc enim hac corrumpuntur lege, vt nunquam redeant, quam poſitionem Democriti ſentiunt.

B

Tertia.

Deinde tertiam poſitionẽ addit dicens, {alij viciſſim interdum hoc, interdum alio modo in corruptione atq; ortu ſeſe habere, idq; ſemper hoc fieri modo dicũt, ceu Empedocles arigentinus, atq; Heraclitus epheſius ſentiunt. Auer. autem reducit omnes de mundo poſitiones ad regulam, quia aut credi poteſt hunc nec generabilem nec corruptibilem eſſe: & hæc eſt poſitio Ariſto. qui primus inter græcos ipſam protulit, quãquã ex occultis caldęorum verbis excipi poſſit.

Auer. c. 102.

Aut credi poteſt ipſum eſſe genitum & corruptibilem, & hanc poſitionem Anaxagoræ ſcripſit, ſed vt puto tranſlatoris eſt error, Anaxagoras. n. mundum generare ait per extractionem ab intelligẽtia, quæ nunq; ceſſat extrahere, propterea Democrito Simplicius dedicat illam, hanc quoq; ſuſtinere ait omnes leges, quod an ſit, alias dicemus. Aut credi poteſt ipſum eſſe genitum, ſed nõ corruptibilem, & hęc eſt poſitio Platonis in Thimeo, aut fingi poteſt ipſum genitũ nõ fuiſſe, ſed bene corruptibilem: hãc ait nullũ ſenſiſſe, niſi quoſdã loquentes ſuæ legis & (vt dicetur poſtea) Plato etiam cõceſſit. Qui ſi loquãtur de poſſibili, vt q; deus potuiſſet facere æternum à parte ante, & corruptibilẽ à parte poſt, non imperite ſentirent, cum multi noſtrorum theologorum id ſentiant, & ſic quatuor eſſe poſſunt de mundo poſitiones.

C

Igitur ortũ quidem eſſe, ſempiternum tamẽ fore aſſerere, ex his eſt, quæ improbabilia ſunt. Ea nanq; ſola probabiliter ponenda ſunt, quæ in multis aut in omnibus eẽ videmus, at de hoc contrarium accidit, cuncta ſiquidem orta & occidere videntur.

D

Refellit nũc poſitionẽ Platonis, quia cęteras ſæpe cõfutauit, & poſtea confutabit, & oſtẽdit primo poſitionẽ Platonis nihil probabilitatis ſapere. Nam, vt Primo dicitur Topicorum, probabile eſt quod aut omnib[us], aut pluribus videtur.} Modo de poſitione Platonis videmus totum oppoſitum, nam videmus omnia orta occidere & aucta ſeneſcere. Quo vero ad græca verba attinet verbũ improbabilia græce eſt τῶν ἀδυνάτων hoc eſt impoſſibilium. ſed accepit ĩpoſſibile pro ĩprobabili. Ideo inqt. {Igitur ortum quidem eſſe, ſempiternũ tamen fore aſſerere, }ex his eſt, quę improbabilia ſunt. & quod ita intelligat, indicat id quod ſubdit. d. ea nanq; ſola probabiliter ponẽda ſunt, quæ in multis aut in omnibus eſſe videm[us]. (Nã hæc eſt definitio ipſius probabilis propoſitionis,) at de hoc totum accidit oppoſitum ſiue contrarium: cũcta ſiquidem orta, & occidere videntur, & ſupple aucta ſeneſcunt, & ſic Platonis poſitio nihil probabilitatis habet.

Quid probabile.

Animaduerſiõe dignum probabilitatem poſitionis, vt tradit Auer. Secũdo Phyſicę auſcultationis interdum ex parte rei proficiſci, & hoc cum prædicatum poſitionis ĩeſt ſubiecto pro omnibus vel pluribus. Interdũ ex parte noſtra, vt cũ apparet omnibus aut multis. Ariſ. igitur declarauit poſitionem Platonis nihil probabilitatis ſapere ex parte rei, cũ dixit ſe videre oppoſitum in omnibus aut pluribus, non autem ex parte noſtra, quia forſitan ex parte noſtra poſitio Platonis eſt probabilior cũ ſit multorum ſapientum, & multo famoſior illa Ariſto. & hoc Auer. ſenſit cum aſſerit poſitionẽ Platonis eſſe cõtra inductionẽ in omnibus, nam ſiquis in omnibus his q̃ fiunt induxerit reperiet omne ortũ occidere.

Quę Auer. cõmẽ. 102.

Sed ambigit Auer. hæc propoſitio nullum genitum eſt ſempiternũ, probatur inductione & demonſtratione, igitur debet dici demonſtratiua, & non ſufficiens vt Ariſtote. in barbaris tranſlationibus ait, & in noſtris probabilis. In hoc ſtat dubitatio Auer.

Dubiũ. Aſ.

Reſpondet & verba ſunt obſcura, ſed ſuſpicor eum velle dicere Ariſto. aſſignaſſe generatim quæ ſit diſpoſitio ſiue poſitio credibilis, & quid incredibilis, & non de hac poſitione ſpeciatim. Vbi animaduerte aliquid conuenire alicui ſub ratione generis, quod ſibi non conuenit ratione ſpeciei, & ſic hęc poſitio omne quod fit corrumpitur, ſub ratione generis eſt credibilis, quatenus videt[ur] in omnibus vel pluribus, ſub ratione propria ſpecifica, eſt demonſtratiua, & ita Ariſto. generatim aſſignauit quid ſit credibile vt habeat hãc poſitionem Platonis nihil credibilis habere. Tu vero conſidera, nam verba huius meliora non habentur.

Solutio.

Præterea quod non habet principium ita ſe habendi, ſed aliter ſe habere prius per omne æuum fieri nequit, hoc & tranſmutari non poteſt, erit enim aliqua cauſa, per quam quidem, ſi ipſa prius eſſet, aliter id ſeſe habere poſſet, quod aliter ſeſe habere nequit.

Hactenus q; Platonis poſitio nihil probabilitatis habeat, per primam rationem oſtendit. Nunc ſecundo arguit contra illam, & ſyllogizat ſic, quod non habet principium aliquod, quo aliter ſe habeat, immo aliter ſe habere prius eſt impoſſibile, omne hoc tranſmutari nequit: ſed mundus nõ habet principium quo aliter ſe habeat immo aliter ſe habere eſt impoſſibile: igitur mundus tranſmutari nequit. probatur maior quia oppoſitum prædicati infert oppoſitum ſubiecti: quia dicere quod tranſmutari poſſit, eſt dicere quod habet principium quo aliter ſe habeat, id quod aliter ſe habere neq[ui]t. Inq[ui]t {Pręterea q[uo]d non habet principium ita ſe habendi, ſed aliter ſe habere prius per omne æuum fieri nequit, hoc & trãſmutari nõ poteſt, hæc eſt maior. quam probat dicens, erit enim aliqua cauſa qua quidem ſi ipſa prius eſſet, aliter id ſeſe habere poſſet, quod aliter ſeſe habere nequit, & ſic ex ipſi[us] prædicati oppoſito infertur oppoſitum ſubiecti, eo enim ipſo quod eſſet tranſmutabile haberet cauſam aliter ſe habendi, & tamen erat impoſſibile aliter ſe habere.

Expo.

Subticuit minorem propter breuitatem. Animaduerſione dignum (vt Septimo Metaphyſicę accipitur) materiam eſſe pricipium intrinſecum quo compoſitum aliter ſe habeat, propterea omne id quod hoc principio caret, intrãſmutabile eſſe neceſſe eſt.

Quid eſt eſ corruptionis apud Ariſ.

Quod ſi mundus ex his conſtet, quæ aliter prius ſeſe habebãt, ſiquidem ſemper ſic ſeſe habebant, neq; aliter ſeſe habere poſſunt, genitus ipſe profecto non eſſet, ſi vero eſt genitus, & illa videlicet aliter ſeſe habere poſſe, & non ſemper ita ſeſe habere neceſſe eſt. Quare conſtituta diſſoluentur, & diſſoluta prius conſtiterunt, idq; infinities aut ſic ſe habet, aut poterat ſe habere. Quòd ſi ita ſit, incorruptibilis ſane nõ erit,

ſiue

ſiue ea e quibus conſtat, aliter ſeſe habuerint interdum, ſiue aliter ſeſe habere potuerint.

Expõ.

Poſſet huic Ariſt. rationi obijci ad minorem, (nam vt Plato ſentit, (mundus præfuit i chaos quodã, poſtea deus reduxit eum ad ordinem, quem ordinem nunquam amplius confundet, & ita minor ſyllogiſmi eſt falſa, conſtat enim mundus ex omnibus partibus veluti ex materia, quibus compoſitus mũdus generabatur: habet igitur principium & materiam, qua cœpit, & tamen nunquam deſinet. Huic reſponſioni obijcit Ariſt. & ita habebitur minoris probatio, & accipit illas mundi partes ſiue materias, è quibus conſtitit mundus, & quærit aut illæ partes aliter ſeſe habebant tunc quàm nunc, aut eodem modo nunc vt tunc: ſiquidem eodem modo, igitur non eſt factus, quia è materia ſemper eodem modo ſeſe habente nihil noui proficiſcitur magis nunc quàm antea, ſi vero aliter ſeſe habent tunc quàm nunc, aut igitur neceſſario ſeſe habẽt ſic aliter tunc quàm nunc, aut contingenter. Si neceſſario, igitur ſemper ſe haberent aliter tunc quàm nunc, eſt enim neceſſarium ſemper ens vt dicitur Primo Priorum, & ita illa è quibus mundus conſtat, ſemper eſſent aliter ſeſe habentia tunc quàm nunc, quod non eſt intelligibile. Si autem contingenter, igitur poſſibile eſſe & poſſibile non eſſe ſic ſeſe habere, hęc enim eſt ipſius contingentis definitio, Primo priorum, igitur vt partes illę contingenter conſtiterunt, ita contingenter poſſunt diſſolui, quoniam contingens eſt aut quod eſt, & poteſt non eſſe, aut quod nõ eſt, & poteſt eſſe. Aliter enim natura contingens verteretur in neceſſariam, cõtra omnes regulas prioriſticas. Quod ſi partes quæ conſtiterunt, poſſunt diſſolui, mundus ipſe corruptibilis eſt, quippe cum corruptio nihil aliud ſit quàm partium diſſolutio, genitura vero partium conſtantia vt Plato ſentit. Inquit. {Quod ſi mundus conſtet ex his, quę aliter prius ſeſe habebant, hoc vt dicebamus poteſt eſſe dupliciter, aut ita vt illa ſemper ſic ſe habeant, aut non ſemper ſic ſe habeãt, propterea inquit.} Siquidẽ ſemper ſic ſeſe habebant neq; aliter ſe ſe habere poſſunt, genitus ipſe profecto non eſſet, è materia enim ſemper eodẽ modo ſeſe habente nihil noui proficiſcitur. Si vero eſt genitus, & illa videlicet aliter ſeſe habere poſſe, & non ſemper ita ſeſe hr̃e neceſſe eſt, ꝓpterea cõlcudit quare cõſtituta, diſſoluẽt & diſſoluta prius cõſtiterũt, idq; infinities aut ſeſe habet, aut poterat ſic ſeſe habere. Quod ſi ita eſt, incorruptibilis ſane nõ erit, ſiue ea è qb9 cõſtat, aliter ſeſe haberint iterdũ, ſiue aliter ſeſe habere potuerint, vtroq; n. mõ erit corruptibilis, nã corruptio eſt priũ diſſolutio, vt genitura erat illarũ ordinata cõſtãtia. hęc ẽ cõclusio pncipalis.

Auer. autem, licet non multum ad verbum, rationes Ariſto. aliter inducit, & ſupponit duo, quorum primum eſt, q res carens potentia, ſiue principio transmutationis non poteſt aliquando tranſmutari. quod probat, quia aliter alteratio eſſet cauſa ſuijpſius, nã ſi careret ſubiecto, oporter vt careat agente, vt dicetur cõmẽ. 124. & ſi caret ſubiecto & agente, & ipſa fiat, non videtur fieri niſi à ſe, & ita habetur intentum. Secundum eſt, quòd ea è quibus mundus conſtat, fuerunt ſub diſpoſitione contraria ad illam ſub qua ſunt nunc, & iterum hæc ſub hac diſpoſitione nunc conſtituta, erant ſub contraria diſpoſitione. patet, quia in tempore pręterito fuerũt illa ſub priuatiõe formæ mundi, & in tempore futuro iterum ſub priuatione eiuſdem. probat hanc, quia niſi partes mundi ante tempus geniture fuiſſent ſub priuatione, tunc nõ fuiſſet ex illa poſſibilis compoſitio. Tũc arguit, materia mundi fuit in principio ſub potentia ac priuatione ad formam mundi, & nunc eſt in potentia ad priuationem illius formæ, igitur mundus eſt genitus & corruptibilis, quare vt ſua natura poterat cõſtare, ita ſua natura poteſt diſſolui, eſt enim natura contingens eadem. Sed huic rationi obijcitur. primo, quia tunc oculus cæcus poſſet recipere viſum, quia antea poteſt recipere. Amplius tunc corruptum idem numero redibit, vt Socrates. Nam poſt mortem remanet materia.

A uer. cõm. 101.
Pria ſuppõ.
Scda.
Obiectio.

E Dici poteſt hæc Ariſ. ſiue principia ſiue ſuppoſitiones, eſſe intelligẽdas quãdo omnia è quibus res ipſa conſtat, poſt illius corruptionem remanerent. Et hoc Plato concedit. Nam omnia, è quibus mundus conſtat, poſt illius corruptionem remanent, vt materia, videlicet omnia elementa, forma vero aut deus, aut mundi anima. Et ſic apud Ariſto. eſt hoc pricipium, omne quod incæpit, deſinit, iterumq; idem numero redibit ſi omnia è quibus conſtabant, remanent: ſed ſi omnia nõ remanent, ſed ſaltem materia, redibit idẽ ſpecie. Tunc reſtat ſaluare cur Socrates non redeat poſt mortem, cum & anima reſtet, & materia. Qui enim tenent animam rationalem eſſe corruptibilẽ facile euadunt: dicent enim non remanere omnia, quia non remanet forma. Alij dicunt non redire Socratem, quia non remanent diſpoſitiones & qualitatiue & quantitatiue, & hoc iterum friuolum eſt. **F** Nam ſimiliter mundus non rediret, quia licet & eius forma & materia reſtent, corrumperetur ordo, quo forma vniebatur materiæ, vti per quandam diſpoſitionem, vt Plato ſentit. Alij dixerunt reſurrectionem eẽ naturalem & poſſibilem ex parte partium eſſentialium, quia reſtant materia & forma cõſtabiles. Sed defectu agẽtis naturalis, illa eſt impoſſibilis per naturam. Nec hoc eſt peripateticum, in omni enim natura vbi eſt poſſibile ab intrinſeco, eſt poſſibile ab extrinſeco, vt cõmẽ. 124. dicemus, aliter eſſet aliqd' naturaliter ocioſum. Propter hoc qui volunt defendere animam rationalẽ eſſe immortalem apud Ariſto. cum magna difficultate poſſunt ſua principia ſaluare. Hæc poſtea melius dicentur, vbi oſtendemus poſſe etiam ſtare cum principijs Ariſto & reſpõdebimus ad omnem cauillum, & tu ſcias q hæc ratio eſt omnium difficillima ad probandum animæ mortalitatẽ apud Ariſto. & videbis poſtea melius.

Solutio.
Quomõ ide[m] [illegible] cæpit deſinit
De ipſa reſurrectione, deq; alijs immortalitate.
Pria põ.
Scda.
Cõfutatio.
Tertia põ.
Cõfutatio.
Quãta eſt rei difficultas

G Præſidium autem, quod inferre ſibi tentauerunt aliqui eorum, qui incorruptibilem quidẽ eſſe, ſed genitum aſſerunt, minime verum eſt. Aiunt nanq; & ſe perinde vt hi qui picturata deſcribunt, de genitura mundi eſſe locutos, nõ quia ortus ſit ipſe interdum, ſed doctrinę cauſa, quia notius exiſtit, ſi vt deſignationem viderint factum.

Xenocrates, q eſt de poſitiõe Platonis, & ſibi ſceptori præſidium tentauit inferre, & eius breiuiter ſolutio eſt, q aliquid eſſe genitum ex aliquibus partibus, verbi cauſa domum ex parietibus, poteſt intelligi vt illa particula ex, notat ordinem temporis, & hęc eſt genitura ſm verã & propriã rationem dicta, & hoc modo cuncta artificialia, & omnia naturalia generantur: præcedunt enim partes totius compoſitionem tempore. Aut poteſt intelligi vt particula illa ex, notat ordinem naturę ac cauſalitatis: quo modo dicimus, q continuum ipſum fit ex partibus diuiduis, **H** quia ſimul tempore ſunt partes et totum, tamen partes præcedunt totum natura & cauſalitate, ſimiliter, oratio ex nomine, & verbo, & id genus, & hæc dicitur generatio æquiuoce & multum metaphorice: potius enim deberet dici dependentia totius à partibus, quàm generatio. Ad ꝓpoſitũ dum Plato ait ipſum mũdũ factũ eſſe ſuis è partibus, itelligit ſm ordinem naturę & cauſæ, & non temporis. Quod ſi Plato dixit mundũ eſſe factũ ex partibus tempore prę cedentibus, non eſt intelligendũ ſic ſenſiſſe vt verba ſonant, ſed ſic dixiſſe, vt diſcipuli facilius diſcant. veluti Geometræ faciunt, qui pro faciliori doctrina triangulos deſcribunt & cæteras figuras id genus, in quibus deſignationibus diſcipuli percipiunt partes eſſe priores tempore toto, & tamen in rei veritate nõ ſunt priores niſi natura, & cauſalitate. Inqt. {Præſidiũ autem quod inferre ſibi tentauerunt aliqui de numero eorũ, qui incorruptibilẽ quidem eſſe, ſed genitum aſſerunt,

Epilogus.
Generatio ex aliquibus duplicitas.

runt, minime verum eſt. aiunt nanq; & ſe de mundi genitura eſſe locutos perinde vt hi qui picturata deſcribũt in geometria, non quia ortus ſit ipſe interdum, ſed doctrinæ cauſa, quia notius exiſtit, magiſq; id diſcent, ſi vt deſignationem viderint factum mundum ipſum. Hæc Xenocrates. (A)

Quæ Simp. Huic emerſit illud Simplicij, quod Ariſto. non intellectui verborum Platonis aduerſatur, cum non

Quæ Alexã. Quid ipſe. aliud ſentiat, ſed verbis tantum, ne male deprehenſa ſeducant animum à veritate. Alexander autẽ voluit Ariſto. & verbis, & intellectui contradixiſſe, & hoc mihi magis cõſonat. nam, ſi ſolum verbis obijceret, proculdubio ſolutione Xenocratis eſſet contentus. at nos videm⁹ ipſum etiam illi reſponſioni acerrime contradicere.

Auer. c. 104. Dubiũ. Auer. autem vult Ariſt. hic velle contradicere exemplo, quo Plato vtebatur in ſua poſitione de genitura mũdi, eo enim exẽplo perſuadere enitebatur mundũ ipſum eſſe genitum quidem, ſed non in tempore, ſed ab æterno, & hoc approbat Auer. quia tempus ſequitur motum cœli, ideo, ſi mundus fuiſſet genitus in tẽpore, tẽpus fuiſſet ante tempus, & ſic velle videtur Auer. Ariſto. non poſitioni, ſed exemplo, quo vtebatur Plato, contradixiſſe. (B)

Dubiũ. Sed dices, ſi Plato concedit partes priores fuiſſe mundo, & omne prius & poſterius ſunt temporis differentiæ, propterea quaſi ſoluendo Auer. talem indicat diſtin-

Solu. ctionem, q; eſſe aliquid alio prius eſt aut tempore, aut natura ſiue cauſalitate. Modo eſſe poſſunt aliqua alijs priora, & cum illis ſimul eſſe tempore, vt in rebus æternis, et

Qualis hæc Auer. expõ. ſic ad propoſitum dixit Plato partes mundi ſimul eſſe tẽpore cũ mũdo & ab æterno, priores tñ cauſa. Sed quãtũ hæc Auer. expõ græcis codicibus cõueniat, tu q idẽ & Philoſophus es & græcus, dijudica. Quãq;.n. quæ dicit vera ſint, nemo dubitat hæc eſſe aliena à verbis Ariſto.

Sed hoc (vt dicimus) non eſt ſimile. Nam in picturarum quidem effectione ſi cuncta ſimul ſint poſita, idem accidit, at in horum demonſtrationibus non idem: ſed impoſſibile eſt idem accidere. Ea nãq;, quæ prius poſteriuſue ſumũtur, ſub cõtraria ſunt, quippe cũ ex iordinatis olim, ordinata proceſſiſſe contendant, at vt idem ſit ordinatum ſimul & inordinatum fieri nõ põt. (C)

Expõ. Refellit igitur Ariſto. nunc reſponſionem Xenocratis, & declarat q; exemplum in picturis non eſt ſimile ad genituram mundi, & inter hæc duas diſſimilitudinis cauſas colligit, primo tamen proponit intentionem, & inqt. Sed hoc (vt dicimus nunc arguẽdo contra Xenocratem) non eſt ſimile, vel magis ad verbum non eſt idem. Hæc eſt intentio, deinde ſumit primam differentiam, & inqt. Nam in picturatum quidem effectione, ſi cuncta ſimul ſint poſita, verbi cauſa, omnes partes ſimul ſint & vniuerſa pictura conſtitutę, idem accidit, hoc eſt partes nõ ſunt variatæ nomine & ratione, latera enim trianguli & antequam ſimul configurarentur, & cum ſimul ſunt configurata, ſemper ſunt lineæ eædem nomine & ratione, at in horum demonſtrationibus, hoc eſt in demõſtratione genituræ rerum vel mundi, non idem accidit, ſed impoſſibile eſt idem accidere, immo variant partes omnino, cuius cauſam affert dicens, ea autem, quæ prius poſteriuſue in mundi ipſius genitura ſumuntur, vt omnia corpora ſenſilia, ſubcontraria ſunt, hoc eſt mutata de diſpoſitione diſperata ad diſpoſitionem diſperatam, quippe cum ex corporibus ſenſilibus olim inordinatis, ordinata proceſſiſſe contendant, erant enim elementa & omnia corpora ſenſilia confuſa, nec aqua pura, nec ignis purus, nec aliquod illorum purum, ſed oĩa confuſa, & imperfecta, vt aũt idẽ ſit ordinatum ſimul & inordinatum, fieri non poteſt, & ſic partes mundi vident mutare ſpeciẽ & nom̃ ptes (D)

Ordinatũ inordinatũ ſub contraria. picturarum minime, & hæc eſt prima differẽtia. Quo vero ad verba attinet, Ariſto. vocat ordinatum & inordinatum ſubcontraria, quoniam proprie non ſunt contraria cum ſint relationes. Sed ſunt ſubcontraria, quia tãtam habent vim vt contraria ipſa. (A)

Præterea generationem atq; tẽpus ſeparare inter illa neceſſe eſt, at in picturis tempore nihil ſeparatur. Eſſe igitur impoſſibile ſimul ipſum ſempiternum eſſe & genitum, perſpicuum eſt.

Expõ. Secunda differentia eſt, q; inter partes mundi, & mundum ipſum tempus & generatio interiacet, quia partes eius prius ortæ fuerunt in confuſo, deinde tempore mundus ex illis partibus confuſis fuit ornatus, propter quod coſmus dicitur, quaſi ornamentum, & ſic inter partes & mundum mediat generatio apud Platonem. In picturis vero non mediat tempus, nec generatio, cum non prius ſint partes q̃ totum. Et ſi dices hoc eſt contra ſenſum, nam ſenſu videmus partes pręcedere deſcriptione totũ. Dici poteſt partes illas eſſe priores per accidẽs vt deſcribuntur, ſed vt concipiuntur, ſunt ſimul tempore, cum nõ (B)

Solutio. oportet illas mutari de iordinatione ad ordinem, vt ſunt mundi partes. Animaduerte, q; hæc ſecunda differentia ſequitur ex prima, nã ſi partes mundi prius fuerũt cõfuſæ, & poſtea redactæ ad ordinem, ipſas eſſe tempore priores toto neceſſe eſt. Demũ epilogat, & ſermo patet.

Quæ Auer. c. 105. Auer. autem inter picturæ deſignationem, atq; mundi genituram, tres colligit differẽtias. Prima eſt q; in mũdi genitura, imo generatim in omni genitura, vt partes ſucceſſiue generantur, ita & totum ipſum, vt etiam declarauit primo phyſicæ auſcultationis cõmẽ. 62. At in genitura figuræ, partes non ſucceſſiue vt totum generãtur, figura enim in idiuiſibili conſiſtit. Sed quonam modo generatio ſit ſucceſſiua, quoue ſubitaria, omitto. ſufficiẽter enim diſputatum eſt in libro de generatione, atq; in phy-

Dubiũ. ſicis. Secunda differentia eſt q; omnem generationem præcedit alteratio, at figuræ effectionẽ minime, ad quantitatem enim non eſt alteratio. Tertia eſt q; elementa miſtum tempore præcedunt, & partes mundũ ſimiliter, at lineæ minime figuram ipſam præcedunt, nam cum lineæ ſunt, ipſa figura eſt, & è contra, cum figura ſit, etiam (C)

Solutio. lineæ ſunt. Sed dices nonne linea videtur reperiri actu ante figuræ generationem, vt patet in puluere. Dici poteſt indiuiſibilia eſſe non poſſunt niſi quatenus ſunt in rebus diuiſibilibus, & ita non ante figurã, id vero quod geometræ deſcribunt, non linea eſt, ſed lineatũ corpus. Ex his colligit Auer. rõnẽ ſubtilem, quæ ſic componitur, aut genitura mundi ex partibus eſt ſimilis effectioni figuræ ſecundum rem, aut ſecundum doctrinam. non

Rãſio. auer. ſecundum rem, vt ex his differentijs patet (erit enim generatio mundi cum ſimultate generationis partium:) quod eſt contra rationem generationis, & contra ea quę dicta ſunt. ſi vero ſecundum doctrinam, tunc genitu-

Cauillus. Xeno. ra mundi erit temporaria, ceu illæ figuræ. Reſpondebat Xenocrates concedendo illam ambo eſſe ſimilia in re quantum ad aliquid, puta quantum ad hoc q; mundus dependerã partibus, & qood partes ſunt nõ tempore, ſed natura priores, & ſic illius generatio non eſt proprie dicta, ſed magis debet dici dependentia quædam. (D)

Contra obijcit Auer. primo quia tunc Plato non differret ab Ariſtote. & ſic Ariſto. habet quod vult. Secũdo, quia Plato ſimpliciter inquit mundum fuiſſe genitũ: modo generatio, cum profertur, intelligit pro mutatione facta in tempore, cum generatio non niſi cum difficultate intelligatur de dependentia. Tertio, omnis relatio acquiritur propter acquiſitionem noui fundamenti, nouæq; rei abſolutæ: at cum ordo ſit relatio, & inordinatio ſimiliter: igitur ſi mundus eſt tranſlatus de inordinatione ad ordinem mutatur in aliquo abſoluto. et ſic eſt genitus vera generatione. Hæc colliguntur ex commento. 105.

Auer. c. 106. Auer. pterea cõmẽ. 106. ob ſuas malas tranſlationes vt mihi videtur nihil ad verba Ariſto. ait Sed quicquid ſit de expoſitione verborum Ariſtote. in verbis eius col

liguntur

ligunturr(vt mihi videtur)tria. Primum ſunt duæ rationes cõtra Platonem, quas Ariſto. non ſentit.

Rõnes contra Platonẽ. Prima.

& prima eſt, quæcunque ſunt in loco ac tempore reperiũtur actu aliquando priora eo, quod ex his compunitur, ea ẽ quib⁹ mundus fit, quia vt dicit ſunt corpora exiſtentia in actu. cõtingit vt ſint in loco & tẽpore, igiẽ ſunt priora mũdo.

Secunda.

Secunda ratio Auer. q̃ innata ſunt reperiri ĩ temporr, aliquando reperiuntur in rempore priora ſuo miſto, nam vt dicit, quod innatum eſt reperiri in tempore, non inuenitur ſine tempore: ſed partes muudi ſunt innatæ reperiri in tempore: igitur ſunt priora mundo. Econtra eſt de lineis rebuſq; abſtractis, non enim poſſunt reperiri in tẽpore nec in loco, propterea ſi ſunt priora ſuo miſto, non niſi ſecundum eſſe & naturam ſunt priora, & ſic in generatione figuræ partes non niſi natura præcedunt figurã, propterea addit q; ſi Plato voluit dicere cum dixit mundum eſſe genitum, ipſum depẽdere ex partibus, quæ præcedunt ipſum eſſe & natura, verum dixit. Sed verba ſua hæc non ſonant. Quare aut peccat recedendo à veritate, aut male docet.

Rñſio. ad rationes. Auer. cõtra Platonem.

Sed hæ Auer. rõnes friuolæ ſunt aduerſus Platonem. Nam omnes eſſent contra Ariſto. Ariſ. enim concedit elementa & corpora ſenſilia ẽ quibus ipſe mundus eſt, eſſe in loco & tempore, vt procedit prima ratio, & tamen non concedit illas tempore debuiſſe mundum præcedere. Amplius concedit mundi partes eſſe innatas reperiri in tempore, vt procedit ſecunda ratio, et tamen non concedit eſſe prius tempore mundo, & propterea dici poteſt partes eas ẽ quibus mundus conſtat, reperiri in tempore & loco, & eſſe aptas reperiri, non quidẽ ſm ſeipſas totas, quia ſic ſunt perpetuæ, elementũ enim ſecundum ſe totum eſt perpetuum vt dicitur ſecũdo de generatione, ſed ſecundum quid atque ſecundum partes, quia ſic quodlibet elementum eſt generabile & in loco certo. Mundus itaq; apud Platonem & Ariſto. nõ ex elementis conſtat, quatenus conſiderantur ſecundum partes, ſed quatenus conſiderantur ſecundum totum & ſic rationes ille, Auer. friuolæ ſunt.

qualee mundi partes.

Secundo debes ſcire ex verbis Auerro. q; partes mundi & partes figuræ non eodem modo ſe habent, quia partes mundi quatenus ſunt entia, ſunt alicuius qualitatis, hoc eſt formatæ, quarum formam ducunt per ordinationem mundi, & ita componuntur ex qualitate, ſiue forma, & quali ſiue materia & ſubiecto, omne enim elementum cõponitur ex materia & forma, quæ ratio docet vt partes illæ cum conſtẽt ex partibus quali videlicet & qualitate ſint prius genitę ex aliquo quod ſe habet vt forma, & aliquo quod ſe habet vt materia, poſtea mundus ex illis cõſtat, at in figuris non eſt ita, non enim partes illius componũtur ex qualitate & quali, cum quælibet pars ſit ſimplex,

Interpretatio eius

Et tu ĩtelligas q; ſi Auer. velit quia partes mũdi, hoc eſt elementa ſunt compoſitæ ex materia & forma, ideo tempore ſint prius genitæ mundo, errat, quia non ſecundum tota ſunt genita, ſed ſecundum partes, non enim oẽ compoſitum ex materia & forma, eſt genitum in tempore, niſi aut ſm totum, aut ſecundum partes. At ſi velit ſaltẽ illas eſſe genitas ſecundum partes, verum dicit, quia per hoc partes mundi differunt à partibus figuræ, illæ enim generantur, ſaltẽ ſecundum partes, hæ nec in parte, nec in toto. Sed licet hoc modo ſit bene dictum, nihil tamẽ contra Platonem, vt viſum eſt.

quid Auer. cõtra theo.

Tertium quod colligitur ex verbis Auer. eſt obiectio contra theologos. Obĳcit enim ſic, ſi mundus generatur, aut ex ente, aut ex nõ ente, quod eſt priuatio entis, ſi ex ente, igitur ante mundum præceſſit ens, & ſic nõ fuit ipſe ſimpliciter genitus. Si ex non ente, aut ex non ente eſſentialiter, aut accidentaliter, non ex non ente eſſentialiter, quia tunc non ens reciperet ens, hoc enim eſt aliquid fieri ex alio eſſentialiter, vt, ſ. recipiatur in illo vt in materi. ſi accidentaliter ex non ente, igitur eſſentialiter ex aliquo ente, & ſic ante mundũ aliquid fuiſſet vt prius.

Solutio rõnis Auer.

Sed debes ſcire. Auer. ſuppoſuiſſe omni potentiæ actiuæ reſpondere paſſiuam,

E & contra, & propterea non poteſt intelligere mundum fieri niſi aliquo præſuppoſito. Nos autem tenemus potẽtiæ actiuę limitatæ bene reſpondere paſſiuam, quia hæc cum ſit limitata, agit ſecundum partem, non ſimpliciter. At potentiæ actiuæ illimitatæ tenemus non reſpondere paſſiuam, quia potẽtia talis agit ſimpliciter, ideo hæc ratio friuola eſt, non enim mundus apud nos generatur, ſed ex nihilo à potentia illimitata creatur.

Conſtituere vero mũdũ viciſſim atq; diſſoluere, nil aliud facere eſt, quam ipſum quidem ſempiternum parare, ſed formam mutantem. Quemadmodum ſiquis interdum corrumpi, interdum generari eum arbitretur, qui vir ex puero, exq; viro puer fieret.

Exdõ.

Hactenus quædã de Platonis poſitione, nunc vult refellere poſitionem Empedoclis & Heracliti, & primo poſitionem Empedoclis, deĩde illam Heracliti, demum ad

F Platonem redit. Quantum vero ad primam partem, primo exponit quid ſonãt verba Empedoclis, hoc enim neceſſarium fuit, quia cũ Empedocles poetice ſcripſerit, verba habent amphibologicum ſenſum, & inquit. Conſtituere vero mundum viciſſim atq; diſſoluere, vt Empedocles facit, nihil aliud facere eſt, q̃ ipſum quidem ſempiternum parare, videlicet quoad ſubiectum & ſubſtãtiã, ſed formam ſuam mutantem, hoc eſt ordinem & diſpoſitionem. Rem hanc per quoddam ſimile declarat, & inquit. Quemadmodum ſiquis interdum corrumpi, interdum generari eum hominem arbitretur, qui vir ex puero, exq; viro puer fieret, nam in tali huius hominis mutatione ſemper remanebit idem numero homo ſubiecto & ſubſtantia, ſed diſpoſitione, ac accidente differt. Hæc eſt interprætatio verborum Empedoclis.

Patet namq; ſi elementa inter ſeſe conuenerint, non quemuis, ſed eundem ordinem, eandemq;

G efficiconſtitutioonem.

Exp̃.

Probat talem eſſe ſenſum verborum Empedoclis, & primo per rationem. Secundo ex his quæ ipſe ait. Quantum ad primum ratio ſic componitur, omne quod redit idem numero in priſtinã diſpoſitionem, non potuit eſſe ſecundum ſubſtantiam atq; ſubiectum corruptum. vbi enim fuiſſet corruptum: non potuiſſet redire ad eandem diſpoſitionem, quia ſic corruptum rediret idem numero, cuius oppoſitum determinabitur in libro de generatione: at mundua idem numero redit ad priſtinam diſpoſitionem, vt ipſi aiunt: igitur non eſt corruptus ſubiecto ac ſobſtantia, huius vim minoris narrat, & inquit. Patet namq; ſi elementa inter ſeſe conuenerint ornatu & poſitura, non quemuis, ſed eundem ordinem, eandemq; efficei conſtitutionem, quæ prius erat, & ſic idem numero manens redit ad priſtinam diſpoſitiooem.

Præterea, & ſecundum ipſos qui hanc ſentẽ

H tiam dicunt. Hi nanq; vtriuſq; diſpoſitionis cõtrarium ipſum cauſam eſſe aiunt. Quare ſi totũ quidem corpus continuum permanens interdum hoc, interdum illo diſponitur modo, atq; præornatur: totius vero conſtitutio mundus eſt atq; cœlum: non mundus profecto, ſed eius diſpoſitiones generantur, atq; corrumpuntur.

Exp̃.

Nunc oſtendit ſenſum illum eſſe bene datum ex his, quæ ait Empedocles, & inquit, præterea & ſecundum ipſos qui hanc ſententiam dicunt, hi nãq; vtriuſq; diſpoſitionis, videlicet confuſioni & ornatus, cõtrarium ipſum cauſam eſſe aiunt, nam ornatus cauſam aiunt eſſe diſcordiam, confuſionis vero concordiam. Ex hoc ſequiẽ ipſos ſenſiſſe mundum nõ ſubſtantiam & ſubiectum mutaſſe, ſed accidens, nam concordia & diſcordia non ſubſtantiæ ſunt cauſæ, ſed accidentis, & ita patet tum ratione, tum

ex verbis

ex verbis eorum ſenſum illum eſſe bene aſſignatum.

Ex his oſtendit & concludit q̃ potius oppoſitum ſequitur ad poſitionem Empedoclis, videlicet q̃ mundus ſit æternus, potiuſq̃ qd' ſit factus, & ita habet intentũ, & hoc inquit ſimul concluſionem & rationem epilogans. Quare, ſi totum quidem corpus ipſius mundi continuum permanens ſubiecto & ſubſtantia, interdum, hoc interdum illo diſponitur modo atq; præornatur. Totius vero conſtitutio ſiue ornat⁹ mũd⁹ eſt, atq; cœlũ, nõ mũdus, pfecto, ſed eius diſpoſitiones generãtur, & corrũpũtur, eſt enim mundus elemẽta ipſa, atq; ſenſilia corpora, quæ ſubiecto & ſubſtantia ſunt æterna apud eum, diſpoſitione vero mutabilia, & ita mundus eſt æternus, non corruptibilis vel generabilis, cum generatio & corruptio non ad accidens, ſed ad ſubſtãtiã ſint. et hũc textũ pauci intelligũt.

Q[ue]m Auer. c. 107.

A Auer, autem ex malis tranſlationibus, quas habebat parũ textus intelligit, ſed quicquid ſit de verbis, ipſe vult Ariſtote. contra Empedoclem tale feciſſe enthimema, ſi mundus concordia genararetur, & corrumperetur diſcordia, vt Empedocles ſentit, tunc mundus eſſet æternus ſubſtantia & ſubiecto, ſolumq; accidente corruptibilis: nã ſolum mutaretur de forma in formam, hoc eſt de diſpoſitione in diſpoſitionem, & eſſet æternus in ſubſtantia. Vlterius verba textus obſeruat, verba. n. nõ quẽuis ſed eũdẽ ordinẽ, & reliqua græce ſunt εὐχὶ τυχόντα τάξις γίνεται latine ſonat nõ q̃ vis. In veterib⁹ trãſlatiõib⁹ erat nõ contingens homo fit, in arabicis vero, erat non fiunt, ex his diſpoſitiones diuerſæ, & tunc apud arabes eſt ſenſus, q̃ cum elementa conuenerint adinuicem, non fiunt diſpoſitiones diuerſæ. Modo quid Ariſtot. ſentit, nemo dubitat, q̃ aliquãtulũ ĩ grecis ſit verſat⁹. Sed Auer. vult hęc verba reducerẽ ĩ bonũ, & p̃mo exponit qd p diſpõnes Ariſto. intelligit, & vult per diſpoſitiones poſſe intelligi formas ſubſtantiales, & tunc ſenſus eſt, q̃, cum elementa conuenerint adinuicem, non fiunt diſpoſitiones diuerſæ, ideſt formæ, & ſubſtantiæ diuerſæ, quia non ſubſtantia, ſed accidẽs variatur. Aut vult per diuerſas diſpoſitiones eſſe intelligendum infinitas, vt ſit ſenſus q̃ cum elementa conuenerint non generantur diſpoſitiones diuerſæ. i. infinitæ in ſpecie, quia diſpoſitiones illæ erunt eædem ſpecie & diffinitione, quæ ſemper iterantur in elementis ſecundum reciprocationem, & q̃ non eſſent infinitę ſpẽ probat, quia, tunc quælibet diſpoſitio de numero illarũ, ſimpliciter eſſet corruptibilis, quia dum corrũperetur nihil ſuæ ſpeciei remaneret, nunquamq; rediret Quæ ratio docet apud Empedoclem mundum in ſubſtantia eſſe æternum ſecundum numerum, in accidentibus vero ſm ſpeciem. Et reddit cauſam quare hoc Ariſto. ſubiecit, & inquit Ariſto. hoc dixiſſe quia ſi accidentia eius non eſſent æterna, poſſet dici ipſum aliquo modo eẽ corruptibilem, ſaltem in accidẽtibus nec numero, nec ſpecie rediturũ. Addit tamen eſſe neceſſe accidentia illa eſſe æterna ſpecie, cum ſint oppoſita & reciproca ſupra elementis. Hæc Auer. Quæ quantum literę ſonent, tu modo intelligis. Secundo obſeruat alia verba, in ſuis enim tranſlationibus habebat, totius autem mundi diſpoſitio mũdus & cœlum eſt, non vtiq; mundus generabitur & corrumpetur, ſed diſpoſitiones ipſius, in q̃bus verbis innuit, ipſo in mundo eſſe tres compoſitiones, aliam quidem ex elementis loco materiæ, & ſua forma, ſiue forma illa ſit de⁹ ſiue anima, ſiue quęuis res. Aliam in parte qualibet vt ignis eſt compoſitio ex propria materia ac forma, hęc. n. compoſitio potius eſt in partibus quam in ipſo, & iuxta has vult intelligi illud Ariſt. cum dicit, totius ãt mundi diſpoſitio mundus & cœlum eſt, ſumit enim diſpoſitionẽ p totius cõpoſitione vel p cõpoſitiõe ĩ ptib⁹ reperta. Aliã vero cõpoſitionẽ arbitratur in elemẽtis vt ſunt miſti mundi partes, qua congregantur, & de hac intelligit cum ait, non itaq; mundus generatur & corrũpitur, ſed diſpoſitiones, hoc eſt congregationes ipſius, quæ in elementis reperiuntur. Multa addit, quæ nõ ſunt vtilia nec

q[uo]d Auer. intelligat per diſpoſitiones.

A poſſunt applicari ad verba noſtra, propterea prætermitto. Ex his accipitur magnum argumentum ad probandum animã rationalem eſſe corruptibilem, aliter homo in morte non corrumperetur ſubſtantialiter, & arguam vt Ariſt. contra Empedoclẽ ſic, omne compoſitum cuius partes eſſentiales remanent, ipſum in ſubſtantia non mutatur, ſed in accidẽte: ſed hominis partes eſſentiales poſt mortem remanẽt, igitur homo non ſubſtantialiter corrumpitur, ſed ſolum accidentaliter. Sed hoc argumentũ friuolum eſt, & eſt ſolutum bene in libro de intellectu, et infra dicemus, quia de hoc intendo loqui.

De aĩæ ĩmortalitate.

Corrũpit ĩn morte tertia quædã res, ex ĩparum p[ar]tium cõmũ õibꝰ cõſtãs.

At vero mũdum ipſum omnino ortum corruptum iri, atq; non redire, ſi ſit quidem vnus, ĩpoſſibile eſt. Nam antea quam ortus eſſet, cõſtitutio præcedens ipſum ſemper erat, qua quidẽ nõ facta, ipſum mutari fieri nõ poſſe dicim⁹. Expõ.

B Nunc refellit poſitionem Democriti, & primo narrat illius impoſſibilitatem, ſecũdo eã deducit. de primo igt. At vero mundum ipſum poſtq̃ eſt omnino ortus corruptum iri, atq; non redire, ſi ſit quidem vnus, impoſſibile eſt. Hæc poſitionis eſt Democriti impoſſibilitas, q̃ videlicet ſit ex omni parte genitus & corrumpatur non rediturus ſi ipſe ſit vnus. Secundo deducit hanc impoſſibilitatem, & ſumit ante mundi ortum præceſſiſſe compoſitionem quandam, videlicet elementariam, qua videlicet oẽ elementum erat compoſitum, qua quidem compoſitione non præſuppoſita, ipſe mũdus fieri nequibat. eſt igitur aſſumptum ante mundum præceſſiſſe corpora elemẽtaria in actu neceſſario vt materia mundi, & hoc ait, nam anteq̃ ortus eſſet, conſtitutio præcedens ipſum ſemper erat, hoc eſt quædam erant præcõſtituta vt materia, qua quidem non facta & pręſuppoſita ipſum mutari fieri nõ poſſe dicimus. Hoc eſt aſſumptum Ariſto. Ex hoc vult habere talem ſyllogiſmum contra democritum, Omne quod generatur ex aliqua materia præſuppoſita, impoſſibile eſt ſi ſit vnum, ipſum corrumpi non rediturum. Nã qua ratione illa materia præerat ante compoſitionem, eadem reſtabit poſt corruptionem: nam corruptio eſt reditus ad priſtina pricipia. & ſi reſtabit, aut erit ocioſa, aut redibit ad priſtinam formam. Addo minorem ex verbis Ariſto. Sed mũdus generatur ex aliqua materia præſuppoſita, & eſt vnus: igitur impoſſibile eſt ipſum corrumpi non rediturum. Hæc ex his verbis voluit intelligere, licet ſint difficilia valde.

Syll. Ariſt.

C

Sin vero mundi ipſi ſint infiniti, cõtingit magis. Veruntamẽ hoc etiam ſi fieri poſſit nec ne, ex his patebit quæ poſtea dicentur.

Nunc declarat quod dixit, mundum corrumpi non rediturum eſſe impoſſibile ſi ſit vnus, & inquit: Sin vero mundi ipſi ſint infiniti, contingit magis, hoc eſt, illud nõ eſſet impoſſibile, quia poſſet vnus mundus corrumpi in alium, & ille adhuc in alium, & ſic in ĩfinitum: at vbi mũdus ſit vnus & ſit ortus ex aliqua materia præſuppoſita, corrumpi non poteſt ipſe non rediturus, niſi illa materia eſſet ocioſa. Sed quia hæc res eſt etiam ambigua data mũdorum infinitate, addit: Veruntamen hoc etiam ſi fieri poſſit nec ne, ex his patebit, quæ poſtea dicentur. dicentur autem hęc poſtea in lib. de generatione, aut forte per hoc ĩtelligit an genitum vel ne, hoc enim poſtea dicetur. Ex his quæ dicit hic Ariſt. patet ſolutio ad eam rationẽ quæ contra immortalitatem animæ concluſit naturalem reſurrectionem: eſſet enim reſurrectio quando vnus numero homo tantum eſſet: at quia plures, ſic reſurget ſecundum ſpeciem, & non ſecundum numerũ apud Ariſt. ſic enim non erit fruſtra quicquam, cum ſaluetur in ſpecie vnio. Hæc contra Democritum. Auerro. vero contra Democritum aliter rationem format: & ſua ratio, vt mihi videtur, conſiſtit in duabus ſuppoſitionibus: quarũ prima, Mundus genitus eſt ex quibuſdam, quæ de con- Expõ.

D

tingenti

tingenti potuerunt eſſe mundus, & quæ de ineſſe erunt quandoq; mundus, & quæ potuerunt non eſſe mundus de contingenti poſtquam fuerint. hæc patet, quia vna eſt potentia ad oppoſita: omnis enim ꝓpoſitio de ineſſe primo fuit contingens eſſe, poſtea vero de ineſſe, & de contingenti non eſſe. Secunda, omne poſſibile quandoq; erit, aut ſaltem ipſo poſito ineſſe nullum ſequitur impoſſibile, aliter poſſibile reuerteretur i poſſibile. Quibus ita ſtatutis arguitur, ea quæ prius fuerũt ante eſſe mundi, potuerunt eſſe mundus antea, deinde fuerũt actu mundus, demum redibunt ad non eſſe mũdi: & cum illa ſint eadẽ numero remanentia, poſtea igitur potuerunt eſſe iterum mundus, cum ſint illa eadem ex ſuppoſitionibus.

Sed replicabis, quia per hæc eadem deducerem Socratem poſt mortem rediturum eſſe, quia reſtant illa met, q̃ antea poterant eſſe Socrates. Reſponet quòd rediret qñ eſſet vnus numero, & nihil aliud ſuæ ſpeciei, ſed qa ſunt plures homines, ideo redit idem non numero, ſed idem ſpecie. Hæc ex cõmẽto colligi poſſunt ad ꝓpoſitũ Ariſ.

De mundi incep.

Differẽtia inter theologos & philoſophos.

De ipſius mundi inceptione in octauo auſcultationis phyſicæ multa diximus: nunc vero illud non ignorandum theologum cum naturali phyloſopho in hac re non conuenire. Naturalis enim philoſophus non aſſentit alicui propoſitioni, niſi cuius veritas aut patet immediate ex ſenſibus, aut colligitur per rationem ex ſenſibus deductam, aut quæ perſpicua eſt ſolo terminorum intellectu. Qua ratione fit vt ipſe cogatur dicere nihil incipere poſſe niſi ab ente, cum per concordiam omnium ſenſuum patuerit, omne quod fit fieri ex ente: viſu quidẽ, quia album non niſi ex nigro vel medio: auditu vero, quia graue niſi ex acuto, vel medio odoratu: nam ſuaue ex auſtero vel medio guſtu, qa dulce ex amaro aut medio tactu, quoniam calidum ex frigido aut medio: & ſic quia in illa omne quod fit ex ente fit, omnes concordant ſenſus propterea, vti principiũ ſumitur à naturali philoſopho.

Theologus autem ſuperiori lumine illuſtratus, illud concedit, quod ex reuelatione accipit, modo non ſit ſenſus repugnans, aut contra ſenſum. & quia accipit mũdũ incępiſſe de nouo, & hoc non eſt contra ſenſus, (ea enim inceptio quam fieri ex ente ait ſenſus, eſt quæ aut per alterationem, aut non ſine alteratione) ideo mũdum cępiſſe credit, nõ quidem per alterationem vel cum alteratione, ſed per creationem ex nihilo. Hæc enim creatio nec eſt conueniens ſenſibus, nec cõtraria ſenſibus, ſed ſupra ſenſus tranſcendens. Hæc pauca pro nunc ſatis ſint.

Sunt enim aliqui quibus fieri poſſe videtur, vt & ingenitum aliquid corrumpatur, & genitum incorruptibile permaneat, vt in Timęo. Illic enim cœlum quidem ortum eſſe, non tamen corruptibile, ſed reliquo ſemper fere tempore dicunt, ad quos naturaliter quidem de cœlo ſolum eſt dictum. Si vero de omnibus vniuerſaliter conſiderauerimus, de hoc quoque erit manifeſtum.

Epilogat.

Expoſitio huius loci nõ patet, ideo debes ſcire ꝙ in textu præcedenti dixit reſtare dicere, vtrum hoc ſit poſſibile necne. cum enim explicaſſet poſitionem Democriti, & dixiſſet non eſſe poſſibile mundum corrumpi non rediturum ſi ſit vnus, & declarauit cur dixerit ſi ſit vnus, ſtatim ſubiecit: Verum tamen hoc etiam ſi fieri poſſit nec ne ex his patebit, quæ poſtea dicẽtur. modo per hoc intelligere poteſt an infiniti ſint mundi, & tunc refertur ad ea quę dicentur in tertio huius, & in lib. de generatione. Et ſic intelligatur Ariſtote. nũc poſtquam refellit poſitiones iſtorum, redit ad illam Platonis, & ita illud illud verbum Enim, non reddit cauſam, ſed nouum inchoat ſermonem. Aut poteſt intelligere per illud pronomẽ Hoc, an mundus ſit genitus & incorruptibilis vel corruptibilis, & ſic Ariſtote. tunc reddit cauſam, quare res hęc

E reuocetur in ambiguum & inquit. Sunt enim aliqui quibus fieri poſſe videtur, vt & ingenitum aliquid corrumpatur, ceu chaos illud ſiue materia illa informis, quæ fuit ingenita & mundi genitura præceſſit, corrũpatur in mũdi genitura, quia perdit confuſionem ſuam atq; informitatem. & ita concedit Plato æternum à parte ante poſſe corrumpi à parte poſt, vt de materia illa informi patet, itaq; ſubiungit, genitum, incorruptibile, permaneat, vt de mundo in Timæo dicunt, illic enim cœlũ quidem ortum eſſe, non tamen corruptibile, ſed reliquo ſemper fore tempore dicunt, & ita Plato concedit quorum primũ eſt aliquod æternum à parte ante deſinere, & aliqd' æternum à parte poſt incępiſſe. Deinde ordinat ſe ad ſequẽtia, & declarat quantum ſit ſibi contradictum, & quantũ reſtat contradicere, & inquit: At quos ſiue contra quos naturaliter ſiue rationibus naturalibus & non metaphyſicis, eſt contradictum. ſuperiore enim tractatu ſolum cœlum ipſum eſſe æternum, quia caret contrario eſt probatum: & ſic eſt contradictum in parte, cũ cœlum non

F mundus ſit totus, ſed mundi pars. ſubiungit, Si vero de omnibus vniuerſaliter conſiderauerimus, de hoc quoque erit manifeſtũ, quaſi dicat, quod reſtat nunc probare de vniuerſo mundo ipſum non eſſe genitum, nec corruptibilẽ. Hęc de ordine. Auer. vero ait Platonẽ duo cõceſſiſſe, quorum primum eſt aliquod æternum habere potentiã ad corruptionem, quod nunquam corrumpetur, vt in Timæo aſſerit de ipſo mundo.

Quæ Auer. cõ. 119.

Secũdum eſt eſſe aliquod æternum à parte ante, quod poſtea corrumpetur. Et hoc verificat Auerroes de potẽtia materiæ mũdi, quæ æterno tempore præceſſit formã eius, quæ tamen in aduẽtu formæ corrumpitur. Hoc alij concedunt in cæteris compoſitis, potentia enim reſpectiua in aduentu formæ deſinit, quæ antea fuit ipſa æterna. Nos vero verificauimus rem hanc de illa materiæ informitate atq; confuſione, quæ æterno tempore antea præceſſit: & tamen in genitura mundi corrũpitur, & hoc

G eſt magis ad verba Platonis. Quod vero ad verba attinet Ariſtote. in tranſlationibus barbaris dixit poſitionem Platonis eſſe innaturalem, quod Auer. ait eſſe propter duo. Tum primo, quia eius oppoſitũ patet inductione, omne enim quod generatur corrũpetur, aut pro maiori parte. Secundo, quia Plato debuit primo diſputare an poſſit aliquod genitum eſſe ęternũ, & poſtea deſcendere ad mundũ, vniuerſalia enim præcedunt particularia cognitione, cum propoſitiones particulares nec ſint eſſentiales, nec per ſe, ſed contingentes, & extra artem. Igitur hęc poſitio eſt omnino innaturalis, & quia eius oppoſitũ patet per rationem naturalem, & quia non naturali ordine proceſſit ab vniuerſalibus ad particularia. Hæc autẽ quæ hic dixit Auer. non conueniunt verbis græcis, propterea ſunt vana.

Primum autem diuidendum eſt, quo nam modo genita atq; ingenita, corruptibilia quoq;

H ac incorruptibilia dicimus. Nam cum aliqua multipliciter dicantur, nullaq; in ſermone ſeruetur differentia, mentem confuſe ſeſe habere neceſſe eſt, ſi quis vt indiuiſibili eo vtatur, quod multifariam diuiditur. Incertum nanque erit ꝑ quã ipſorum naturã id accidat quod dictũ eſt.

Expõ.

Hactenus de poſitione antiquorum in quæſtione propoſita, nunc propriam poſitionem vult proſeq, & ſumit primo quædam, quorum primum eſt quot modis dicantur genitum & ingenitum, corruptibile ac incorruptibile, & proponit intentionem ſpeciatim. & cauſam intẽtionis, & inquit, Primum autem diuidendum eſt, quo nam modo genita atq; ingenita corruptibilia quoque ac incorruptibilia dicimus. Hęc eſt intentio, cuius cauſam affert, & inquit. {Nã cũ aliqua multipliciter dicantur, nullaq; in ſermone ſeruetur ſignificatuũ differẽtia} ſed proferãtur

tur nulla præmiſſa diſtĩõe, mentem audientis confuſe ſe ſe habere neceſſe eſt. cuius etiã cauſam ſubdit, ſi quis, ꝑ quia quis, vt indiuiſibili eo vtitur, quod multifáriam diuiditur. Incertum nanq; erit per quam ipſorum ſignificatuum naturam ſiue ſpeciẽ id accidat quod dictũ eſt. i. ſequatur id quod ioſertur, igitur ante quæſtionis determinationem debemus pręmittere quoties hęc dicuntur.

Animaduerſione dignũ, vt primo topicoꝝ capite. 14. habetur, quoties aliquid diuiditur, eſt vtile & ad manifeſtationem poſitionis & oppoſitionis, & vtile oe fiat ſyllogiſmus ſecundum oomẽ, hoc eſt, oe aliquis paralogizet: & ꝑp hęc duo Ariſt. vult illa eſſe prędiſtingueoda, & ad euitandam confuſionẽ, & ad ſciendõ per quam naturam accidat inconueniens dicendum. Quo vero ad verba attinet, verbum aliqua, non eſt in gręco, ſed ſic habetur, oã cum multiplicıter dicantur, & reliqua, ideo Auer. intelligit locum hunc dupliciter, aut ſupplendo dictiones, vt ſit ſenſus, nam cum aliquæ dictiones multipliciter dicantur, & reliqua. Aut ſupplendo ſubiecta quæſtionis propoſitæ, vt ſit ſenſus, nam cum hęc videlicet genitum, iogenitum, corruptibile & incorruptibile multipliciter dicantur, et reliqua: & vtroq; modo, vt mihi videtur, verbis conuenit græcis. Hæc Ariſt. ac Auer.

Quæ Auer. com. 110.

Dicitur itaque ingenitum, vno mõ ſi ſit nũc aliquid, quod antea non erat ſine generatione mutationeue, vt ipſum tangí atque ipſum moueri aliqui dicunt, inquiunt enim ipſum tangí atque moueri generarí non poſſe.

Expoſitio.

Proſequitur & diſtinguit primo ipſum Ingenitum: & primus modus reſpectu generatioois. nam quoties aliq̃d fit, & non per modum quo generata fiunt videlicet trãſmutatione & motu, talia dicuntur primo modo ingeoita ſiue ingenerabilia. Solum nanq; pro tanto: quia non fiũt per modum eorum quæ generantur. & inquit { Dicitur itaq; ingenitum vno modo ſi ſit nuoc aliquid, vt animal vel album, quod antea non erat ſine generationẽ & mutatione, vt ipſum tangi atq; moueri aliquid dicunt ingeoita eſſe, aiũt enim ipſum tangi atq; moueri generari nõ poſſe, quia non fiunt per modum quo cætera fiuot. Hic eſt primus modus.

Alio modo ſi generarí vel ortum eẽ aliquid poſſit, non tamen ſit: nam hoc ea ratione ingenitum dicitur, quia oriri poteſt.

Expoſitio.

Secundo modo aliquid dicitur ingeoitum, ſi generari vel ortum eſſe aliquid poſſit, non tamen ſit dudum ortũ, vt ſi a. poſſit oriri animal vel album, noodum ſit ortum: & reddit cauſam quare hoc dicatur ingenitum, & inquit: { Nã hoc ea ratiooe ĩgenitum dicitur, quia oriri poteſt. Igitur ſecundo modo dicitur ingenitum per priuatiooẽ actus generationis, vt quia ooo eſt actu genitum, ſed poteſt generari, quomodo fœtus in vtero meæ vxoris diceretur ingenitus, quia actu generationis priuatur. Hic eſt ſecundus modus.

Alio modo ſi aliquid factum eſſe impoſſibile ſit, ita vt interdum ſit, interdum non ſit. At impoſſibile bifariam dicitur: aut enim quia nõ verum eſt ortum eſſe poſſe, aut quia non facile, nec cito, nec bene fieri poteſt.

Expoſitio.

Tertio modo ingenitum vult dici quod impoſſibile eſt fieri. dico fieri quomodo aliquid genitum interdum eſt, interdum oon eſt, et hoc modo mons aureus eſt ingeoitus ſiue ingenerabilis, caret enim poteotia generatioois. Addit tameo hunc modum poſſe diuidi io duos, & ioquit { Nã impoſſibile bifariam dicitur. aut enim quia oon verum eſt ortum eſſe poſſe, vt mons aureus dicitur iogenitus, aut quia ooo facile, nec cito, oec bene fieri poteſt. Quare omoes modi ſunt tres, quorum ſi tertius diuidatur io duos, omnes erunt quatuor. Horum ſufficien-

A tia ſic ſumi poteſt: nam ingenitum negationem ſiue priuationem dicit. aut igitur ingenitum negat modum geoeratioois, aut rem ipſam quæ eſt generatio. & ſi quidẽ modũ, erit primus modus iogeniti: ſi vero negat ipſam generatiooem, aut oegat actum, aut potentiam. & ſi quidem actum, erit ſecundus modus, ſi negat potentiã, aut oegat ſimpliciter, vt ſit impoſſibile generari, aut ſecũdũ quid, vt ſit difficile, vel non ciro, vel oon bene generabile. Ecce omoes modos ingeoiti.

Quæ Auer. commẽ. 111. Ad verã generationem tria requirũt.

Sed referamus quæ Auerro. dicit in declaratione horum modorum. Primo igitur debes ſcire ad veram generationem tria requiri. primum vt res exeat de potẽtia ad actum. ſecundũ vt præcedat alteratio ante talem exitum. tertium eſt, vt fiat in tempore ſaltem per accidens. Et ex hoc ſequitur quod id quod fit ſioe his trib⁹, dicitur ingenitum, & hoc per priuationem conditioonum requiſitarum ad veram generationem. & hoc modo tactio & mutatio fiunt, ſimiliter & relationes. Secundo ſequitur B vt tale ingenitum dicitur ſimilitudioe iogenitum, oõ vere, quia tale poſtquam eſt, poteſt non eſſe. igitur genitũ fuit, ſed pro taoto dicitur ingenitum, pro quanto non fiebat ſecundum omoes conditiooes eorum quæ vere generantur. Sed mox dubitat Auerroes, quia non videtur hoc geoitum oiſi apud ſuum non eſſe, ideo poteſt quæri vtrum tale dicatur iogenitum tempore entitatis, an tempore priuationis, an vtroq; modo. Themiſtius inquit, tale eſſe ingenitum vtroq; tempore, quia vtroq; tempore caret conditionibus eorum quæ vere generãtur. Hæc Aoer. quo ad primum modum. Sed quęritur vtrum motus incipiat eſſe per motum atq; generationẽ. Videtur quod ſic. motus enim iocipit eſſe per exitum de potẽtia ad actum, igitur per motum. Amplius quod per geoeratiooem etiam arguo, tranſmutatio rei de non eſſe ad eſſe eſt eius generatio, motus incipit per talem tranſmutatiooem, igitur per geoerationem.

Dubitatio.

Solutio.

¶ Pro ſolutione dici poteſt (vt Auicenna ſeotit) quod aliquid eſſe vel generari eſt, aut quia ipſum eſt quod C geoeratur, aot quia ipſum eſt quo aliud generatur. Vlteri⁹ Auicenna quinto ſuæ metaphyſicæ talem ponit regulã quòd io denominatiue talibus ſtandum eſt ad ea quæ formaliter ſunt talia. & quia phyſica corpora denominatiue ſunt motibus mobilia, generatione vero generabilia: igitur motus ex ſe ipſiſmet generantur, et ſic non per motum, nec per generatiooem incipiuot, ſed ſat eſt ipſos eẽ quibus alia iocipiunt. Hæc de primo modo. Secundo debes ſcire quod io textu barbaro ſecũdus modus ſic deſcribitur, ingenitum eſt quod nõ eſt, poſſibile tamen eſſe per veras generatioois cooditiones. Ponitur igitur ſecuodum Auerro. illa particula, poſſibile tamen eſſe, ad differentiam ingeoiti tertio modo, quod dicitur poſſibile fieri. nam tale ingenitum ſecuodo modo dicitur ingenitum ſecundum quid, quia pro tempore ſui nõ eſſe. Sed obijcit Auerro. quia videtur tale ingenitum concidere cum gento dicendo textu proximo, igitur diſtinctio non D erit per oppoſita. Reſpondere videtur, ꝙ tale ingenitum concidit cum genito, tamen ſecuodum diuerſa dimidia. quia ingeoitum quidem dicitur ſecundum dimidiũ non entis: geoitum vero ſecundum dimidium entis: quia ad eſſe habet potentiam. & ex hoc infert quòd Ariſtote. enumerauit hunc ſecũdum modum cum aliqua affirmatione addẽdo, poſſibile tameo eſſe: hoc enim videtur quędam affirmatio, quam quidem addit, qooniam hoc ingenitum dicitur quodammodo idem generabili. Secuodo dubitat, oam cum ea quæ generantur primo modo, ſecũdum rem generantur, licet non ſecundum modũ, quare oõ dedit duos modos, videlicet inuicem oppoſitos, vt fecit de genito & ingeoito ſecundo modo. Reſpoodet, quia tale ingeoitum per priuationem cooditiooum, tam tempore eſſe quam tempore oõ eſſe, ſemper caret dictis cooditionibus generationis. igitur ea enumerat ingenerabilia, quæ aliquando ſuot ingenita, vt tempore oon eẽ,

Quæ Auer.

aliquando

aliquãdo genita vt tempore eſſe, nam de his quæſtio erit Platonis, & hoc ꝓbat authoritate Themiſtij. Hęc Auer. de ſecũdo mõ. Tertio debes ſcire ꝙ tertius modus apud Auer. eſt quoties aliquid eſt ens in quo non eſt materia neq; potentia ad eſſe, & ad non eſſe, vt æternum ipſum: tale enim caret materia & potentia ad vtrunq;, ideo dicitur ingenitum: & hanc intentionem dicit Ariſto. ſentire ibi, vt quandoq; quidem & reliqua, quam addidit vt indicet hic ingenitum ſumi pro eo quod eſt, & nunquã fuit poſſibile generari vel corrumpi, vt æternum, ad differentiam impoſſibilis rei, vt hippocentaurus eſt & id genus. Qua ratione ait non bene Themiſtium intellexiſſe, quia ſumpſit ſecundo modo ingenitum pro impoſſibili generari, motus ex eo quia impoſſibile ſubdiuiſit pro impoſſibili omnino, & pro difficili, qđ nõ eſſet, niſi ingenitum ſumpſerit pro impoſſibili: & propterea Themiſtius reduxit hos omnes in tres, vt patet eius reductio ſecunda. Et quod non ſenſerit Themiſtius, arguit & probat, primo quia omiſit modum famoſum, videlicet ingenitum pro æterno: ſecundo, quia omiſit illud, quod eſt ad propoſitũ: tertio quia omiſit ingenitum pro eo quod nõ eſt, poteſt tamen eſſe cum facilitate: igitur diuiſio Themiſtij eſt diminuta tribus modis. Propterea Auer. enumerat oẽs modos. nam omne ingenitum aut dicitur tale, quia non per veras cauſas generationis aut vere. ſi quidem primo modo erunt duo primus modus, & id quod non actu eſt ſed poteſt eſſe cum difficultate Hæc enim diuidunt non vere, quia quantum ad rem generantur, quo vero ad modum, non: nam primus modus dicitur per hoc, quia ſimpliciter caret conditionibus generatorum: difficile vero genitum habet, ſed paucas. Si autem aliquid dicitur ingenitum vere, hoc eſt, aut quia non eſt, poteſt tamen facile eſſe, aut quia non eſt, nec poteſt eſſe, vt dicitur ipſum impoſſibile: aut quia eſt, non tamen incepit, nec deſinet, vt æternum: quomodo dicitur triangulum habere tres eſſe ingenitum, quia nunquã fuit nouũ, & ſic ſunt quinq; modi. Et ſi dicas, ꝙ tunc Ariſto. eſſet diminutus. reſponſio innuit ꝙ Ariſto. ſub vniuerſali ratione dedit intelligere omnes hos, nam ſub tertio enumerauit impoſſibile & neceſſarium, & ſub ſecundo enumerauit facile & difficile, ſub primo enumerauit ipſum tantum: igitur tantum quinq;, quos Ariſtoteles non diſtinxit propter breuitatẽ. Hæc Auer. quę quantum textui cõueniant, tu vides.

Simili ratione & ipſum genitum, vno quidẽ dicitur modo, ſi aliqđ ſit poſterius, quod prius non erat, ſiue per generationem, ſiue ſine generatione, ſit interdum quidem ens, interdum vero non ens. Alio vero modo ſi poſſibile ſit, ſiue veritate ſiue facilitate ipſum poſſibile ſit definitum. Alio autem modo, ſi generatio ſit ipſius ex eo quod non eſt ad id quod eſt: ſiue iam ſit, modo per generationem ſit, ſiue & nondum ſit, modo eſſe poſſit.

Expoſitio. Hactenus quot modis ingenitum dicatur, nunc quot modis ipſum genitum, & inquit. Simili ratiõe & ipſum genitũ, vno quidẽ dicitur modo ſi aliquid ſit poſterius, quod prius non erat, & hoc ſiue per generationẽ veraſq; cauſas generationis ſit modo ens, modo rurſus non ens: ſiue ſine generatione veriſq; cauſis generationis. Patet igitur in hoc primo modo afferi actualem interpretationem, non tamen per determinatum modum incipiendi, quem generatio ipſa ſit generat, et ſic genitũ primo modo. i. quod eſt genitũ & prius non erat ſiue per generationem, ſiue non. Et hoc ſentit Auer. ait enim Ariſt. in vno ſermone cõprehẽdiſſe duo oppoſita duob⁹ modis ipſius ingeniti. Erat enim vno modo ingenitum, quod non per veras cauſas poterat generari, vt actiones & motus: alio modo quod non erat, ſed per veras cauſas poterat gene- (Quæ Auer. cõmen. 112.)

E rari. Nunc his duobus modis ponit vnum modum oppoſitum, dicens eſſe illud primo modo genitũ quod eſt nũc & prius non, aut per veras cauſas generatiõis, & hoc cõtra ſm modum ingeniti: aut ſine veris cauſis, & hoc contra primum modum: huius cauſam innuit, quia genitum hoc primo modo eſt illud quod eſt ĩ actu poſtquam fuit in potentia, ꝓpterea opponitur vtriq; illorũ. Hæc Auer. ex quibus dat vnũ & idem poſſe dici generabile & ingenerabile, vt tactiones & motus & relationes, hæc quatenus nunc ſunt, & prius non erant, genita dicuntur, quatenus vero ſine cauſis generatiõis ſunt, ingenerabilia dicũtur. Addit tñ melius intelligi generabile tempore eſſe, ingenerabile vero tempore non eſſe, ſiue primo ſiue ſecundo ſumãtur modo. Hæc de primo modo. De ſecũdo inquit ¶ Alio vero modo ſi poſſibile ſit, ſiue veritate ſiue facilitate ipſum poſſibile ſit definitum, & ſic hic ſecũdus modus differt à primo, quia hic ſecundus aſſerit poſſibilitatem inceptionis, primus autem aſſerit inceptum eſſe: conuenit tamen, quia hic eſt abſq; determinato modo in-
F cipiendi veluti primus, & ita ſm hunc modũ aſſerit poſſibilitas inceptionis abſq; determinato modo incipiendi, qua ratione fit vt poſſit diſtingui in duo ſm diſtinctionẽ potentię, hæc de ſecundo modo. De tertio autem inq;: ¶ Alio mõ ſi generatio ſit ipſius ex eo quod non eſt ad id quod eſt, ſiue iam ſit, modo per generationem ſit: ſiue & nondũ ſit, modo eſſe poſſit, & ſic ſm hunc tertiũ aſſeritur non tm̃ inceptio, ſed incipiendi modus, licet poſſit diuidi in duo quatenus aut eſt, aut eẽ poteſt id quod hoc tertio incipit modo. Debes ſcire ꝙ duo ſunt modi, inceptio & modus incipiendi ꝑ generationẽ determinatus. (Replica. Solutio.) Primus modus dimittat ſibi inceptionem, & non modũ incipiendi. Secundus nec inceptionẽ nec modum incipiẽdi. Tertius & inceptionem, & modũ incipiẽdi, & ſic patet quo nam modo differunt. (Replica.) Et ſi dicitur ꝙ tertius modus videtur non limitare ſibi inceptionẽ, quia ait, ſiue iã ſit ſiue nõdũ ſit. dici põt fortaſſe qđ per non ſit intelligit
G cõplete, vt ſit ſenſus ſiue iã ſit, ſed nõdũ cõplete, & ſic patet differentia horũ modorũ. Et ſi dicitur ꝙ hic tertius modus continetur ſub primo, vt nemo dubitat, reſpondet Auer. vno modo hoc eſſe cõcedendũ, nam primus modus eſt communis ſm incipiendi modũ, at hic eſt determinatus ſm incipiendi modum. Themi. aliter dixit, (Quæ Auer. eodem com.) voluit enim Ariſt. per hunc tertium modũ illũ intelligere. ex quo quædam neceſſario oriũtur, vt ſolet dici, cras orietur ſol, hic enim ortus neceſſarius eſt, & ſic differt à primo modo. Sed refellit hanc reſpõſionem, quia id qđ neceſſario generatur, nõ fit per pręuiã alteratione, & ita non eſt ad propoſitum. Ariſto. n. loquitur de generabili per pręuiam alterationem. Et debes ſcire ꝙ duplex eſt generatio, altera quidem ꝑ præuiam diſpoſitionem ac alterationem, & hæc quia eſt in tempore, poteſt impediri in illo medio tempore. (Duplex eſt generatio.) Alia ęquoce dicta, quæ eſt ſine præuia alteratione, vt dependentia quædam, & hæc nõ
H poteſt impediri. Ariſt. loquitur de prima, & non de ſecũda, propterea male Themiſtius. Hæc Auerroes.

Inſuꝑ etiã corruptibile & incorruptibile ſimiliter dicuntur. Nam ſi aliquid prius eſt, poſteri⁹ vero non erit, aut ĩ cõtingat nõ eſſe, ſiue ꝑ corruptionẽ mutationẽue, ſiue ſine corruptiõe, corruptibile hoc dicimus eſſe. Pręterea & illud qđ per corruptionem interdum nõ eſſe põt, corruptibile eſſe dicimus. Inſuper etiam aliter corruptibile dicimus, quod facile corrumpitur, quod quidem aliquis profecto interibundũ dixerit.

Hactenus de genito deq; ingenito, nũc de corruptibili atq; incorruptibili, & primo de corruptibili. Vbi debes ſcire, vt ſapide notat expoſitor, duo eẽ in corruptione, veluti etiam duo erant in ipſa generatione, alterũ eſt (Expoſitio.)

ipſa

ipſa rei deſitio, alterum vero modus deſinendi, videlicet per cauſas & conditiones vere corruptorum, ideo tres facit modos, & inquit: {Inſuper etiam corruptibile & incorruptibile ſimiliter multifariam dicuntur, nam ſi aliquid prius eſt, poſterius vero non erat, aut contingit nõ eſſe, ſiue per corruptionē mutationē ve, ſiue ſine corruptione, corruptibile hoc dicimus eē, & ſic primus modus eſt per differētiā modi deſinēdi, quia eſt tā eorū quæ deſinūt per corruptionē, quā eorū quę deſinūt ſine corruptione. Debes ſcire ꝙ cõtingēs eſſe enūtiatē per ppōnē de futuro, vt nauale bellū erit, & per propōnē de pſenti, ſed de mō contingenti, vt cõtingit nauale bellū eſſe, vt dicit in lib. de Interpetatione: & quia corruptibile eſt cõtingēs non eſſe, propterea dixit ſi aliquid prius eſt, poſterius vero non erit, denotās illud eſſe cõtingēs per ppōnē de futuro. adiecit etiā, aut cõtingit nõ eē, vt denotet per ppōnem de pñti de mō cõtingentis. Hæc de primo mō.

Contingens eſſe enuntiat̄ p ppōnē de futuro & de pręſenti.

De ſecūdo vero inqt {Præterea & illud qđ per corruptionē interdū nõ eſſe pōt, corruptibile dicimus, & ſic ſecūdus modus eſt per limitationē modi deſinēdi, quia eſt ſolum eorum quæ per corruptionem deſinunt, qua ratione videtur hunc modū eſſe vti ſpeciem primi modi, aut ſaltem quid limitatius eſſe. Hæc de ſecundo. De tertio inquit: {Inſuper etiam aliter corruptibile dicimus, qđ facile corrumpitur. Hic tertius addit ad primū limitationē modi deſinendi, quia eſt eorum quæ deſinunt per corruptionem, & addit ad ſecundū, quia eſt eorum quæ facile intereunt. Quod quidē hac ratione profecto aliquis græce εὔφθαρτον dixerit, bene vel facile corruptibile latinæ, quod vno verbo latine diximus interibūdum, & ſic patet hos tres modos ſe habere per additionem. Nam primus eſt per indifferentiam modi deſinēdi, cum ſit tā eorum quæ per corruptionem deſinūt vt animalia & elementa, quam eorum quæ deſinunt ſine corruptione vt relationes & tactiones ſiue motus. Secundus eſt per determinationem modi deſinendi, quia eſt ſolum eorū quę deſinunt per veram corruptionem. Tertius adhuc magis per determinationem modi deſinendi, quia eſt dumtaxat eorum quæ per veram & facilem deſinunt corruptionem. Sed dices, cum in corruptione duo ſint, deſitio ipſa & modus deſinēdi, vt in generatione duo erant, inceptio & modus incipiendi, quare vt in generabilibus diſtinxit tam penes inceptionem per actū & potentiam, quam penes modum, nõ ſic in corruptione etiam diſtinxit per deſitionem ad actum & potentiam, & per modū deſinendi vt fecit? Solum enim per modum deſinendi diſtinxit. Dici poteſt eſſe loquēdum vt plures, quia vero φθαρτὸν, Hoc eſt, corruptibile in lingua græca nõ venit ad vſum, niſi pro re quæ eſt & poteſt nõ eſſe, ideo nõ diſtinxit in actum & potentiam. Id enim quod corruptū eſt, non φθαρτὸν, id eſt, corruptibile in illa dicetur lingua, ſed ἐφθαρμένον, hoc eſt, corruptum, propterea corruptibile non per potentiam & actum diſtinxit, ſed per indifferentiam modi deſinendi. Auerroes vero primo declarat cauſam cur corruptibile per verum deſinendi modū dicatur corruptibile, & arguit per locum à minori, nam ſi corruptibile ſine modo deſinēdi dicitur corruptibile, igitur corruptibile per modum deſinendi magis dicetur tale. Secundo per exemplum Themiſtij declarat, quid eſt illud quod eſt corruptibile per modum deſinendi, & ait id eſſe corruptionem magni fluuij ſecūdū trāslationē de loco ad locum, fluuius enim corruptibilis eſt ſecundo corrumpendi modo. Tertio ait ꝙ licet ipſum corruptibile ſit duplex, facile & dificile, ſolum ſumpſit corruptibile facile, quia eſt plus in vſu, videtur enim oē fere corruptibile eſſe quaſi facile tale, qm̄ ad non eſſe minora requiruntur, vt dicitur Secundo Topicorū. Vltimo Aue. in commento horum modorum ſic ponit numerum, nā corruptibile dicitur de corrupto in actu & in potentia, ſi de corrupto in actu, eſt dupliciter, aut per veram & propriam generationem, vt elementa generātur: aut ad

Dubitatio.

Solutio.

Quæ Auerr. comen. 113.

generationem alterius, quod per ſe generatur, vt elementa. Si vero dicitur de corruptibili potentia, hoc eſt dupliciter, aut facile, aut difficile. Hæc Auer. Sed pace ſua liceat, ſufficientia eſt ad modos corruptibilis, quos ipſe finxit, & non quos Ariſtote. enumerauit: error enim venit ex malis tranſlationibus.

Qualiter Auerro.

Etiam de incorruptibili eadem eſt ratio: aut enim ſine corruptione, iterdum quidem eſt, interdum vero nõ eſt, ceu tactiones ipſę, propterea quod prius erant: & poſtea nõ ſunt ſine corruptiõe. Aut id quod cum nūc quidem ſit ens, ipſum tamen impoſsibile eſt non eſse, vel non fore aliquando.

Hactenus de corruptibili & de corruptibili, nūc tranſigit, & rurſus diuidit ipſum in tria. Primus modus ſumitur per negationem modi deſinēdi, quatenus eſt eorum quæ deſinere quidem poſſunt ſecundum rem, Sed non per modum deſinendi, & hoc inquit. {Etiam de incorruptibili eadē eſt ratio, aut enim ſine corruptione interdum quidem eſt interdum vero nõ eſt, ceu tactiões, propterea ꝙ prius erant, & poſtea nõ ſunt ſine corruptione. Hic eſt primus modus, & de ſecundo inquit. {Aut id quod cum nunc quidem ſit ens, ipſum tamen impoſſibile eſt non eſſe, vel non fore aliquando, & hoc modo æternū eſt icorruptibile, nā priuat rē & oēm modū deſinēdi.

Expoſitio.

Tu enim es nunc, et tactio ēt eſt nunc, corruptibiles tamen eſtis, quia erit aliquando tempus, quando nec te eſse, nec hæc tangere verum erit dicere.

Soluere videtur dubium circa dicta Ariſtoteles, nam omne quod eſt, dum eſt, impoſſibile eſt non eſſe, igitur omnia ſunt hoc modo incorruptibilia. Soluit ꝙ omnia dici poſſunt neceſſaria ſub cõditione videlicet dum ſunt, & ſic omnia incorruptibilia ex conditione, videlicet dū ſunt, tamen ſunt poſſibilia abſolute ſumpta, & hoc inqt. {Tu enim es nūc, & tactio etiam eſt nunc, (& ſic neceſſaria ac incorruptibilia ex conditione) corruptibiles tñ eſtis, ſupple abſolute, quia erit aliquando tempus, quando nec te eſſe, nec hæc tangere verum erit dicere, & ita ſunt abſolute poſſibilia, neceſſaria tamen ex conditione, & ſic patet ad dubium.

Expoſitio.

Maxime vero proprie icorruptibile dicitur, quod quidem eſt, non poteſt autē ſic corruptū eſſe, vt & nūc ſit, poſtea aut non ſit, aut nõ eſſe contingat. Vel & cum ſit ens nõdum corruptū poſtea contingat non eſſe.

Quia ſumpſit incorruptibile dici dupliciter, et de æterno, quod ſimpliciter eſt incorruptibile, & de eo quod eſt, dum eſt, docet nunc de quo horum maxime proprie dicitur & vult maxime dici de eo incorruptibili, quod ſimpliciter eſt impoſſibile corrumpi, vt Deus. Sed pro intellectu literæ, debes ſcire ipſum corrumpi vel ipſum corruptibile bifariam apud aliquos exponi. Vno modo per affirmationem de præſenti & negationem de futuro, vt nunc Socrates eſt, & poſt hoc non erit vel poteſt non eſſe, igitur corrumpitur vel eſt corruptibilis. Aut per negationem de præſenti & affirmationem de præterito, vt nunc non eſt, vel poteſt non eſſe, & antea fuit, igitur Socrates corrumpitur vel eſt corruptibilis. Vult igitur maxime proprie incorruptibile dici per negationem deſitionis, tam primo quàm ſecundo modo exponendo, & inquit. {Maxime vero proprie dicitur incorruptibile, quod quidem eſt, non poteſt autem ſic corruptum eſſe, vt nūc ſit, poſtea aut non ſit, aut non eſſe contingat, & ſic per negationē deſitionis primo modo expoſitæ, inquit. {Vel & cū ſit ens, nondū corru-

Expoſitio.

ptum, poſtea contingat non eſſe & ſic per negationẽ deſitionis ſecundo modo expoſitæ, & ſic maxime proprie incorruptibile erit ipſum æternum. E

Dicitur etiam incorruptibile et id, quod non facile corrumpitur.

Expoſitio. Quæ Auer. com. 114.

Tertio incorruptibile vult dici, quod non facile corrũpitur, vt mons, & ſerpens, & id genus. Auerroes vero ſumit horum numerum ſic, incorruptibile vel eſt quod eſt & non poteſt non eſſe, & hoc dicitur æternũ: aut q͛d eſt et poteſt non eſſe, & hoc dupliciter, aut ſine cauſis corruptionis, & ſic eſt primus modus: vel per cauſas corruptionis, & hoc dupliciter, aut facile, aut difficile. Sed quã ſit ad verba Ariſt. hæc ſufficientia, tu intelligis. Sed quæres quo nam modo ipſa corruptio deſinat eſſe, aut p corruptionẽ, aut ſine corruptione: Iam patet ſolutio, ipſa. n. corruptio nõ corrumpitur denominatiue, vt nec albedo eſt alba, ſed formaliter & p ſe ipſam: vt albedo eſt alba.

Dubitatio. Solutio. Quõ corruptio corrumpitur.

At ſi hæc ita ſeſe habeant, cõſiderandum eſt quo nã modo poſsibile ac ĩpoſsibile dicimus. F Nam et quod ꝓpriiſſime incorruptibile dicĩ, ex eo profecto definitur, ꝗa impoſsibile eſt corrũpi, neq; interdũ eſſe, neq; interdũ nõ eſſe põt. Inſuper ẽt ingenerabile dicitur impoſsibile, & ꝗa ſic generari nõ poteſt, vt prius quidẽ non ſit, poſterius vero ſit, ceu diametrum cõmenſurari.

Expoſitio.

Hactenus de generabili, corruptibili, ingenerabili, & incorruptibili, nunc de poſſibili & impoſſibili, & primo proponit intentionem, ſecundo rationem intẽtionis, tertio proſequitur. & in proponendo intentionem dat intelligere ordinem ad dicta, & inquit: {At ſi hæc ita ſeſe habeant, conſiderandum eſt, quonam modo poſſibile atq; impoſſibile dicimus. Ecce intentionem & ordinẽ. Aſſignat rationem ex his quæ primo Topicorum capite duodecimo dixerat, ibi. n. dictum eſt ad ſumendum quoties G aliquid dicitur, vtile eſt inſpicere ad definitiones & partes illius, arguit igitur, hæc ponũtur in definitione eorũ q̃ accepta ſunt, igitur poſt tractatum de illis, reſtat tractari de his, & ſic reſtat videre quoties hæc dicantur. Antecedens probat, & inquit: {Nam & quod propriiſſime incorruptibile dicitur, ex eo profecto definitur, ꝗa impoſſibile eſt corrũpi & ex eo quia, neq; interdum eſſe, neq; interdum non eſſe poteſt, et ſic incorruptibile propriiſſime ſumptum, videlicet quod erat neceſſe eſſe, ſiue æternum, per ipſum impoſſibile definitur. Deinde ꝙ etiam ingenerabile per idem definiatur oſtẽdit, & inquit: {Inſuper etiam ingenerabile dicitur, & quia ſic generari non põt, vt prius quidem non ſit, poſterius vero ſit, ceu diametrũ commenſurari coſtæ: & ſic ingenerabile per impoſſibile definitur, & per oppoſitum corruptibile & generabile p poſſibile ipſum definiũtur, hoc quidem per poſſibile nõ eſſe vt corruptibile, illud vero per poſſibile eſſe vt generabile: igitur & de impoſſibili & poſſibili rationabiliter H reſtat dicere poſt illa. Auerroes autem laborat in explanando cur Ariſt. dixerit æquale, ſiue temperatũ naturaliter, in definitione ingñabilis, & eius labor eſt vanus, ꝗa illud verbũ non eſt in codicibus græcis, & ideo pondera, q͛d nõ eſt Ariſt. ſed eſt id quod dicit per inſomnium.

Quæ Auer. commẽ. 115.

Si quid igitur ad ſtadia centum moueri poteſt, aut pondus attollere, ad ſummum ſemper aſſignamus: veluti centum tollere talenta, atq; centum per ſtadia inambulare.

Expoſitio. Poſſibile dupliciter.

Propoſuit ſe dicturum de poſſibili deq; impoſſibili, nũc ꝓſequitur. Verũ debes ſcire ꝙ poſſibile vno modo ſumiẽ vt eſt propoſitionis materia, quod idem valet q͛d contingens, & hoc modo eſt habitudo terminorum ſubiecti & ꝑdicati, qua rõne differt ab ineſſe, atq; neceſſario ineſſe, vt in primo Priorũ diximus, & hoc mõ poſſibile E diuiditur in poſſibile, quod ſequitur ad verum ſiue neceſſarium, & ad falſum quod eſſe poteſt, & de tali poſſibili ſiue impoſſibili, non loquitur hic Ariſt. Alio mõ ſumiẽ poſſibile vt ſumiẽ à potentia, vt ſcd'o de Interpretatione dr̃, quo modo dicimus aliquid eẽ poſſibile regi, quod eſt ĩpoſſibile militi, vt debellare regnũ poſſibile eſt regi, & militi nõ, & de hoc mõ poſſibili vel impoſſibili loquitur Ariſt. nunc: & qm̃ hoc eſt duplex, dictum à potentia actiua, & dictum à potentia paſſiua, ideo primo docet poſſibile dictum à potentia actiua, ſecũdo remouendo dubiũ docet poſſibile à potentia paſſiua. de primo inquit: {Si quid igiẽ vel animal, vel quoduis aliud ad ſtadia centum moueri poteſt, aut põdus attollere, ad ſummum ſemper aſſignamus, veluti centum tollere talenta, aut centũ per ſtadia inambulare, & ſic potentia actiua terminatur atq; cognoſcitur p maximum in quod poteſt. Debes ſcire ꝙ potẽtia definitur p actus, actus vero p obiectum, & quia ab excellentiori obiecto cognoſcitur maior vis potẽtiaq; rei, iure per maximum ipſa potentia definiri debet.

Potentia definiẽ p act, actus vero p obiectum.

F

Quãuis & partes quæ citra ſunt poſſit, ſi & exceſſum poſſit: quare ad exceſſum atq; finem definiri oportet potentiã ipſam. Nam id quod poteſt tot per exceſſum, etiã ea quæ citra ſunt neceſſe eſt poſſe: vt ſi centũ talẽta leuare, & duo poſſe: & ſi per centũ ſtadia ambulare põt, & per duo ambulare poſſe. Potẽtia itaq; exceſſiõis eſt.

Remouet tacitũ cauillũ, poſſet. n. dici, potentia quælibet quæ poteſt in maius poteſt ẽt in minus, igitur nõ tãtum per maius ipſa definitur, ſed etiã per minus. vbi. n. ſolũ p maius ipſa definiretur, videretur ſolum ipſam poſſe in maius. Soluit & inquit. {Quamuis & partes quæ citra ſunt poſſit, ſi & exceſſum poſſit, quare ad exceſſum atq; finẽ definiri oportet potentiã ipſam, cuius cãm indi G cat, quamuis in græco vr̃ concludere, ſed vis eſt reddere cãm, et inquit: {Nam id quod põt tot per exceſſum, etiã ea quæ citra ſunt neceſſe eſt poſſe, vt ſi centum talenta leuare, & duo poſſe leuare neceſſe eſt: & ſi per centũ ſtadia ambulare põt, & per duo ambulare poſſe neceſſe eſt. Potentia itaq; exceſſionis eſt. Sic igitur vult p exceſſum eẽ definiendũ, quia ĩ exceſſu cõtinẽtur minora. Huius rei põt aſſignari cauſa ex quodam ſimili. nã vt magnitudo molis determinatur p maximum, vt quantitatẽ tricubiti nõ p bicubitũ definimus, nec rõnẽ hoĩs aſſignamus per ſenſile, ſed p rõnale, ſic magnitudo vigoris p maximũ definire oportet: minora. n. in eo cõtinenẽ. Ex his patet Ariſto. actiuã potẽtiã definiſſe nõ oẽm, ſed mutabilẽ, q̃dã. n. potentia eſt immutabilis, vt illa dei tm̃ in mouendo orbẽ maximũ, & ꝗa hæc mouet illũ ĩmutabiliter, ita vt nec maius, nec minus poſſit mouere illo, iõ hæc nõ definiẽ p maximũ, nec minimũ. Potẽtia vero q̃ mutabilr̃ mouet tunc minus, nunc maius, definiẽ & cognoſciẽ eſſe alia atq; alia H maior p maximũ eoꝝ q̃ põt. Secundo debes ſcire ꝙ potẽtia põt dupliciter definiri, abſolute, & ſic eſt principiũ agendi vel patiendi, & hoc mõ ſpectat ad metaphyſicũ.

Nota.

Duplex potentia mutabilis & immutabilis.

Potẽtia dupliciter põt diffiniri.

Alio mõ cõparatiue reſpectu alterius potẽtiæ, qua ipſa aut maior aut minor dr̃, & ſic cognoſciẽ p maximũ, nã ſi maximũ quod põt altera, ſit maius eo quod altera põt, vna potentia eſt ẽt altera maior, & hoc modo Ariſto. deſcribit. Tertio debes ſcire ꝙ potentia propterea nõ definitur p minora in quæ põt, quia talia poſſunt minui in infinitum, mõ p infinitũ nihil ſcitur nec definitur, propterea p maximum et non per minimum definitur. Vnde ex verbis Auerrois duæ rõnes colligi poſſunt, quibus potentia debeat definiri p exceſſum, primo ꝗa defectus minuiẽ in infinitũ, & per infinitũ nihil cognoſciẽ. Secundo, quia eo modo potentia cognoſcitur, quo differt ab alia p magis & minus, ſed potentia differt per magis & minus à potentia per maximũ, igitur per maximum definitur.

Quare potẽtia definiẽ p maximum.

Quæ Aue. cõmen. 116.

Præterea

Præterea,& ſi eorũ quæ per exceſſum dñr,tantum aliquid impoſſibile eſt,etiã plura impoſſibilia ſunt:qui nanq; mille ſtadia peragrare non põt,is profecto neq; mille & vnum poterit.

Expoſitio. Vt poſſibile de quo erit intentio dicebatur a potẽtia, ſic impoſſibile denominatur ab impotentia ſiue defectu: Docet igĩ nunc definire ĩpotẽtiã, & vult ipſam cognoſci p minimũ eorũ quæ nõ poteſt, & reddit cãm,quia procedere licet in exceſſibus ad infinitũ, & p infinitũ nihil cognoſcitur,& ex hoc inquit:{Præterea & ſi eorũ quæ per exceſſum dicuntur,tantũ aliquid impoſſibile eſt (vt mille ſtadia peragrare eſt aliquid impoſſibile reſpectu impotentiæ deambulatiuæ Socratis) etiam plura impoſſibilia ſunt,vt mille & vnum,& mille,& duo, & ſic in infinitum,& hoc inquit.{Qui nanq; mille ſtadia peragrare non poteſt,is profecto neq; mille,& vnũ poterit,nec mille & duo,nec mille et tria,& ſic in infinitum:igitur impotentia,non per exceſſum,cum nõ detur,cognoſcitur, ſed per minimum eorum,quæ non põt. Põt etiã ex Auerroe colligi alia ratio,quia taliter eſt impotẽtia definiẽda, qualiter differt ab alia per magis & minus: ſed differt ab alia p minimũ eorũ quæ non põt:dicitur.n.vna impotentia altera vel maior,vel minor,ſi minimum eorũ quę nõ poteſt,eſt maius vel minus altero minimo alterius.

Quæ Auer. com. 127.

Nihil tñ nos perturbet finis eorum quę põt aliqua potẽtia,ſi id quod proprię poſſibile dicitur,ꝑr finẽ exceſſus definiaĩ: forſitan enim dicet quiſpiã,id quod dictũ eſt nõ neceſſario ita eſſe,qui nãq; ſtadiũ videt, is nõ & magnitudines eas quæ citra ſunt videbit, ſed potius e cõtra,q punctũ videre põt,aut paruũ audire ſonũ, is & maiorũ ſenſum habebit. Verum nihil refert ad rõnẽ.definiatur enim exuperatio ipſa aut ipotentia aut in re ipſa,id enim quod dictũ eſt perſpicuũ eſt:viſio ſiquidem,ea ſit quæ per minus, velocitas vero quæ per maius excellit.

Expoſitio. Mouet contra ſe dubitationem,ex cuius ſolutione patebit qnonã mõ paſſiua potentia terminaĩ,& primo proponit illã dicẽs:{Nihil tñ nos perturbet finis eorũ quæ põt,ſupple aliqua potentia.vt viſus vel auditus vel id genus,ſupple,ſi ille finis per minimũ & nõ per maximũ deſcribatur.dico nihil perturbet, ſi id quod proprie poſſibile dĩ,per finẽ exceſſus vt patuit definiatur.cauſa turbationis eſſe poteſt contrarietas definitionũ,quam ſubſcribit,& inquit:{Forſitan.n.dicet quiſpiã id quod dictum eſt,non neceſſario ita eſſe,qui nanq; ſtadiũ vel quid tale videt,is non & magnitudines omnes quæ citra ſunt videbit,cum ſit dare minimum viſile:ſed potius è contra q punctũ videre põt,aut paruum audire ſonum,& maiorem quam ſit punctũ,vel quam ſit paruus tonus,ſenſum habere poteſt.Reſpondet & inquit:{Verũ nihil refert ad rõnem qua definiebatur ipſum poſſibile p exceſſum, definiatur.n.exuperatio ipſa ſemper,aut in ipſa potentia aut in ipſa re. Nã quomodolibet definiatur,ſemper per exceſſum definitur, & hoc ſubdit dicens. Id.n.quod dictum eſt,perſpicuum eſt,quia ſemper ſeruatur exceſſus: viſio ſiquidem ea ſit,quæ per minus definitur, velocitas vero quæ per maius. Debes ſcire ꝙ tam potentia actiua,quam paſſiua determinantur per maximum atq; exceſſum:nam viſiua eſt altera maior cuius viſio eſt maior, motiua altera maior cuius motus eſt velocior.Igitur ambæ per exceſſum operum definiuntur, non tamen eodẽ modo:nam in paſſiuis exceſſus eſt à parte potentiæ quæ patitur,eſt.n.viſio aquilæ maior,quia poteſt videre minus.In actiuis vero contra eſt per maius,quia potẽtia regis maior eſt illa militis,quia põt in maius, & ita vtraq; **A** per exceſſum cognoſcitur, licet in paſſiuis exceſſus ſit à parte potentiæ,in actiuis à parte obiecti. Quæ ratio docet potentiam paſſiuam debere cognoſci per minus, & ita prædictam rationem non deſtruit hæc obiectio, cum illa ſit data de actiua,deq; poſſibili denominato ab actiua potentia,& hoc dixit Ariſtoteles his verbis: Viſio ſiquidem ea ſit, q̃ per minus,& ita ex parte potentiæ. Velocitas aũt quæ p maius excellit,& ſic ex pte rei:eſt.n. viſio opus potẽtiæ viſiuæ, vt velocitas opus potẽtiæ motiuæ.

His vero definitis dicendũ eſt quæ ſequunĩ. Si itaq; quædam ſunt poſſibilia eſſe, & nõ eſſe, quoddã tẽpus maximũ & eſſendi,& nõ eſſendi definitũ ſit neceſſe eſt: (dico aũt rem eſſe poſſe, aut nõ eſſe poſſe in vno quoq; prædicamento, vt hominẽ aut albũ,aut tricubitum, aut aliud id genus.) Nã ſi non erit aliquod quantũ defini- **B** tum,ſed ſemper propoſito maius,cuiuſq; rõne nihil minus dicatur,idẽ ſane uno tẽpore infinito erit poſſibile eſſe,altero tẽpore infinito poſſibile non eſſe:qđ quidẽ eſt impoſſibile.

Potentia,vt dicebatur,quædam dicitur reſpectu operis,& hæc quonã modo cognoſcaĩ,declarauit:alia eſt reſpectu eſſe vel non eſſe,& quia eſt ea qua aliquid poteſt plus vel minus durare,ideo per ipſius tẽporis exceſſum declarabiĩ,& primo proponit intentionẽ & inqͣ:{His vero definitis dicendũ eſt ea quæ ſequuntur deinceps. Hæc eſt intentio,deinde proſequitur & proponit vnam hypotheticam, videlicet ſi aliqua eſſe & nõ eſſe poſſunt, eorum terminus erit p maximum tẽpus,in quo eſſe poſſunt,& hoc inquit:{Si itaq; quædã ſunt poſſibilia eſſe & non eſſe,quoddam tp̃s maximũ & eſſendi & non eſſendi definitum ſit neceſſe eſt.cuius.hypotheticæ cum ponitur antecedens,erit poſitio conſequentis,ꝙ cuiuſque rei ſit maximum tp̃s durandi ſiue eſſendi & non eſſendi. Expoſitio.

C Hæc Ariſtoteles.Deinde declarat in qbus hæc determinatio locum habeat,& vult hanc determinationẽ locum habere in omni prædicamẽto.& hoc adiecit,ne quis credat tempus perdurationis ſolum in animalibus eſſe conſtitutum. Nã quidam dixerunt montes & valles eſſe perpetuas:ideo ſubdit in omni prædicamento eſſe conſtitutum terminũ ſuæ durationis,tam ad eſſe,quam ad nõ eſſe. Deinde reddit cauſam eius quod dixit & arguit per impoſſibile & inquit:{Nam ſi non erit aliquod quãtum in ipſo tempore eſſendi vel non eſſendi definitum , ſed quocunq; dato ac propoſito ſemper maius,ſic ꝙ non ſit deuenire ad vnum maximum,cuius comparatione nihil aliorum quibus poteſt durare res ipſa ſit minus,idem ſane vno tempore infinito erit poſſibile eſſe,altero tempore infinito poſſibile non eſſe,quod quidem eſt impoſſibile:nam,vt dicetur,erunt duo tempora infinita æqualia, Sed hoc quonam modo ſit impoſſibile,quo ve ſequatur, poſterius dicetur ſæpe.Sic igitur patet poſſibile eſſe & **D** poſſibile non eſſe, terminari per maximum tempus.

Qđ vero ad verba attinet,ambiges vtrum eadem ſit potentia qua aliquid poſſit pati,ſiue qua dicatur poſſibile pati,& qua poſſit eſſe vel non eſſe.Et videtur ꝙ ſic:nã materia eſt potentia qua vnumquodq; poſſibile poteſt eſſe & nõ eſſe,& hæc eſt potentia paſſiua,qua vnumqđque põt pati. Dici poteſt ꝙ materia ipſa ratione habita ad formam,eſt potentia eſſendi & nõ eſſendi:ratione vero habita ad agens eſt paſſiua,& ſic eſt idem ſubiecto,ratione differens.Hæc quo ad verba.

Sed circa rem dubitatur contra primam regulam,qua dicebatur potentiam actiuam terminari per maximum, quia ſi ita eſſet,tunc nõ quilibet exceſſus,nec quælibet proportio maioris inæqualitatis ſufficeret ad motum,qđ eſt falſum.Primo,quia tunc dareĩ motus tardiſſimus,videlicet ille quo a potentia moueret a reſiſtentiã exceſſu mi- De maximo & minimo.

nimo,quo ſufficit. Secundo, quia tunc rei ſucceſſiuæ daretur vltimum,nam ſignatis A,agente,& B reſiſtente,volo q creſcat reſiſtentia ipſius B,vſq quo excedatur ab ipſo A exceſſu minimo,& ſimus in illo inſtanti:vel imediate poſt illud adhuc mouebit,vel non mouebit: ſi mouebit,ille non fuit minimus exceſſus,cum ſub minore illo, A adhuc moueat B. ſi non mouebit,tunc illud eſt vltimũ motus. Contra ſecundam regulam quæ dicit impotentiam terminari per minimum eorum quæ non poteſt.nã ſigno maximum in quod poteſt potentia A,quod ſit B,et ſigno minimũ quod non poteſt eadem potentia A: reſpectu cuius dicitur impotentia,& ſit C:tunc arguo,aut hęc ſunt æqualia aut inæqualia:ſi æqualia:tũc A potentia poteſt in vtrunq,& ſic B non dicetur minimum quod non, cum in illud poſſit:ſi inæqualia, certum eſt q C non eſt minus ipſo B,quia tũc A poſſet in B & C,quicquid.n. põt in maius, põt in minus. Si vero maius ſit ipſum C ipſo B aut exceſſu diuiſili aut indiuiſili:nõ eſt dicẽdũ exceſſu in diuiſili,quia p indiuiſile nihil excedit,ſi ſit exceſſus diuiſilis,& ſit vt duo,& cum poſſit diuidi,adhuc ipſum A poteſt mouere B ipſum,et aliquid maius,modo ſit minus ipſo C,vtpote ipſum B cum illo plus exceſſus,videlicet cũ vno plus,& ſic ipſum B non fuiſſet maius. Contra tertiam arguo,quę dicit potentiam paſſiuam terminari per minimum.nam accipio illud minimum,quod mouet illam potentiam paſſiuam,vel excellit illam,vel eſt ęquale,vel minus:non æquale nec minus,quia nec ab æquali, nec minori prouenit actio. ſi maius, cum non ſit maius in re ĩdiuiſili,erit maius in re diuiſibili,& ita vt prius poteſt minus illo mouere eandem,vt ſi illud minimus fuiſſet vt quatuor,et reſiſtentia ſiue potentia paſſiua vt tria, poſſet minus illo minimo dato,vtpote vt tria cum dimidio vnius mouere illam eandem. Contra vltimam dubitant,qi ſi daretur maximum tempus eſſendi, tunc rei permanentis daretur vltimum,vt deductum eſt. Secundo,rei permanentis datur primum non eſſe,igitur nõ datur maximum tempus quo eſſe poteſt. Illud.n.primum non eſſe,eſt minimum eorum,quibus eſſe nõ põt. Tertio,tempus quo Socrates mortuus nõ eſt, eſt infinitum, igitur non maximum.ſimiliter quo Socrates non fuit ante generationem ſuit infinitum,igitur nec eſſendi necnõ eſſendi tempus maximum dari poteſt. Hæ ſunt fortiſſimæ quæſtiones contra Ariſtotelem. Circa hæc debes ſcire,q tam ex Ariſt.q ab Auerroe, & cæteris græcis expoſitoribus,colliguntur hic quatuor regulæ de potentiarum terminatione.quarum Prima eſt, potentia actiua terminatur per maximum quod ſic, atque per ipſum cognoſcitur quanta ſit, hoc eſt, per id,quod inter omnia quæ ſic poteſt aut mouere aut afficere, eſt maius.

Regulæ de potentiis. Prima regula.

Secunda, in potentia actiua ſcitur quãta eſt p minimũ in quod non põt,hoc eſt,per id,quod eſt minimũ eorum in quæ non poteſt. Tertia,potentia paſſiua ſcitur quãta eſt p minimũ à quo poteſt pati,hoc eſt,per id quod inter oĩa è quibus poteſt pati eſt minimum. Quarta eſt,poſſibilis eſſe,atq poſſibilis nõ eſſe eſt maximũ tpš.Hæ colliguntur craſſa Minerua ex verbis Ariſt.Iuniores vero potentias actiuas definiunt per minimũ in quod non,nã pondus æquale potentiæ eſt minimum quod nõ,potentias vero paſſiuas p maximum à quo non poſſunt pati. Conſimiliter aiunt potentiã ad eſſe,& non eſſe terminari per minimũ in quo non,& ſic tenent quatuor,quæ videnẽ contraria Ariſtoteli & expoſitoribus: pro iunioribus tñ ſunt rõnes dictæ,quæ ſunt fortiſſimę,nec poſſunt ſolui leuiter. Nonnulli aiunt Ariſtotelẽ & Iuniores idẽ ſentire.Nã Ariſto.intellexit actiuas potentias ſciri p maximũ,citra qd poſſunt,& hoc aliqui appellant minimũ qd nõ,paſſiuas aũt p minimũ vltra quod nõ poſſunt,qđ illi appellant maximũ in quod non poſſunt,& ita de maximo & minimo tpe:volunt.n.eſſe dandũ maximũ circa qđ oẽs res poſſunt durare,& hoc eſt minimũ p qd nõ põt durare. Hæc expõ vr deficere pp duo,primo quia

Secunda. Tertia. Quarta. poſitio. Iuniorum. Nõnullorũ conſilium.

E Auerroes expreſſe vult actiuas terminari per maximũ qd ſic,& paſſiuas p minimũ quod ſic.Secundo, quia eſt contra exẽpla Ariſ.de directo.Simplicius quoq expreſſe idẽ aſſerit. Propterea dici põt potẽtias actiuas & paſſiuas terminari p maximũ vel minimũ in numeris integris,non aũt in numeris cũ fractionibus,& hæc cõuenit verbis Ariſt.& Simpliciĳ,& oium peripateticorũ.Iuniores vero loquunẽ de maximo & minimo cũ fractionib⁹, & conſiliũ hoc nõ diſplicet. Solitus ẽt eram dicere cum Auerroe alibi vt ſexto phyſicæ auſcultationis cõmẽ.15. &.38.& alibi,q ſecundũ conſideratione materialem regulæ Ariſto.ſunt veræ:naturalis.n. phyloſophus oĩa cõſiderat vt ſenſilia atq ſenſu notantur.Mathematicus cõſiderat per imaginationẽ quicquid poteſt cogitari, quæ ratio docet ad imaginationẽ mathematici regulas Iuniorũ habere locũ. Tunc ad rationes.ad primã dico potentiam actiuam terminari per maximum ſenſile,& dico q licet quilibet exceſſus ſufficiat ad motũ,vt motus abſtra F hit à ſenſu,non tñ ſufficit ad motũ ſenſu notabilem,& ita concedo eſſe motũ tardiſſimũ,quo nullus notabiliter tardior ſentiri poſſet. Similiter concedo dari vltimum quo aliqua virtus mouet aliquã reſiſtentiam motu ſenſu notabili,non tñ vltimũ ſimpliciter quo virtus mouet reſiſtentiam aliquã quouis motu. Ad ſecundum dico potẽtiã actiuã terminari per maximũ notabiliter ſenſile, impotentiã p minimũ notabiliter ſenſile quod non. Et cõcedo hæc eſſe diuerſa,et illud minimum quod nõ eſſe maius maximo qđ ſic,ex quo nõ vltra ſequiẽ illud nõ fuiſſe maximũ:nã fuit maximũ apud ſenſilẽ notã,licet nõ maximũ ſecundũ rẽ.Concludit igiẽ argumentũ illud non eſſe ſecundũ rem,cũ quo tñ ſtat illud eſſe maximum apud ſenſum. Ad tertiã dic eodẽ modo,potẽtia.n.actiua terminatur p minimũ quod non,& paſſiua p maximũ qđ non in conſideratione mathematica,non aũt in conſideratione ſenſili ac naturali. Per idẽ ad obiecta cõtra quartã,concludit.n.non dari maximũ ſecundũ rei naturam, G licet ſit maximum apud ſenſilẽ conſiderationem. Et ad vltimum debes ſcire q aliter eſt dari maximum poſſibilis non eſſe,& maximũ tpš nõ eſſendi:ſimiliter maximũ tempus eſſendi,& maximũ tempus poſſibilis eſſe. Vnde concedo non dari maximum tempus non eſſendi, qa illud à parte poſt eſt infinitum, ſed bene datur maximũ tpš poſſibilis non eſſendi,nam oĩs res quę poteſt nõ eſſe, venit ad maximũ ipſius, quo ipſa fuit ſub poſſibili non eſſe.Similiter datur maximum tẽpus poſſibilis eſſe,quia deueniendum eſt ad vltimum tempus,in quo ceſſat potentia eſſendi,& eſt res ipſa,& tu intellige vt ſupra ſecundum conſiderationem naturalem,nõ ſecundum rẽ in ſe.

Confutatio. Secunda reſponſio. Alia noſtra ſolutio.

Hæc nunc mihi videnẽ,licet aliter ſcripſerim in libro de generatione,ſed cũ nihil certi habuerim in ſcientia naturali,ego ſcribo vt venit in buccam. Mutantur.n.opiniones ſecundum tempora,vt dixit Empedocles.

Principiũ vero hinc ſumatur,impoſſibile.n. H atq falſum nõ idẽ ſignificant.Impoſſibile nãq & poſ̃e,atq falſum & verũ vno mõ ex ſuppõne ſunt: veluti triangulũ duos rectos habere impoſſibile eſt,ſi hæc ſint ẽt diameter cõmenſurabilis erit,ſi hęc ſint. Sunt autẽ alio modo ſimpliciter & poſſibilia & ipoſſibilia, & vera & falſa. Non eſt igitur idẽ falſum aliquid eſſe ſimplr,et ſimpliciter impoſſibile.

In oĩbus Ariſto.vt ſtudioſus geometrię ſeruat ordinẽ geometricũ,geometra nanq primo terminorũ definitiones ſumit,ſcđo ſuppõnes cõſtituit,tertio cõcl̃ones deducit. Ariſt.igr̃ hactenus ſumpſit terminorũ definitiones, nũc ſuppõnes cõſtituit.quaꝝ pma eſt,falſũ & ipoſ̃e non ſunt idẽ,ſed qa hoc põt eẽ falſũ,iõ declarat hęc quatuor, videlicet falſũ et verũ,poſ̃e et impoſ̃e,poſſe ſumi ex ſuppoſitione

poſitione, & ſic falſum & impoſſe, pōt eſſe verum & poſſibile, vt equū habere alas eſt falſum & impoſſe, tñ poſito ꝙ volet, erit verum & poſſibile ex illa ſuppoſitione.

Alio mō illa poſſunt ſumi abſolute, et ſic falſum nō eſt impoſſe ſimpliciter: multa. n. falſa ſunt poſſibilia vt ſedētē currere eſt falſum, ſed poſſe. hæc eſt prima ſuppoſitio, & inquit: {Principiū vero hinc ſumatur, impoſſibile. n. atq; falſum non idem ſignificant. hæc eſt ſuppō. Sed qa pōt hæc ſuppoſitio eſſe falſa, & poteſt eſſe vera, ſubſcribit diſtinctionē & colligit in quo ſenſu ſit vera & in quo ſit falſa, et inquit: {Impoſſibile nanq; & poſſibile & falſum atq; verū, vno ſupple modo ex ſuppoſitione ſunt, vt equū habere alas, eſt verū ex ſuppōne ſi volat, et hoc ait: Veluti triangulum duos rectos habere eſt impoſſibile ſi hæc ſint: videlicet ſi triangulus ſit quadrangulus, nā ſuppoſito illo, triangulus non duos rectos habebit, & diameter cōmenſurabilis erit coſtæ ſi hæc ſint, videlicet ꝙ diametri ad coſtam ſit proportio tripla, aut quadrupla, & ſic iſta vno modo ſumunē ex ſuppoſitione. Sunt aūt alio modo ſimpliciter & poſſibilia & impoſſibilia & vera & falſa, & ſic ſecundo modo accipiuntur ſimpliciter, & hoc igitur modo non eſt idem falſum aliquid eē ſimpliciter, & ſimpliciter impoſſibile. Hæc eſt ſuppoſitio.

Te nāq; dicere ſtare, falſum eſt quidē, ſed nō impoſſibile. Similiter & eū qui citharā quidem pulſat, nō aūt canit, canere dicere falſum eſt qdē, ſed non impoſſibile. Simul vero ſtare atque ſedere, & diametrum eſſe coſtę cōmenſurabilē, non mō falſum eſt, ſed etiam impoſſibile.

Expoſitio.

Videtur nunc Ariſtoteles quaſi probare quod dixerat: & ſimul exponit. Quod quidē probet, patet per illud verbū Nanq;, quod cām reddit: exponit vero, quia falſum vult eſſe in plus ꝙ impoſſibile, ſi quidem omne impoſſibile ſit falſum, & non e contra. Inquit{ Te nanq; dicere ſtare, falſum eſt quidem, ſed non impoſſibile, et ſimiliter & eum qui Citharam quidem pulſat, non aūt canit, canere dicere falſum eſt quidem, ſed non impoſſibile, & ita falſum eſt in plus quam ipſum īpoſſibile. Simul vero ſtare atque ſedere & diametrum eſſe coſtæ commenſurabilem, non modo falſum eſt, ſed etiam impoſſibile. Sic igitur falſum videtur vtrūq; genus ad poſſe & impoſſe, poſſibile. n. vſ falſum, & impoſſibile ēt, & ſic patet ratio eius quod dixerat, & declaratio qñ modo differunt.

Non igitur idē eſt ſupponere falſum ac impoſſibile, īpoſſibile ſi qdē ex īpoſſibili accidat.

Expoſitio.

Ex prima illa ſuppoſitione infert ſecundā, videlicet ꝙ nō eſt idem ſupponere falſum et ſupponere impoſſibile, impoſſe ſi quidem ex impoſſibili accidit, at ex falſo non ſemper impoſſibile, cum (vt dictum eſt) ſit & falſum poſſibile, & falſum impoſſibile.

Sedēdi itaq; atq; ſtādi aliquid ſimul potētiā habet, quia qñ habet illam, et alterā habet: verū nō vt ſil' ſedeat atq; ſtet, ſed in alio atq; alio tpe.

Expoſitio.

Iterum ex dictis infert tertiam ſuppoſitionem, videlicet ꝙ licet aliquid poſſit ſimul habere potentiam ad duo oppoſita, nunq; tñ pōt ſimul habere illa oppoſita, ſed in alio atq; alio tempore: quia licet poſſit eſſe in ſimultate potentiarum, non tñ in potētia ſimultatis. inquit. {Sedēdi itaq; atq; ſtandi aliquid ſimul potentiam habet, qa qñ habet illam, & alterā habet: verū non vt ſimul ſedeat atque ſtet, ſed in alio atq; alio tpe. Hæc eſt tertia ſuppoſitio. Ex his quæ Ariſtoteles dixit hic, accipitur id qd logici dicunt eſſe falſum duplex, vno modo impertinens, qd' videlicet ſui qualitate eſt falſum, & hoc vocāt falſum ſimpliciter, alio modo falſum ſequens ex poſitis, quod vocatur falſum ex ſuppoſitione. Simili modo diſtinguere poſſumus de neceſſario, impoſſibili vero, & contingenti. Quare apud Ariſto. aliquod falſum eſt concedēdum, qd'

Vſ ars obligatoria.

A ſimpliciter eſt negandum, vt te eſſe in Roma, ſi admiſiſti te eſſe Romæ, quare qui negat artem obligatoriā, nō peripatetice ſentit. At aduerte tamen ꝙ Auerro. ex vniuerſo hoc textu facit duas ſuppoſitiones, quarum prima eſt, falſum eſſe duplex, falſum videlicet poſſibile, & falſum impoſſibile, ita vt ſit ipſum falſum veluti genus ad poſſibile & impoſſibile. Secunda eſt ꝙ qualis in actib⁹ eſt ſucceſſio, talis & in potentijs: cum. n. aliquid recipit vnum contrarium ceſſat potentia ad illud, & ſurgit potentia ad alterum, at cum recipit alterum ceſſat potentia ad illud, & ſurgit rurſus ad aliud, & hoc fit alternatim ſecundū ſucceſſionē, & ſic vult Auerro: nihil ſimul poſſe habere duas potentias ad contraria. Sed pace Auerrois dixerim, nec expoſitio verbis Ariſtotelis conuenit, nec rōni: non verbis quidē, quia Ariſtoteles fecit, (vt viſum eſt) tres ſuppōnes ad id. Amplius hæc ſecūda nō inuenit in illius verbis, immo contrarium illius. Non rōni vero, quia tēperatū vt tepidū habet duas potētias ſimul ad cō B traria, vt ad calidum & frigidum. Et tu debes ſcire ꝙ expoſitio Auerrois nullatenus verbis Ariſtotelis cōuenit, vt viſum eſt. Id autem quod dixit ipſe de potētijs poteſt eſſe verum, qñ illæ potentiæ ſunt ad contraria immediata, Ariſt. autem loquitur de contrarijs mediatis.

Quæ Auer. commē. 119.

Confu. Aue.

Expō ſuppoſitionis Auer.

Si igitur aliquid pluriū potentiā habeat tpe infinito, non eſt hoc in alio atq; alio tēpore, ſed ſimul. Quare, ſi aliquid quod tempore infinito exiſtit, corruptibile eſt, illud vt non ſit, potētiā habet. Si igit̃ id quod tpe infinito eſt ens, ſit poſſibile non eſſe, ſimul nimirum erit atq; nō erit actu. Igitur falſum quidē euenit ſane, qa falſum ſupponebatur: nā ſi id īpoſſibile nō eſſet, etiam id qd' euenit impoſſibile, ꝑfecto non eſſet. Oē igitur qd ſp eſt, ſimpliciter incorruptibile eſt.

Expoſitio.

His ſumptis ſyllogizat, & ſyllogiſmus eſt hypotheti- C cus hoc mō. Si aliquid qd' tēpore infinito eſt ens, ſit corruptibile, illud habet tpe infinito potētiā nō eſſendi. Vltra, illud potentiā non eſſendi tpe infinito habet, igr̃ actu ſimul eſt & nō eſt, at conſequens eſt impoſſe, igit̃ & añs. Circa rōnē primo reſumit vltimā ſuppōnē, & inqr: {Si igitur aliquid potentiā pluriū habeat tpe infinito, nō eſt hoc in alio atq; alio tpe, ſed ſimul, ſumpſit. n. idē habere potentiam ſimultatē, & non potentiā ad ſimultatem: hac ſuppōne reſumpta ſyllogizat & inqr: {Quare ſi aliquid quod tpe infinito exiſtit, corruptibile eſt, illud eādē tēpore infinito vt non ſit potētiā habet. Vltra inquit. {Si igr̃ id quod tpe infinito eſt ens, ſit poſſe non eſſe illo infinito tempore, ſimul nimirum erit atq; non erit acto, vt declarabitur poſtea. Deſtruit conſequens, & inquit: {Igit̃ falſum quidē euenit, ſane, quia falſum ſupponebatur: nā ſi id quod ſupponebatur impoſſe non eſſet, ēt id quod euenit impoſſe non eſſet, & ita añs eſt impoſſibile, quia vltimū D cōſequens eſt impoſſe cōcludit: {Oē igitur quod ſemper eſt, ſimpliciter incorruptibile eſt: Et ſic habetur ſyllogiſmus. Auerroes autē in cōmento tribus modis rationē Ariſto. deducit, primo ſic: Si æternū pōt non eſſe, interdum illud nō erit, aliter poſſe illud fuiſſet fruſtra: & ſi nō erit interdū, tunc tpe infinito non erit, & ex quo tpe infinito ponebatur eſſe, igitur eodē tpe erit ens & nō ens. Secundo deducit, & ſylls ſic cōponitur vt dicit, hoc demonſtrādo mundū eſſe corruptibilē, & hoc, demōſtrado eundem mundum eē ęternum, igr̃ in tertia figura aliqd' ęternum eſt corruptibile. Hęc concl'o eſt contra definitiones ipſius corruptibilis & æterni, igr̃ aliqua propoſitionum eſt īpoſſibilis, & nō minor, igitur maior, & ſic ipſe mundus nō erit corruptibilis. Tertio ſic: Omne quod fuit nō ens, poſtea ens, iterum qñq; erit nō ens: ſed mundus fuit non ens poſtea ens apud Platonem: igitur aliquādo erit non ens. Maior declarat̃, quia eſſe et non eſſe ſibi mutuo

Quæ Auer. com. 120.

ſuccedunt,igitur & potentiæ ad illã,igitur vt ad eſſe ſequitur non eſſe & è contra,ſic ad poſſe eſſe ſequitur poſſe non eſſe & è contra,& ita eiuſmodi potentiæ ſibi mutuo ſuccedunt vt actus. His rationibus dici pōt mundũ antequã ad actum poneretur,fuiſſe in potentia ad eẽ, ac aduenientе ipſo eſſe,ceſſat potentia ad illud,& non ſurgit potentia ad non eſſe,nam per aduentum actus eſſendi,ipſe adeptus eſt æternitatẽ. Et hanc reſpōſionẽ tradũt nonnulli Theologi de rationali anima,quę antea fuit ſub non eſſe,& poſtea à deo adepta eſt æternitatẽ. Huic reſpoſioni obijcit Auer. primo quia tale æternũ eſt nō poſſibile nō eſſe per ſe,igitur impoſſibile non eſſe ab æquiualenti ad æquiualens. Vltra,eſt impoſſe non eſſe, igitur neceſſe eſſe ſimili ratione. Vltra,neceſſe eſſe,igitur ſemper ens:hæc.n.eſt definitio neceſſarij,& ita in nulla differentia tẽporis nō ens,& ita non fuit nō ens. Amplius arguit: Accipiatur tp̄s quo mundus ſtetit ſub non eſſe, aut tale tp̄s ante mundi geniturã eſt finitũ,aut infinitũ.ſi infinitũ,igiẽ tp̄s nō eſſendi & tp̄s potẽtię eſſendi erit vnum: igitur in eodẽ tp̄e erit ens & non ens,qm̄ tp̄s potẽtię vnũ eſt ac oĩ ex parte infinitũ. At ſi tp̄s eſſendi et tp̄s nō eſſendi ſunt finita ac diuerſa,igitur quodlibet illorum erit finitũ,& ita alternatim erit nunc ens nũc non ens. Debes ſcire ꝙ oẽs iſtæ rōnes ſuſtẽtantur in duobus, quorũ primũ eſt:Oẽ poſſibile fieri qñq; in actu, vt iam in ſuppōnibus ſumptũ eſt;dictũ.n.eſt falſum poſſibile differre à falſo impoſſibili, quia falſum poſſibile qñq; erit,at falſum ĩpoſſe nunq̃ erit. Secundũ,oẽ id quod eſt infinitũ per tp̄s infinitũ vna ex parte per ſe,eſt infinitũ oĩ ex parte. nã ex quo ꝑ ſe eſt infinitũ,nō magis ad vnã q̃ alterã partẽ erit tale: aut igiẽ ad ambas partes tale eſt,aut ad neutrã. His ita ſumptis,rōnes oẽs Ariſt. & Auer. ſunt efficaces. Sed cōtrã hãc ſecundã ſuppōnem obijciunt: Nã potentia materię eſt infinita à parte ante,et tñ nō eſt infinita à pte poſt, cũ in aduentu formæ ceſſat ipſa,& ſic non oportet oẽ infinitũ vna ex parte eſſe infinitũ ex oĩ. Soluit Auer. hãc primo dicens talẽ potentiã eſſe infinitã oĩ ex parte, rōne habita ad ſubiectũ remotũ,qđ eſt prima materia: ratione vero habita ad ſubiectum propinquum,videlicet ad materiam proximam,erit vtraq; ex pte finita,vt ẽt ſenſit ipſe.12.meta.cōmẽ.14. Sed dices tũc eadẽ res erit æterna & non æterna vt potentia materiæ,hoc aũt impoſſe eſt tã abſolute q̃ cōparatiue. Secundo,in aduentũ formæ ceſſat oĩs potentia quæ ꝑerat in materia,igitur nō remanebit à parte poſt. Fortaſſe ꝓp hæc Auer. aliter ait,& vult potentiã materiæ reſpectiuã eſſe æternã à parte ante per accidens,quia genita infinita præceſſerũt,inter quę fuit ordo per accidens,vt dr̄.8.phyſicæ auſcultationis.cō.15. Tũc ad formã diceret,ſecus eſſet de ęterno à parte ante, & æterno à parte poſt: nam æternũ à parte ante pōt eſſe per accidens,quatenus per accidens potuerunt præcedere infinita:& æternum à parte poſt non eſt niſi per ſe,qa non eſt tale niſi per priuationẽ cauſarum facientium corruptionem,& ſic tale per ſe,& ita ratio non eſt ad propoſitum. Hinc emergit error hominum vt Auer addit, qa.n.viderunt potentiam reſpectiuam poſſe eſſe æternã à parte ante,& deſinere à parte poſt, credidere à ſimili poſſe quicq̃ eſſe æternum à parte poſt,& factum à parte ante:quare cũ illa potẽtia ad eſſe eſt infinita à parte ante, poterit ẽt potentia ad non eſſe infinita eſſe à parte poſt. Hoc aũt dicit non eſt ſimile,qm̄ per accidens eſſe poteſt quicq̃ æternum à parte ante,nihil aũt eſſe pōt æternum à parte poſt,niſi per ſe: & hinc error illorũ proficiſcitur, quia non diſtinxerunt inter eſſe tale per ſe, & tale per accidens. Ad propoſitum igitur,omne infinitũ ex vna parte per ſe,eſt infinitum omni ex parte per ſe,quia cum tale per ſe ſit infinitum:& per ſe & de omni ſint idem atq; ſm ꝙ ipſum,erit tale infinitum omni ex parte & ſua natura infinitum,& ita vtroq; latere: & hoc modo eſt mũdus. Ipſe enim mundus ſi eſt æternus à parte poſt, cum ſit tale per ſe,nihil ipſum præceſſit nec per ſe nec per accidens:& cũ ſit primum corporum,nec à parte ante eius generatio potuit impediri, neq; eius corruptio à parte poſt: ideo eſt æternus omni ex parte. hæc Auerro. in præſenti.commen.

Reſpōſio ad rationem.

Ariſtote. Obiectio.

Rationes Ariſ. in qb⁹ fundantur.

Obiectio

Replica.

Alia Auer. reſponſio.

E F G H

An aliquod æternum poßit eſſe corruptibile, uel omne corruptibile neceſſario corrumpetur.

CIrca hæc quærunt,vtrum aliquod æternum poſſit eẽ corruptibile,ſiue vtrum oẽ corruptibile neceſſario corrumpetur. Et vr̄ ꝙ nō. Primo,nã partes centrales terræ ſunt corruptibiles,& tñ nunq̃ corrumpentur,cũ illis non poſſit applicari cōtrariũ,eadẽ quoq; ratio fieri pōt de partibus ignis iuxta concauũ cœli conſtitutis. Secundo motus cœli eſt æternus & pōt non eſſe, vt.12.meta. cō.41.ſentit Auer. Tertio,lumen ſolis eſt corruptibile, & tñ nunq̃ corrumpetur. Quarto,ſm Ariſt.non oĩa neceſſario eueniũt,vt in lib. de Interpretatione viſum eſt, igitur non oẽ generandũ neceſſario generabitur,nec aliquod corrũpendum neceſſario corrumpetur. Præterea dubitatur contra rōnes Ariſto.primo,quia Socrate exiſtẽte albo pōt fieri niger: ponaẽ igiẽ in eſſe, tunc idẽ erit albus & nō albus,quod cōſequẽs eſt falſũ impoſſe,igiẽ argumenti Ariſt.forma nulla eſt. Secũdo dici poſſet de ſenſu diuiſo æternũ poſſe non eſſe,de ſenſu vero compoſito non pōt ęternũ nō eſſe,vt logici tradunt. Tertio dici pt ſm veritatẽ mundũ eſſe corruptibilẽ, & qñ dr̄ ponaẽ in eſſe ꝙ corrumpaẽ,caſus nō debet admitti, qa repugnat poſito:eſt.n.poſitũ mundũ eẽ æternũ. In qōne hac iunioreſ oẽs cōſentiunt determinationẽ Ariſt.nō hr̄e locũ niſi in ſubſtãtijs.in ſubſtãtijs.n.oẽ ęternũ à pte añ eſt ęternũ à parte poſt,& nihil in ſubſtãtijs eſſe pōt ęternũ & corruptibile: at in accñtibus determinationẽ Ariſt.locũ non hr̄e aiunt,vt argumẽta cogunt de motu & lumine. Hui⁹ rei cōiectura,quã ipſi nō dñt,eſſe pōt ex eo,quia ſubſtãtia eſt ęterna ꝑ priuationem cãꝝ corruptionis. vt.n.ſub̃a eſt corruptibilis ex eo qa habet cãs ſuæ corruptionis, videlicet mãm & cōtrarium:ita eſt ęterna ꝑ hãꝝ cãrum priuationẽ,& ſic in ſub̃a nihil ęternũ pōt eſſe corruptibile: eſſet.n.ſine cauſis corruptionis,& cũ cauſis corruptiōis: at accñtia ipſa multas ob cãs eſſe pñt æterna, interdum quia eoꝝ ſubiectũ eſt ęternũ, vt motus cœli,q̃ ſuẽ ex parte corruptibilis eſt,ſed à parte ſubiecti eſt æternus, atq; à parte agentis. Interdũ ꝑ priuationẽ cãrum corruptionis veluti dimenſio ipſa materiæ,quæ quidẽ, quia caret contrario,iō eſt incorruptibilis,& ita nō eſt ſiẽ de ſubſtãtijs & de accñtibus. nã in ſubſtãtijs oẽ corruptibile vno mō eſt corruptibile oĩ mō,cũ nō niſi vno mō ſub̃a corruptibilis ſit:at ĩ accñtibus pōt accñs merito cōtrarij eẽ corruptibile, vt motus rōne ęetis,alia rōne erit ęternũ, videlicet ſubiecti & motoris:quibus maior pars qōnum deleẽ. Sed hęc ſolo vr̄ ſtare nō poſſe. primo ꝑ verba Ariſt. ſuperius,vbi accepit vſr in oĩ ꝑ̃dicamẽto eſſe maximũ tp̄s ſignandũ,quo aliqđ pōt corrumpi: vbi Auer.cō. illo.118. voluit in oĩ ꝑ̃dicamẽto corruptibile fore corrũpendũ. Secundo,rō Ariſt. vr̄ cōtra hos de accñtibus, vt de ſubſtantijs ſic,ſi aliqđ æternũ pōt deſinere eẽ ſiue ſit ſubſtãtia ſiue ſit accñs,igr̄ habet potẽtiã ad non eſſe,aut igr̄ tp̄e finito vel tp̄e infinito,& arguaẽ vt prius,& qcquid dices tu de accñtib⁹,dicã ego de ſub̃ijs ꝑ Platone. Tertio, Ariſt. et Auer. infra cō.138.ſumit oẽ ꝑpetuũ vſr ſm indiuiduũ eſſe neceſſe eſſe,quoꝝ rōnes perquire. Demũ Auer. idẽ ſumit in accñtibus in.2.huius cō.15.vt videbiẽ. Propter hęc vr̄ mihi vſr eſſe dicendũ,tã in ſubſtãtijs q̃ accñtibus nullũ æternũ poſſe eẽ corruptibile,nec corruptibile qcq̃ eſſe ęternũ. Amplius,oẽ corruptibile neceſſario corrumpetur,& omne generabile neceſſario generabitur in ſe vel ſibi ſimili:dico vel ſibi ſimili,qa non eſt ſimile de corruptibili & gñabili,oẽ nanq; corruptibile de neceſſitate corrumpetur: at pōt eſſe aliqđ generabile,quod nō neceſſario generabitur, vt forma animalis quæ eſſet infinito tempore poſtea generanda. Cuius differentiæ cauſam

Quæſtio optima.

Sol. iuniorũ.

Cur ſub̃a ſit incorruptibilis.

Cur accñtia incorruptibilia ſint.

Pō propria

dedit

dedit Auer.ex eo nã corruptibile eſt per ſe tale:at gñabile per accidens põt impediri ſm indiuiduũ,& ſatis eſt vt non impediatur ſm ſpẽm. Hæc peripatetice dicerẽ. Tũc ad rationes, Nõnulli ad primã ex ignorãtia logicæ negãt album poſſe eſſe nigrum: nam oẽ poſſibile vt dicũt apud Ariſto.neceſſario erit.Sed iſti ſunt reprehenſione digni, nam Ariſt. dixit expreſſe ſedẽtẽ currere eſſe ſalſum qdẽ ſed poſſibile&: ita interdum erit. Propterea debes ſcire q ſecus eſt loqui in poſſibilibus ſecundũ tempus æternum,aliter & in poſſibilibus ſecundum tempus finitũ: poſſibile enim ęternum determinatur ad vnum, at poſſibile nouũ eſt contingens ad quodlibet illorum , ideo ratio Ariſtotelis valet contra Platonẽ,qui dixit ęternũ poſſe corrumpi tempore infinito.Hæc reſponſio eſt Auer. infra commen.84. Verum hęc ſolutio non eſt ad formam, propterea dicerem ſm peripateticos omne poſſe poſſe poni in eſſe , vt ex eius diffinitione colligitur :verũ interdum põt poni in eſſe & in eodem tpe ſubiecto conſtituto ſub eadem ſoꝛa quæ præfuit,interdum in diuerſis tpibus. in hac enim põt Socrates eſſe albus,ipſo ſub eadẽ ſoꝛa cõſtituto verificaꝛ,p vno & eodẽ tpe eſſe Socratẽ & albũ:at dicẽdo ſedẽtẽ poſſe eſt currere,nõ poſſum⁹ ponere in eẽ ,p eadẽ tpe ſub eodẽ ſoꝛa,ſed eſt ſenſus q abiecta ſeſſiõe,id qđ ſedebat curret:et ita,p diuerſis tpib⁹.Ex his ad formã.Si.n.æternũ põt deſinere ſiue eodẽ tpe ſiue diuerſo,aliqñ deſinet.& ita patet ſolo ad pmã.p idẽ ad ſecũdã.

Solutiones rõnum & ad primam Soluno aliquorum.
Confutatio.
Propria ſol. Auer.
Qualis ſol. Auer.
Aris ſolu.

Ad tertiam eodem modo tollitur:nam nulla præceſſit obligatio.Nã Ariſto.non contra obligationem , ſed contra poſitionem inſtetit,& ita ſi æternũ põt non eſſe aliquãdo nõ erit ſiue eodẽ, ſiue alio atq alio tpe. & ſi Plato ex obligatione conceſſerit mundũ eſſe æternum, non debuit concedere poſſe non eſſe,nam ex hoc cõceſſo ſequitur repugnans. Modo nullum repugnans poſito & conceſſo debet admitti vel concedi. hæc ad rationes contra demonſtrationem Ariſto.nunc ad rationes contra veritatem in ſe. Ad primã de partibus terræ, & ignis miror recentiores, qui neſcientes ſolũnem ad illam multa blacterant,cõcedunt.n.aliquod eſſe corrupibile quod nũq corrumpetur,quia potentia ad priuationẽ non debet reduci ad actum,ſed ad eſſe,quia eſt ad perfectionem.potẽtia.n.ad ipſam priuationẽ fruſtrari põt. Sed hæc ſunt directe contra Ariſt.& Auer.q vniuerſaliter voluere omne corruptibile qñq corrũpi non modo ſm idem ſpecie, ſed ſm idem numero. Propterea debes ſcire q Ariſt. mouit & ſoluit dictam dubitationẽ de partibus centralibus atq partibus ignis iuxta cœlũ cõſtitutis,in libello de longitudine & breuitate vitæ.cap.3.ibi nanq ait.Omne corruptibile qñq lote corrumpendũ.& ita partes cẽtrales terræ non à continente corrũpentur,ſed venient ad locũ ſuę corruptionis per accidens,aut ex ordine vniuerſi, aut ex eo quia terra ex vna parte conſumitur plus,& verſus illam mouetur tota vt vniuerſi mediũ teneat, & inde interdũ partes centrales fient circunferentiales , & eodẽ modo de partib⁹ ignis,ignis.n.ex vna parte corrũpiꝛ,& inde ne detur vacuum cæteræ ſuccedunt , & tandẽ quæ erant remotæ ab ipſo aere proximæ fient. Ad illud de motu & lumine dictum eſt:nam hæc continue generantur & continue corrumpuntur , & ſic ſunt alia atq alia: hoc.n.ait Auer.in elementis:Nam eſt æternum elementum omne ſm totum,attamẽ cõtinuo eſt aliud atq aliud ſm partes.De dimenſionibus etiam patet.ſunt.n. æternæ ſm eſſentiam:at ſecundum eſſe cõtinuo ſunt aliæ atq aliæ,vt in lib.de ſubſtantia orbis diximus. Ex his patet primo omne corruptibile quandoq corrumpi.Itẽq nullũ æternũ poſſe eſſe corruptibile. Secundo patet ratio Ariſto.nam vbi æternum eſſet corruptibile,æternũ poſſet non eſſe,per definitionẽ corruptibilis.& ſi poſſet non eſſe,quandoq non erit. nam ſuppoſitum fuit eſſe maximum tempus tam potentiæ ad eſſe,quam potẽtiæ ad nõ eſſe:& ita tale æternũ quandoq non erit, & cũ erat ęternum,erat in tempore infinito ens, & ſi in tempore infinito ens, in omni differentia futuri temporis ens.& qa erat corruptibile & in quadã differentia tpis non ens per deducta,tunc in illa tẽporis differentia erit non ens & ens, non ens quidem,quia iam in illa fuit deducta potẽtia ad actum:ens vero, quia erat in omni differentia tpis ens,& per conſequens in illa: quare ſimul ens & non ens. At cũ iſtud conſequens ſit impoſſe,primum quoq añs erit impoſſibile,& ita nullum ęternum eſt corruptibile. Debes ſcire q hæc qõ, vtrum oẽ corruptibile de neceſſitate corrumpetur:aut omne generabile neceſſario generabitur,eſt impertinens huic rõni Ariſto.qm ſiue concedantur ſiue negentur,rõ Ariſto.eſt efficax.per illa.n.ſufficit ſupponere,q omne corruptibile corrũpaꝛ aut in ſui indiuiduo aut in ſui ſpecie , ſiſr q oẽ generabile genereꝛ aut in ſui indiuiduo aut i ſui ſpẽ.Secũdo ẽt debes ſupponere mũdũ de mẽte Platonis eſſe vnum numero in ſui ſpecie. Ex his facile rõ deducitur, mundus eſt corruptibilis, igiꝛ aliquando corrũpetur aut in ſui ſpẽ, aut in ſui indiuiduo: non in ſpẽ,quia non ſunt pſes mũdi in eadẽ ſpẽ,igitur idẽ numero mũdus qñq corrũpeꝛ,et vltra,tũc idẽ erit & nõ erit ſm numerũ,& deduci patet.Siſr deduci põt de gñabili.erit.n.ipſe qñq aut in ſpẽ aut in indiuiduo genitus, & ita idẽ quod prius . Ex his ſequitur quõlibet ſoluatur prima qõ, ſemp rõnẽ Ariſt.valere.Hęc nũc mihi videꝛ.

Simili rõne ẽt ingenitũ erit, nã ſi gñabile eſt, aliquo in tpe ipum nõ eſſe poſſibile erit:ſiquidẽ corruptibile id ſit,quod pri⁹ quidẽ nõ erat,nũc autem eſt,aut quod nõ quidem eſt , põt autem aliqñ poſterius non eſſe,generabile vero id qđ prius non eſſe poterat. At non eſt tẽpus aut finitum aut infinitum in quo id quod ſemper eſt, non eſſe poſſit:etenim finito tpe eſſe põt,infinito ſi qdẽ & in tpe eẽ põt,nõ igiꝛ contingit idem vnumque & ſemper ens & eẽ & nõ eſse poſse.

Hactenus probauit æternum nõ poſſe eſſe corruptibile:nunc vult probare q æternũ non ſi genitum ſiue generabile,& duo facit: Primo probat ſempiternum nõ poſſe non eſſe,ſecundo probat ſempiternum non poſſe ſemper non eſſe . Quoad primam parte arguit vt ſupra de corruptibili,hoc modo:Si æternũ põt eſſe genitum,æternum qñq fuit nõ ens, vt ex definitione ipſius geniti patet,videlicet fuit qñq non ens , igitur certa dr̃ia tpis fuit nõ ens.ſed tale eſt æternũ , igiꝛ oĩ dr̃ia tẽporis fuit ens,& ita in illa qua fuit non ens:etiã fuiſſet ens,qua rõne ſiſr idẽ erit & non erit.& hæc ratio,vt diximus , fuodatur in illa vna ſuppoſitione,oẽ æternũ quod per ſe limitat ſibi tp̃s infinitum vna ex parte,limitat ſibi illud omni ex parte. inquit. ❡ Simili ratione etiã ipſum æternũ ingenitũ erit: hæc eſt intẽtio,q̃ probans inquit ❡ nam ſi genitum erit vel ſi generabile eſt,aliquo in tẽpore ipſum non eſſe poſſibile erit.deducit per definitiões quas ſumpſit,et inquit: ❡ Si quidẽ corruptibile id ſit, qđ prius qdẽ nõ erat,nunc aũt eſt:aut quod nunc quidem eſt,poteſt autem aliqñ poſterius non eſſe:generabile vero id quod prius non eſſe poterat.& ſic patet illa conſequentia:videlicet ſi æternũ aliquod eſt genitũ,illud qñq nõ fuit.Deſtruit cõſequẽs & inquit: ❡ At nõ eſt tp̃s aut finitum aut infinitũ in quo id quod ſemper eſt,non eſſe poſſit. Addit tamen q quicquid eſt vel poteſt eſſe tẽpore ĩfinito,eſt vel põt eſſe tpe finito.qcquid.n.põt eẽ in oĩ tpe,eſſe põt in qualibet tpis dr̃ia,& ex hoc vult habere ſi illud ſempiternũ ſit ſemper ens,ẽt à parte ante fuit ſemper ens:& vbi à parte ante eſt ſp ens,tunc idẽ ſiſr eſt atq nõ eſt.eẽt.n.à pte añ, qa ſempiternũ & in oĩ tpe ens,nõ eẽt aũt, qa genitũ & quodã tpe non ens,& ita illud conſequens eſt impoſſibile ,ppterea cõcludit oppoſitum antecedentis,& inquit ❡ Nõ igiꝛ cõtingit idem vnũq & ſemper ens eẽ & nõ eẽ poſſe, nullũ ergo ſempiternũ eſt genitũ vel generabile.Hęc Ariſtot.

Expoſitio.

At vero nec negatio contingit, videlicet vt nõ ſp ſit impoſſibile, igit̃ eſt & ſp aliqd eẽ & corruptibile eſſe: pariter quoq; nec gñabile. Nã ſi duo ſint termini, quorũ poſterior ſine priore eẽ nõ põt, ſi ille ineſſe alicui nõ poſſit, ẽt poſterior eidẽ ineſſe nõ poterit. Quare ſi id qđ ſp eſt non põt aliqñ nõ eſſe, impoſſibile eſt generabile eẽ.

Hactenus probauit ęternũ nõ poſſe eſſe genitũ, mõ ꝓbat ꝙ non poſſit non ſemper eſſe. Debes ſcire ꝙ ipſi ſemper eſſe duo opponuntur, alterum eſt poſſe non eſſe, alterum vero poſſe nõ ſp eſſe Ariſt. igitur remouit à ſp ente primum, probauit enim ſemper ens non poſſe nõ eſſe: nunc remouet ſecundum, & probat ſp ens nõ poſſe non ſemper non eſſe, Imo ꝙ ſemp ens neceſſario, & ſemp ſit, & primo proponit intentionẽ, & inquit: At uero nec negatio contigit illa oppoſita, videlicet vt non ſp ſit. dicebamus. n. hæc opponi, ſemp eſſe, & non ſp eſſe, & ita nunc F remouet ſcđm, videlicet ꝙ ſemper ens non poſſit non ſp eſſe. Hoc aũt non alia ratione vult eſſe probatũ, niſi ea quæ paulo ante tacta eſt: erit enim idem ſimul ens & nõ ens. Ex his epilogando et aliquid addendo concludit. Impoſſibile igitur eſt & ſemp aliqd eſſe, & corruptibile eẽ, et hoc quo ad primã rõnẽ: Pariter quoq; nec generabile, & hoc quo ad ſecundã rõnẽ. Ad hoc vero vtrumq; addit rõnẽ, quæ nõ eſt tacta ſub hoc mõ, licet in re ſit tamen, & inquit: Nã ſi duo ſunt termini, quorũ poſterior ſine priore eſſe non põt, ſi ille prior alicui ineſſe non poſſit: etiam poſterior eidem ineſſe non poterit. verbi cauſa, vt qm̃ animal & homo ſunt termini ordinati ſecundũ prius & poſterius, & hõ nulli ineſſe põt niſi eidẽ, nec põt niſi eidem animal inſit, propterea cui non ineſt animal, eidẽ nec poteſt homo ineſſe. Hęc ſumatur vt maior, cui ſubaudi tu minorem: Sed poſſibile eſſe, & non eſſe, et corruptibile & generabile ita ſe habent, quod poſſibile eſſe & nõ eſſe eſt prior & cõior & ipſo corruptibili & ipſo gñabili. G oẽ. n. corruptibile eſt poſſibile eſſe & nõ eſſe, nõ aũt ecõtra: ſilr̃ oẽ gñabile eſt poſſe eſſe vel nõ eſſe, & nõ econtra: aut ſaltẽ ſi nullus horũ ſit altero cõior, erunt cõuertibiles ſm̃ conſequentiã. Ex his ſequitur ꝙ ſi id qđ eſt ſemp ens nõ poſſit nõ eſſe, hoc eſt ſi ipſi ſempiterno nõ ineſt poſſe eſſe & nõ eſſe, impoſſe eſt & gñabile eſſe & corruptibile eſſe: & ſic patet epilogus cũ noua rõne, licet nõ differat in re à cæteris. Auer. aũt inter has rõnes, videlicet eã qua ꝓbauit nullũ æternũ eẽ corruptibile, & hãc qua ꝓbat ęternũ nõ eſſe gñabile, talẽ ſentit drĩã, ꝙ ꝑma ducit ad illud incõueniens, Quod ſi æternum eſt corruptibile, in eo eſt potentia infinita ad corruptionẽ. Hoc aũt ducit ad incõueniẽs ſub diuiſione, videlicet ꝙ in eo erit potẽtia ad corruptionẽ finita vel infinita, & tunc colligit ex his verbis ꝙ vt actus potẽtiarũ ſunt incõpoſſibiles, ſic quoq; potentiæ ad illos: & ita vt actus ſibi ſuccedũt in eodẽ, ita potentiæ: & intelligit de potẽtijs ad cõtraria imediata, vt dictũ eſt. Sed qcqd ſit de veritate rei, hæc expõ non conuenit textui. Ariſt. n. nullã in his rõnibus facit differentiã, niſi quia prima proceſſit à parte ante ſecũda vero à pte poſt.

An Quodlibet generabile de neceßitate generabitur.

Quærunt hic vtrũ oẽ gñabile de neceſſitate gñabitur, & licet qõ ſit ĩpertinens, vt vides, (Ariſt. n. ꝓbauit æternũ nõ poſſe eſſe genitũ, quia tunc aliqñ fuiſſet non ens, & ita aliqñ ens & non ens) tñ arguitur ad illã: nam ſi oẽ generabile neceſſario generaret̃, tunc oĩa euenirẽt neceſſario, cõtra Ariſt. vbiq;. Tenet Io. in qõnib[9], oẽ gñabile neceſſario generari, & oẽ corruptibile neceſſario corrũpi: & ꝑſuadet hãc põnem primo ꝑ ſimile: nã vt corruptibile ad ens, ita generabile: ſed oẽ ens corruptibile neceſſario corrũpet̃, igr̃ oẽ ens gñabile neceſſario gñabitur. Secũdo, rõ Ariſto. põt valere de generabili vt valet de corruptibili: & arguit: Si aliqñ corruptibile nũquã corrũpet̃, idẽ ſimul eſt & nõ eſt: eodẽ mõ arguitur, ſi E aliqđ gñabile nunq̃ generabit̃, idẽ ſimul eſſet & nõ eẽt: eſſet qdẽ, quia oẽ poſſe aliqñ eſt: nõ eſſet aũt, quia nunq̃ gñabitur. Tertio arguit: Sp ens ſcđm Ariſt. eſt neceſſariũ ens, igr̃ ſp non ens eſt neceſſe non eſſe: ſp. n. ens & ſp nõ ens ſunt cõtraria, & ſic neceſſe eſſe & neceſſe non eſſe ſunt cõtraria. Vltra, ſp non ens eſt neceſſe non eſſe, igit̃ eſt impoſſe eſſe. qa neceſſe nõ eſſe & impoſſe eſſe cõuertuntur ęqpollẽter. Ex hoc põt argui ſic, ſi non oẽ gñabile neceſſario gñaret̃, poſſet eſſe aliqđ gñabile qđ nunq̃ gñaret̃. ſit iſtud A, arguo mõ ſic, A nunq̃ gñabit̃, igr̃ A ſp non ens. Vltra, ſp nõ ens, igit̃ neceſſe nõ eſſe: neceſſe nõ eſſe, igr̃ impoſſe eſſe: impoſſe eſſe, igit̃ A nõ gñabile eſt: at erat generabile, igit̃ idẽ erit gñabile & nõ gñabile: hoc conſequẽs eſt impoſſe, igr̃ primũ antecedẽs, & ita oẽ gñabile quãque gñabit̃. hæc Io. Sed vir iſte delirat, primo qa põt aliqua forma eſſe gñabilis, q̃ nunq̃ gñat̃, vt forma ad quam materia eſt in potẽtia ꝑ infinito tp̃e futuro poſt hoc tp̃s nr̃m: igit̃ nõ oẽ gñabile neceſſario gñabit̃. Secundo, ſi oẽ F gñabile neceſſario gñaret̃, gñario nõ poſſet ĩpediri, & ſic inter cãs gñarionis & rẽ genitã eẽt ordo eſſentialis & neceſſarius, & nõ ꝑ accñs, vt dixit Auer. Vltimo, oĩa neceſſario euentrẽt, qđ Ioã. nõ põt euitare, licet multa dicat ꝑ rñſiõe huius. Propterea debes ſcire, ꝙ duplex eſt ſp ens, duplexq; ſp nõ ens: eſt. n. aliqđ ſp ens ꝑ ſe, qđ qdẽ eſt tale ꝑ ſui naturã: & qa nihil põt eẽ tale ꝑ ſui naturã, niſi ꝑ priuationẽ cãrũ corruptionis, videlicet materię & cõtrarij, iõ oẽ tale eſt neceſſe eſſe. Aliud aũt eſt ſp ens ꝑ accñs, vt potẽtia materię ad formã in infinitũ poſt gñandã: hęc. n. potẽtia eſt ꝑ accñs ſp ens, ꝑ q̃to ĩpedit̃ i ſui exitu ad actũ ex ſucceſſione infinitarũ formarũ futurarũ in materia, inter quas nõ eſt ordo neceſſarius: & tale ſp ens no eſt neceſſe eſſe, imo ſui natura eſt cõtingẽs eſſe, ſed ꝑ accñs ſp ens. Simili rõne duplex eſt ſp nõ ens, aliqđ ꝑ ſe tale, vt illud qđ ꝑ ſe eſſe nõ põt ꝑ priuationẽ cãrũ potẽtiũ ipm gñare, vt hypocẽtaurus & mõs aureus: & tale cũ ſit ꝑ ſe tale, eſt neceſſe nõ eẽ & impoſſe eſſe. Aliud eſt ſp nõ ens ꝑ accñs, vt G forma, q̃ in infinito tp̃e poſt eſſet gñabilis: hęc. n. ꝑ accñs eſt ſp nõ ens, quia ĩpedit̃ ab infinitarũ formarũ ſucceſſu in eadẽ materia, inter quas eſt ordo cõtingẽs & ꝑ accñs. Ex his ſequit̃ oẽ gñabile ꝑ ſe neceſſario gñari aliqñ, ſimiliter oẽ corruptibile ꝑ ſe neceſſario eſſe corrumpendũ: cũ quibus ſtat aliqđ eſſe generabile ꝑ accñs, qđ nunq̃ gñabitur, & aliquod corruptibile ꝑ accñs, qđ nunq̃ corrũpet̃. Sequit̃ vlterius ſi mũdus fuit generabilis neceſſario fuiſſe genitũ, ſi aũt corruptibilis neceſſario fore corrũpẽdũ. Nã cũ nõ poſſit ĩpediri ei[9] ſiue generatio ſiue corruptio, neceſſario fuiſſent deductæ ad actũ. Tũc ad rõnes Ioani. & ad primã patet ſolutio. non. n. oẽ corruptibile neceſſario corrũpet̃, nec oẽ generabile neceſſario generabitur, ſed ſolũ eſt verũ de his q̃ per ſe, & non per accñs. Ad ſecũdũ, rõ Ariſt. cõcludit de per ſe corruptibili: nã corruptibile per ſe, eſt qđ per ſe põt non eſſe, & ita qñq; nõ erit: & ſic nõ põt eſſe ſempiternũ, quia tũc in aliqua drĩa tp̃is idẽ erit & nõ erit. cã deductionis eſt, qa oẽ poſſe nõ eſſe ꝑ H ſe debet reduci ad actũ in ſpẽ & indiuiduo: at corruptibile ꝑ accñs non oportet vt reducat̃ ad actũ, niſi in aliq ſuæ ſpẽi: ſilr̃ cõcludit de ꝑ ſe gñabili, nõ aũt de ꝑ accñs gñabili. Ad tertiũ patet ſolõ, cõcedo. n. A eſſe gñabile & nunq̃ gñari ꝑ accñs, & ſic cõcedo ipm eſſe ſp nõ ens ꝑ accñs, et ꝑ cõſequẽs nõ oportet eſſe neceſſe nõ eſſe, & impoſſe eẽ. Vñ vt ſp ens ꝑ accñs non eſt neceſſe eſſe, ſic ſemper nõ ens per accidens non eſt neceſſe non eſſe. hæc de qõne.

Cũ aũt negatio qdẽ eius qđ eſt, ſp poſſibile eẽ ſit id qđ nõ ſp poſſibile eſſe exiſtit, contrariũ autẽ ſit id qđ ſp poſſibile non eſſe eſt cuius quidẽ negatio eſt nõ ſp poſſibile nõ eſſe: negationes amborũ eidẽ in eſſe neceſſe eſt, eſſeq; mediũ ei[9] quod ſemper eſt, atque eius qđ ſemper non eſt, id quod eſſe & non eſſe poſſibile eſt.

Quæ Auer. cõ. 121.

Queſtio.

Ioãnis ſolu.


Confutatio.

Propria ſõ.

Solu. rõnum Ioan.

Figura

Figura, quæ quorundam terminorum huic materiæ deſeruientium, conſequentiæ conſpiciũtur: quæ ad ſequentium textuum dilucidationem plurimum ualet.



Secundam rationem vult nunc conficere, et ſupponit mediũ inter ſemper poſſibile eſſe, & ſemper poſſibile nō eſſe, eſſe poſſibile eē & poſſibile nooeſſe: & hoc probat (vt mihi videtur) ſic: Medium ſemper poſſibilis eſſe, & ſemper poſſibilis non eſſe, eſt non ſemper pnſſibile nō eſſe non ſemper poſſibile eſſe: ſed qñq; poſſibile eſſe, eſt non ſemper pnſſibile nnn eſſe, & quandoq; poſſe non eē eſt non ſemper poſſibile eſſe: igitur qñq; poſſibile eſſe et qñq; poſſibile nō eſſe ſunt medium ſemper poſſibilis eē, & ſemper poſſibilis nō eſſe. inquit. { Cũ aũt negatio quidem eius quod eſt ſemper poſſibile eſſe, ſit id quod non ſemp̃ poſſibile eſſe exiſtit, nihil verius contradicere, q̃ per negationem præpoſitam. ſubdit { . Cootrarium autē ſit id quod ſemper poſſibile non eſſe eſt, cuius quidē negatio eſt nnn ſemper poſſibile non eſſe: cum inquam ita ſit, negatinnes amborum illorum quæ ſuot ſubcontrariæ eidem ineſſe neceſſe eſt, nam ſubcontrariæ ſimul veræ ſunt, eſſeq; medium eius quod ſemper eſt atque eius quod ſemper nnn eſt id, quod eſſe & non eſſe poſſibile eſt: & ſic habetur ſuppoſitio. Debes ſcire quód ex his exoritur alia figura, vt ſemper ens, ſemper non ens ſunt contraria, noo ſemper ens, noo ſemper non ens ſub contraria: nam ex poſſibili ſequitur eſſe, & ex impoſſibili ſequitur nnn eſſe. Secundo debes ſcire q̃ poſitiones de aduerbio ſemper æquipollent vniuerſalibus ſecuodũ tp̃s, vt ſemper ens æquipolet illi in omni tp̃e ens, & ſemper non ens illi, in omni tēpore non ens, aut in nullo tempore ens, Subcontrariæ aũt æqpolent partibus ſm̃ tp̃s, vt nnn ſemper ens, illi, aliquando ens, at non ſemper nō ens, illi, aliq̃n non ens, et ſic patet ordo harũ ꝓpoſitionũ.

Vtriuſq; nanq; negatio qñq; eſt, ſi nō ſit ſemper, quare & nō ſemp̃ nō ens erit qñq;, & qñq; nō erit, atq; erit non ſemp̃ poſſibile eē, videlicet quia quando eſt ens atq; etiam non ens. Idem igitur erit poſſibile eſſe & non eſſe, quod quidē et medium eſt vtrorumq;.

Probat nunc ſuppoſitionem ſumptam, & ratio eſt q̃d Expoſitio.
oon ſemper ens, & nnn ſemper nō ens, ſunt illorũ media
at qñq; ens eſt non ſemper nnn ens: & qñq; nō ens eſt nō
ſemper ens. igitur qñq; ens & qñq; non ens ſunt media,
huius ſumit minorem, & inquit: { vtriuſq; nãq; negatio
quandoq; eſt, ſi pro quia, non eſt ſemper. & tu intellige
ſingulam referendo ſingulæ, vt negatio ſemper entis eſt
qñq; non ens, negatio ſemper non entis eſt quãdoq; ens:
et ſic patet minor: ex hoc cõcludit minorē, & inq̃t { Quare & non ſemper non ens erit quandoq; ens: & quãdoq;
non erit atq; erit oon ſemper poſſibile eſſe, videlicet quia
quandoq; eſt ens, atq; quãdoq; noo ens. Tunc dat cõcluſionem, & inquit. { Idē igĩ erit poſſibile eſſe & nnn eē,
quod q̃dē et mediũ eſt vtrorũq;: et ſic patet dicta ſuppō
Ex verbis Auer. pōt aliter rō formari hoc modo: Cōtrã Quæ Auer. cōmen. 112.
riorũ negationes ſunt mediũ quoddã, vt ſemp̃ eē et ſemper nō eſſe ſuot contraria, igitur horum negationes ſunt
medium. Huic concluſioni ſubaccipio, ſed non ſemper
nō ens, & non ſemper ens, itemq;, quandoq; ens & quãdoque non ens ſunt illorum negationes, vt diximus igitur ſunt mediũ: & hęc poſſunt colligi ex verbis eius, licet Dubitatio.
non expreſſe. Et ſi dices negationes harum, oĩs homo eſt
animal, nullus homo eſt animal, non ſunt mediũ, q̃a ſunt
ambæ falſæ: dici pōt illud intelligi de contrarijs, quæ diuidunt ens ſecundum verũ & falſum, hoc eſt, de contrarijs Solutio.
quorum

quorum vnum eſt verum, alterum falſum: quod etiam Auerroes innuere videtur.

Ratio autem vniuerſalis hæc eſt. Sint.n. A & B nulli eidem poſſibilia ineſſe, A vero aut C & B, aut D cuilibet inſunt. Cui igitur neq; A neq; B ineſt, ei C D, cuilibet īſint neceſſe eſt: At id quod inter A B medium eſt, ſit E: id.n. quod neutrū cōtrariorum eſt, medium eſt illorum. Ambo igit̃, videlicet C D, eidem ineſſe neceſſe eſt. nā aut A aut C cuilibet ineſt, quare & ipſi E: cum igitur A illi impoſſibile ſit ineſſe, C illi inerit. Eadem eſt & in ipſo D ratio.

Expoſitio. Nunc probat illud in terminis vniuerſalibus ad oēm materiam, & videtur eius rō hæc: ſi quibus ambo cōtraria remouentur, eiſdem ambæ illorum negationes competunt: de quolibet.n. alterum contradictoriorum dicit̃: ſed ab E ipſo ambo contraria remouētur, vt A, & B igitur ambæ illorum negationes, videlicet C D, competunt: quare E eſt C, & D, & ita non ſemper ens, & non ſemper non ens: & ſic quandoq; ens, & quandoq; non ens. inquit: Ratio autem vniuerſalis hæc eſt: ſint.n. A & B, nulli eidem poſſibilia ineſſe, & ita ſint contraria: horum autem negationes, ſint ad A ipſum C, ad B vero ipſum D: A vero aut C cuilibet inſunt, & B aut D cuilibet inſunt, cum ſint cōtradictoria Cui igitur neq; A neq; B ineſt, ei C D, cuilibet inſint neceſſe eſt. hęc eſt igitur maior, à quo remouentur A & B contraria, ei inſunt C D, negationes illorum: At id qđ inter A & B medium eſt, ſit E: id.n. quod neutrum contrariorum eſt, medium eſt illorum: eſt igitur minor, ſed ab ipſo E remouentur A & B contraria. Tunc dat concluſionem, & inquit. Ambo igitur videlicet & C & D, eidem ineſſe neceſſe eſt. Repetit rationem, & inquit: Nam aut A aut C cuilibet ineſt, cum ſint contradictoria: quare & ipſi E aut C inerit. Cum igitur A illi impoſſibile ſit ineſſe, C illi inerit: Eadē eſt et in ipſo D ratio, vt de E et A, quia D B ſunt contradictoria ēt. Et ita patet E ipſum eſſe & C & D, & ita quandoq; ens, & quandoq; non ens: & per conſequens id quod eſt non ſemper ens, & non ſemper nō ens, eſt qñq; ens & quandoq; non ens, vt propoſuimus.

Supiori patent figura. Qđ vero ad verba attinet, debes ſcire q̃ Ariſt. dixit ipſi E cōpetere D, & C, ſi ab eodem remouētur ambo A et B, Nam vbi ambo illa non remouerentur, non oportet hęc ambo ineſſe, vt qm̄ è cœlo ipſo ambo illa non remouentur: eſt enim cœlum A, hoc eſt, ſemper ens, ideo cœlo non inſunt hæc ambo, ſed illud E quo remouetur alterū illorū: & ita ſibi ineſt D, hoc eſt, non ſemper non ens, quia ab eo remouetur B, hoc eſt, ſemper non ens, et ineſt A, hoc eſt, ſemper ens: hæc enim ambo ſubalterna competunt ſibi.

Igitur nec id quod ſemper eſt, neq; id qđ ſemper non eſt, generabile aut corruptibile eſt. Pręterea perſpicuum eſt & ſi generabile aut corruptibile ſit, non ſemper eſſe: ſimul nāq; erit poſsibile ſemper eſse, & poſsibile nō ſemper eſse. At hoc oſtenſum eſt prius eſse impoſsibile.

Expoſitio. Ex his cōcludit & ſyllogizat propoſitum, & dat duas concluſiones, videlicet conuerſam & cōuertentē. Prima eſt neq; ſemper ens, neq; ſemper non ens, eſt generabile vel corruptibile: quod ſyllogizat̃ ex dictis ſic, omne generabile & corruptibile eſt E, hoc eſt, qñq; ens & qñq; non ens, ſiue non ſemper ens, et nō ſemper nō ens, at ſemper ens & ſemper non ens non ſunt E: igitur nec ſunt generabile nec corruptibile, & hoc inqt: {Igitur nec id qđ ſemper eſt, nec id quod ſemper nō eſt, generabile aut corruptibile eſt. Hæc eſt concluſio, cuius ſyllogiſmus patet ex dictis. Deinde concludit conuertentē, videlicet nullū generabile nullumq; corruptibile ſemper eſt aut ſemper

E non eſt, & hoc patet ſimili ſyllogiſmo: nam nullum ſemper ens nullumq; ſemper non ens eſt E, hoc eſt qñq; ens & quandoq; nō ens: at, & generabile & corruptibile eſt E: igitur generabile & corruptibile non eſt ſemper ens, nec ſemper non ens. inquit. Præterea perſpicuū eſt, & ſi generabile & corruptibile ſit E ipſum non ſemper eſſe, et non ſp̃ nō eſſe: ſimul nanq; erit poſſibile ſp̃ eē, & poſe nō ſp̃ eē: At hoc oſtenſum eſt prius eſſe impoſe. & ita perſpicuæ ſunt ambæ illæ ex his quæ ſuppoſuit.

Pō aliquorū & de rōnali anima. Sūt qui faciūt differentiam inter ſemper ens & æternum à parte poſt, ſimiliter ſemper non ens & æternum à parte ante. Concedunt.n. aliquid eſſe æternum à parte poſt, vt rationalis aīa, & hæc nec eſt ſemper ens, nec ſemper non ens. Similiter informitas materiæ quæ generationem mundi præceſſit, eſt æternum non ens à parte ante, non tamen ſemper non ens: & tunc concedunt aīam rationalem eſſe quandoq; ens, & quandoq; non ens: quandoque non ens quidem, ante videlicet q̃ fuiſſet: quandoq; vero ens, poF ſteaq̃ eſt. Et hoc volunt Ariſt. non contradicere hic: nā ipſe tm̄ probat nullū ſemper ens, nullumq; ſemper non ens, eſſe generabile vel corruptibile: & econtra nullum generabile vel corruptibile eſſe ſemper ens vel ſemper non ens: & hoc concedunt: aīa.n. rationalis eſt quandoq; ens à parte poſt, in omni tempore & in nullo tempore à parte ante. Hæc igitur dicunt ad ſaluandum. rationalem animam eſſe æternā cum rationibus Ariſt. de his videbimus in fine.

Qũ Auer. cōml.15. Hanc obiectionem Auer tangit in cōmen. poteſt.n. dici. rationi Ariſt. q̃ illa eſt ex ſufficientibus & ꝓbabilis, nam poſſibile eſt vt aliquid ſit genitum & nūq̃ corrumpatur, ſimiliter eſſe poteſt non ens ſemper in pręterito & ſemper ens, in futuro. Illud autem quod Ariſ. probat, eſt ſemper ens in omni differentia temporis tam præteriti q̃ futuri non eſſe generabile neq; corruptibile: Cum quo tamen ſtat aliquid eſſe ſempiternum in futurum & eſſe genitum, aliquod eſſe æternum in præterito, & eſſe corruptibile de futuro. Quare cum ratione Ariſ. G ſtat rationalem animam eſſe factam & æternam à parte poſt. Vult Auer. hanc obiectionem remouendā eſſe per primam demōſtrationem: accepit enim in prima demōſtratione, q̃ omne id quod per ſe ſibi limitat æternitatē pro aliquo tempore, illam ſibi limitat pro omni tempore. dico per ſe, quia per accidens ob impedimentum poteſt aliquod limitare ſibi æternitatem pro vno tempore, vt potentia materiæ pro pręterito, quam non ſibi limitat per ſe pro omni tempore: & hoc modo intelligitur propoſitio Ariſt. omne æternū per ſe, omni ex parte eſt æternum. & tunc patet eius concluſio quæ eſt, nullū æternū per ſe eſt generabile nec corruptibile.

Digreſſio Auer. co. 16. Obiectio vero ablata eſt, nam informitas potētiæ, & id genus ſunt ęternæ per accidens. Propter hæc notat Auer. eſſe impoſſibile, vt aliquid habeat potentiam ad eſſe vel non eſſe infinitum in præterito ſine futuro, vel in futuro, ſine præterito, & tu intellige per ſe, nam (vt dixit) per accidens eſſe H pōt, vt de potentia materię diximus. Probat hoc primo quia tunc infinitum reciperet additionem, immo ſequitur q̃ reciperet additionem & non reciperet: reciperet quidem, quia vel futurum præterito, vel præteritum futuro adderetur: non reciperet vero, quia ex quo id limitat ſibi Infinitum tempus per ſe, videtur ſibi limitare illud omni ex parte: & ſic non poſſet ſibi fieri additio. Secundo infert in tali ſempiterno ſimpliciter non poſſe eſſe potentiam ad eſſe, nec potentiam ad non eſſe, quia tunc ſimul & ſemel eſſent actiones ambarum potentiarum, hoc eſt, quia tunc illud eſſet & non eſſet: Deducitur quia ſemper cum potentia vnius contrarij ſtat alterum contrarium, vt cum poſſe eſſe ægrum ſtat ſanum eſſe, cū poſſe vero eſſe ſanum ſtat ægrū: ſuccedunt enim ſibi, potentiæ vt ipſi actus. Igitur ſi in ſempiterno eſſet potentia ad eſſe, ſecum eſſet non eſſe ſiue priuatio ipſius eſſe: & quia in eo eſt potentia ad non eſſe, ēt ſecū eſſet eſſe. Igit̃ ſimul in eo eſſent eſſe & non eſſe. Sic igitur in ſempiterno

Cautillus.

no ſimpliciter nulla eſt potētia. Ex his remouet cautillum: poſſet.n.dici aliquod eſſe æternum à parte poſt, & habere potentiam ad non eſſe, ſiue ad corruptionem. Nā cum actu contrario ſtat potentia contrarij, et ita cum eſſe ſtar potentia ad nō eſſe: igitur cū eſſe ſempiterno ſtar potentia ad oon eſſe ſempiterna.

Cōfutatio.

Cōtra obijcit, primo ga duę potentiæ eſſent in eodē, videlicet ad eſſe & non eſſe: hæc conſequentia probatur per id quod dixit, quia æternum per ſe ex vna parte, eſt æternum ex omni: & ſic ſi habet porentiā ad non eſſe quandoq; nō erit, & erit ga ſempiternum: igitur habet potentias: vtraſq; ad eſſe quidem, quia non erit: ad non eſſe vero, quia erit. Secundo ſaltem ſequitur vt potētia ad nō eſſe ſit fruſtra, quia nūq̄ reduceretur ad actum per ſe.

Solutio pro Platone.

Deinde Auer. pro Platone reſponder, & vult mundum ab intrinſeco eſſe corruptibilem, ſed ab extrinſeco rōne agentis non pōt corrūpi, ex eo quia aut non eſt agens aptum ipſum corrumpere: vel ſi eſt, vtpote deus, ipſum non corrumpit, quia ſapiens non deſtruit opus ſuum. Aut quia deficit cōtrariū,

B

quo tale agens mundū corrumpat, aut quia non corrumpetur omnino, quia mundum fecit hac lege, vt ooo corrumpatur oīno. Qua ratione dici pōt mundū ab intrinſeco ratiooe materiæ eſſe corruptibilē, defectu agentis corrūpi oon poſſe: & hoc modo ſi mundus poneretur in eſſe corrupto, ſequitur falſum impoſſibile, non quidē ex parte materiæ, ſed ex parte agentis.

Cōfutatio.

Contra obijcit Auer. & primo ſumit talē diſtinctionem, poſſibile duplex, ab intrinſeco vt ratione materiæ, & ab extrinſeco rōne agētis vel cōtrarij, & arguit, Si mūdus eſt corruptibilis, aut potentia ab extrinſeco & ab intrinſeco, aut potentia ab intrinſeco & non ab extrinſeco, aut potentia ab extrinſeco & non ab intrinſeco. Non eſt dicēdum ipſum eſſe corruptibile vtraq; potentia, quia ſic aliqñ corrūperetur cōtra Platonem. Si vero dicitur poſſe corrumpi ab intrinſeco, cōtra definitionem poſſibilis hoc videtur, nam aliqđ eſſet poſſibile quod nunq̄ eſſet, immo ipſum eſſe eſt falſum īpoſſibile: ſi.n.eſſet corruptibilis ab intrinſeco, poſ-

C

ſet poni in eſſe corrupto. Aut igitur à ſe, vel ab agēte: nō à ſe ſine agente: igitur ab vtroq;, aliter non poſſet poni in eſſe, contra definitionem eius quæ eſt, poſſibile eſt, quo poſito in eſſe, nullum ſequitur impoſſibile. Si vero dicit ipſum poſſe corrumpi potentia ab extrinſeco & non ab intrinſeco, reſpondetur, quod natura omne poſſibile ab extrinſeco eſt poſſibile intrinſece: cuilibet.n. potentiæ actiuæ correſpondet paſſiua. Vnde ait Auer. q; ſm veritatem hæc duo conuertuntur, poſſibile ab intrinſeco & poſſibile ab extrinſeco, quia omne poſſibile ab extrinſeco eſt poſſibile ab intrinſeco, & econtra: ſimiliter & omne impoſſibile ab extrinſeco, eſt impoſſibile ab intrinſeco: cuilibet.n. potentiæ actiuæ reſpondet paſſiua, & ecōtra. Verum eſt hæc differentia: nam omne poſſibile ab extrinſeco apparet eē poſ͛e ab intrinſeco, & ſm rē eſt poſſibile ab itrinſeco: cōtra vero nō apparet, licet ſit. Eſt.n. oē poſsibile ab itrinſeco poſsibile ab extrinſeco, licet exiſtimetur eſse aliquod poſsibile intrinſece ex ſe, quod nō

D

eſt poſsibile ab extrinſeco, vt dicit Auicen. de ipſo cœlo. de ipſo tamē impoſsibili eſt totū oppoſitum, oē impoſsibile ab intrinſeco eſt impoſsibile ab extrinſeco, econtra vero non apparet, quia exiſtimatur aliquod eſse impoſsibile ab extrinſeco, qđ eſt poſsibile ab intrinſeco. aut tñ hæc conuerti ſm rē, quia oē poſ͛e reſpectu agētis eſt poſ͛e reſpectu patiētis, & ecōtra, oē poſ͛e reſpectu patiētis eſt poſsibile reſpectu agentis. Sic igitur dici nō pōt eſse poſſibile ab intrinſeco ratione materiæ, & defectu agētis nō eſse poſsibile, vt hac ratione eſt deductū. Cōfirmat hanc eandem rationem locus à contrario, nā poſſibile & impoſsibile ſunt contraria. igitur ſi omne impoſsibile ab intrinſeco eſt impoſsibile ab extrinſeco, per locum à cōtrario, oē poſſibile ab intrinſeco erit poſſibile ab extrinſeco: igit̃ ſi mūdus eſt poſsibilis ab intrinſeco, mūdus eſt poſsibilis ab extrinſeco. & ſic rñſio Platonis eſt nulla; & quia

A

hæc rō q̄ dr̃.2.topi. cōſequentia in ipſo, eſt locus topicus, dixit rōnem Ariſ. q̄ ſit p definitionē poſ͛is eſse firmiorē.

Addit tamen hunc locum habere vim demonſtrationis, quando pdicatū antecedentis eſt vere contrariū conſequentis, & ſubiectum ſubiecto, vt eſt in propoſito: impoſsibile.n. & poſsibile oppoſita ſunt, & eſse tale ab extrinſeco & ab intrinſeco ſunt ſubiectum contrariū ei qđ eſt non eſse tale ab intrinſeco, nec ab extrinſeco. ideo ſequit̃ impoſsibile ab intrinſeco eſt impoſsibile ab extrinſeco: igitur poſsibile intrinſece eſt poſsibile ab extrinſeco, ſunt.n. prædicata prædicatis, & ſubiecta ſubiectis cōtraria: igitur locus neceſsarius. Sic igitur patet reſponſionē Platonis eſse nullā. cum.n. mundus ſit poſsibilis corrumpi ab intrinſeco, pōt aliqñ eſse corruptus ab intrinſeco, pōt aliqñ eſse corruptus. Ponatur in eſse, quia poſsibile eſt, quo poſito in eſse, nullum ſequitur impoſsibile. Igitur vel à ſe ponitur in eſse, vel ab extrinſeco: non à ſe, quia nihil corrumpit ſe: ſi igitur ab extrinſeco, habetur

B

ipſum eſse poſsibile corrumpi vtroq; modo, et ab intrinſeco, & ab extrinſeco: & hoc voluit Ariſt. Videtur nāq; implicatio cōtradictionis, vt aliquod ſit poſsibile intrinſece, et non ab extrinſeco, quia tunc eſset poſsibile, & nō poſset poni in eſse. Hæc ſunt quæ ex cōmē. colliguntur. Ex his patet conſutatio triū pōnum. Dicunt.n. nonnulli cœlo ineſse materiā eiuſdem rationis cum materia generabilium, & eſse in eo potentiā ad corruptionem ex parte intrinſeca, ſed defectu contrarij non corrumpetur. Patet hanc poſitionē non eſse peripateticā: nam ſi cœlū pōt corrumpi ab intrinſeco, etiā ab extrinſeco ratione cōtrarij vel agentis corruptiui poterit corrumpi: oē nāq; poſsibile ab intrinſeco eſt poſsibile ab extrinſeco ſm peripateticos.

Cōfu pōnū Prima pō.

Secunda pō

Confutatio.

Tertia pō.

Alij dicunt primum motorē, vt Deum, eſse infiniti vigoris in agendo, defectu tamen materiæ non agit vel agere pōt infinitum: eſt enim illæ effectus infinitus poſsibilis quidem ab extrinſeco, non autem ab intrinſeco. Patet ēt nec hoc eſse peripatetice dictum, licet ſit ve-

C

rum: nam omne poſsibile ab extrinſeco eſt poſsibile ab intrinſeco, & oē impoſ͛e ab intrinſeco eſt impoſſibile ab extrinſeco. quare ſi effectus infinitus eſt impoſsibilis ab intrinſeco, etiā ab extrinſeco erit impoſsibilis: & ſi poſsibilis ſit ab extrinſeco etiam ab intrinſeco erit poſsibilis. Alij ad mentem Ariſt. contendunt rationalem animam incepiſse à parte ante, eſse vero æternam à parte poſt. Nec hoc videtur peripatetice dictum, nam cū anima rationalis ſit poſsibilis deſinere ab extrinſeco, ſi Deus vellet, etiam erit poſsibilis deſinere ab intrinſeco: modo nō eſt peripatetice ſentire eſse aliquod vtroq; modo poſsibile; & æternum quauis ex parte. Vtrū vero poſsit defendi cum dictis Ariſt. animæ rationalis perpetuitas, poſterius dicemus. Sed qcquid ſit de his, Plato defendi pōt. nam pōt teneri mūdum incepiſse per creationem, vt tenemus nos. Verum in hac creatione duo conſideranda ſunt, mundi ipſius productio, & producti mūdi ornatus: Deus.n. mundum fecit confuſum, deinde ornauit, quod

D

Moſes ſeptem diebus eſse factum ſcribit, et hoc modo informitas præceſsit ornatū. Tunc ad rationem concedo mundum incepiſse & ſui natura eſse poſsibilem non eſse voluntate tamen opificis eſse æternum. Ad primā, omne illud quod ſibi limitat infinitudinē tēporis ſuapte natura vna ex parte, limitat ſibi illam omni ex parte, concedn: at cum dicitur, mūdus limitat ſibi per ſe ſuapte natura infinitudinem temporis à parte poſt, nego, qm̃ hanc nanciſcitur è voluntate opificis, & non propria natura: nam, vt dicit Plato in Thimæo, ſua natura ſolubilis eſt, ſed voluntate primi opificis æternus. Ad confirmationem rationis Auer. dico q; illa probat mundum eſse poſsibile eſse, & poſsibile nō eſse ab intrinſeco, & ab extrinſeco: mundus.n. poteſt corrūpi ab intrinſeco, & Deꝰ ipſum poteſt deſtruere, immo redigere in nihil, vt nos tenemus, ſed ſua voluntate limitata ad cōſeruandū ipſum eſt æternus. Ad ſecundā rationem Ariſ. patet ſolutio:

Auer.

Auer.n.dixit illa non valere niſi robore primæ rationis. Illa.n.probauit nullum ſempiternum omni ex parte eſſe aut generabile, aut corruptibile, & nullum generabile, aut corruptibile eſſe æternum omni ex parte, & hoc concedo. Attamen inter ſemper ens & ſemper non ens, eſſe poſſunt media ens quandoq; & non ens quandoq;, itēq; æternum à parte poſt factum à parte ante, & æternum à parte ante factum à parte poſt: quare rationes Ariſt. vſq; huc cōtra Platonē non demōſtrant vt pipatetici credūt.

Vtrum igitur ſi qd et ingenerabile fuerit atq; ens, id ſempiternus eſſe neceſſe ſit: ſimiliter etiā ſi aliquid ſit incorruptibile atq; ens. Dico autē ingenerabile & incorruptibile, ea quæ proprie dicunī. Ingenerabile quidem id quod nunc eſt, prius vero non erat verum dicere non eſſe. Incorruptibile vero id quod nūc eſt, poſterius vero non erit verum dicere non eſſe. Nam ſi hæc mutuo ſeſe conſequūtur hoc pacto, vt & ingenerabile ſit incorruptibile & incorruptibile ingenerabile, ipſum etiam ſempiternū vtrumq; conſequatur neceſſe eſt. & ſi eſt aliquid ingenerabile, & ſi eſt aliquid īcorruptibile, ſit cōtinuo ſempiternum neceſſe eſt.

Expoſitio

Circa ea quæ antea dixerat, mouet quæſtionem, vtrū ſi aliquid ſit ingenerabile atq; ens, id ſit ſempiternum. Similiter etiam ſi aliquid ſit incorruptibile atq; ens, quæritur vtrum ſit ſempiternum vel ne. Adiecit autem, atq; ens, qm̄ ex negatiua non ſequitur affirmatiua niſi cū conſtantia ſubiecti. non.n. valet A eſt ingenerabile, igiť ſempiternum, niſi addatur, A eſt ingenerabile atq; ens. igitur ſempiternum, hipocentaurus.n. eſt ingenerabilis, non tamen ſempiternus. Et quia multis modis ſumptū eſt ingenerabile & incorruptibile, ne ſit ſolutionis vel quęſtionis obſcuritas, exponit quonam modo ſumit illa in quæſtione, & inquit: {Dico autē ingenerabile & incorruptibile ea quę proprie dicuntur. ingenerabile quidem id qđ nunc eſt, prius vero non erat verum dicere nō eſſe. Incorruptibile vero id quod nunc eſt, poſterius vero nō erit verum dicere non eſſe. & ſic patet qōnis titulus. Soluit hanc quæſtionem hypotetice, & inquit {: Nā ſi hæc ſeſe conſequnntur hoc pacto, vt & ingenerabile ſit incorruptibile, & incorruptibile ingenerabile, ipſum etiam ſempiternum vtrumq; conſequatur neceſſe eſt, & ſi eſt aliqd ingenerabile, & ſi eſt aliquid incorruptibile, ſit cōtinuo ſempiternum neceſſe eſt. Eſt igitur ſolutio hypothetica hoc modo, ſi ingenerabile & incorruptibile conuertuntur, neceſſe eſt ſempiternū prædicari de vtroq; & de poſitione antecedētis ſtatim diſputabitur, vt ſciamus an ſit ponendum conſequens. Auer. vero hūc rex. nō qōnariū facit, ſed illatorium, credit enim. Ariſt. ex modo dictis inferre cōcluſiones, quatū prima eſt, ingenerabile eſt æternum: ſecunda, incorruptibile eſt æternum: tertia, ingenerabile eſt incorruptibile & econtra: & hanc expoſitionē videtur ſectari expoſitor noſter, & in fine cōmenti colligit rationem talem. Cum aliquid prædicatur de duobus conuertibiliter, neceſſe eſt illa duo conuerti, vt ſi A de B & C prędicatur conuerſim, B C neceſſe eſt cōuerti. in Prioribus.n. dictum eſt, quoties tres termini ſyllogiſmi conuertuntur inter ſe, propoſitio quæ eſt concluſio in terminis conuertitur. Hinc emergūt duo ſyllogiſmi, primus: omne æternum incorruptibile, ingenerabile æternum, & generabile, incorruptibile. Secundus, omne æternum ingenerabile, omne incorruptibile æternū, omne incorruptibile ingenerabile: hęc.n. eſt concluſionis conuerſio. Hæc eſt expoſitio Auer. generatim. Sed hæc expoſitio non conuenit verbis græcis, in græco.n. codice ita ſcribitur ἐφ' οὖν εἰ καὶ ἀγένητον, ὂν δὲ, τοῦτο ἀναγκαῖον ἀΐδιον εἶναι, quo

Quæ Auer. cōmen. 125.

Confutatio. expōnis. Auer.

E rum verbum verbo reddendo, ſenſus eſt, igitur ne ſi et ingenerabile, ens tamen, id neceſſe eſt ſempiternum eſſe? Ecce quomodo verba ſunt qōnaria. & non illatoria: & ſi ſunt illatoria, non ſunt concluſionis illatoria, ſed quæſtionis quæ ex dictis emergit.

At vero hæc ita eſſe ex ipſorum definitione patet, etenim ſiquid corruptibile eſt, generabile eē neceſſe eſt. Aut enim ingenerabile aut generabile eſt: at ſi ingenerabile eſt, incorruptibile eſſe ſupponitur, Inſuper etiam ſi quid generabile eſt, id corruptibile eſſe neceſſe eſt. Aut enim corruptibile, aut incorruptibile eſt: at ſi incorruptibile ſit, ingenerabile eſſe ſupponebaī.

Expoſitio.

Nunc diſputat de poſitione antecedentis, vtrum videlicet ingenerabile & incorruptibile conuertantur, & ſupponit duo, quorum. Primum eſt vna hypothetica, videlicet ꝙ ſi ingenerabile & incorruptibile conuertuntur, ne-

F ceſſe eſt generabile & corruptibile conuerti, & inquit: {At vero hęc ita eſſe ex ipſorum definitiōe patet. tū probat ſuppoſitionē quo ad ambas partes, & inqt. {Etenim ſiquid corruptibile eſt generabile eſſe neceſſe eſt. quod probat: Aut enim ingenerabile, aut generabile eſt, nec datur medium, at ſi ingenerabile eſt, incorruptibile eſſe ſupponitur: & ſic idem erit corruptibile & incorruptibile, quare ſiquid corruptibile, idem generabile eſt. Hæc eſt prima pars ſuppoſitionis. De ſecunda inquit {Inſup etiam ſi quid generabile eſt, id corruptibile eſſe neceſſe eſt. probatur vt prius, quia aut corruptibile, aut incorruptibile eſt: at ſi incorruptibile ſit, ingenerabile eſſe ſupponebatur. & ſic idem generabile eſſet & ingenerabile. Et ſic igitur ſi ingenerabile & incorruptibile conuertuntur, patet generabile & corruptibile cōuerti: & ſic patet hypothetica, quæ fuit prima ſuppoſitio. Debes ſcire quod in verbis Ariſtotelis poteſt fieri conſequētia in ipſis hoc

G modo ingenerabile eſt incorruptibile, igitur generabile eſt corruptibile: & contra, incorruptibile eſt ingenerabile, igitur corruptibile eſt generabile: conuertuntur igitur hæc quemadmodum oppoſita: vt enim oppoſitum in oppoſito, ita propoſitum in propoſito. Auer. autem eandem ſuppoſitionem probat per regulam prioriſticam, dicitur enim ibidem ꝙ quoties fuerint duo termini oppoſiti contradictorie diuidētes verum & falſum. i. ita oppoſiti ꝙ de quolibet eſt alter verus, alter falſus, tunc ſi aliquis alius terminus conuertitur cum vno illorum, tunc contradictorium primi conuertetur cum contradictorio ſecundi, vt modo ad propoſitum, generabile & ingenerabile diuidunt omne ens, ſimiliter & corruptibile & incorruptibile. igitur, ſi incorruptibile conuertitur cum ingenerabili, corruptibile conuertetur cum generabili, Hæc ex commen.

Quauis rōnis. Ariſt.

Quæ Auer. com. 126

Præterea ſi mutuo ſeſe nō conſequunī incor-

H ruptibile atque ingenerabile, neque ipſum ingenerabile, neque ipſum incorruptibile ſempiternum ſit neceſſe eſt.

Secunda ſuppoſitio eſt, ſi mutuo non ſeſe conſequuntur ingenerabile atq; incorruptibile, neq; ipſum ingenerabile neq; ipſum incorruptibile ſempiternum eſſe neceſſe eſt. Hæc ſuppoſitio ponitur, nec aliter probatur: nā per ſe nota eſt omnibus, & maxime Platoni, contra quē vult obĳcere. Quonam vero modo hæ ſuppoſitiones ad propoſitum faciant, ex dicendis colligi poteſt.

Sequi autem hæc ſeſe mutuo, ex eo perſpicuum eſt, quia generabile & corruptibile ſeſe mutuo conſequuntur. Hoc vero & ex antedictis patet: eſt enim id medium ſemp entis atq; ſemper nō entis, quod neutrum ſequitur. Tale

autem

autem eſt generabile ipſum atq; corruptibile: A vtrunq; .n. definito tempore quodam & eſſe & nõ eſſe poteſt. Dico autem quodã tempore, ſi vtrunq; eſſe & non eſſe aliquãto tempore põt.

Expoſitio.

Declarauit ex ſuppoſitione gñabile & corruptibile conuerti, nunc ſimpliciter his ſuppoſitionibus ſtantibus illud probat: & quia ex hoc ꝓbato demõſtrabit ingenerabile & incorruptibile cõuerti, proponit hæc, & inquit: {Sequi autẽ hæc, videlicet ingenerabile & incorruptibile ſeſe mutuo, ex eo perſpicuũ eſt, quia generabile et corruptibile ſeſe mutuo conſequũtur. Sic igitur intentio eſt probare ingenerabile & incorruptibile ſeſe mutuo ſequi per hoc, quia generabile & corruptibile mutuo ſeſe conſequuntur. Deinde ſequitur & probat generabile & corruptibile ſeſe mutuo ſeq ex antedictis, et ſyllogiſmus eſt: Medium ſemper entis & ſemper nõ entis ſibiĵpſi cõuertibile eſt: hoc enim nemo dubitat, idem videlicet cõuerti ſecum. Sed generabile & corruptibile eſt medium ſemper entis & ſemper non entis: neutrum enim eſt. Igitur ſibiĵpſi conuertibile. & ſic, omne generabile eſt generabile & corruptibile, et omne corruptibile eſt generabile & corruptibile. Inquit. Hoc vero ex antedictis etiã patet: eſt enim id medium ſemper entis atq; ſemper non entis, quod neutrum ſequitur, hoc eſt, quod per negationẽ ſeſe habet ad ambo. tale autẽ eſt generabile ipſum atq; corruptibile. vtrũq; enim definito tempore quodam & eſſe & non eſſe poteſt. Exponit autem quid per definito quodam tempore intelligit & inquit: {Dicq autem quodã tempore, ſi vtrunque & eſſe & non eſſe aliquanto tpe põt. vt ꝑ centũ annos, vel mille, vel aliquanto id genus: & ſic de ratione minorẽ & illius probationẽ habemus.

Vide ꝑ hoc loco ſuperiorẽ figuram.

B

Dubitatio.

Sed dices, Ariſtoteles declarauit generabile & corruptibile conuerti, ex eo quia ingenerabile & incorruptibile conuertuntur: nũc declarat cõtra, ingenerabile & incorruptibile conuerti per hoc, quia generabile & corruptibile conuertuntur. igitur petitio principiĵ & circulus. Reſpõdet Auer. & inquit: {Et nõ eſt petitio principiĵ atq; circulus, qm̃ propoſitiones quibus vtitur in vna, nõ vtitur in alia: nam prima oſtenſio fuit hypothetica, hæc eſt categorica ac ſimplex: declarauit.n. primo generabile & corruptibile conuerti, ſi ingenerabile & incorruptiblie conuertuntur: nũc declarat, quia generabile & corruptibile conuertuntur, ideo ingenerabile & incorruptibile conuertuntur. Hæc ex Auerroe.

Quæ Auer. cõ.118.

C

Si igitur aliquid aut generabile aut corruptibile ſit, id illorum medium eẽ neceſſe eſt. Sit.n. A ipſum ſemper ens, B vero ſemper non ens, C generabile, D corruptibile: C itaq; iter A & B medium eſſe neceſſe eſt. Illorum enim ad neutrum vltimum tempus eſt, in quo aut A ipſum non erat, aut B ipſum erat. Generabile vero aut actu aut poteſtate neceſſe eſt eſſe tempus vltimum: D at ipſorum A & B neutro modo tempus eſt vltimum. Tempore igitur quodam & definito & erit omnino, & nõ erit ipſum C. Similiter dicendum eſt de ipſo corruptibile D: Generabile igit̃ ac corruptibile medium eſt: ſeſe igitur mutuo ſequuntur generabile & corruptibile.

Expoſitio.

Idem nunc in terminis declarat, & primo reſumit cõcluſionẽ ex dictis, & inquit. {Si igitur aliquid aut generabile aut corruptibile ſit, id illorũ medium eſſe neceſſe eſt. Hæc eſt concluſio, quæ ex dictis ſequitur: deinde diſponit terminos, & inquit: {Sit enim A ipſum ſemꝑ ens, B vero ſit ſemper nõ ens, C generabile, D autem corruptibile. diſpoſitis terminis reſumit cõcluſionem quam vult ꝓbare, & inquit: {C itaq; generabile inter A & B mediũ A eſſe neceſſe eſt. Hanc ſyllogizat ſic: Omne illud cuius eſt dare tempus vltimum ſui eſſe vel ſui non eſſe, eſt mediũ per abnegationem eorum quorum non eſt tp̃s vltimum ſui eſſe vel non eſſe. Ipſius C generabilis eſt dare vltimũ tempus ſui eſſe vel non eſſe, ipſorum vero A B, non eſt dare: igitur C generabile eſt illorum medium per abnegationem. De ſyllogiſmo ponit minorẽ, & inquit: {Illorũ autem, videlicet A & B ad neutrũ, hoc eſt, nec ad eſſe nec ad non eſſe vltimum tempus eſt, in quo aut ipſum A nõ erat, aut ipſum B erat. Generabile vero aut actu aut poteſtate neceſſe eſt eſſe, ſup. vltimum tẽpus, aut ad eſſe aut ad non eſſe. At ipſorum A & B, neutro modo tempus eſt vltimum, hoc eſt, non neceſſe eſt eſſe tempus vltimũ nec ad eſſe nec ad non eſſe. hæc fuit definitio ipſius poſſibilis: dictum eſt enim cuiuslibet generabilis eſſe dabile maximum tẽpus ſui non eſſe, cuiuslibet vero corruptibilis maximum tempus ſui eſſe. & ſic minor perſpicua eſt, quã cõcludit dicens: {Tempore igitur quodã & definito, & B erit omnino & non erit ipſum C. ſimiliter & dicendũ eſt de ipſo corruptibili D: Sic igitur minor eſt ꝑſpicua, videlicet ꝙ ipſi⁹ C. generabilis et ipſius D corruptibilis eſt dare maximum tempus eſſendi vel non eſſendi: ipſorum vero A B minime. Hac minore expoſita & declarata, dat concluſionẽ & inquit: {generabile igitur ac corruptibile medium eſt. Verbum illud medium græce eſt μεταξὺ latine vtrũq;, et intelligit, ambo per participationem ſm quid, & neutrum per totalem participationem: & ſic intelligit medium. Ex hoc repetit concluſionem principalem quam fecit, & inquit {Seſe mutuo ſequuntur generabile & corruptibile. Breuiter igitur ratio eſt, omne medium aliquorum ſibiĵpſi conuertitur: generabile & corruptibile medium eſt ſemper entis & ſemper non entis: igitur ſibi conuertitur. Quód ſit medium eo patet, quia neutrum illorum eſt, niſi ſecundum quid. At forte ratio literæ eſt, nullum ſemper ens nullum ſemper non ens habet vltimum tempus ſui eſſe vel ſui non eſſe: generabile C omne & omne corruptibile habet vltimum tp̃s ſui eſſe vel ſui non eſſe: igitur nullum generabile nullum corruptibile eſt ſemper ens neq; ſemper non ens. & ſic mediũ per abnegationem extremorum, & de hac ratione ponit minorem & maiorem. hæc Ariſto.

Vide hæc in ſuperiore figura.

Auer. vero aliter format rationem literæ, ſyllogizat enim ſic, nullum ſemper ens aut ſemper non ens habet finem in tempore: generabile & corruptibile habent finẽ in tẽpore: igitur generabile & corruptibile nõ ſunt ſemper ens nec ſemper non ens. & ſic medium erit per abnegationem ſaltem. Deinde ibi, & hoc non verificatur, digreditur, quia pro Platone dici poteſt inter ſemper ens & ſemper non ens eſſe tria media, vnum erit genitũ corruptibile, aliud genitum incorruptibile, aliud corruptibile ingenitũ. Hæc enim tria media ſunt, quæ apud eos nõ conuertuntur, veluti inter album & nigrum dãtur plura media inter ſe non conuertibilia, vt rubrũ, pallidum, croceum, & id genus. Reſpondet Auerro. & D dicit primo ꝙ hæc propoſitio, omne generabile eſt corruptibile, inductione patet: nam hoc genitum eſt corruptibile & illud genitum eſt corruptibile, & c. id genus: igitur omne genitum eſt corruptibile: & econtra inducit põt. Dicit ſecundo ꝙ eiuſmodi rationes logice ſunt inductæ ad ad confirmandum, & non ad demõſtrandum: & ita vult Auerr. eiuſmodi rationes non eſſe demonſtratiuas. Deinde affert Auerro. potiſſimam rationẽ Ariſt. quæ eſt: ſi potẽtia ad eſſe aut ad non eſſe eſſet infinita, tũc eſſet in infinitum in vtroq; tpe. & ita eſſet impoſſibile dictum, ꝙ eodem tpe idem eſſet & non eſſet, vt fuit deductum. Sed dices, 3. phyſicæ auſcultationis Auer. cõ. 52. velle videtur infinitum ſm quid recipere additionem, et ita nihil prohibet potentiam vna ex parte eſſe finitam, alia ex parte infinitam. Reſpondetur fundamentum Auer. eſſe hoc, ꝙ ſi aliquid ꝑ ſe & ſuapte natura limitat ſibi temporis infinitudinem vna ex parte, limitat etiam

Quæ Auerr. commen.118.

Digreſſio Aũ.co.com.

ſibi

ſibi illam omni ex parte non.n.videtur maior rõ de vna parte q̃ de altera. quod.n. ineſt alicui per eius naturam non magis ſibi ineſt per vnam q̃ per alteram partem, & ita tale tp̃s recipiet additionem & nõ recipiet additionẽ: additionem quidem, quatenus ponitur præteritũ abſq; futuro, aut futurum abſq; præterito: non recipiet vero additionem, quatenus illud ſequitur eſſe infinitum ſimpliciter. Propter hęc concludit Auer. q̃ cum ita ſit, erit generabile ipſum ens definito tpe, & nõ ens etiam finito tpe. & cum ens finito tpe & non ens finito tẽpore conuertantur: igitur in prima figura generabile & corruptibile conuertuntur. & tu intelligas omne generabile eſſe non ens finito tẽpore, vel ens finito tpe ſemoto prohibente: quod dico, ꝑpter formã, quæ tẽpore infinito poſt eſt gñabilis. Hæc.n. eſt non ens tẽpore infinito, ſed non per ſe, ſed ratione impedimẽti, vt diximus toties in hoc lib. Debes ſcire q̃ nec inductio valet, nec hęc rõ valet. Iductio quidẽ non. quia petit: hæc vero ratio minime, quia mũdus ſua natura non ſibi infinitudinem tp̃is limitat, ſed voluntate opificis. Verum animaduerſione dignũ, q̃ ſi teneamus oẽ gñabile & corruptibile eſſe tale propter materiam & contrarium, & q̃ deus & natura nihil fruſtra faciunt, erit tunc ratio Ariſt. demonſtratiua: ſic.n. tenendo inter ſemper ens & ſemper non ens, non põt eſſe niſi vnũ mediũ, videlicet generabile qđ eſt corruptibile. Non.n. dari põt generabile incorruptibile, quia oẽ generabile ꝑpter materiam & contrarium generatur, igitur eſt corruptibile: oẽ enim quod eſt corruptibile, non niſi materia et contrario corrumpitur. Nec põt dari corruptibile ingenerabile per eandem rationem, quia omne corruptibile eſt generabile, & ecõtra. Qđ ſi eſt aliquid corruptibile, igĩ q̃nq; corrumpetur, aliter fruſtra eſſet &, ſi eſt aliquod generabile, etiam aliquando generabitur, aliter Deus & natura feciſſent aliquid fruſtra? Hoc igitur ſupponendo ratio Ariſt. eſt demonſtratiua: ſed tenendo res poſſe fieri ſine generatione, & deſinere abſq; corruptione, vt Theologi tenent, ratio Ariſt. nulla eſt: ipſe.n. mundus incepit per creationem, & deſinere poteſt per reductionem in nihil. & ita poteſt eſſe aliquid factum, vt mundus vel anima, & non eſſe corruptibile.

Qualiter rõ Ariſ. demonſtratio eſt.

Sit inſuper E ingenerabile, Z vero ſit generabile, I aũt incorruptibile, T corruptibile. Oſtenſum eſt igitur Z T ſeſe mutuo ſeq. Quãdo itaq; ſic aliqua vt hęc diſponuntur, vt Z quidem & T ſeſe mutuo ſequentur. Inſuper E & Z, nulli eidẽ inſunt, ſed alterum omni ineſt. Similiter etiam I T. Neceſſe itaq; E I, ſeſe mutuo ſequi.

Expoſitio.

Hactenus q̃ generabile atq; corruptibile conuertantur probauit, nunc probat q̃ ingenerabile & incorruptibile conuertuntur, & ſumit tria. Primo quidem diſponit terminos, & inqt: {Sit inſuper E ingenerabile, Z vero ſit generabile. I autẽ ſit incorruptibile, T corruptibile. Hoc eſt primum. Secũdo ſumit q̃ ſi aliqua ſint ita diſpoſita, vt Z T, hoc eſt, vt generabile & corruptibile, illa ita conuertent, vt cõuertunt gñabile et corruptibile. Hoc dicit, ſed prius reſumit id quod probauerat dicens: Oſtenſum eſt igit̃ Z T ſeſe mutuo ſequi. hoc probatum eſt, itaq; ponit ſuppoſitionem & inquit{: Quando itaq; ſic aliqua diſponũtur vt hæc videlicet T Z quidem & T, hoc eſt, vt generabile & corruptibile, illa ſeſe mutuo ſequẽtur, vt ſeſe mutuo ſequebantur Z T: hæc eſt ſecunda ſuppoſitio. Tertia ſuppoſitio eſt, q̃ E Z nulli eidem inſunt, ſed alterũ omni, ſimiliter vt dictum eſt I T Eſt igitur tertia ſuppoſitio, q̃ ingenerabile, & generabile, ĩcorruptibile & corruptibile contradicunt, & de quolibet alterum eſt verificabile. His ſumptis infert concluſionẽ & inquit: neceſſe itaq; E I ſeſe mutuo ſequi. hæc eſt concluſio. Sic igitur ſumpſit tres ſuppõnes, vt mihi videtur, & cõcluſionẽ propoſuit.

In ſuppoſiti ꝑ ſpiciantur figura.

Sit enim ita, vt ad ipſum I nõ ſequatur E ipſum;

E igitur Z ſequetur: nam cuilibet aut ipſum E aut ipſum Z ineſt. At ſi ad illud I ipſum Z ſequitur. etiam T ad idem ſequetur: quare ad ipſum I T ſequetur. At impoſſibile eſſe ſupponebatur. eadem autem ratione & I ſequi ipſum E demonſtrabĩt. Nã ſeſe habet ingenerabile E ad ipſum Z gñabile, vt incorruptibile I ad corruptibile T.

His ſuppoſitis, probat concluſionem aſſumptam hoc mõ: Ad I incorruptibile ſequitur E ingenerabile, & econtra ad E ingenerabile ſequitur I incorruptibile. Igit̃ hæc mutuo ſeſe conſequuntur. Probat antecedens, & primo q̃ ad I incorruptibile ſequatur E ĩgenerabile, hoc modo; quia aut ſequitur ad ipſum I incorruptibile E ipſum ingenerabile, aut ſuum oppoſitum, videlicet Z generabile, de quolibet enim ſupponebatur alterum dici. Si ad illud ſequitur Z generabile, etiam ſequetur T corruptibile ad illud idem, quia ſupponebatur Z et T ſeſe mutuo ſequi. Igitur à primo ad vltimum, ad I incorruptibile ſequetur T, corruptibile, quod eſt impoſſibile. quare oportet vt ad I ipſum ſequatur E ingenerabile, & habetur prima pars; inquit: {Sit enim ita vt ad ipſum I nõ ſequatur E ipſum; hoc eſt, vt ad incorruptibile non ſequatur ingenerabile, igitur ad ipſum ſequetur Z, hoc eſt, generabile: nam cuilibet aut ipſum E, aut ipſum Z ineſt, vt ſuppoſitum eſt. At ſi ad illud I incorruptibile E ipſum Z generabile ſequetur ẽt T corruptibile ad idem ſequet̃. Quare à primo ad vltimum ad ipſum I incorruptibile T corruptibile ſequetur At impoſſibile eſſe ſupponebat̃, & ſic patet prima pars, q̃ ad I incorruptibile E ingenerabile ſequit̃. Deinde probat ſecundam, videlicet q̃ ad E ingenerabile, ſequatur I incorruptibile: nam ſi non, tunc ad ipſum ſequetur T corruptibile, & vltra etiam ad ipſum ſequetur generabile, quod eſt impoſſibile vt prius: inquit. {Eadem etiã ratione & I ſequi ipſum E demonſtrabitur. Nam ita ſeſe habet E ingenerabile ad ipſum Z generabile, vt incorruptibile ipſum I ad corruptibile T: quare vt ad incorruptibile I ſequitur E. ſic ecõtra ad E ipſum ſequetur I: et ſic patet totum antecedens, & per conſequens ſequitur hæc mutuo ſeſe conſequi. Auerro. autẽ aſſignat cauſam cur Ariſ. vſus ſit terminis ignotis, quam etiam in lib. priorum aſſignauit: & vult hoc eſſe factum, tum vt demõſtratio eſſet vniuerſalior ad omnes materias, tum quoq; vt demõſtratio cognoſcatur eſſe per ſe, & non talis ꝑpter materiam. Colligit vlterius Auerro. in litera regulam hanc, ſi fuerint duo termini cõtradictorĳ diuidentes quodlibet eos ſm verum, & falſum, & duo alĳ ſimiliter: ſi vnus vnius diuiſionis conuertitur cum vno alterius diuiſionis, etiã reliquus cum reliquo conuertetur. Hoc modo & in propoſito generabile, & ingenerabile diuidunt omne ens, ſimiliter corruptibile & incorruptibile: igitur ſi corruptibile & generabile conuertuntur, etiam ingenerabile & incorruptibile conuertentur. Hęc ex cõ. colligi poſſunt.

Expoſitio.

Quæ Auer. cõmen. 119.

Regula primi libri priorum.

H Dicere itaq; nihil prohibere genitũ aliquid incorruptibile eſſe, & ingenerabile aliquid corruptum eſſe, ſemel illo genito, hoc corrupto, refellere eſt aliquod eorum quæ data ſunt. aut.n. infinito aut quodam definito tempore omnia, aut agere, aut pati, aut eſſe, aut nõ eſſe poſſunt.

His diſputatis atq; ſuppoſitis, accedit ad refellendum poſitionem Platonis, & primo reſumit illam & inquit. {Dicere itaq; nihil ꝓhibere genitum aliquid incorruptibile eſſe, vt Plato dicit, qui mundum genitum facit, ſed incorruptibilem: & ingenerabile aliquid corruptum eẽ, vt idem plato, qui informitatem materiæ mundi ingenerabilem fecit, ſed tandem corruptam. Dicit autem hæc, qm̃ mundum incorruptibilem facit, ſemel illo genito: informitatẽ ingenerabilem, ſemel illa corrupta. Hæc duo

Expoſitio.

inquam

inquam dicere, refellere eſt aliquod eorum principiorũ quę data ſunt vt verę ſuppoſitiones. & primo deſtruitur illa ſuppoſitio, quæ dicit, cuiuslibet rei poſſibilis datur maximum tp̃s ſuæ poſſibilitatis. Hæc autem deſtructio eſt falſa, cuius rationem inquit.{ Aut enim infinito aut quodã definito tp̃e omnia, aut agere aut pati aut eſſe aut non eſſe poſſunt: & ſup. tu, cum non infinito tp̃e, igitur definito quodã tẽpore: & ſic falſum eſt dicere poſſibilitatem non habere maximũ tempus ſui eſſe vel ſui nõ eſſe. & ita deſtruit̃ vna ſuppoſitio, ſi Platonis opinio eſt vera.

Et infinito propterea, qui tempus infinitum aliquo modo eſt definitum, quo nõ eſt maius. Pręterea id quod aliqua ex parte eſt infinitum, neq; infinitum eſt neq; definitum.

Expoſitio. Poſſet aliquis cauillare, Platonẽ defendẽs dicendo eẽ dabile maximum tp̃s quo potẽtia exit ad actum, & illud eſſe tẽpus infinitum. vel, quod, id eſt infinitum ex vna parte tantum. Rñdet Ariſt. refellens hunc cauillum, & inquit{ Et infinito propterea, qa tp̃s infinitũ aliquo modo eſt definitũ, quo nõ eſt maius. & ſic ſi ſumitur tp̃s infinitum pro maximo, cauillũ dicit verum. Sed ſi ſumitur pro eo quo dato ſemper reſtat aliqd accipere, ratio adhuc ſtat inſoluta: q; videlicet non eſt venire ad vltimum tp̃s exitus potentiæ ad actum. Similiter rñdet ad ſecundum, & inquit. Præterea id quod aliqua ex parte eſt infinitũ, neq; infinitum eſt ſimpliciter neq; definitum: quare non põt dici maximum nec minimum tp̃s quo potentia exit ad actũ. Eſt igitur rñ Ariſt. hæc data poſitione Platonis poſſibile nõ haberet vltimum tp̃s poſſibilitatis. quia nõ eſt illud tp̃s infinitum: nam tp̃s infinitũ nec eſt maximũ nec minimum nec tp̃s finitum per Platonem: quare deſtruetur illud principium. Diſputant hic græci vtrum Ariſt. contradicat verbis Platonis, an intellectui, & confundunt omnia. Ego vero cum expoſitore ſentio hanc diſputationem nõ facere ad intellectum libri cœli. ſat enim eſt Ariſto. probare quod proponit, ſiue id ſit contra Platonem, ſiue non. Sed quonam modo defendi poſſit poſitio Platonis in fine dicetur.

Expoſitio. Qualis ſit gręcorum diſputatio.

Præterea cur magis hoc in ſigno corruptum eſt id quod antea ſemper erat, aut genitũ eſt id quod tempore infinito prius non erat? Nam ſi non magis in vno quam in alio, & ipſa ſunt infinita, perſpicuũ infinito tẽpore fuiſſe aliquod generabile & corruptibile. Quare aliquod infinito tempore poſſibile non eſſe & eſſe. Ipſum eſſendi enim atq; non eſſendi ſimul potentiam habebit: ipſum qdem prius ſi corruptibile eſt, ipſum vero poſterius ſi generabile. Quare ſi poſuerimus eſſe quæ poſſunt, ſimul cõtraria erũt.

Expoſitio. Secũdo arguit Ariſt. & ſupponit, oẽ illud quod requirit infinitudinem vna ex parte, eam requirit ex omni parte, & hoc inquit.{ Pręterea cur magis hoc in ſigno corruptum eſt id quod antea ſemper erat, vt infirmitas materiæ mundi: aut genitum eſt id quod tp̃e infinito prius nõ erat, vt mundus, qui apud Platonem tp̃e infinito fuit nõ ens, & poſtea cœpit eſſe? Ex his vult habere q; oẽ requirens infinitudinem tp̃is pro vna parte, requirit eam ſimpliciter ex omni parte: quia ex quo per ſuam naturam & per ſe requirit illam, non magis eam requirit ex vna parte q̃ ex alia, & ita p omni parte. Ex hoc ſuppoſito arguit̃ mundus requiſiuit potentiam ad eſſe tp̃e infinito à parte ante, igitur omni ex parte: & requiſiuit potentiam infinitam ad non eſſe à parte poſt tp̃e infinito, igit̃ omni ex parte: igitur ſimul habet potentiam eſſendi & non eſſendi. eſſendi quidem, quatenus à parte ante eam requirebat: non eſſendi vero, quatenus à parte poſt illã requirit. Igit̃ ſimpl'r ambas habet omni ex parte, & ſic ſimul actus contrarij in eodem, quia omne poſſibile reducitur ad actũ. inquit.{ Nam ſi nõ magis in vno q̃ in alio ſigno, & ipſa ſigna ſunt infinita, perſpicuũ infinito tp̃e fuiſſe aliquod generabile & corruptibile, vt mũdus eſt. Nam cum ipſe à parte ante habebat potẽtiã infinitã ad eſſe, omni ex parte habuit illam: & cum à parte poſt habet potentiam infinitã ad non eſſe, omni ex parte habet illam. igitur ſimul & ſemel habet ambas. Iquit.{ Quare aliquod infinito tẽpore eſt poſſibile non eſſe, & ſup. tu poſſibile eſſe. cuius cauſam ait:{ Quia eſſendi atq; nõ eſſendi ſimul potentiã habebit. non eſſendi quidẽ prius, ſi corruptibile eſt: eſſendi vero poſterius, ſi generabile. Quare ſi poſuerimus eſſe quæ poſſunt, ſil' contraria erunt. videlicet eſſe & non eẽ. vnde vis rationis eſt, Mundus requirit potẽtiam ad eſſe à parte ante infinitam, igitur à parte poſt tp̃e infinito, igitur mundus nunq̃ eſt nec erit. Vltra, mũdus à parte poſt requirit potentiã infinitam ad nõ eſſe, igitur omni ex parte, & per cõſequens infinito tp̃e ſimpliciter põt nõ eſſe, & ita infinito tp̃e ſimpliciter eſt: quia quod põt nõ eſſe, oportet ipſum eſſe: & ſic idem ſimul eſſe & non eſſe. Sed obijcies, à parte añ arguerẽ de potentia ad eſſe Socratis, quæ tp̃e infinito fuit ad formam Socratis hodie geniti. ſimiliter & de potentia ad formam in infinito tp̃e poſt generandam. Dici põt hanc potentiam eſſe à parte ante infinitam per accidens, propter impedimentum ſucceſſionis infinitæ eorũ quæ accidentaliter ordinantur. Ariſ. vero arguit in his quæ requirunt infinitudinem per ſe, qualiter eſt potentia ad eſſe mundi vel ad non eſſe, quæ nõ poſſunt impediri, cum ſit vnus numero in ſua ſpecie. Expoſitio autẽ Auer. nullo modo conuenit huic textui, cum nec textus ambarum translationum conuenerint.

Obiectio.

Solutio.

Quæ Auer. cõmen. 31.

Præterea & hoc in omni ſigno ſimiliter erit. quare eſſendi atq; non eſſendi tempore infinito potentiam habebit. At demonſtratum eſt hoc impoſſibile eſſe.

C Tertio arguit ſic: Omne quod eſt in omni ſigno ſimiliter infinito tempore ſimpliciter exiſtit: Mundus fuit in omni ſigno poſſibile eẽ à parte añ, & in omni ſigno poſſibile non eſſe à parte poſt: Igit̃ ſimul poſſibile eſſe & poſſibile non eſſe: de ratione tãgit minorem, & inquit.{ Præterea & hoc in omni ſigno ſimiliter erit. Hæc eſt minor. dat cõcluſionem & inquit.{ Quare eſſendi atq; nõ eſſendi tempore infinito potentiam habebit. At demõſtratũ eſt hoc impoſſibile eſſe. Hęc ratio non differt à prima ſm rem, niſi forſitan forma: quia hæc eſt categorica, illa hypothetica. Expoſitio etiã Auer. huic non cõſonat, ſicut nec arabicus textus cum græco.

Quæ Auer. commẽ. 32.

Præterea ſi actum potẽtia antecedit, vniuerſo tempore erat, quo & ingenitum vel etiã non ens erat, poſſibile tamen fieri tempore infinito. Simul igitur nõ erat, & potentiã habebat eſſen-

D di aliquãdo. & poſtea non eſſendi tp̃e infinito.

Expoſitio. Quarto arguit enthymematice ſic, ſi potentia ad eſſe mundi præceſſit actum eſſendi tp̃e infinito, tunc mũdus omni ex parte ſimpliciter tp̃e infinito fuiſſet non ens ingenitum, fieri tamen poſſibile: igitur ſimul nõ erat, & habebat potentiam eſſendi aliquando, & poſtea etiam habebat potentiam non eſſendi pro alio tempore. Hoc eſt impoſſibile, quia iam deducitur idem ſimul eſſe & non eſſe, inquit:{ Præterea ſi actum potentia antecedit tẽpore infinito à parte ante, vt Plato dicit, vniuerſo tp̃e erat illa potentia, quo tempore totũ & ingenitum erat, vel ẽt non ens. Similiter igitur non erat, & potentiam habebat eſſendi aliqñ vt pro certo tempore, poſt quod etiã habebat potentiam non eſſendi tp̃e infinito. & hoc habet pro impoſſibili: videtur enim impoſſibile vt mundus tẽpore vniuerſo ſit non ens, et poſſibile eſſe toto illo tẽpore, hoc ordine, vt ſit poſſibile eſſe pro aliquo tp̃e, & poſt eſſe in

illo tempore, hoc ordine, vt ſit poſſibile eſſe pro aliquo tempore, & poſt eſſe in illo tẽpore, poſſibile non eſſe in alio. Hoc autem pro tãto eſt impoſſibile, quia omnis potentia exibit ad actum niſi ſit impediens: quare potentia illa infinita, qua ſtetit ſub nõ eſſe, aliquando erit ſub eſſe, & cum fuit infinita ſimpliciter: igitur idem ſimul erit & non erit. Debes ſcire ꝙ oẽs hæ rationes ſundant in quibuſdam ꝓpoſitionibus, quarum prima eſt ꝙ potentia requirens per ſe pro exitu ad actum tp̃s infinitum ex vna parte, ipſum requirit pro omni parte, & ſic requirit illud ſimpliciter. Hæc declarata fuit pro tanto, quia nõ maior ratio eſt de vna parte q̃ de altera, & ita vel pro nulla vel pro ambabus partibus tp̃s illud requiret. Secũda, potentiæ ſeſe mutuo conſequuntur quemadmodum eſſe & nõ eſſe: nam cum res eſt, ceſſat potentia ad eſſe, & ſurgit potentia ad non eſſe: & econtra cum res non eſt, ceſſat potẽtia ad non eſſe, & ſurgit potentia ad eſſe, & ſic ſemper cũ vno actu ſtat potẽtia oppoſiti, & cum potentia oppoſiti ſtat actus oppoſitus. Quibus ſequitur tertia, ꝙ ſi quid habet ſimul potẽtiam ad eſſe & non eſſe, ipſum ſimul eſt & non eſt: quatenus.n. eſt potentia non ens, ipſum eſt: quatenus vero eſt potentia ens, ipſum nõ eſt: & ſic idẽ ſimul eſt & non eſt. Ex his rationes Ariſto. habent efficaciam. Si nanq; ipſe mundus tp̃e infinito à parte ante habuit potentiam ad eſſe per primam propoſitionem, etiam à parte poſt infinito tempore habebit potentiam ad eſſe vlterius: & ſimiliter ſi mundus à parte poſt habet potentiam ad nõ eſſe tempore infinito, igitur à parte ante etiam, igitur duæ potentiæ inſimul erunt in eodẽ, & ita duo actus, videlicet eſſe & non eſſe: & hoc eſt totum poſſe Ariſto. contra Platonem, vt mihi videtur.

Declaratio rõnũ. Ariſt.

Aliter etiam perſpicuum eſt, impoſſibile eẽ aliquid corruptibile eſſe quod aliquando non corrumpetur: erit enim ſemper et aliquid corruptibile, quod & actu nunquam corrumpetur. Quare ſimul erit poſſibile ſemper eſſe, & non ſemper eſſe. Corruptibile igitur aliquando corrumpetur. Præterea ſi quid generabile eſt, genitum eſt: poſſibile enim eſt genitum eſſe, & non ſemper eſſe.

Expoſitio.

Aliter contradicit Platoni, & primo proponit hoc, & inquit: {Aliter etiam perſpicuũ eſt, impoſſibile eſſe aliquod corruptibile eſſe quod aliquando non corrumpat. hoc proponit: deinde addit impoſſibile & inquit: {Erit enim ſemper & aliquid corruptibile, quod & actu nunquam corrumpetur. Quare ſimul erit poſſibile aliquid ſemper eſſe, quod quidem etiam nõ ſemper eſt, vel quod nunq̃ eſt: aut forte ſic, quare ſimul erit poſſibile aliquid ſemper eſſe, & non ſemper eſſe, vt deductum fuit in alijs textibus, propterea concludit: Corruptibile igit̃ aliquando corrumpetur. Vis igitur rationis (vt mihi videtur) eſt, ſi aliquod corruptibile nunq̃ corrumpetur, tũc aliquod erit ſemper corruptibile, quod actu nunq̃ corrumpetur: vltra, igitur aliquid erit poſſibile ſemper eſſe quod nunq̃ eſt, & ita poſſibile ocioſum. Vlterius idem probat de generabili, & inquit: {Præterea ſi q̃d generabile eſt, igit̃ eſt aliquando genitum: aliter poſſibile eſſet aliquod genitum eſſe, & non ſemper eſſe. hoc eſt, & nõ aliquãdo eſſe. ſic enim litera clara eſt. Debes ſcire ꝙ multa ſunt generabilia quæ nunq̃ generabuntur, veluti formæ quæ generabiles ſunt tp̃e infinito poſt hoc. Ariſt. vero intelligit per generabile, id quod eſt determinate generabile: omne enim generabile ꝓpter cauſas ſuę generationis determinatas neceſſario generabitur: per accidens autem, vt dixit Auer. nihil prohibet aliquid generabile eſſe, quod nunq̃ generabitur. Auer. vero habet tex. tranſpoſitos, propterea hoc cõmẽ. 133. Reſpondere poteſt textui græco illi: Dicere aũt nihil prohibere. Sed quicquid ſit de trãſpoſitione. Auer. In hoc cõmen. declarauit, omne per ſe generabile neceſſario generari: eſt.n. per ſe generabile, q̃d habet determinatas cauſas ſuę generatiõis, q̃ nec poſſunt impediri: per accidens vero generabile non neceſſario generabitur, quia impediri poſſunt cauſæ generationis. Animaduerſione dignum, rationes Ariſto. nõ valere ſimpliciter: ſi.n. teneamus ꝙ mundus ante ſui generationẽ ſiue productionẽ habuit potẽtiã ad eſſe tempore infinito à parte ante, non ex parte materiæ informis, ſed ex parte agentis, ita vt ſit poſſibile eſſe potentia in agente & non in materia, procuIdubio ceſſant rõnes. Fuit.n. poſſibile eſſe tp̃e infinito, non per ſe & ſui natura, ſed potentia in voluntate opificis: & propterea nõ ſequitur vt etiã à parte ante eandẽ habeat potentiam, ſed tanto tẽpore vero vel imaginario, quanto tp̃e Deus voluit. Similiter, ſi à parte poſt tempore æterno permanet, ꝓculdubio non virtute exiſtente in ipſo, quia ſic etiam à parte antę permãſiſſet, ſed virtute exiſtente in opifice: & ſic rationes Ariſt. non ſimpliciter demonſtrant. Sed ſi teneatur poſitio Platonis ꝙ ante genituram mundi, præceſſit potentia ad eſſe tempore infinito tam ex parte agentis, q̃ ex parte materiæ informis, quam fingit Plato mundum præceſſiſſe, rationes Ariſt. ſunt demonſtratiuæ. Illa nãq; potentia cum fuiſſet: per naturam intrinſecam mundi, ẽt omni ex parte fuiſſet & ita omni tẽpore mundus ob illã potentiã eſſet poſſibile eſſe, & ſimiliter quia etiã ſuapte natura eſt poſſibilis non eſſe ob eandem materiam, iure omni tempore haberet potentiã ad eſſe, & potẽtiã ad nõ eſſe, & cum deus & natura nihil fruſtra egerint, erit quãdoq; tp̃s in quo mundus ſimul eſt & non eſt. Diſputare vero an hæc ſit poſitio Platonis, aut illius verba, vt Alexan. & Simplicius diſputant, videtur parum facere ad intellectum veritatis & præſentis libri, vt recte dicit expoſitor. Hoc enim dimitto vacuis negocio.

Quæ Auer. comme. 136.

Quales rationes Ariſt.

Non quis dicat, ſed quid dicat ſpectandum eſt.

Poſsumus autem & hoc contemplari modo impoſsibile eſse: aut ſi genitum aliquando aliquid eſt, incorruptibile eſse: aut ſi ingenerabile eſt, & antea ſemper erat, corrumpi.

Expoſitio.

Hoc eſſe poteſt quarta ratio: verum primo proponit iterum id quod vult probare & eſt concluſio textus hæc, nullum quandoq; genitũ eſt incorruptibile. itemq; nullum ingenitum ſiue ingenerabile põt aliquando corrumpi. inquit: {Poſſumus autem & hoc contemplari modo impoſſibile eſſe, aut ſi genitum aliq̃n aliquid eſt, incorruptibile eſſe, & hoc procedit contra Platonem, qui mundum genitum ait eſſe, nũquam tñ interiturũ. deinde ponit ſecundam partem concluſionis, & inquit: {Aut ſi ingenerabile ſiue ingenitum eſt, & antea ſemper erat, etiã impoſſibile eſt corrumpi. Hæc etiam pars eſt cõtra aliud dictum Platonis, dum dicit informitatem materiæ ingenitã eẽ, corrũpi tñ in genitura mũdi. Hęc eſt concl̃o tota.

Nam nullum incorruptibile, nullum quoq; ingenerabile caſu eſſe poteſt illiuſmodi: q̃d.n. caſu eſt atq; fortuna, id ꝓfecto aut eſt aut fit p̃ter ſemper & plerunq;. At ea cum tp̃e aut omni ex parte, aut aliqua ex parte infinito, aut ſemp̃, aut plerunq; ſint talia, erunt profecto natura talia.

Expoſitio.

Propoſitam concluſionem probat, & primo probat ꝙ talia incorruptibilia & ingenerabilia nõ poſſunt caſu vel fortuna generari vel corrumpi: & debes ſcire ꝙ per incorruptibile intelligit mundum ſemper permanſurũ, & per ingenitum intelligit informitatem nunquam genitam. Eſt igitur ſenſus concluſionis probandæ, informitas ingenita non eſt poſſibilis corrumpi caſu, ſed natura, mundus ſemper manens non eſt poſſibilis corrumpi caſu, ſed natura. & ſyllogiſmos eſt, hæc ſunt poſſibilia generari vel corrumpi infinito tp̃e. ingenitũ.n. illud chaos tp̃e

infinito

infinito eſt poſſibile corrũpi, incorruptibile etiã vt mundus tempore infinito poteſt corrũpi, & ſic hæc ſunt poſſibilia generari vel corrumpi tempore infinito. Quæ tempore infinito ſemper vel plerunq; ſunt poſſibilia generari aut corrumpi, nec caſu, nec fortuna ſunt: igitur hęc nec caſu, nec fortuna erunt poſſibilia generari, aut corrumpi. proponit concluſionem, & inquit. {Nam nullum incorruptibile, nullum quoq; ingenerabile caſu eẽ poteſt, ſuppleui ex græco illiuſmodi, verbi cauſa, ingenerabile poſſibile corrumpi, vt informitas: incorruptibile ſiue incorruptũ tempore infinito manens ens, vt mundus corrumpi poſtea. Hęc eſt concluſio. Deinde ſumit maiorẽ, & inqt. {Quod enim caſu eſt atq; fortuna, id profectò, aut eſt, aut fit pręter ſemper atq; plerunq;, hæc eſt maior. minor eſt, ingenitum poſſe corrumpi, & manens ſemper incorruptum poſſe corrumpi eſt aut tempore infinito ſimpliciter omni ex parte, aut tempore infinito vna ex parte, & ſic aut ſemper aut plerunq;, hanc ponit dicens, at ea cum tẽpore aut oĩ ex parte, aut aliqua ex parte infinito ſint talia aut ſemper, ſi ſimpliciter tempore infinito ſint poſſibilia generari vel corrumpi, aut plerunq; ſi aliqua ex parte tempore infinito ſint talia. Dat concluſionẽ, & inquit. {Erũt profectò natura talia, & non caſu vel fortuna. Aiaduerte q; refert, ingenitum corrumpi, & eſſe corruptibile: informitas. n. materiæ mundi, quæ ingenita fuit, nec ſemp, nec frequenter fuit corrupta, ſed ſemel, fuit tamen poſſibilis corrumpi, aut ſemper ſi tempore infinito ex vtraq; parte fuit poſſibilis corrumpi, aut frequenter, ſi ex altera parte fuit poſſibilis corrumpi. Ariſ. igitur probabit ingenitum poſſe corrumpi non fuiſſe caſu vel fortuna, ſed natura, & nõ probauit ipſum corrumpi fuiſſe natura, q̃a licet vtrũq; ſit verum, tamen ratio Ari. facit ad primum intellectum, aliter minor eſſet falſa, & hoc non intelligũt Expoſitores.

Quo vero ad verba attinet, debes ſcire q; per verbum illud incorruptibile intelligit ſemper manẽs incorruptũ, & per ingenerabile intelligit ingenitum, & ſic litera clara eſt. Adhuc debes ſcire q; illa verba, at ea cum tempore ſcribitur in græco in numero ſingulari, ego vero tranſtuli in numero plurali, vt concluſio conueniret propoſitionibus. Sic igitur eſt concluſio Ariſt. hęc, nullum ingenitũ caſu vel fortuna poteſt corrumpi, nullum quoq; incorruptum ſemper manens caſu vel fortuna poteſt corrumpi, & per conſequens. hæc ſunt talia à natura.

Quare interdum eſſe, interdum nõ eſſe dicunt: talium nanq; eadem potẽtia eſt contradictionis: & vt ſint & vt nõ ſint, materia cauſa eſt: quàre oppoſita ſimul actu eẽ neceſſe eſt.

Expoſitio. Hactenus concluſit ingenitum poſſe corrumpi, & genitum ſemper manens poſſe non eſſe, natura eſſe aut fieri, cui adde hanc maiorem, ſed quęcunq; natura aut ſunt aut fiunt, poſſunt eſſe interdum aut nõ eſſe interdum. Cuius rationem ſubſcribit, dicens, talium nanq;, quę ſunt à natura eadem potentia eſt contradictionis, & vt ſint & ut non ſint materia cauſa eſt. demum repetit concluſionem principalẽ dicẽs: {quare oppoſita ſimul actu eſſe neceſſe eſt, quæ conſequẽtia quonam modo valeat, iam deduximus ſæpe. Similiter quo modo deducatur ex dictis, etiam declarauimus. Aiaduerte verbũ illud, quare in græco nõ eſſe, ſed ſubieci ob faciliorẽ verborum intellectũ. Quæ vero dicit Auer. hic. ſunt penitus infructuoſa, nec ad literæ explanationem, nec ad q̃õnis dilucidationem faciunt. (Quæ Auerr. cõ. 154. 155. & 156.)

Dubitatio. Sed ambiges forte & bene, quia videtur hæc conſequentia nulla, videlicet talia ſunt in potentia ad vtrunq;, videlicet ad eſſe & non eſſe, igit̃ erũt in eodẽ cõtraria inſimul, videlicet eſſe, & non eſſe. nam Socra. ſtans eſt in potentia ad ſedendum & ad currendum, & tñ nunq̃ ſimul ſedet & curret. Solutio. Dici põt non eſſe ſimile hic & ibi. Socrates. n. eſt in potentia ad currendũ & ſedendum diuerſis temporibus, pro quanto finito tempore eſt in potẽtia ad vtrunque. At in illis eodem tempore potentia eſt ad vtrunq;,

A quia tempore infinito ex vtraque parte, & ſic ſequitur illa in talibus ſimul eſſe.

Verumtamen neq; dicere verum eſt nunc eſſe, ſi fuerit res in anno præterito, neq; in anno præterito tem fuiſſe, ſi nunc ſit. Impoſſibile igitur eſt id quod aliquando fuit non ens, poſterius ſempiternum eſſe: habebit enim poſterius & non eſſendí potentiam.

Remouet cauillum, nam dici poſſet id incorruptibile quod eſt genitũ veluti eſt mũdus ipſe, habet potentiã ad non eſſe, non q̃dem in futurũ, ſed reſpectu præteriti. Silr etiã id quod eſt ingenitũ, ſed corruptibile vt materiæ iformitas, habet potentiã ad eẽ reſpectu p̃teriti. Cõtra obijcit dicẽs, {verũtamen neq; dicere verũ eſt nunc eſſe, ſi fuerit res in anno p̃terito, & ita ſi potẽtia ad eſſe vel non eſſe fuerit in anno p̃terito, non ꝓpterea eſſe cauſa nũc verum erit: vñ & ſi potẽtia ad ſedendũ fuit hæri in Socrate, nunc cũ ſedet, non eſt amplius verũ dicere eſſe in potẽtia ad ſedendum. Neq; eſt verũ dicere in anno p̃terito rem fuiſſe, ſi nunc ſit, vt ſi nunc ſit Socrates in potẽtia ad ſedendum, hęri ẽt fuiſſet, quia hęri ſedit, & ita patet genitum incorruptibile qualis eſt mundus, non eſſe in potẽtia nunc ad nõ eſſe, dato q; elapſo tẽpore fuerit in potentia ad illud, nec ingenitum corruptibile eſt in potentia nunc ad eſſe, dato q; pręterito tp̃e fuerit in potentia ad illud. Demum concludit principalẽ concluſionẽ, non q̃dem ex modo dictis, ſed ex dictis iam, & iquit, {impoſſe igit̃ eſt id quod aliq̃n fuit non ens vt mundus, ipſe poſterius ſempiternum eſſe, quia habebit poſterius potentiã non eſſendi, quia cũ non fuit, potentiã habebat ad eſſe, & poſtq̃; eſt, ceſſat potentia ad eſſe, & ſurgit potentia ad non eſſe: ſunt. n. potentiæ ſibi mutuo ſuccedentes veluti & actus, & ſic patet concluſionem hanc non ex proximo dictis ſequi, ſed ex dictis olim de potentia & actu. Hæc Ariſto. (Expoſitio. Cauillum. Refutatio.)

C Præterea hæc potentia non eſt ad non eſſe tunc: eſſet enim id actu aliquãdo, quod tamen fuit in priore, atq; pręterito tempore. Si igitur id actu pręſens ſit, quod poſſibile eſt: erit profectò verum dicere nũc eſſe: ſi tranſacta in anno non eſſe dicatur: at impoſſibile eſt: nulla nanque potentia eſt reſpectu ipſius fuiſſe, ſed reſpectu eſſe, aut fore.

Expoſitio. Siquis vult ſequi ſeriem gręcam, & verbũ verbo reddere, quid Ariſto. hic velit, non intelliget, videtur igitur mihi Ariſ. deſtruere conſequens inductum, aut cauillum tactum: dicebatur. n. mundum habere potentiam ad non eſſe, non quidem futurum, ſed pręteritũ, & hæc ratio non differt à prima, niſi quia hæc eſt hypothetica & manifeſtior, & p̃mo proponit vim rõnis, dicens, p̃terea hæc potentia non eſt ad non eſſe tunc. q. d. nulla potẽtia eſt reſpectu p̃uationis quę fuit in pręterito. Hoc proponit. D Quo vero ad verba attinet, debes ſcire q; pars hæc græce ſic ſcribit̃ ὑπάρχει γὰρ ἐνεργείᾳ ὄν, ἀλλὰ τοῦ πέρυσιν καὶν τῷ παρελθόντι χρόνῳ & ſi verbum verbo reddis, non habet ſenſum, mihi tamen viſus eſt eius ſenſus vt dixi. Tu vero qui græce ſapis, dĳudica, hoc probat ex eo quia res præterita eſſet aliq̃n præſens. Tenet conſequentia per illam cõem animi conceptionem nẽ poſſibile erit q̃ñq; de ineſſe, & hoc inqt. Eſſet. n. id actu aliq̃n, quod tñ fuit in priore atq; pręterito tempore, & ita præteritum eſſet q̃ñq; præſens.

Quo vero ad gręca verba attinet, debes ſcire q; hęc verba non ſic leguntur in gręco, q̃a verbũ verbo reddẽdo ſic legunt̃: eſt. n. actu ens, ſed in anno priore atq; p̃terito tp̃e. Quod cũ difficile ſit, aptaui modo illo. Tu vero ſi græce ſapis conſydera. Demũ quaſi epilogando totũ ſyllum, inquit, ſi igit̃ id actu pręſens ſit, quod poſſe eſt, hoc eſt ſi oẽ poſſibile q̃ñq; eſt actu p̃ſens, erit profectò verum dicere

nunc eſſe aliquid ſi tranſacto in anno, non eſſe dicatur. Et ita erit verum dicere quod iam non eſt, fieri præſens, & eſſe actu. deſtruit hoc, dicens, at impoſsibile eſt, cuius cauſam repetit, dicens: nulla nanq. potentia eſt reſpectu ipſius fuiſſe, ſed reſpectu eſſe, aut fore, eſt igitur vis rationis, ſi potentia eſt ad priuationem præteritam, tunc illa priuatio quandoque erit præſens, quoniam omne poſsibile quandoque erit de ineſſe. Hæc mihi videtur huius loci, & interpretatio, & expoſitio: ſunt.n. mihi textus hi, & Græcè & Latinè difficiles, quos quidem interpretando, fateor ingenuè mihi ipſi nõ ſatisfacere. Auer. nanq. (Quę Auer. cõm. 138.) q̃q; non ad rem, tamen in cõm. 138. aliter arguit contra Platonem, & ſupponit duo, primum ꝙ omne ſempiternum ſuapte natura eſt tale: cum.n. ipſum non ſit tale, aut caſu, aut fortuna eſt tale, quod eſt impoſsibile, nã caſuale & fortuitum non diu permanet: deſinit.n. citò, quia innaturaliter ſtat in materia illius, ideo ſempiternum tale eſt natura. Secundo ſupponit trifariam eſſe rei naturã, aut ſemper entis, aut ſemper non entis, aut quandoq; entis, et quandoq; non entis. Ex his arguit, ſi æternum eſſet corruptibile, tũc natura contingens verteretur in neceſſariam, ſimiliter econtra, ſi genitum eſſet æternum, natura contingens verteretur in neceſſariam, quæ ſunt contra ſuppoſitiones. Hæc colligi poſſunt, licet nõ multum ad propoſitum. Animaduerte tamen Platonicos negaſſe diuiſionem illam naturæ: ſunt.n. multò plures, vna ſemper entis vtraque ex parte, alia ſemper entis altera ex parte. Alia ſemper non entis vtraq; ex parte, alia ſemper non entis aliqua ex parte, alia entis quandoque, & non entis quandoq;, propterea hæc ratio Auer. non demonſtrat.

Simili verò rõne & ſi id quod prius erat ſempiternum, poſterus non ſit. Nam ſi poſſe ineſſe ponimus: verũ erit profectò dicere id nũc eſſe, qđ priore in anno atq; præterito oĩno tp̃e fuit.

(Expoſitio.) Hactenus confutauit cauillum de re ſempiterna in futuro, quæ dicebatur poſsibilis non eſſe, quia q̃nq; in præterito fuit non ens, nunc confutat cauillum de re ſempiterna à parte antè, qualis eſt illa informitas materiæ mũdi: dici.n. poteſt à cauillatore, poſt informitatis corruptionẽ adhuc remanere potentiam ad eſſe, non quidem quod eſt vel erit, ſed ad eſſe, quod fuit illius informitatis, & ita cõceditur informitatem nunc corruptam, habere potentiã ad eſſe, non quidem præſens aut futurum, ſed præteritũ, & hoc proponit dicens, ſimili verò ratione, ſup. eſt ſpoſſe & ſi id quod prius erat ſempiternum, poſterius non ſit, ſup. dicatur habere potentiam ad eſſe, non quidem pñs, aut futurum, ſed præteritum, quod iam habuit. & quod ſimili modo ſit impoſſe probat dicens: nam ſi poſſe ineſſe ponimus, verum erit profectò dicere id nunc eſſe, quod priore in anno atq; præterito oĩno tempore fuit. Nam ſi informitas nunc corrupta habet potentiam ad eſſe præteritum, quod olim habuit, & poſſe q̃nq; ponetur de ineſſe, proculdubio illa informitas iã corrupta redibit, & cum ipſa ſit ſempiterno tp̃e non ens à parte pòſt, erit profectò ſimul ens, & non ens, ens quidem per reductionem poſſis ineſſe, non erit verò ens, quia ponitur ſp̃ non ens à parte pòſt. Hæc mihi videtur expoſitio huius loci, tamẽ non mihi ſatisfacio: ſunt.n. omnes hi textus obſcuriores, hæc Ariſt. contra Platonem logicè, aut metaphyſicè.

Naturaliter etiam & non vniuerſaliter ſi cõſideremus, impoſsibile ſanè videbitur, aut corrumpi poſterius, quod ſempiternũ prius erat, aut poſterius ſempiternum eſſe, quod prius nõ erat: corruptibilia.n. & generabilia, & alterabilia cuncta contrariis alterantur: corrũpunturq; & ab his ipſis, quibus natura conſtat.

(Expoſitio.) Hactenus contra Platonem rationibus logicis, aut cõmunibus proceſsit, nunc ratione naturali, quæ huic libro E conuenit vult procedere, & eius ratio ſic componitur; quæcunq; generantur aut corrumpuntur contrariis alterantur, at mundus contrariis non alteratur, nec informitas illa, igitur nec mundus eſt genitus, nec informitas illa eſt corrupta, inquit. Naturaliter etiam & non vniuerſaliter ſi conſideremus impoſſe ſanè videbitur, aut corrumpi poſterius, quod ſempiternum erat, & hoc contra informitatem, aut poſterius ſempiternum eſſe, quod prius nõ erat, & hoc contra mundũ. Hæc eſt concluſio. Deinde ſumit maiorem, & inquit, corruptibilia.n. & generabilia & alterabilia cuncta contrariis alterantur, corrumpunturq; & ab his ipſis, quibus natura conſtãt. Hæc eſt maior, cui addita dicta minore, patet concluſio. Hęc eſt ratio Ariſt. quam naturalẽ vocat. Auer. verò ait hanc rõnem eſſe (Quę Auer. cõm. 140.) naturalem, quia vtitur naturalibus principiis, vt illo. ſ. oẽ quod generatur, generatur à ſuo ſiſi, & oẽ quod corrumpitur, corrumpitur à contrario. Illã verò fuiſſe logicam, quia vtitur definitione poſſis, quæ eſt dicta et declarata in F logica. Tunc docet Auer. per rõnem hanc naturalem, ꝙ oẽ generabile ſit corruptibile, hoc modo: Oẽ habens contrarium eſt corruptibile, oẽ generabile habet contrarium, igitur eſſe generabile eſt corruptibile. Secundo docet per eandem rõnem, oẽ corruptibile eſſe generabile, nã oẽ habens ſimile eſt generabile, oẽ corruptibile habet ſiſe, igitur oẽ corruptibile eſt generabile. Ex his probat nullum genitum eſſe æternum, & nullum ęternũ eſſe corruptum. primum quidem, quia oẽ genitũ eſt corruptibile per primũ ſyllogiſmũ. ſecundũ verò, quia omne corruptibile fuit genitum per ſecũdũ ſyllogiſmũ, & demum concludit mundum generari non poſſe, nec corrũpi, quia ſi generaretur, fieret ex alio mũdo, nã generatio vnius eſt corruptio alterius, primo de Generatione. Si verò corrũperetur, remaneret alius mũdus, quia corruptio vnius eſt generatio alterius. Hæc ex commento colligi poſſunt.

G

Quæſtio.

An Anima Rationalis ſit perpetua, poſitis principiis Philoſophi

SEd circa finẽ huius libri occurrit quæſtio nõ parua, vtrum ſtet cum principiis Ariſt. hic traditis, rationalis animæ poſt mortem perpetuitas, dico cum principiis Ariſt. hic poſitis, quia vtrum hæc ſit mens Ariſt. vbiq; eſt alia quęſtio, dico etiam cum principiis Ariſt. quia nullus de concluſione ipſa in ſe debet dubitare: demonſtrauimus enim in lib. de Intellectu potiſsimis ferè rationibus ipſam eſſe perpetuã à parte pòſt. Quæſtio igitur perſtringitur ad præſentes rõnes, quas Ariſt. contra Platonẽ erexit. Aliqui de quæſtione hac aſſerunt animæ poſt mortem perpetuitatem repugnare principiis Ariſt. hic, vtuntur autem hac breui rõne, quia principiũ eſt Ariſt. cõtra Platonem, oẽ quod incępit deſinere q̃nq;, & pro hac parte volo oĩum rõnum Ariſt. vires hic breuibus reſumere. Quarum prima fuit, actus & potentiæ circa idem ſibi mutuò ſuccedunt, potiſsimum ſi potentiæ ſint ad eſſe & non

H eſſe. Ex hac arguo, rationalis anima ante eius creationem fuit ſub non eſſe, & tunc ſub potentia ad eſſe, igitur cum ipſa eſt ens, ceſſat potentia ad eſſe, & ſurgit potentia ad non eſſe. Sed oẽ poſſe non eſſe eſt corruptibile apud Ariſt. hic: igitur rationalis aĩa eſt corruptibilis, & cũ oẽ corruptibile q̃nq; deſinat, rationalis igitur aĩa q̃nq; deſinet. Ex alia ratione Ariſt. ſecundo arguitur, aut rõnalis aĩa ſua natura eſt neceſſaria, aut contingens, ſi neceſſaria, igitur ex vtraq; parte æterna: fuit.n. apud Ariſt. principium, ꝙ oẽ neceſſariũ exigẽs tempus æternũ vna ex parte, exigit illud oĩ ex parte. Si verò ſit contigens, eſt aliud principium, oẽ contingens habet maximũ tẽpus ſuæ permanentiæ, igitur rationalis aĩa ſi ſit contingens, q̃nq; nõ erit. Ex tertia Ariſt. rõne arguitur tertio, rõnalis aĩa, aut eſt ſp̃ ens, vel ſemper nõ ens, aut q̃nq; ens, & q̃nq; nõ ens: nec dici põt eſſe ſp̃ ens, quia tunc oĩ dr̃ia tp̃is ens, nec ſp̃ nõ ens, quia tunc oĩ dr̃ia tp̃is non ens. Quare q̃nq; ens

& q̃nq;

& qſq; non ens, & ita non perpetua. Ex quarta Ariſt. rõne arguo quarto, oẽ poſſe ab intrinſeco & ab extrinſeco eſt corruptibile, vt Ariſt. dixit, aĩa rõnalis eſt poſſis ab intrinſeco, quia poteſt recipi in materia, & ab extrinſeco rõne agentis, igitur non perpetua. Ex quinta Ariſt. ratione arguo quinto, oĩs natura aut neceſſaria, aut contingens, aut impoſſis, rõnalis aĩa eſt quædam natura, & non impoſſis, nec natura neceſſaria, igitur natura contingens. Et ita non perpetua. Sexto arguo ex his quæ Ariſt. dixit contra Anaxagoram & Empedoclem, contra Anaxagoram quidem ſumpſit, qñ alicuius compoſiti remanent oẽs partes eſſentiales vt materia & aĩa, igitur idẽ numero homo poſſet redire, concluſio eſt impoſſis, et nõ pro maiore, quia illa fuit Ariſt. contra Anaxagoram, igitur pro minore, & non pro materia, quia illa apud Ariſt. eſt perpetua, igitur pro rationali aĩa, quare ipſa poſt mortẽ remanere non poteſt. Contra Empedoclem verò, quia ſumpſit, nihil eſſentialiter corrumpi, cuius eſſentiales partes oẽs remanent. Tunc addo, ſed per te aĩa & materia remanent poſt mortem, igitur homo non corrũpitur, quare oportet vt anima rõnalis corrũpatur, ſi homo debeat corrumpi per ſe. Ex oĩbus his argui poteſt, aut Ariſt. per eiuſmodi rationes voluit habere mundum eſſe æternum vtraq; ex parte, vel tñ q ipſe non incępit per verã generationem, nec deſinet per veram corruptionem. Si voluit habere (vt dicit expoſitor) ſolum mundum nõ incępiſſe per veram generationem, nec corrumpi per verã corruptionẽ, tunc in principio ſecundi non debuiſſet concludere ipſum eſſe ſempiternum ſimplr per carentiã principii & finis. Si verò per eiuſmodi rõnes voluit habere ipſum mundum eſſe ſimpliciter æternum ex vtraq; parte ſequitur aĩam, aut eſſe genitã & mortalem, aut eſſe æternam ſimpliciter oĩ ex parte. Quare videtur non poſſe ſtare cum Ariſt. rõnibus, & principiis hic aĩæ poſt mortem perpetuitatem. Et hanc partem illi apertè vbiq; cõcedunt. Albertilla quoq; & Heſberus & multi Logici: aſſerunt. n. aĩæ rõnalis immortalitatem non cõuenire principiis & rõnibus Ariſt. hic contra Platonem aſſumptis, & etiam nec alibi. Sed pace horum dixerim, hæc non ſunt neceſſaria, nec Ariſt. poſitionem ſapiunt. Nam non videtur fas Ariſt. ſibiipſi alibi contradicere, & ita errãr. primò, quia huic poſitioni Ariſt. alibi contradicit. ſecundo, quia perpetuitas aĩæ poſt mortem põt ſtare cum rationibus Ariſt. contra Platonem hic & alibi. Et q Ariſt. huic contradicat alibi, tranſigamus. Inquit in de Generatione Aĩalium lib. 2. cap. 10. reſtat igitur vt mens ſola extrinſecus accedat, & quæ ſola diuina ſit: nihil. n. cum eius actione cõmunicat actio corporalis. hæc Ariſt. ecce quomodo non per viam naturalem atq; generationem eam fieri narrat. Et. 12. Meta. lib. inquit. Si autem aliquid manear. poſterius perſcrutandum eſt, in quibuſdã enim nihil prohibet, vt ſi eſt aĩa tale, non oĩs, ſed intellectus, oẽ nãq; impoſſibile eſt forſan, hæc Ariſt. Ecce quam expreſſè eã remanere poſt mortem ait, & ita habes duo. Et eam incipere per alium modum, q; per ſemen & generationem, et eam non corrumpi ſimul cũ corruptione corporis, quod etiam in lib. de Aĩa ſecundo indicat, dicens. & hoc ſolum contingit ſeparari vt perpetuum â corruptibili. Simplicius verò & Auer. qui tenent rõnalem aĩam ſimul cũ corpore incipere, ſimulq; cum eo deſinere, Ariſt. verba gloſſant: aiunt. n. rõnalem aĩam eſſe quid conſtitutum ex parte ſenſitiua ex ſemine traducta vti ex materia, & intellectu deforis accedente ſiue nouiter copulato illi vti ex forma. Fingunt. n. in commentationibus libri de aĩa, intellectum ipſum poſſe dupliciter conſiderari, aut quo ad eſſe intẽtionale, & hoc modo eſt vnus numero æternus a parte ante, & â parte poſt. Alio modo quo ad eſſe reale, & ſic eſt pars & forma, pars quidem animæ rationalis, quę conſtituitur ex ipſo & parte ſeminaria, quæ eſt perfectiſſima ſenſitiuarum, forma verò hoĩs, quã mediante illa ſenſitiua hoĩ eſſe præbet intellectuale. Præbendo. n. eſſe & copulando ſe illi ſenſitiuæ, præbet eſſe ipſi hoĩ, verba igitur Ariſt. in lib. de Aĩalib⁹ intelligunt de intellectu ipſo: hũc enim Ariſt. ait deforis accedere, nã diſpoſita materia, & in illa inducta per agens naturale ſenſitiua parte, mox intellectus accedit, et illi copulatur, vna cum ea aĩam rõnalem faciens, & corpus conſtituens, diſſoluta verò materia, & ſenſitiua aĩa, rõnalis aĩa ſoluitur, intellectus remanet ſm ſe perpetuus, et ita intelligunt verba. 12. Metaph. & lib. ſecundi de Aĩa. Sed pace horum dixerim, hæc videtur fictio, vt multis rõnibus in lib. de Intellectu demonſtrauimus, & nunc aliquantulũ demonſtremus. Primò, quia Ariſt. in lib. de Aĩa: primò perſuadẽs aĩam ſimul cũ corpore non corrumpi, inquit, quare ſenium non eſt in ſuſtinendo aliquid aĩam, ſed veluti in ebrietatibus, & infirmitatibus, ecce quo modo non de intellectu, ſed de aĩa loquitur, nam de aĩa concludit intentum ſuum. Præterea in calce eiuſdem primi de aĩa, inquit, & ipſa quidem ſeparatur â ſenſibili principio, ſenſum tñ nullum ſine hoc habet, ecce quo modo de rõnali aĩa ipſa loquitur, & non de intellectu. Præterea apud Ariſt. interdum intellectus & rõnalis aĩa idem ſunt, in. 2. de Aĩa, inquit, aĩa eſt hæc, qua viuimus & ſentimus & mouemur & intelligimus, modo niſi rõnalis aĩa non eſſet intellectus, ea non intelligeremus. Præterea, ibidem Ariſt. vocat intellectum alterum genus aĩæ, ſepararią; ſolum, veluti perpetuũ â corruptibili, & ita vult intellectum eſſe aĩam, licet alterius rõnis ab aliis aĩabus corruptibilibus. Multas alias auctoritates Ariſt. ſcripſimus in libro noſtro de Intellectu, & potiſſimum ex lib. quem Ariſto. de Natura Deorum inſcripſit quem fortaſſe in hoc primo extra circulares rationes appellauit. Quod igitur illi contradicant Ariſt. alibi, per hæc pauca, nunc ſatis. Quod verò animæ immortalitas poſſit ſtare cum rõnibus Ariſto. declaremus, vbi primò animaduerſione dignũ, ea quæ fiunt eſſe in duplici dñia. Quædam ſunt compoſita, quædam ſimplicia, cõpoſita quidem oĩa apud Ariſt. non fiunt, niſi præſuppoſita materia, & per conſequens nõ niſi per verã generationẽ: non. n. Ariſt. 7. Meta, & alibi nouit compoſita poſſe fieri niſi per hoc q forma extrahitur de potentia materiæ ad actum â miſto cum materia. Simplicia verò vt rõnalis aĩa, & cœlorum aĩæ, & id genus nouit fieri poſſe nõ præſuppoſita potentia materiæ de qua extrahuntur, ſed ſolũ præſuppoſita materia, in qua recipiuntur: rõnalis. n. aĩa ipſa nõ ſit præſuppoſita potentia ex qua educiẽ ab agente naturali. Sed præſuppoſita potentia in qua inducitẽ, veluti formæ artificiales præſupponunt materiã in qua, & non ex qua: entia. n. naturalia in quibus tales formæ recipiuntur, nec inclinantur ad illas, nec cõtradicunt, & hac ratione dicitur in qua. at potentia ex qua, illa dicitur, quę inclinatẽ ad id quod in eius ſubto induciẽ, veluti reſpectu formæ ignis, & id genus. Qua rõne ſit, vt hęc non per generationem fiant. Proptereà videmus Ariſt. factionẽ talium nunc acceſſum vocaſſe, vt in lib. de Generatione aĩalium, mentem foris accedere dixit. Nunc verò iuſſum Dei, vt in lib. de Proprietatibus elementorũ, inquit, ſpiritum vitæ venire iuſſu Dei: hic. n. Dei iuſſus, eſt aĩę ipſius ꝓductio. Interdũ appellauit illã dependentiã: inquit. n. in. 12. Meta. Deus eſt aĩal ſempiternum â quo cœlum & tota natura dependet. Auer. vbiq; appellauit talium ſimplicium productionẽ, generationẽ æquiuocè. Theologi creationem, & alii aliis modis innumeris. Sed quicqd ſit de verbis ipſis, vr̃ de mente Ariſt. bifariã eſſe modum generationis, alterũ quidẽ quo cõpoſita ipſa generantur, quẽ verã generationẽ eſſe ait, eiuſq; oppoſitũ verã corruptionem. Alterum verò quo ſimplicia ipſa producuntur, & hunc ſiue acceſſum, ſiue iuſſum, ſiue depẽdentiam ſiue generationẽ æquiuocã appellemus, nõ dicunt Theologi niſi creationẽ. Cum quo Plato etiam in Timæo conuenit, aſſerens Deum hac generãdi forma ſpiritus oẽs ſua voluntate effeciſſe. Quod ſi ambiges cur cõpoſita ipſa Ariſt. voluit nõ fieri niſi vera generatiõe, ſimplicia verò

Margin notes (left column): Quæ Ariſt. alibi. — Te. cõm. 17. — Tex. cõ. 21. Quæ Auer. & Simpl.

Margin notes (right column): Te. cõ. 61. — Te. cõ. vlt. — Te. cõ. 24. Te. cõ. 21. — Quomodo aĩæ imortalitas ſtat cum Ariſt. rõnibus. — Potentia ex qua. Potentia in qua. — Quo verbo factio ſimplicium dicatur Acceſſus Iuſſus Depẽdẽtia.

æquiuoca generatione in libro de Intellectu perquire. E Quibus viſis patet Ariſt. in hoc libro rectè contra Platonem proceſsiſſe, non autem contra rationalem aïam, aut generationem, aut corruptionem. Mūdus enim eſt apud Platonem compoſitum quoddam, quare ſi ſit, generari non poteſt, niſi per modum quo omnia compoſita fiunt, & ita, per veram generationem, atq; veram eius formæ extractionem de potentia ad actum: igitur ſi hac generatione non fit, nec vera corruptione corrumpetur, & ita erit ſimpliciter ingenitus ac ſimpliciter incorruptibilis, cum nullo alio modo fieri aut corrumpi poſsit. Valent igitur rationes Ariſt. aduerſus Platonem, & non aduerſus animam rationalem.

Quales rōnes Ariſto. cōtra Plato.

Tunc ad primam, q rationalis anima ante eius creationem non habuit potentiam ad eſſe, ex qua extraheretur, ſed bene præſuppoſuit potentiam ad eſſe in agente, & potentiam materiæ in qua ipſa induceretur, poſtq; verò ipſa fuit ſub eſſe, ceſſauit potentia ad eſſe, & ad non eſſe. ad eſſe quidē, quia ipſa eſt actu, ad non eſſe verò, quia virtute Dei acquiſiuit eſſe neceſſarium. F Etiam quia potentia ad eſſe & non eſſe eſt potentia ex qua, quā ipſa nec habuit antea, nec per conſequens poſtea, qua ratione fit, vt per eius creationem acquiſierit nām neceſſariā, qua ſimul ceſſet potentia ad eſſe, & ad nō eſſe. Secus autem eſt de mundo: cum. n. mundus ipſe ſit ens compoſitum, ſupponit potentiam ex qua, quam etiā adueniente eſſe, retinet, & conuertitur ad potentiam ad non eſſe, quare cum ipſe acquiſierit eſſe, relinquitur potentia ad non eſſe, & ita reſtat corruptibilis, ratio igitū Ariſt. valet de mundo, & non de rationali anima. Ad ſecundam dico diuiſionem illam eſſe bonam in compoſitis: oīs enim natura compoſita eſt, aut neceſſaria, aut contingēs, aut impoſsibilis. In ſimplicibus verò ſecus eſt: rationalis enim anima non eſt ſimpliciter neceſſaria, nec ſimpliciter contingens, nec impoſsibilis, ſed eſt neceſſaria ſm quid, vtpote tempore ſui eſſe, contingens verò tempore ſui nō eſſe. Ex hoc patet illud Ariſt. dictum, omne neceſſarium ex vna parte, eſſe neceſſarium ſimpľr, nō eſſe verum niſi G in compoſitis: nā compoſitū eſt, aut totaliter neceſſariū, aut totaliter contingens. Ad tertiā dici poteſt in cōpoſitis inter ſp ens, & ſp non ens mediare ſolum contingens ſiue poſſe eſſe & non eſſe. Sed in ſimplicibus (vt rectè dixit Auer.) inter ſemper ens & ſp non ens poſſunt tria eſſe media, vnum eſt ens qñq;, & qñq; non ens, ens æternum à parte antè, & corruptibile à parte pòſt, ens genitum à parte antè, & æternum à parte pòſt: & ita concedo aīam rōnalem non eſſe ſemper ens: quia qñq; fuit non ens, nec ſp nō ens, quia poſtea ſempiterna erit. Nec ſequitur vt pp hoc ſit contingens: non. n. oē non ſemper ens, & non ſemper non ens eſt contingens, quia poteſt eſſe neceſſariū ſm quid, quia potuit eſſe tpe quodam non ens, & tpe quodā ens neceſſariò. In ipſo mundo ſecus eſt: eſt. n. ipſe cōpoſitum quoddam, & ita vel ſemper ens, vel ſemper nō ens, aut contingens vt diximus. Ad quartam dicitur aīam rōnalem eſſe poſsibilem ab intrinſeco potentia in qua, & poſsibilem ab intrinſeco potentia agentis. H Mundus autē eſſe non poteſt poſsibilis niſi potentia ex qua, propterea valet ratio de mundo, non de rationali anima. Ad quintam dicitur, rationalem aīam nec eſſe naturā ſimpliciter neceſſariam, nec ſimpliciter impoſsibilem, ſed neceſſariā ſm quid. Et cum dicis accipio eam antè eius creationem, vel eſt contingens, vel neceſſaria. Dico q eſt natura contingens, non quidem contingentia eius, ſed conſtituta in agente. Et ſi dicas cū ipſa fiat neceſſaria, tunc natura contingens vertitur in neceſſariam. Dico nihil eſſe impoſsibile naturam contingentem voluntate agentis effici neceſſariam propria natura: hoc enim non fit vt illa contingentia remaneat, ſed ſolum fit abiecta cōtingentia: illa. n. abiecta nanciſcitur æternitatem à parte poſt formaliter, licet effectiuè dependeat. Ad ſextam iam in expoſitione diximus reſponſionem: valet. n. cōtra Anaxagoram, quia remanent omnes partes mundi, & mundus non pōt E eſſe niſi vnus numero: propterea oportet vt idemet redeat, vbi autem eſſent plura numero indiuidua, nō oportet vt redeat niſi idem ſpecie. Ad illud Empedoclis dicerem hoīem vere corrūpi, quia vt generabatur per hoc q agens ſummam diſpoſitionem induxit, qua rōnalis aīa materiam informaret, ita corrumpitur diſpōne ea corrupta, qua aīa illa in materia conſeruabať. Secus eſt in mundo, nam in mundo non alia ponuntur niſi elementa et cœli, quæ remanet poſt amicitiam eodem modo diſpoſita, & quantitate & qualitate, ideò mundus non ſubſtantialiter corrumpitur. Quod ſi dicas, nulla pars hominis ſubſtantialiter corrumpitur: igitur homo non ſubſtantialiter corrumpitur, nego conſequentiam. Sed debes dicere nulla pars hominis ſubſtātialiter corrumpitur, nec aliquid ad ſubſtātialem vnionem ordinatum: igitur homo non ſubſtantialiter corrumpitur. Modo & ſi nulla pars ſubſtantialis corrumpatur, tñ corrumpitur diſpō eſſentialiter ordinata ad ſubſtantialē vnionem. Tu lege in lib. F de Aïa, hæc de qōne videntur mihi nunc eſſe dicenda.

Conſequenter videamus quid Plato ſentit de mundi genitura, & vtrum rationes Ariſt. valeant contra Platonem. Alexand. Aphrodiſius magnus Peripateticus Platonis verba intelligi contendit vt iacent, veluti & Ariſt. illius diſcipulus interpretatus eſt: propterea circa mundi genituram imaginatus eſt de mente Platonis ante illius generationem præceſsiſſe chaos, ſeu informem materiam per tempus infinitum anteà. Quod poſteà ab ipſo oīum rerum opifice reductum fuit ad ordinem, atq; ornatum. Quæ ratio docet mundum non incępiſſe de nouo, ſed ab æterno fuiſſe à Deo productum, licet indiſtinctè atq; confuſè: poſteà verò in tempore nō mundi ipſius productionem fuiſſe, ſed ipſius diſtinctionem aut ornatum, quam quidem Plato vocat genituram. Et iuxta hanc expoſitionem de mente Platonis oportet concedere, & productionem, & diſtinctionem. productio quidem mundi fuit ab æterno, vt etiam Ariſt. ſentit, diſtinctio verò in tempore. G ante, diſtinctionem quidē præceſsit motus informis atq; inordinatus, & ſimul cum eo tempus. In diſtinctione verò motus ordinatus factus eſt, & in eo tempus ordinatū, hoc Alexand. Xenocrates verò Platonis diſcipulus, & Simplicius Peripateticus voluerunt ab æterno fuiſſe mundi productionem, & diſtinctionem vt Ariſt. ſentit in ſua opinione. Verum mundum conſiderari dicunt, & reſpectu Dei opificis, & reſpectu partium. Si quidem reſpectu Dei, cū ab illo ſit factus totus ſimul, videť quaſi factus informis & confuſus. Si verò reſpectu partium, vt ſic videtur diſtinctus & ornatus, & ita Plato productionem mundi vult eſſe illius dependentiam ab opifice, genituram verò & ornatum illius dependentiam á partib⁹. Et quāuis vna ſit ſecundum rem dependentia eius ab opifice & à partibus, rōne tñ differunt, quatenus illa Dei natura præceſsit illam partium: & propterea dixit informitatem præceſsiſſe diſtinctionem & genituram, non quidem tempore, vt credit Ariſt. ſed natura atq; cauſalitate. H Qua ratione euenit vt Ariſt. non rei, ſed verbis Platonis malè intellectis contradixerit. Catholici verò Platonē reducunt ad veritatem religionis: aiunt. n. Platonem voluiſſe mundum eſſe factum de nouo, verum prius informē & confuſum: poſteà per ſeptem dies fuiſſe ornatum, & ſic nihil aliud ſentire Platonem cōtendunt, q̄ id quod Moſes in lib. Geneſeos ſcribit. Confirmant hoc Numenius & Hermippus, qui Platonem aiunt nihil aliud eſſe, q̄ Moſen in lingua Attica, & Timæum nihil aliud eſſe, q̄ atticam geneſim. Quibus expoſiōs patet rationes Ariſt. nullas eſſe, ſiue prima, ſiue ſecunda, ſiue tertia defendatur poſitio. Quod quidem nullæ ſint, ſi ſecunda & tertia poſitiones defendantur, nemo dubitat: at q nullæ ſint ſi defendatur prima, declaremus ſoluendo oēs. ad primam igitur dico, q potentiæ ſibi mutuò ſuccedūt propria natura ſubiecti, ſed voluntate opificis poteſt cū ipſo eſſe non ſuccedere potentiam ad non eſſe, & hoc Plato ait

De mūdi genitura ſecundum Platonem.

Pō Alexan.

Poſitio Xenocratis, & Simpli.

Pō catho.

Plat. Moſi diſcipulus. Timęus Platonis ē Moſi Geneſis.

ait in Timæo, cũ loquit. ¶ Veſtra natura ſolubiles eſtis, mea autem voluntate inſolubiles: eſt enim volũtas mea maior nexu veſtro. Ad ſecundam diceret Plato negando illud Ariſt. principium: nõ enim omne æternum vna ex parte, eſt æternum omni ex parte, niſi circunſcripta omni extrinſeca ratione. Modo mundus nactus eſt æternitatem non per eius naturam, ſed virtute opificis, atq; illius voluntate. Ad tertiam Plato ponit inter ſemper ens & ſemper non ens media plura, tam videlicet in ſimplicibus q̃ in compoſitis, vt rectè Auer. dixit: enumerat enim vltra contingens adhuc impoſsibile ſecũdum quid & neceſſarium ſecundũ quid, hoc eſt vna ex parte. Ad quartam ratio concludit mundum poſſe deſinere eſſe poſſibile ab intrinſeco, & ſua natura, & potentia agentis abſoluta, tamen eſt neceſſe eſſe à parte poſt, ex ſuppoſitione voluntatis opificis. Ad quintam patet ſolutio: apud enim Platonem illa diuiſio naturæ in cõtingentem & neceſſariam & impoſsibilem ſi per neceſſarium & impoſsibile intelligat Ariſt. ſimpliciter, non eſt ſufficiens: nã eſt aliquid neceſſarium ex ſuppoſitione, aut impoſsibile ex ſuppoſitione. Sed arguebat Auer. aut mundus ſua natura poteſt non eſſe, vel ſua natura eſt neceſſe eſſe: ſi ſua natura eſt neceſſe eſſe, igitur omni ex parte eſt neceſſe eſſe: ſi ſua natura poteſt non eſſe, igitur quandoq; non erit, aliter poſsibile nunq̃ poneretur in eſſe. Amplius Ariſt. arguebat mundus caret contrario, igitur eſt ſimpliciter incorruptibilis, et ingenerabilis. diceret Plato ad primũ q mundus ſua natura, nec eſt neceſſe eſſe, nec poſsibile eſſe. Sed datur medium vt dixi, nã datur aliquid quod ſua natura eſt neceſſe eſſe ſecundum quid, & non ſimpliciter, vt mundus ipſe, & in hoc fallitur Auer. quæ. n. dixit ſunt Peripatetica, & non Platonica. Ad ſecundum Ariſto. diceret Plato ipſum eſſe incorruptibilem per carentiam contrarii, & etiam per voluntatem opificis, nec ſequitur ipſum eſſe ingenitum niſi modo quo animalia generant: eſt. n. genitus per diſtinctionem & ordinem, & non per inceptionem realem, vt diximus de mente Alexand. Hæc Plato diceret in ſui defenſione. Et per conſequens de Libro primo.

Finis Primi Libri de Cœlo.

ARISTOTELIS DE COELO ET MVNDO LIBER SECVNDVS.

Cum Auguſtini Sueſſani interpretatione, ac expoſitione.

VNiuerſum igitur cœlum neq; factum eſſe, neq; interire poſſe veluti cẽſuere quidam: ſed vnum eſſe atq; ſempiternũ, neque principium, neque finẽ habens vniuerſi æui: infinitum autem habens & cõtinens in ſeipſo tẽpus, & ex his quæ dicta ſunt, & per opinionem aliorum: qui etiam ipſum ortum eſſe aſſerunt, fidem ſumere licet. Nam ſi ſic quidem ſeſe habere non eſt inconueniens: illo autem modo, quo illi inquiunt, eſt inconue-
A niens, magnum & hoc profectò momentum habet ad faciendam fidem de immortalitate, deque æternitate ipſius.

HActenus in libro primo de Vniuerſo mundo, nunc de ea mundi parte, quæ cœlum dicitur, proponit pertractare. reſumit autem primo ea quæ dixit de illa in primo libro, & addit perſuaſiones, & inquit. ¶ Vniuerſum igitur cœlum, neque factum eſſe, neque interire poſſe, veluti cenſuere quidam, ſed vnum eſſe atque ſempiternum, neque principium, neque finem habens vniuerſi æui, infinitum autem habens, & continens in ſeipſo tempus, & ex his quæ dicta ſunt, in libro primo, & per opinionem aliorum, qui etiam ipſum ortum eſſe aſſerunt, fidem ſumere licet, hæc ſunt dicta. Quo vero ad verba attinet, quid per cœlum Ariſt. velit, dubitant Græci expoſitores, quos Expoſitor ſectatur. per cœlum intelligunt totũ
B mundum, cuius rei ſignum eſt, quia ait ὁ πᾶς οὐρανός, hoc eſt omne cœlum, quod Ariſto. ſemper vniuerſo mundo tribuit. At mihi videtur Ariſtotelem per cœlum ipſum voluiſſe quintum corpus, quod eſt mundi pars, & nõ totum mundum: nam & de hoc in vltimo primi libri diſputauit, & de hoc in hoc libro ſecundo vult agere, dixit autem vniuerſum cœlum, non pro mundo ipſo, ſed ratione habita ad elementa. nam nullum elementorum eſt æternum, niſi ſecundum ſpecies, non autem ſecundum totum & partes: propterea ait vniuerſum cœlum eſſe ingenitũ, hoc eſt ſecundum totum, & quamlibet ſui partem. adiecit neque interire poſſe, propter opinionem Platonis, qui cœlum eſſe ſua natura corruptibile aſſerit, voluntate opificis æternum, propterea ſubdit, neque interire poſſe, veluti cẽſuere quidam. Et ne credat aliquis cœlum ipſum eſſe ſempiternum ſecundum ſpeciem & ſucceſsionem infinitorum indiuiduorum ſuæ ſpeciei vt homo, ſubiecit, ſed vnum eſſe atque ſempiternum, neque principium, ne
C que finem habens vniuerſi ſui æui. q. d. ipſum eſſe ſempiternum ſpecie & numero. Amplius ne quis putet cœlum eſſe æternum, veluti Deus ipſe, cuius eſſe & viuere eſt totum ſimul abſque ſucceſsione prioris & poſterioris ſubiecit, infinitum autem habens & continens in ſeipſo tempus, & ita coextenſum eſt temporis ſucceſsioni, dicitur autem cœlum habere tempus vt ſubiectum habere dicitur accidens: cœlum enim primum habet motum primum, qui aut eſt tempus, aut primum temporis ſubiectum. Dicitur autem cœlũ cõtinere tempus, veluti cauſa continet effectum, & quatenus extra cœlum non eſt tempus, neque temporarium quicquam, ſed res quæ optimã vitam ducunt. Et quia hæc concluſio fuit probata proprijs rationibus ex propria intentione, hic perſuadet eam ex poſitionibus aliorum, quaſi loco à contrario, quia videlicet ad hanc poſitionem nullum prorſus ſequitur impoſsibile: ad poſitionem vero contrariam ſequitur im-
D poſsibile. Veritas enim eſt, vt dicitur in libro Priorum, quæ teſtatur ſibi ex omni parte, inquit. ¶ Nam ſi ſic quidem ſeſe habere non eſt incõueniens, & hoc intelligit per verbum illud Græcum ἐνδέχεται. Illo autem modo quo illi inquiunt, eſt inconueniens, quod intelligit verbo illo οὐκ ἐνδέχεται, q. d. nam ſi ad hanc opinionem noſtram nullum ſequitur inconueniens, ad illam autem contrariam ſequitur magnum, & hoc profectò momentum habet ad faciendam fidem, & perſuaſionem de immortalitate, deque æternitate. Immortalitatem retulit ad vitam, æternitatem vero ad eſſe: nam cœlum & eſt æternum, & viuit æterno tempore, hic eſt epilogus.

Expoſitio.

Quid p cœlum hic.

Sed quia quod Græcè eſt γέγονεν, & Latinè factum eſt Auer. in ſuis tranſlationibus habet non eſſe ex elemento, laborat Auer. declarare, quonam modo cœlũ ipſum non ſit ex elemento, & diſtinguit de duplici compoſitione, quatenus elementum poteſt ſumi pro materia, & pro

Auer. cõ. 1.

corpore elementario. Nam alia eſt compoſitio prima, quæ ex elemento fit pro prima materia ſumpto, alia eſt compoſitio ſecunda pro miſtione accepta, quæ eſt ex elemento pro corporeo elemento ſumpto. Vult igitur Auer. cœlum non eſſe ex elemento, nec prima, nec ſecunda compoſitione. Prima quidem non, quia cœlum non habet contrarium, & quia caret potentia tranſmutationis. Secunda vero minimè, quia eſt ſimplex, & quia non eſt compoſitum ex contrariis, & quia mouetur motu circulari ſimplici. Quæ expoſitio vana eſt, & non faciẽs ad verba Ariſt. ſed ad verba tranſlationis barbaræ. Notat hic Auer. cur nos ſumus plus Ariſtotelem ſectaturi, q̃ cæteros Philoſophos, & ait, auctoritate Alexandri, hoc eueniſſe, quia hæc Ariſt. doctrina eſt minoris ambiguitatis, & à contradictione remotior.

Qualis ex po Auer. Cur Ariſt. potius q̃ cæteros Philoſophos ſectamur.

Quocirca bene ſeſe habet idipſum: quod ſibi perſuaſere veteres, atque maxime veræ ſunt maiorum noſtrorum ſententiæ: quæ quidem aſſerunt eſſe immortale atque diuinum aliquid eorum, quæ motum quidem habent: talem tamen vt nullus ipſius ſit finis, ſed potius ipſe cæterorum terminus.

Expoſitio. Vult laudare nunc poſitionem antiquorum, vt Chaldæorum propter duo, & vt concludat propoſitionem, et perſuadeat opinionem ſuam, inquit. ℭ Quo circa bene ſeſe habet idipſum quod ſibi perſuaſere veteres, atque maximè veræ ſunt maiorum noſtrorum ſententiæ, quæ quidem aſſerunt eſſe immortale, atque diuinum aliquid eorum, quæ motum quidem habent, & explicans de quo habente motum intelligit, inquit, talem tamen vt nullus ipſius ſit finis, ſed potius ipſe ſit cæterorum motuum terminus. Hoc autem ait excludendo ea quæ motu recto mouentur: hæc enim mouentur motu habente finem aliquem, & non motu qui ſit finis aliorum, veluti mouetur cœlum ipſum. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire quòd cœlum ipſum dicitur æternum, immortale, & diuinum. æternum quidem ratione habita ad eſſe, quia habet eſſe indeficiens. Immortale ratione habita ad vitam, quia æterno tempore viuit. Diuinum autem ratione habita ad operationem, quia velociſsimè fertur, et motu qui eſt finis aliorum, nullum finem habens.

Cœli æternum, immortale, diuinũ.

G

Finis nanq; continet. Et hæc circulatio, cùm ſit perfecta, & imperfectos motus continet, & eos qui finem atque ceſſationem habent. Ipſa quidem neque principium, neq; finem vllum habet: nam inceſſabilis cùm ſit, infinito tempore exiſtit. Cæterorum vero horum quidem ſit cauſa, & principium, illorum autem vt ceſſationem ſuſcipiant.

Expoſitio. Antiqui cœlum eſſe æternum excoluerunt: propterea vt dixit, quia ipſum moueri motu, qui eſt aliorum finis, crediderunt. Probat nunc circulationẽ, qua cœlum ipſum mouetur, eſſe finem aliorum, & ſyllogizat ſic. omnis finis continet, hæc circulatio qua cœlum mouetur, continet. Igitur in tertia figura, hæc circulatio qua cœlum mouetur, eſt finis. De ratione ponit maiorem, & inquit. ⸨ Finis nanq; continet: hæc enim eſt finis deſcriptio: ab eo enim quia eſt vltimum, continet omnia ante vltimum: deinde tangit minorem & ſimul illius probationem, & inquit. ⸨ Et hæc circulatio cum ſit perfecta, & imperfectos motus, vt rectos continet, & eos qui finem atque ceſſationem habent, & per imperfectos fortè rectos, per eos qui finem, atque ceſſationem habent, generationem, atque alterationem & auctionem intelligit. Exponit autem quæ dixerat. duo nanque dixit, & ipſam non habere principium, neque finem, & eſſe cæterorum cauſa atque finis, hæc exponit dicens. Ipſa quidem circu-

H

E latio qua cœlum ipſum fertur, neque principium, neque finem vllum habet: nam inceſſabilis cum ſit, infinito tempore exiſtit, hæc quo ad primum. Quo vero ad ſecundum, inquit. ⸨ Cæterorum vero, ſuppletinis & cauſa, horum quidem cauſa & principium quo ad motus ipſos, illorum vero cauſa & principium, vt ceſſationem ſuſcipiant, quo ad quietem. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire circulationem cœli eſſe cauſam motuum horum corporum inferiorum. Ceſſationum vero non eſſe cauſam per ſe, ſed defectu recipientium: eſt enim cauſa motuum per ſe, propter ſimilitudinem, quia motus eſt ipſius motus per ſe cauſa, quietis vero per accidens, quia motus non eſt cauſa quietis niſi per accidens & defectu ſuſcipientis: hæc enim ceſſat moueri defectu naturæ eorum. Propterea ait, illorum autem vt ſuſcipiant ceſſationem. Auerroes autem licet non multum ad verba, innuit cœleſtium motuum eſſe alios qui generant hæc, alios qui hæc conſeruant. Motus enim ſolis in obliquo circulo, hoc eſt per duodecim ſigna, qui anno perficitur, cauſa eſt generationis & corruptionis. per acceſſum quidem generationis, per receſſum vero corruptionis. Motus vero diarius, qui vigintiquatuor horis agitur, cauſa eſt conſeruationis & perpetuitatis, vt diximus in libro de Generatione.

Auer. c. 2.

F

Supremum autem locum cœlùmque ipſum veteres quidẽ diis tribuerunt, argumento, quia ſolum ipſum immortale eſt. Inſuper etiã ipſum nec genitum, nec corruptibile eſſe, itemque omni mortali imbecillitate vacare. Præterea eſſe ſine labore ea ratio nunc teſtatur, quæ eſt quòd nulli ſubiicitur violentæ neceſsitati, quæ quidem cohibens detineret ipſum aptum alio modo ferri: omne ſiquidem tale lãguidum eſt, tanto quidem magis, quanto fuerit magis ſempiternus, atque optimæ diſpoſitionis expers.

Vlterius verificat alia quæ Chaldæi dixerunt ſpeciatim, & quo ad cœli ſempiternitatem, & quo ad eius ſubſtantiam, & quo ad motus illius qualitatem. Quo quidem ad cœli æternitatem, inquit. ⸨ Supremum quidem locum cœlùmque ipſum veteres quidem tribuerunt diis, argumento, quia ſolum ipſum inter cætera corpora immortale eſt. Congruebat enim immortalibus locus immortalis, & ſempiternus. Quo vero ad verba attinet, cœlum ipſum, locus ſurſum dicitur, quia veteres cœlum eſſe, aut ignem, aut igneum quid dixerunt, modo locus ignis, vel ignei ſurſum eſt. Vel cœlum ſurſum locus eſt, quatenus eſt terminus leuium, atq; locus ad quem feruntur leuia. Quo vero ad cœli ſubſtantiã, inquit. ℭ Inſuper etiam nec genitum, nec corruptibile eſſe, itemq; omni mortali imbecillitate vacare, hoc eſt omni morbo atque labore, & hæc quo ad ſubſtantiã. Quo autem ad motus ipſius qualitatem, inquit. ⸨ Præterea eſſe ſine labore, hæc quo ad motus qualitatem, horum tamen rationem ſubſcribit, & inquit. ⸨ Ea ratio nunc teſtatur, quæ eſt, quòd nulli ſubiicitur violentæ neceſsitati, quæ quidem cohibens, detineret ipſum aptum alio modo ferri. Vnde ſyllogiſmus eſſe poteſt, illud quod ſubiicitur violentæ neceſsitati eſt caducum, imbecille, atque in motu laborat: cœlum nulli ſubiicitur neceſsitati violentæ: igitur nec caducum, nec imbecille, nec cum labore eſt. & hoc modo exponendo textum, illa tria, videlicet nec caducum, nec imbecille eſſe, nec moueri cum labore, attinent ad concluſionem. cuius rei vniuerſæ ea ratio eſt, quia nulli ſubiicitur violentę neceſsitati. Aut exponi poteſt vt illa tria ſint præmiſſæ atque attineant ad rationem. Et tunc Ariſtoteles probat quod dixerunt Chaldæi, videlicet cœlum eſſe perpetuum ex tribus. Primò, quia cœlum ipſum eſt, nec genitum, nec corruptibile,

Expoſitio.

Syllogiſmus litera.

hoc

hoc eſt, quia non eſt caducum. Secundo, quia non eſt imbecille. Tertio, quia mouetur abſque labore. Et tunc translatio ad verbum, & ſenſus verborum erit hoc modo, cui quidem ea nunc ratio aſtipulatur, quæ eſt, ſupple quòd nec corruptibile, nec genitum eſt: hæc eſt prima ratio. Deinde tangit ſecundam, & inquit. Itémque & quia omni mortali imbecillitate vacat. Deinde tangit tertiam, & inquit. ⁋ Præterea & quia mouetur ſine labore, quod Græcè eſt aponon: hæc eſt tertia ratio. Deinde tangit cauſam huius tertiæ rationis, quod quidem ſignanter facit, quia eſt noua, & non primo explicata libro, & inquit. ⁋ Propterea, quia nulli ſubiicitur violentæ neceſsitati, quæ quidem cohibens detineret ipſum aptum ferri alio modo, & quòd nihil ſit tale violentans, neque cohibens, probat, & inquit. ⁋ Omne ſiquidē tale eſt magis laborioſum, ſiue rigoroſum, quanto magis motus eius eſt ſempiternus, atque optimæ diſpoſitionis expers, hoc eſt quietis: aliquod enim eſt cohibens debile, vt cogens ad oppoſitum pro modico tempore, aliquod pollēs, vt id quod cohibet pro multo tem-
B pore, aliquod pollentiſsimum, vt cohibens pro æterno tempore, quare cohibens cœlum ferri eo modo, quo fertur, pollentiſsimum eſt, eo maximè, quia ſempiterno motu mouetur, & ſine quiete. Aut forſitan verbum illud epiponon, latinè languidum eſt: & tunc debes ſcire id eſſe languidum, quod contra naturalem inclinationem fertur, id vero idoneum atque validum, quod naturali inclinatione fertur. Ex hoc ſequitur cœlum non ferri cum labore, atque contra naturalem inclinationē, & huius rei cauſam affert, dicens. Omne ſiquidem tale languidum eſt: dictum eſt enim languidum eſſe quod contra naturalem inclinationem fertur, & cum labore, tanto quidem magis & maxime lāguidum, quanto motus eius fuerit magis ſempiternus, & perpetuo contra eius naturalem inclinationem, atque optimæ diſpoſitionis expers, quę eſt valitudo & ſtatus in naturali diſpoſi-
C tione. Sic igitur cœlum non mouetur cum labore, quia tunc eſſet languidiſsimum omnium, cùm perpetuo contra eius naturalem inclinationem ferreretur, & eſſet ab optima & naturali diſpoſitione ſemper vacans, & hæc expoſitio eſt vera & mens Ariſtotelis.

Auer. cõ 5. Auerroes vero digreditur in præſenti commento ſatis fructuoſè, cuius digreſsio incipit, & cauſa illius eſt, vbi primo declarat quonam modo motus cœli eſt ſine labore. Et debes ſcire cauſam laboris in animali terraceo eſſe contrarietatem principiorum motuum, anima nanque ſuapte natura mouet corpus eius circulariter. Corpus vero prædominio elementi grauis, moueri eſt aptum deorſum. Ex his fit miſtus animalis motus, qui proceſsiuus dicitur, & cum labore fit in animali ipſo, ob principiorum motus contrarietatem. Ex quibus ſyllogiſmus Auerrois eſt, omne quod mouetur cum labore, componitur ex contrariis principiis motus, cœlum non componitur ex principiis contrariis, igitur moue-
D tur ſine labore. Deinde ibi, & iſte motus in ipſo, remouet tacitum cauillum: poſſet enim dici ſi cœlum non mouetur violenter, atque labore, vtrum ne moueatur motu naturali, probat quòd nec motu naturali, & quia naturalis eſſe poteſt motus, aut ratione principii actiui, aut ratione principii paſsiui, ideo probat dupliciter motum non eſſe naturalem. Primo, quia non ratione principii paſsiui, quia tunc eſſet compoſitum ex materia & forma, & ita genitum & corruptibile. Secundo, quia non ratione principii actiui, cum cœlum non habeat formam niſi æquiuoce, quę partim eſt forma naturalis, partim abſtracta. Naturalis quidem, quia cœlo motum tribuit, & quia eſt in cœlo, vt in proprio ſubiecto: abſtracta vero, pro quanto non educitur de potentia materiæ, nec diuiditur ad diuiſionem corporis in quo eſt, quę ratio docet potius motum cœli eſſe voluntarium, & in-

A tellectiuum, quatenus eſt à forma, quæ eſt magis intellectus quàm natura. Ex his infert formam cœli non habere ſubiectum, videlicet vt generabilia habent, neque contrarium: nam non eſt natura, ſed intellectus. Sed ſtatim ambiges: nam ſi ſubiectum illius formæ ſit ſimplex atque contrarietatis expers, quale nam eſt. Reſpondet ſubiectum illius eſſe corpus ipſum cœlicum, veluti corpus ipſum actu eſt animæ ſubiectum, ad quam formam ſequuntur dimenſiones corporeæ, ſaltem ſecundū naturam, & alia accidentia cœli, vt lumen, & figura, & id genus. Quare hic erit ordo quòd intellectus recipitur primo in cœlo ipſo, ſecundo dimenſiones, tertio cætera accidentia. Ex his infert multa, & pro intellectu primi debes ſcire apud Auer. trifariam eſſe compoſitionē in rebus, vna quidem et potiſsima eſt ex intellectu agente & poſsibili. Secunda ex intelligentia & orbe. Tertia ex materia & forma, & ideo inquit. ⁋ Et ideo forma & formatum ſunt in cœlo idem numero, ſed ſecundum diſpoſitionem magis diminutam, quàm ſit adunatio reci-
B pientis, & recepti in forma abſtracta, quæ eſt compoſita ex intellectu agente & poſsibili. & ſic in primo gradu vnionis eſt compoſitio ex intellectu agente & poſsibili. In ſecundo vero ex intelligentia & orbe. In tertio ex materia & forma. Cauſam huius affert, quia intelligentia recipitur in cœlo per carentiam medii, & receptiui, & diſpoſitiui, at forma recipitur in materia mediantibus dimenſionibus, quæ ſunt ſaltem medium diſpoſitiuum, cur vero hæc ſit minor compoſitione intellectuum, non explicat, ſed poſtea dicemus. Secūdo infert cœlos ipſos recipere intellectus: nam recipiunt formas indiuiduas, & ſine medio, igitur intellectus. Tertio infert cœlos eſſe animatos, atque intelligentes ſecundum ſe & quodlibet ſui: nam formatur à forma quæ eſt anima et intellectus. Quarto infert motum eius eſſe ſine labore, quia vt patet ex dictis, eſt motus animæ tantum. Quinto infert id eſſe optimū, in cuius actione non cadit diminutio. Hæc
C colliguntur ex commenti digreſsione. Sed circa dicta hæc occurres primo, vtrum intelligentia ſit cauſa orbis alio genere cauſæ ꝙ̃ formalis. Ioannes alibi ſentit intelligentiam eſſe cauſam cœli ſolum, vt formam, & nullo alio genere cauſæ, niſi vt finis, ſiquidem finis & forma coincidant. perſuadet opinionem, quoniam omne agens agit per motum, at intelligentia cœlum non efficit per motum, igitur non eſt cauſa effectrix cœli. Sed poſitionem hanc refellit Auer. in libro deſtructio deſtructionum. Primo ſic, omne finitæ actionis, atque finitæ quantitatis dependet à ſua forma effectiue, cœlum eſt finitæ actionis, ac dimenſionum finitarum, igitur dependet à ſua forma effectiue. Secundo agens aliquam actionem ſiue qua compoſitum eſſe non poteſt, eſt cauſa agens illius compoſiti. Sed intelligentia eſt cauſa motus, ſine quo cœlum eſſe nō poteſt, igitur vt prius. Tertio in ſeparatis à forma, finis, & agens idem ſunt, at
D intelligentia eſt forma ſeparata à materia, igitur eſt finis agens & forma cœli. Ratio autem Ioannis tollitur per hoc, quia intelligentia eſt agens cœlum æquiuoce, et nō per motum, vt agens Phyſicum. Secundo occurres, cōpoſitionē ex intellectu agente, & intellectu poſsibili, cuiuſmodi eſt apud Auer. Ioānes vbique vult eſſe aīæ rationalis: vult enim animam rationalem eſſe ſeparatā ſubſtantiam compoſitam ex intellectu poſsibili et agente. Et licet poſitio hæc nullatenus ſit catholica, nihilominus nec Auerroica eſt, nullus nanq; ſtultus rationalem animam poneret penitus ſeparatam, & vnam numero omnium, cum omnis anima actus ſit corporis. Propterea quicquid catholice ſit ſentiendum, de mente Auer. duplex eſt compoſitio in homine, altera prima, quæ eſt ex intellectu poſsibili & cogitatiua, quam Simplicius vocat dianoeam. Ex his enim rationalis conficitur anima, quæ quidem numeratur ad numerationem

Solutio Ioã.

Pō Ioan.

Pō Auer.

corporum, ſaltem propter dianoeam. Altera ſecuuda ex intellectu agente & poſsibili, qua efficitor homo beatus, & compoſitio huic non dedit Auer. nomen, niſi dicatur intelligentia hominis in actu: & ſic patet ſolutio. Ex his patet hanc compoſitiooem eſſe maximam, quia eſt ex rebus vniuerſalibus omnino eiuſdem generis. In ſecundo loco patet eſſe illam quæ eſt ex orbe & intelligentia, quatenus eſt ex rebus differentibus penitus. Minimam vero eſſe eam, quæ eſt ex materia & forma, & quia eſt ex genere differentibus, & per medium. Tertio occurres, vtrum omnis forma indiuidua ſit intellectus. Reſpoodent iuniores quòd nõ: nam animæ brutales ſunt indiuiduæ, & totæ in toto, & totæ in ſingula parte, & oon ſunt intellectus. Hæc poſitio nõ eſt Peripatetica: nã omnis forma quæ educitur de potentia materiæ & conſeruatur ac dependet in eſſe & conſeruari à materia, dependet per modum materiæ, & ita diuiſibiles erunt omnes. Propterea dicendum peripatetice omnem formam indiuiduam eſſe intellectum: nã omnis talis & ſi ſit in materia non dependet à materia, nec educitur de potentia materiæ. Solum enim hanc vocaot intellectum, quæ perficit ſubiectum, & non educitur de potentia ſubiecti. Quarto occurres, vtrum idem ſit anima, & natura. Reſpondet Alexander animam & naturam eſſe ſubiecto idem, differre tamen definitione, dicitur quidem anima pro quanto eſt actus corporis Phyſici: natura vero pro quanto eſt principium omoium motuum qui ſunt in animali. Obiicit Simplicios, quę differunt definitione, differuot re, quæ differunt re differunt ſubiecto, igitur ooo poſſunt aliqua definitione differre, & ſubiecto eſſe eadem. Dici poteſt quòd omnia quę differunt definitione differunt re, ſumendo rem pro ente, ſiue eſſentia, noo autem ſumendo rem pro oumero, & ita Alexander ſumit, aliqua enim differunt eſſentia, quæ noo differunt numero. Qointo occurres, quot ſunt cauſæ quibus aliquid mouetur cum labore. Dici poteſt eſſe tres, remotiſsimam quidem eſſe materiam: nihil enim poteſt cum labore mooeri, niſi ſit in materia: non tamen omoe exiſtens in materia mouetur cum labore: graue enim oon laborat in deſcendendo. Remotam vero eſſe contrarietatem principiorum motus: nihil enim mouetur cum labore, oiſi componatur ex principiis contrariis: noo tamen omne tale mouetur cum labore. Miſtum enim terraceum non mouetur cum labore. Proxima demum cauſa eſt ſpirituum reſolotio: hac enim ſtante eſt labor, & hac remota ceſſat labor. Et propterea cauſa hæc conuertibilis eſt cum effectu, & proxima exiſtit, quibus patet cœlum non moueri cum labore propter tria, & quia caret caoſa remotiſsima, & quia caret cauſa remota, & quia caret cauſa proxima. Sexto occurres, ſi motus cœli, oec eſt naturalis, nec violentus, quonam modo in primo libro voluit ipſum eſſe naturalem. Amplius ſi eſt voluntarius, igitur poteſt non eſſe. Dici poteſt eſſe illum naturalem æquiuoce quatenus forma & materia cœli ſuot naturæ æquiuoce dictæ, & ſic loquitur in libro primo. Hic vero vult illum non eſſe naturalem proprie. Ad ſecundum dici poteſt cum voluntate ſtare contingentiam, & neceſsitatem: poteſt enim aliquid eſſe liberum & neceſſarium, vt in libro deſtructio deſtructionum patet, quonã modo cœlum ſit locus deorũ, in libro primo expoſuimus.

Quam ob rem neque putandum eſt ipſum ita ſeſe habere iuxta veterum fabulam, qui ad ipſius ſubſidium egere Atlante ipſo ferunt: hi nanque qui hanc protulerunt ſententiam, idẽ quod poſteri viſi ſunt ſentire, Suppoſuere.n. cœlo ipſi fabuloſe animæ neceſsitatem, ceu corporibus his terraceis quæ ſurſum ſunt, ac

E pondus habent. Non igitur hoc pacto exiſtimandum eſt.

Expoſitio. Refellit falſas reſponſiooes de motu cœli: nam alii cœli motum eſſe violentum & cum labore arbitrantur, & tunc ad rationem Ariſtotelis, quæ erat quòd hoc dato, motus cœli non eſſet perpetuus. Reſpondet iuxta tres opiniones. Prima eſt poetarum, qui concedunt motum cœli eſſe cum labore, & violentum: perpetuum tamen ſubſidio Atlantis gigantis, qui pedibus conſtitutis ſuper duas columnas humeris cœlum ſuſtinet, & ipſum perpetuo reuoluit. Contra obiicit Ariſt. quòd tũc hæc opinio poetarum eſt ſimilis opinioni poſteriorum Platonicorum, qui cœlum eſſe graue dicunt, ſuſtineri tamen animæ neceſsitate. Sed hoc eſt confutatum primo libro, vbi declaratũ eſt ipſum neq; graue eſſe, neque leue, inquit. {Quam ob rem neq; putandum eſt ipſum cœlum ita ſeſe habere iuxta veterum fabulam, quia ad F ipſius ſubſidium ſurſum egere Atlante ipſo gigante ferunt. Et hoc probat allegorizando fabulam, & confutaodo illius allegoriam, & inquit. {Hi nanq; qui hanc protulerunt ſententiam, idem quod poſteri viſi ſuot ſentire, & per poſteros intelligit Platooem, & ſequaces. & q̃ hoc modo ſentiant, declarat, & inquit. {Suppoſuere enim cœlo ipſi fabuloſe animæ neceſsitatem, ceu corporibus his terraceis quæ ſurſum ſunt, vt homines qui caput habent ſurſum erectum, & pondus habent, & ita per Atlantem animam viſi ſunt intelligere, quæ cœlum ſuſtinet, veluti anima hominũ ſuſtinet homines ad cœlos erectos. Ex hoc infert errorem, & inquit. {Non igitur hoc pacto ſentiendum eſt, quia tunc cœlum eſſet graue, contra ea quæ diximus in libro primo. Debes ſcire quòd fabula Atlantis habet adhuc duas allegorias, quarum alteram tãgit Ariſtoteles in libro de Cauſa motuum animalis: ait enim pedes Atlantis eſſe in terra, quatenus centrum eſt punctum circa quod voluitur cœ-G lũ, & per quod trãſit diameter mundi, humeros autẽ habuiſſe ad ortum & occaſum, quatenus ſunt dextrum & ſiniſtrum cœli. Caput vero ad meridiem quatenus eſt cœli ſurſum, vt dicemus. Alteram vero aſſerunt iuniores interpretes, qui Atlantẽ cœlũ ſuſtinuiſſe ferunt, ob aſtrorum ſcientiam, quam magnam habebat, attollebat enim ſemper mentem ad ſtellas, ideo ſuſtinere cœlum fabulantur poetæ. Ariſt. autem hic confutauit primam allegoriam, per hoc quia tunc cœlum eſſet graue.

Auer. cõ. 4. Auerroes autem aliter textum introduxit: vult enim Ariſtoteles hucuſq; declaraſſe opinionem ſuam de perpetuitate cœli eſſe veram, tum propter rationes, tũ propter auctoritates veterum. Nunc vero vult Ariſt. declarare opinionem ſuam de natura cœli, quòd non ſit graue nec leue, eſſe etiam veram, & hoc reſpiciendo ad poſitiones contrarias: nam dicentes cœlum eſſe graue, coguntur ponere impoſsibilia: nam, alii Atlantem, alii celeritatem, alii animam fingere coguntur. Animad-H uertit tamen Auerroes eam poſitionem quæ ponit ipſi cœlo animam eſſe partim veram, partim falſam, vera quidem eſt qoo ad concluſionem: cœlum enim eſt animatum & viuum, etiam ſecuodum Ariſto. falſa vero quo ad rationem atq; ſyllogiſmum: aſſerebat enim cœlum eſſe animatum, argumento quia graue eſt, qua ratione indiget anima ſuſtinente, ne cadat. Hæc quidem ratio peccat. primo, quia propoſitiones ſuot falſæ: cœlum enim neque eſt graue, neque leue, ſed tertiæ eſt naturæ. Secundo, quia melius eſt dicere ipſum eſſe leue q̃ graue, quia leuibus cognatum, licet etiam ſit error, cum nec graue ſit, nec leue. Tertio dato q̃ valeat cœlum eſt graue, igitur habet animam, non tamen ad motus ſubſidium ſufficit ſola anima: nam omne graue eget quieſcente, in quo ſuſtineatur, vt in libro de Cauſa motuum animalis eſt dictum: & ita vltra animam eſt neceſſarium

ceſſarium aliquid aliud, in quo ſuſtineatur, hæc Auer.

Præterea neque ſuſtineri tanto tempore poteſt ob conuerſionem ipſam, quæ celerior motus eſt propria eius inclinatione, vt Empedocles inquit.

Expoſitio. Secundo reſpondebat Empedocles, tenendo cœli motum eſſe violentum & cum labore, cœlum etiam eſſe graue. Sed perpetuo ferri ac continuo ob eius celerem conuerſionem: quæ celerior eſt cœli propria ad centrum declinatione. Veluti in motu aquæ in ſcypho repoſitæ videtur, quæ ſurſum detinetur ob ſcyphi celerem agitatum. Contra inſtare videtur Ariſtotelis per hoc, quia non tanto tempore fuiſſet, ſiquidem nullum violentum perpetuum.

Auer. cõ. c. 2. Auerroes autem vult, vt diximus nunc refellere poſitionem dicentem conuerſionem: nam propter celeritatem conuerſionis enitebatur Empedocles defendere cœlum eſſe graue. Præterea Auerroes reſoluit textum ſuum ad ſyllogiſmos quatuor, quos in verbis Græcis Ariſtotelis non ſentit, ſiquis tamen vult illos legat Auerroem.

Præterea nec ab anima, quæ perpetuo ipſum manere cogat, conſentaneum eſt rationi: nam talis animæ vita nequaquam ſine triſtitia beata eſſe poterit. Motus enim & quoniam eſt cum vi (moueri ſiquidem corpus primum aliter aptum ferri) & continuo mouet, & negotioſam eſſe, & ab omni mẽtis delectatione vacare neceſſe eſt. Quod ſi neque vt animæ mortalium animalium ineſt requies aliqua, quæ eſt corporis remiſſio circa ſomnum facta, erit profecto neceſſe, vt ipſa detineat illud perpetuum, atque incorruptibile, veluti quædam rota Ixionem.

Expoſitio. Vltimo refellit poſitionem Platonis, quam in Timæo ſcripſit. Plato enim poſuit ibi animam mundi in medio, quæ vniuerſum ſuſtinet, quæque mouet totum motu perpetuo, & conformi, de qua diximus ſatis

Auer. c. 6. in libro de Intellectu, huius fundamentum (vt Auerroes inquit) eſt, quia corpora hæc terracea preſeruantur, ac conſeruantur à putrefactione propter eorum formas, quare quanto corpus erit præſtabilius, ac temperatius, tanto eius præſeruatio erit maior: & quia cœlum eſt cæteris corporibus ſublimius, ideo meruit animam præſtabiliorem, & hæc videtur ratio Platonis apud Auerroem. Huic opponit Ariſtoteles: nam tunc vita talis animæ non poterit eſſe beata, nam mouet cũ vi, & conatu, & perpetuo, igitur cum triſtitia ſemper vitam ducet, & ita nec beata, nec delectabilis erit, inquit. ❡ Præterea nec ab anima, quæ perpetuo ipſum manere cogat conſentaneum eſt rationi ſupple ipſum moueri (vt Plato ſenſit) nam talis animæ vita nequaquam ſine triſtitia beata eſſe poterit. Cuius rationem affert, dicens. ❡ Motus enim & quoniam eſt cum vi, propter rationem dictam, videlicet quia mouet corpus primum aptum aliter ferri, & cõtinuo mouet, quia enim mouet cum vi, & continuo, & negotioſam eſſe atque occupatam, & ab omni mentis delectatione vacare neceſſe eſt. Verbum enim illud ἰμφρονος pro mente tranſtuli, & non pro prudentia, vt alii fecerunt. Deinde quaſi rationem hanc epilogando ſub alia vi eam replicat, & inquit. ❡ Quod ſi neque vt animæ mortalium animalium ineſt requies aliqua, quæ eſt corporis remiſſio, ſiue diſſolutio & reſtauratio ſpirituum circa ſomnũ facta, neceſſe erit profecto, vt ipſa illud detineat perpetuum atque incorruptibile, veluti rota quædam Ixionem. Ixion enim fuit vir ille, qui (vt poetæ aiunt) cum Iunone cõcubere voluit, at virtute Iouis loco eius cum nebula concubuiſſe fingunt, ex quo centaurus factus eſt, ad huius profecto punitionem ferunt Iouem conſtituiſſe eum rotæ vinctum, vt radiis eius membra frangerentur. Vnde poeta, illic Iunonem tentare Iaxonis auſi. Verſantur celeri noxia membra rota, et Ouidius. Quique agitor rapidæ vinctus ab orbe rote. Et hoc pacto Plato cogitur dicere de anima illa, quæ perpetuo mouetur corpus cum pena, veluti Ixio. Auerroes autem loco Ixionis habet aquitem, quem ignoro. Debes ſcire quòd omnes hæ tres poſitiones reducuntur in vnam nam poetæ per Atlantem animam voluerunt intelligere. Empedocles vero per velocitatem motum animæ mentalem, & hunc Plato motum animæ dicit. Secundo debes ſcire, quòd Platonis poſitio poteſt reduci in bonum: nam verbum illud baron, quod nos graue dicimus, interdum pro corpore apto deorſum ferri. Interdum pro corpore dependente ſumpſerunt Græci, & in hunc ſenſum ſumpſit Plato, cœlum enim graue appellat, ſiue baron, pro quanto ſubtracta eius anima, & dependentia eius ab illa, demergeretur ad chaos, atque ad priuationem: & ſic graue ſumpſit pro corpore dependente ab illa anima, & hoc modo fortaſſe Simplicius allegorizat Platonis ſermonem. Hæc de poſitione veterum.

Si igitur (quemadmodum diximus) res dicto modo de prima latione ſeſe habere licebit, non tantum melius de eius æternitate erit ſentiendum, ſed etiam hoc duntaxat pacto de ea vaticinatione quam de his habemus ſententias conſonas certius proferre poſſumus. Sed de his rationibus hactenus nunc.

Concludit nunc fructum ſuæ poſitionis, vbi debes ſcire de diis tradi hæc, quòd moueant ſine labore, quòd perpetui, quòd beati, quòd formæ ſeparatæ, & eiuſmodi id genus: at hæc omnia per poſitionem. Ariſtotelis haberi poſſunt: nam ſi motus cœlorum ſint perpetui & ſine labore, dii qui cœlos mouent, erunt ſine labore, perpetui, beati, atque ab omni mole ſeparati, vt vidimus in libro Phyſicæ auſcultationis etiam, quare hic & tantus eſt Ariſtotelis fructus, inquit. ❡ Si igitur quemadmodum res dicto modo de prima latione ſeſe habere licebit, vt quòd ſit perpetua, & ſine labore, non tantum melius de eius æternitate erit ſentiendum, ſed etiam hoc duntaxat pacto, & per noſtram duntaxat poſitionem de ea vaticinatione, quam de diis habemus, ſententias conſonas certius proferre poſſumus. Sententiæ hæ conſonæ, quas vaticinationes appellat, ſunt diuinæ illæ cognitiones, vt quod dii ſine ſine labore, perpetui, beati & à mole ſeparati: hæc enim tantum per poſitionem Ariſtotelis haberi poſſunt, & hoc ſi naturali cognitione habentur: nam ſi reuelatione nos chriſticolæ veritates has habemus certius, verum quia res hæc eſt metaphyſica, addit, ſed de his hactenus: hæc Ariſt. Expoſitio.

Cum autem ſint, qui dextrum ipſius cœli aliquid eſſe inquiunt, & ſiniſtrum etiam, vt hi qui Pythagorei nuncupantur, hæc eſt enim illorum ſententia. Conſiderandum eſt, vtrum res ſic ſeſe habeat, vt illi dicunt, an alio modo, ſi eiuſmodi principia corpori ipſius vniuerſi accommodentur.

Hactenus de æternitate motus, & de ipſius qualitate egit, nunc mouet quæſtionem circa cœli differentias poſitionis. Vtrum in cœlo reperiantur ſex differentiæ poſitionis. Expoſitio.

poſitionis. Cauſa autem quæſtionis eſt, quia Pythagorei in cœlo dextrum & ſiniſtrum ſtatuerunt: propterea emergit quæſtio, vtrum cæteræ aliæ inerint cœlo, inquit. ¶ Cum autem ſint qui dextrum ipſius cœli aliquid eſſe inquiunt, & ſiniſtrum etiam, vt hi, qui Pythagorei nuncupantur: quorum hæc eſt poſitio, cōſiderandum eſt vtrum res ſic ſeſe habeat vt illi dicunt, an alio modo, hoc eſt non tantum illa duo, ſed etiam reliqua quatuor. & quia quæſtio eſt hypothetica, addit ſi eiuſmodi principia corporis ipſius vniuerſi accommodentur. Quæſtio igitur hypothetica eſt, vtrum ſi dextrum & ſiniſtrum cœlo inſint, cæteræ omnes inerunt. Hæc quæſtio eſt Ariſtotelis.

Expoſitio. Confeſtim nanque primò ſi dextrum ineſt ei, ſiniſtrumq́; priora principia prius ipſi ineſſe ſentiendum eſt.

Quæſtio illa gemina fuit: nam & hypothetica & categorica eſſe poterat, poteſt nanque abſolutè quæri, vtrum illæ differentiæ cœlo inſint, & poteſt quæri hypothetice, vtrum ſi cœlo inſunt dextrum & ſiniſtrum, inſint cæteræ omnes. Ariſtoteles igitur primo reſpondet ad quæſtionem, vt hypothetice formatur, & inquit. Confeſtim nanque ſi dextrum ineſt ei, ſiniſtrumq́; priora principia atque communiora, vt ante, & retro, ſurſum & deorſum, per prius ineſſe ipſi cœlo ſentiendum eſt. Ad formam igitur quæſtionis ſolutio eſt, quòd ſi illa duo inſunt, oportet cæteras omnes ineſſe, & in hoc apparet defectus Pythagoreorum, qui illas duas tantum cœlo tribuunt, reliquas auferunt.

Determinatum igitur de his eſt in his, quæ de animalium motibus ſunt definita, q videlicet ipſorum naturæ accommodentur. Clariſſimè nanq; animantibus ineſſe videntur quibuſdam omnes eiuſmodi partes, vt dextrum & ſiniſtrum, quibuſdam quædam, ſtirpibus vero ſurſum & deorſum duntaxat.

Expoſitio. Nunc incipit ſoluere quæſtionem abſolutè, & ſumit quædam, quorum primum eſt eiuſmodi differentias clariſsimè ineſſe animantibus, ſed non eodem modo; nam aliis inſunt omnes, vt hominibus, aliis quædam, vt ante & retro, ſurſum & deorſum, veluti animalibus imperfectis, vt conchis, & id genus. Aliis duæ tantum, vt ſurſum & deorſum veluti plantis, inquit. ¶ Determinatum igitur de his eſt in his, quæ de animalium motibus ſunt definita, quòd videlicet ipſorum animalium naturæ accommodentur. Inſunt.n. hæ animali ipſi quatenus aſal eſt, et inquit. ¶ Clariſsimè nanq; animantibus ineſſe videntur, quibuſdam omnes eiuſmodi partes ineſſe videntur, vt dextrum & ſiniſtrum, ſupple cætera id genus. Quibuſdam quædam vt ante & retro, ſurſum & deorſum: ſtirpibus vero ſurſum & deorſum duntaxat. Ex his patet in talibus hunc eſſe ordinem, vt communiſsimè ſint ſurſum & deorſum, quia omnibus inſunt, poſt has ſint ante & retro, vltimæ ſint dextrum & ſiniſtrum. Hæc eſt de prima ſuppoſitione.

Inſuper etiam ſi oportet aliquod ipſorum cœlo ineſſe, primum profecto, quod quidem ineſſe diximus animalibus, conſonum eſt ipſi ineſſe.

Expoſitio. Sumit ſecundo quòd cui aliquod horum ineſt, ei neceſſe eſt ineſſe omne id quod eſt ante illud, vt ſi animali ineſt dextrum, & ſiniſtrum, eidem inſunt ante & retro, & ſi alicui ante & retro, eidem inſunt ſurſum, & deorſum, & non conuertitur ordo. Hæc ſuppoſitio eſt data in reſponſione ad quæſtionem primo modo formatam, & reſumitur hic, quia ſeruit ad propoſitum.

Præterea hæc tria cum ſint, vnumquodque

E horum eſſe poteſt quoddam principium, dico tria, vt ſurſum deorſum, & ante & retro, & dextrum, & ſiniſtrum. Hæ namque dimenſiones, inſint omnes corporibus perfectis conſonum eſt: præterea ſurſum eſt, quod longitudinis eſt principium, dextrum latitudinis, ipſum ante altitudinis. Inſuper etiam alio modo motuum ratione: hæc enim principia dico, vnde motus incipiunt his, quæ motum habent, ab ipſo quidem ſurſum eſt auctio, à dextro motus ſecundum locum, ab ipſo ante motus ſenſitiuus, id nanque dico eſſe ante, in quo ſunt ſenſus ipſi.

Tertio ſumit hæc tria eſſe principia, quod tripliciter probat. Expoſitio.
F Primo, quia inſunt corporibus perfectis, omne nanque quod perfectō ineſt, ſapit naturam principii, quia ratio principii vult eſſe perfecta. Secundo, quia ſunt dimenſionum principia, vt exemplo indicat. Tertio, quia ſunt motuum principia, inquit. ¶ Præterea hæc tria cum ſint, vnumquodque horum eſſe poteſt quoddam principium, & exponit eſſe tria, quia ſunt ſex, ait tamen eſſe tria, quia tres differentiæ ſunt: quarum Prima eſt ſurſum & deorſum. Secunda eſt ante & retro. Tertia dextrum & ſiniſtrum: tunc probat hæc eſſe principia, & inquit. ¶ Hæ nanque dimenſiones, ſiue differentiæ inſint omnes corporibus perfectis conſonum eſt. Hæc eſt prima. Deinde tangit ſecundam, & inquit. ¶ Præterea ſurſum eſt, quod longitudinis eſt pricipium, dextrum latitudinis, ipſum ante altitudinis, ſiue profunditatis. Hæc eſt ſecunda ratio. Deinde tangit tertiam, & inquit. ¶ Inſuper etiam alio modo motuum ratione: hæc enim principia dico, vnde motus incipiunt his, quæ motum habent, ab ipſo quidem ſur-
G ſum eſt auctio, à dextro eſt motus ſecundum locum, ab ipſo ante eſt alteratio, vt motus ſenſorius, id nanque dico eſſe ante in quo ſunt ſenſus ipſi, igitur hæc ſunt principia, & hæc eſt tertia ſuppoſitio. Animaduerſione dignum tria horum eſſe principia è quibus, & tria terminos ad quos. Surſum longitudinis & auctionis principium eſt, deorſum vero finis vtriuſque, dextrum principium latitudinis & motus localis, ſiniſtrum finis, ante principium altitudinis, & alterationis, retro finis. Hæc Ariſtotelis ipſe.

Quo vero ad verba attinet animaduerte verba Ariſtotelis fideliter eſſe tranſlata, licet friuola quædam verba mutaui, vt ſenſus expoſcit, quę non refero, quia ſunt perſpicua. Auer. autem velle videtur hic Ariſto. non poſuiſſe tertiam ſuppoſitionem, ſed concluſionem principalem, videlicet quòd cœlo inſint eiuſmodi tres differentiæ poſitionis, & vult Ariſtotelē hoc probaſſe, tum inductione, tum definitione. Inductione quidem, quia Auer. cō.8.
H cunctis inſunt animalibus perfectis, cœlum autem animal eſſe, perſpicuum eſt. definitione vero, quia ipſi cœlo inſunt omnes definitiones horum, igitur & definita. Quæ expoſitio diſſonat verbis, & proceſſui Ariſtotelis, vt patuit. Sed quo ad verba attinet, dubitaret aliquis, quia appellat illa eſſe tria, & in exemplo enumerat ſex. Indicat Auerroes ſolutionem dicens Ariſtotelem pro tanto illa dixiſſe tria, pro quanto reſpexit ad nobiliora quæ ſunt principia, dextrum, ſurſum, & ante, reliqua tria his oppoſita ſunt ignobiliora, & potius termini ſiue fines, q̄ principia. Sed adhuc ambiges, quonam modo hæc tria habeant vim principii, cætera autem nō. Indicat Auer. declarationem, dextrum enim rationem habet principii, quia pes dexter eſt principium motus: ſiniſter vero concurrit per accidens, vt ſuſtentaculum. quod an ita ſit, perquire librum de Cauſa motuum animalium.

animalium. Amplius ſurſum eſt auctionis principium, aut quia per ipſum nutrimentum aſſumitur, quo animal augetur, aut quia penes ipſum & à parte eius augeri dicitur animal. Præterea ipſum ante eſſe alterationis principium, etiam patet, quia vt dicetur in textu in ipſo ponuntur ſenſus ipſi, qui à ſenſilibus alterantur. Hæc ex commento.

Inſuper etiam non omni in corpore quærendum eſt ſurſum, & deorſum, dextrum, & ſiniſtrum, ante & retro: ſed in his, quæ animata cum ſint, motus principium habent. In nullo ſiquidem inanimatorum videmus vnde principium motus: nam alia quidem omnino non mouentur, alia vero mouentur quidem, ſed omni ex parte ſimiliter, veluti ignis ſurſum duntaxat, & terra ad medium.

Expoſitio. Quarto ſumit eiuſmodi differentias eſſe quærendas tantum in corporibus animatis, argumento quia motus principium habent. Aut forte quarta ſuppoſitio eſt, has differentias his in corporibus inueniri quæ motus habēt principium, argumento, quia animata ſunt, & quia in rebus inanimis non reperiuntur, inquit. { Inſuper etiam non omni in corpore quærendum eſt ſurſum et deorſum, dextrum & ſiniſtrum, ante & retro, ſed in his quæ animata cum ſint, motus principium habent: huius rationem ponit per locum ab oppoſito, & inquit. { In nullo ſiquidem inanimatorum videmus vnde principium motus: nam alia quidem omnino non mouentur, alia vero mouentur quidem, ſed omni ex parte ſimiliter, ceu ignis ſurſum duntaxat, & terra ad medium. Quo verò ad verba attinet, poſſet quis occurrere quid Ariſtoteles velit per principia motuum eſſe in rebus animatis, non autem in rebus inanimatis. Expoſitor ait poſſe intelligi per principia, & interna vt eſt anima ipſa, ſiue melius virtutes, ſiue potentiæ animæ: hæc enim rebus ipſis animatis inſunt, inanimis vero non. Ex externa, quæ partes ſunt, & hoc modo exponit Auerrois. Quæ expoſitio videtur plus textui ſonare: quia probat inanima non habere talia principia, quia omni ex parte feruntur. Secundo poſſet occurrere, quia omnia naturalia habent principium mòtus, igitur non rectè ait quibuſdam nullas ineſſe, quibuſdam aliquas. Exponit Expoſitor dupliciter, aut primum verbum retuliſſe ad artificialia, & tunc eſt ſenſus, alia nanque omnino non mouentur, vt artificialia, quæ mouentur per accidens, & non inquantum talia. Alia vero mouentur quidem, ſed omni ex parte ſimiliter, vt naturalia. Vel verbum illud retulit ad naturalia cum ſunt in proprijs locis conſtituta. Secundum vero ad illa naturalia, quæ extra locum proprium collocantur, & hoc inquit. { Nam alia quidem omnino non mouentur, vt corpora naturalia conſtituta proprijs in locis. alia vero mouentur quidem, ſed omni ex parte, ſimiliter vt naturalia extra locum collocata, & hæc expoſitio ſecunda conſonat exemplo. Hæc quo ad verba.

Verum in his ſurſum & deorſum: dextrum & ſiniſtrum ad nos ipſos quidem dicimus referendo: nam aut reſpectu noſtri dextri, vt augures, aut ſimilitudine ad nos, vt in ipſa ſtatua, aut in his quæ contrario modo ſeſe habent in poſitura: dextrum quidem ad nos, ſiniſtrum eſt, ſiniſtrum autem econtra, & retro quo ad nos anterius eſt. In ſeipſis vero conſideratis nullam cernimus differentiam: nam ſi contrauertantur, contraria dicemus dextra & ſiniſtra, ſurſum & deorſum, ante & retro.

A Obiter occurrit dubitatiò vtrum aliquo modo rebus inanimis talia ſint tribuenda. Reſpondet & indicat talem diſtinctionem, quòd res inanimæ poſſunt dupliciter conſiderari, aut ad nos, aut abſolute. Si ad nos, ſic trifariam reperiuntur, aut reſpectu noſtri dextri, vt augures faciunt qui cornicem leuam in bonum referunt, dextram in malum, aut ſimilitudine ad nos vt ſtatuæ, quæ talia habent per quandam ſimilitudinem noſtram. Aut per contrapoſituram, vt in imaginibus quæ apparent in ſpeculis, inquit. { Verum in his ſurſum & deorſum, dextrū & ſiniſtrum, ad nos ipſos quidem referendo dicimus ineſſe. nam aut reſpectu noſtri dextri ve augures, aut ſimilitudine ad nos vt in ipſa ſtatua, aut in his quæ contrario modo ſeſe habent in poſitura ad nos, vt imagines habent quæ in ſpeculis apparent, in quibus dextrum ad nos eſt ſiniſtrum. Siniſtrum econtra, videlicet dextrum, & retro quo ad nos anterius eſt, hæc ſi conſiderentur ad nos. Si vero inanima abſolute in ſe B ipſis conſiderantur, nullam in eis cernimus differentiam: nam ſi contrauertantur, contraria dicemus dextra & ſiniſtra, ſurſum & deorſum, ante & retro. Hæc quo ad dubitationem.

Auer. cõ. 10. Auerroes autem in commento vult rebus ipſis inanimis etiam dici ineſſe tales differentias per reſpectum ad mundum, vt dicatur ſurſum eſſe in lapide ea lapidis pars, quæ magis loco ſurſum appropinquat, ea deorſum quæ loco deorſum. Et hoc eſt bene dictum.

Quam ob rem & Pythagoricos admirabitur quiſpiam ſola hæc duo principia protuliſſe dextrum & ſiniſtrum: reliqua vero quatuor omiſiſſe, quæ non minus principalia ſunt. Nō minorem ſiquidem ſurſum ad deorſum, & ante ad retro, quàm dextrum ad ſiniſtrum in cun-
C ctis animalibus differentiam habent: quippe cùm hæc vi ſolum, illa figura etiam differunt.

Expoſitio. Fecit pro ſolutione quæſtionis quatuor ſuppoſitiones, nunc ſoluit. Et Primo narrat & refellit opinionem Pythagoricorum. Secundo reſpondet ad quæſtionem ſecundum opinionem propriam. Quantum ad primum Pythagorei cœlo tribuerunt duo horum tantum, dextrum, videlicet & ſiniſtrum, reliqua vero quatuor prætermiſerunt. Hæc fuit poſitio Pythagoricorum, obijcit autem Ariſtoteles huic poſitioni, primo ratione ſumpta à differentia illorum ſic, quæ non minorem differentiam habent non minùs principalia ſunt, reliqua quatuor non minorem differentiam habent, immo maiorem, igitur non minus principalia ſunt. De ratione hac tangit minorem, & primo narrat poſitionem illorum, & inquit. { Quam ob rem & Pythagoreos admirabitur quiſpiam ſola hæc duo principia protuliſſe atque cœ-
D lo tribuiſſe dextrum, videlicet & ſiniſtrum, reliqua vero quatuor omiſiſſe quæ non minus principalia ſunt, & quòd non minus principalia ſint, ſyllogizat & ſumit primo minorem, & inquit. { Non minorem ſiquidem ſurſum ad deorſum, & ante ad retro, quàm dextrum ad ſiniſtrum in cunctis animalibus differentiam habent, immo maiorem, quod probat, & inquit. { Quippe cum hæc duo videlicet dextrum & ſiniſtrum vi ſolum, illa quatuor figura etiam differunt, hoc eſt non tantum vi, ſed vi, & figura,

Auer. cõ. 11. Debes ſcire, vt colligitur à commento vndecimo, ꝙ maior differentia eſt inter ſurſum & deorſum, & inter ante & retro ꝙ̃ inter dextrum & ſiniſtrum: nam dextrū & ſiniſtrum ſolum differunt virtute, & conueniunt in figura. Manus. n. dextra pollentior eſt ſiniſtra, licet ſit eiuſdē figuræ, ſimiliter dexter humerus eſt fortior ſiniſtro ad motū, licet ſiniſter ſit fortior ad portandum pondus amplius

plius pes dexter potentior eſt ad motum, ſed pes ſiniſter ad fixionem, & ita differunt virtute & potentia, ſed figura conueniunt. Secundo differunt virtute, quia in dextro eſt vis principii, in ſiniſtro vero vis finis, attamen figura conueniunt. At ſurſum & deorſum non tantum virtute, ſed etiam figura differunt. virtute quidẽ, quia in ſupera parte vis eſt principii auctionis, in parte infera finis, amplius in anteriore parte vis principii alterationis, in poſteriore finis, figura vero, quia vt videtur diſſimilaria ſunt. Et tu intellige illa magis differre, hæc minus, hoc eſt illa pluribus, hæc paucioribus differentiis differre. Hæc ex commento.

Inſuper etiam ſurſum quidem & deorſum omnibus animantibus ineſt, pariter animalibus, & ſtirpibus, dextrum vero, & ſiniſtrum ſtirpibus non ineſt.

Expoſitio. Secundo idem indicat ratione ſumpta ab ordine, hoc modo, quibus inſunt poſteriora, eis inſunt priora, dextrũ & ſiniſtrum ſunt poſteriora, illa quatuor ſunt priora, igitur quibus inſunt dextrum & ſiniſtrũ, his inſunt illa quatuor. De ratione vim & probationem minoris tangit, & inquit. ¶ Inſuper etiam ſurſum quidem & deorſum omnibus animantibus ineſt pariter animalibus & ſtirpibus, dextrum vero & ſiniſtrum ſtirpibus non ineſt, & ſic ſi cœlo hæc duo inſunt, etiam illa quatuor eidem inerunt.

Præterea ſi longitudo latitudinem antecedit, & ſurſum quidem longitudinis, dextrum vero latitudinis principium fuerit, ſitq; rei prioris principium prius, erit profecto ipſum ſurſum dextro ipſo generatione prius. Multifariã nanq; ipſum prius dicitur.

Expoſitio. Hæc ratio non videtur ad principalem concluſionem, ſed ad probationem minoris proximæ rationis procedere, quæ erat, cætera qoatuor eſſe priora illis duobus, videlicet dextro & ſiniſtro: & ſic videtur confirmatio, & ſignanter probat ipſum ſurſum antecedere dextrum, & facit vnum enthymema, in cuius antecedente ſumit tria, & inquit. ¶ Si longitudo latitudinẽ antecedit, & ſurſum quidem longitudinis, dextrum latitudinis principiũ fuerit, ſitq; rei prioris principium prius, his tribus ſumptis infert intentum, & inquit. ¶ Erit profecto ipſum ſurſum dextro ipſo generatione prius, & quia multifariam dicitur prius, vt generatione, tempore, & definitione, & ipſe voluit ſurſum eſſe prius generatione, addit, multifariãnãq; ipſum prius dicitur, ideo ſupple ſignanter dixi generatione prius eſſe. Et enthymema hoc poteſt ſic ad ſyllogiſmum reſolui, principium rei prioris eſt prius, ſurſum eſt principium rei prioris, dextrum vero eſt principium rei poſterioris, igitur ſurſum eſt dextro prius. Minor proſyllogizatur ſic, longitudo eſt prior latitudine: latitudo enim cauſatur ex fluxu longitudinis, ſurſum eſt principium longitudinis, dextrum vero latitudinis, igitur ſurſum eſt principiũ rei prioris. Animaduerte ꝙ ipſum ſurſum eſſe dextro prius generatione, vt longitudo latitudine, quia ex fluxu longitudinis generatur latitudo. Sed in hac ratione non parua occurrit quæſtio, per eam enim probarem dextrum eſſe prius ipſo ante. Nam latitudo eſt prior altitodine: latitudo enim motu facit altitudinem, ſiue profunditatem, & cum dextrum ſit principium latitudinis, ipſum autem ante ſit principium profunditatis, videtur per hanc rationem ipſum dextrum eſſe prius ipſo ante. Hæc quidem non parua eſt quæſtio, cui nũc nihil mihi probabilis occurrit, forte alias conſiderabo.

Ad hęc ſi ſurſum quidem eſt ſuper quod agitur motus, dextrum è quo, ipſum vero ante per quod: ita vt vim aliquam principii ipſum ſurſum inter alias ſpecies ſubeat, iure profecto

E increpandi ſunt: tum quia principaliora principia omiſerunt: tum quia vniuerſis hæc ſimiliter ineſſe putabant.

Tertio principaliter arguit. pars ſuper quam fit motus, & pars è qua fit motus, & pars per quam fit motus ſunt in cœlo: ſed ſurſum eſt pars ſuper quam fit motus, dextrum eſt pars è qua fit motus, ante vero eſt pars per quã fit, igitur in cœlo ſunt ſurſum, dextrum, & ante. Debes ſcire ꝙ motus animalis incipit à dextro & conuertitur in ſiniſtrum: propterea fingamus hominem moueri in orbem è latere dextro in ſiniſtrum, tunc patet in tali motu dextrum eſſe principium motus, & ſiniſtrum finem, ſurſum & deorſum puncta ſuper quæ fit motus: ante & retro partes per quas fit motus. ad propoſitum, ſi motus cœli incœpit, principium motus fuiſſet ortus, & ita eſſet dextrum cœli, finis occaſus, & ita ſiniſtrum, polos ſuper quos vertitur ſurſum & deorſum. Culmen & imum
F per quæ fieret, & ita ante & retro, de ratione igitur tangit minorem, & inquit. ¶ Si ſurſum eſt ſuper quod agitur motus, dextrum è quo agitur, ipſum vero ante per quod agitur, ita vt vim aliquam principii ipſum ſurſum inter cęteras ſpecies obtineat, & ſupple hæc in cœlo ſunt, videlicet pars è qua, & pars ſuper quam, & pars per quã, iure profecto increpandi ſunt. tum quia principaliora principis omiſerunt, videlicet ante & retro, ſurſum & deorſum, tum quia hæc duo, videlicet dextrum & ſiniſtrum vniuerſis ineſſe putabant: & non eſt ita, ſolum enim perfectis animalibus inſunt. Hæc mihi videtur interpretatio, & expoſitio huius loci. Alii vero aliter hũc locum intelligunt, vt Thomas, & iuniores, quos ſecutus ſum alias, nunc vero videtur mihi hæc explanatio verior. Iuniorũ interpretatio.

Auerroes vero vult ipſum ſurſum eſſe principium motuum, quia in eo collocatur cor: eſt enim in ſpiritualibus contentum, et verſus ſurſum vergens. Modo cor eſt principium omnium motuum. Verum hæc expoſitio non Auer. [illegible]
G valet. primo, quia Ariſto. in libro de Aialibus ait, cor eſſe in medio. Secundo, quia non conuenit verbis Ariſt. Secundo exponit Auer. propter quid ipſum ante eſt ad quod, & vult ipſum ante eſſe ad quod trifariam. primo, quia viſio fit intramittendo. ſecũdo, quia viſio contraponitur viſibilibus. tertio, quia eſt ad quẽ mouẽtur ſpiritus à corde. ſed prima expoſitio eſt mens Ariſt. Mouet tamẽ Quæſtio Auer. Auer. quæſtionem: nam Ariſt. ait ipſum ſurſum, id eſt, cor eſſe principium motuum, dextrum ait eſſe principiũ exitus & manifeſtationis, ante vero dicit eſſe finem: propterea quæres vtrum hæc intelligantur reſpectu eiuſdem motus, an reſpectu diuerſorum motuum. Soluere videtur Auer. ipſum cor eſſe principium omnium motuũ ſecundũ rem, alia vero eſſe principia manifeſtandi ipſum vt dextrum & ipſum ante, & hoc ſiue eiuſdem, ſiue diuerſorum motuum principia intelligantur. Nam quomodocunque ſit ratio valet. Ariſto. enim vult habere ipſum ſurſum eſſe enumerandum inter principia, quòd habetur
H ex hoc quod cor eſt principium motuum, quod vel eſt ipſum ſurſum, vel ſurſum vergit. Sed qualiſcunque ſit hæc quęſtio, & illa ſolutio, ad verba Ariſt. non proſunt, Simplicius defendit Pythagoreos aſſerens eos voluiſſe Defenſio Pythagor. in cœlo eſſe omnes ſex, vt in omni animali perfecto, verum harum ſolum duarum ſubmeminit, quia omnia entia reduxit ad duo, videlicet bonum & malum quæ per dextrum & ſiniſtrum habentur. Secundo, quia hęc vt poſtrema ſupponunt prima, & propterea duo nominauerunt, dantes cæteras intelligere. Hæc Simplicius.

Nobis vero cum ſit iam antea definitum tales poteſtates ineſſe his, quæ principium motus habent, & cœlum ſit animatum atq; principiũ motus habens, patet ipſi & ſurſum & deorſum, & dextrum & ſiniſtrum ineſſe.

Nunc

Expoſitio. Nunc ſoluit qõoem categoricã ſm veritatẽ atq; propriam opiniooem, & vult cœlo ineſſe oẽs eiuſmodi drías poſitioois, & ſyllogizat ex his quæ ſuppoſuit hoc modo: omoe animatum habens principium per ſe motus, habet dextrũ & ſiniſtrum, ſurſum & deorſum, & cætera id genus, hęc fuit vna ſuppoſitio. Sed cœlum eſt animatum & principium motus habens, vt alia ſuppoſitio dixit, igitur cœlum habet dextrum & ſiniſtrum & id genus, inquit. ¶Nobis verò cum ſit iam anteà definitum tales poteſtates his ineſſe quæ principium motus habent, & quæ ſupple ſunt animata. Hæc eſt maior, & cœlum ſit animatum atque principium motus habens, hęc eſt minor: patet ipſi & dextrum & ſiniſtrũ, & ſurſum & deorſum ineſſe & reliqua. Hæc eſt concluſio.

Nec oportet profectò ambigere ob rotundã figuram, quę eſt ipſius vniuerſi: quonam pacto aliud ipſius ſit dextrum, aliud ſiniſtrum, aliud ſurſum, aliud deorſum, ſi partes conformes ſint cunctæ, atque omni tempore moueantur.

Expoſitio. Sed obiicit ſibi primo, oẽ habens eiuſmodi differentias poſitionis eſt diſforme in partibus, cœlum non eſt diſforme in partibus, igitur cœlum oon habet eiuſmodi differentias. Secundo omne habens dextrum incipit de oouo moueri, at cœlum non incœpit moueri, igitur noo habet eiuſmodi, inquit. ¶Nec oportet profectò ambigere ob rotundam figuram, quæ eſt ipſius vniuerſi, quonam pacto aliud ipſius ſit dextrum, aliud ſioiſtrum, aliud ſurſum, aliud deorſum, ſi partes cõformes ſint cunctæ. Hęc eſt vis primæ dubitationis. Atq; omni tempore moueantur. Hæc eſt vis ſecundæ dubitationis.

Sed intelligendum eſt perindè atque ſiquis in his figuris, quæ dextri etiam ad ſiniſtrum differentiam habent, circunpoſuerit ſphæram: habebunt enim poteſtates diuerſas, ob figuræ tamẽ ſimilitudinem habere non videbuntur.

Expoſitio. Reſpondet Ariſt. ad primam, & breuiter intendit oegare maiorem, quia poteſt conforme habere in figura virtutes eiuſmodi diuerſas imaginãdo multiforme effici conforme, inquit. ¶Sed intelligẽdum eſt perinde atq; ſiquis in his figuris, quæ dextri etiam ad ſiniſtrum differentiam habent, circuopoſuerit ſphæram, ita vt remaoentibus omnibus virtutibus efficiatur orbis: habebuot enim tales partes conformes poteſtates diuerſas, ob figuræ tamẽ ſimilitudinem habere non videbũtur. Et ſic breuiter maior neganda eſt, & ſic in cœlo conformia eſſe poſſunt illa ſex diuerſa. Ad illam enim voiuerſalem quæ erat maior, omne habeos ſex ſpecies poſitionis eſt diſforme, ſufficit inſtare per inſtantiam quæ eſt, vel eſt poſsibilis, vel ſaltẽ imaginaria, & ita licet oihil ſit conforme per quod inſtare poſſem habẽs illas ſex ſpẽs, oec poſsit eſſe, eſt tñ imaginarium aliquod conforme habens illas vt de hoíe diſformi conuerſo ad cooformem per imaginationem.

Auer. cõ. 19 Auerroes verò aliter probat cœlum habere ſex differentias poſitionis, arguit enim hoc modo, omne animatũ quod pluribꝰ partibus motus fertur ex parte propria per partem propriam, ad partem propriã, habet ſex eiuſmodi differentias, cœlum eſt animatum quod pluribus motibus mouetur ex parte propria ad partem propriam, igitẽ habet illas ſex differentias. Minor diuiditur in tres propoſitiooes, quarum prima eſt cœlum mouetur pluribus motibus, ſecunda motus cœli eſt ex parte propria ad partem propriam. Tertia, cœlum eſt animatum, dicit Auer. duas vltimas propoſitiones eſſe per ſe notas: cœlũ enim moueri ex parte propria ait patere. Amplius, cœlum eſſe animatum ſimiliter manifeſtum eſt per ſe, tam & ſi Simplicius hic diſputat, quod nos alio loco pertractauimus. Cœlum vero moueri pluribus motibus oõ exponit, nec ait patere, poteſtatem tamen intelligi de motibus partia-

A libus: vna enim motus pars incipit ab ortu & terminatur ad culmen cœli. Alia è culmine ipſo ad occaſum, alia ab occaſu in imum cœli. Vltima ab imo in ortum rurſus. Sed occurres, oam ex qualitatibus illarum poteſt haberi intentum. Si enim cœlum mouetur ex parte propria per partem propriam ſuper partẽ propriam, ſequitur ipſum habere dextrum ſiniſtrum, & cætera id genus. Similiter valet, cœlum mouetur pluribus motibus per ſe, igitur habet dextrum & ſiniſtrum, & cætera id genus: rurſus valet, cœlum eſt animal, igitur habet dextrum & ſiniſtrum & reliqua, maximè ſi ſit animal perfectum. Quæres igitẽ cùm Ariſt. noo accepit oiſi tantum illam, cœlum videlicet eſſe animatum, & præterit alias duas, è quibꝰ non minus ſequitur propoſitum illud. Innuit Auer. ſolutionẽ, hoc eſſe factum, quia Ariſt. voluit dare cauſam ob quam habet dextrum & ſiniſtrum, & per conſequens reliqua, quæ cauſa eſt eſſe animatum, modo per alias duas non habetur cauſa, vt igitur demõſtratio ſua ſit per cauſam ſum-

B pſit cœlum eſſe animatum, & præterit reliquas, hæc ad quæſtionem. Quo vero ad exemplum Ariſt. de homine conformi, qui prius erat diſformis. Auer. voluit hominem illum debere habere duas conditiones, prima eſt vt caput habeat ad polum meridionalem ſiue antarcticum, pedes ad polum ſeptentriooalem ſiue arcticum, dextrum ad ortum, ſiniſtrum ad occaſum, pectus & partem aoteriorem ad culmen cœli, qnod ſuper terram eſt dorſum & partem poſteriorem ad imum cœli, quod eſt ſub terra, huius cauſam affert, quia aliter oon eſſet motus cœli ab ortu in occaſum per meridiem ſuper duos polos, quod eſt contra ratiooem: nam pars culminis cœli, quæ eſt ſuper terram eſt præſtabilior: igitur debet eſſe prima in motu, & magis q̃; pars cœli quæ eſt ſub terra. Amplius, ortus eſt præſtaotior occaſu, igitur ab ortu debuit iocipere ſecundum naturam verſus culmen diei, veluti è parte nobiliori verſus partem nobiliorem. Secunda huius hominis conditio eſt, vt homo ille conuertatur ad figurã ſphæ-

C ricam, omnibus virtutibus & potẽtiis, quas habebat ante conuerſionem, remanentibus. Quibus perſpicuum eſt talem homioem habere has virtutes, & eſſe cõformem. igitur cum conformitate partium ſtat diuerſitas virtutũ. Addit Auer. aliud exemplum ad propoſitum, vt ſi homo ſiniſtro pede fixo è dextro verſus ſioiſtrum volueretur perpetuo, vbi patet ipſum eſſe diuerſarum virtutum, & conformem eſſe, & ita cœlum. Sed occurres Ariſt. nam conditionalis nihil ponit ioeſſe: igitur ex illa conditione, videlicet ſi incœpiſſet moueri, non debet poni ineſſe, quod habeat principium motus: poteſt enim conditionalis eſſe vera, cuius antecedens & cõſequens ſunt impoſsibilia, veluti ex illa cooditiooe, ſi equus volat, ouoq; de ineſſe ſequitur ipſum habere alas. Auer. quaſi ſoluens fingit duo principia in cœlo, magnitudinis & temporis, & ſic vult cœlum habere principium magnitudinis, vt orientalem partem, & ſi ooo habeat principium temporis, & ita videtur euadere à quæſtione. Sed hæc ſo-

D lutio friuola videtur: nam tunc dextrum non eſſet in cœlo niſi ſub ea ratione, qua eſſet principium latitudinis, & non qua eſſet priocipium motus, cuius contrarium ſentit Ariſt. Melius dici poteſt quòd licet conditionalis nihil ponat ineſſe: poteſt tameo eſſe ſignum propoſitionis de ineſſe: hæc enim conditionalis, ſi cœlum incœpiſſet moueri, haberet dextrum, eſt ſignum q; oriens eſt dextrum, ooo tameo cauſa, hæc tamen dubitatio accidit in textu ſequenti, ſed propter commentum mota eſt hic.

Eodem modo de mouendi principio eſt intelligendum. Etenim & ſi nunquam cœlum moueri cœperit, principium tamen habeat ipſum neceſſe eſt, vnde incœpiſſet, ſi tale mobile inciperet moueri, & rurſus mouebitur, ſi ſtabit.

Expoſitio. Soluit ad ſecundum & ait, non propter hoc eſſet negandum principium mouendi è cœlo ipſo, & ſi non cœperit moueri, vt ſi homo perpetuò ſuper pedem ſiniſtrum eſſet motus in orbem, non minus haberet dextrum, & inquit. Eodem autem modo de mouendi principio eſt intelligendum, etenim & ſi nunquam cœlum moueri cœperit, principium tamen habeat ipſum neceſſe eſt, vnde incœpiſſet, ſi tale mobile inciperet moueri, & rurſus mouebitur, ſi ſtabit veluti homo haberet dextrũ quod eſt motus principium, etiam ſi motus eſſet perpetuo in orbem, & ita non repugnat et quod perpetuo fertur, habere principiũ motus. Dubitatio verò huic contingens eſt ſoluta in commento dicto.

At longitudinem ipſius dico, quæ ad vertices eſt inter capedo, atque verticum, alterum ſurſum, alterum deorſum: differentiam enim hemiſphęriorum in ſolis his cernimus, argu- F mento quòd vertices ipſi non mouentur. Præterea etiam mundi latera ſurſum eſſe, & deorſum non dicere conſueuimus, ſed eſſe pręter vertices: propterea quia hæc eſt ipſius longitudo. In latus enim eſt, quod præter ſurſum atque deorſum eſt.

Expoſitio. Hactenus ꝙ cœlum habeat dextrum & ſiniſtrum, & penès quæ ſumantur declarauit, nunc de ipſius ſupera & infera parte pertractat, & inquit. At longitudinem ipſius dico, quę ad vertices eſt intercapedo, vertices enim ſunt, quos græci polos vocant, linea itaq;, quæ è vertice traheretur ad verticem longitudo mundi ſiue cœli eſt, quæq; diameter etiam dicitur, atque verticum lineam illam terminantium, alterum ſurſum, alterum deorſum dico, generatim igitur quæ longitudo, & quæ pars ſupera & infera ſit, patet. Hoc probat primo ſic, ea penès quæ attenditur diſtantia ſemiſphærarum, ſunt ſurſum & deor- G ſum, ſed penès vertices attenditur diſtantia hemiſphæriorum: igitur vertices ſunt partes ſurſum & deorſum. Minor patet pro tanto, quia ſolum vertices in cœlo ſunt immobiles, & propterea ſolum ſuper ipſos fit motus. Debes ſcire ꝙ cœlum eſt ſphæra, cuius vna medietas arctica, altera antarctica eſt, linea enim æquinoctii diuidit illas, dicitur vna arctica ſiue ſeptentrionalis, quia pũctus ipſius medius eſt vertex ſeptentrionalis, dicitur altera antarctica, quia punctus medius eſt vertex meridionalis, & ita patet hemiſphæria ſumi penès eiuſmodi vertices ob illorum immobilitatem, inquit. Differentiam enim hemiſphæriorum, vt ꝙ vnum ſit ſeptentrionale, alterum meridionale in ſolis his punctis cernimus, argumento ꝙ vertices ipſi non mouentur, & ita videtur vti centra illorum, hoc docet totam cœli longitudinem eſſe intercapedinem ad illos vertices. Secundo idem perſuadet à conſueto modo loquendi, & hoc, quia quæ ſunt ad ortum & occaſum nõ ſolemus dicere eſſe ſurſum, vel deorſum, ſed H magis ad latera, quæ vero ſunt ad vertices ipſos ſolemus dicere ipſa eſſe aut ſurſum, aut deorſum. Qui loquendi vſus docet vertices eſſe ſurſum & deorſum, ortũ & occaſum eſſe latera ſiue latitudinis terminos, videlicet dextrũ & ſiniſtrũ, inquit. Præterea etiã, mundi latera ſurſum eſſe & deorſum non dicere conſueuimus, nec ea quæ ad illa ſunt, ſed eſſe pręter vertices: propterea quia hęc eſt ipſius cœli lõgitudo. In latus.n. eſt quod præter ſurſum & deorſum eſt: & ſic ab hoc loquendi modo, habemus ortum et occaſum eſſe latera, ſiue dextrum & ſiniſtrum, vertices

Quæſtio. vero eſſe ſurſum & deorſum. Sed occurrit Auerr. quia non vr̃ verum vertices eſſe immobiles. Nã vel quieſcũt per ſe, vel per accñs. Si per ſe, igitur poſſunt moueri, cui enim ineſt vnum oppoſitorum eidem ineſſe poteſt alterum, per regulam topicam, ſi per accidens, igitur ad quietem alicuius per ſe, ſed nihil eſt actu in ipſo cœlo, quod

E per ſe quieſcat: igit̃ nullo pacto quieſcũt. Innuit Auer. duas ſolutiones, quarum prima eſt Ariſt. loquitur ſecundum imaginationem Mathematicorum: illi enim fingũt polos ſiue vertices immobiles. Secunda eſt, vertices ipſos quieſcere per accidens ad quietem partium, quæ iuxta vertices ponuntur, quæ quidem quieſcunt ſecũdum naturam, & ſubiectum, licet ſecundum formam moueantur, vt Sexto Phyſicæ auſcultationis dictum eſt. Vertices igitur per ſe ſecundum formam mouẽtur, quieſcunt tamen per accidens quiete partium, quæ quieſcunt ſecundum materiam. (Sol. Auer.)

Sed hæc Auer. determinatio friuola videtur. primò, quia ſi vertices mouerentur aut motu recto, aut circulari, non recto, quia neque ſurſum, neq; deorſum, neq; circulari, quia omne quod mouetur circulariter deſcribit circulum apud Euclidem. Quod ſi vertex deſcribat circulum, tunc illius circuli adhuc erit dare centrum, & vertices, & ita in infinitum. Secundo datur medium inter quieſcens & mobile, vt id quod nõ mo- F uetur, Deus enim neque quieſcit, neque mouetur, ſed eſt immobilis ita vertices nec mouentur, nec quieſcunt, ſed ſunt immobiles, quia cum ſint indiuiſibiles, non ſunt apti motui, nec quieti. (Cõfu. Auer.)

Defenſio. Solebam dicere vertices ſecundum Mathematicorum imaginationem eſſe puncta indiuiſibilia, quæ nec mouentur, nec quieſcunt, & ſic procedunt rationes. Secundum Phyſicam imaginationem ſunt partes minimæ, quæ mouentur motu totius per accidens, cùm ſint moueri aptæ, cùm ſint diuiſibiles, & hoc modo concederet Auer. illos deſcribere circulos per accidens propter motum fundamenti, & cœli.

Verticum verò, qui nobis apparet infera pars eſt, qui verò nos latet eſt ſupera. Nam dextrum cuiuſque dicebamus vnde motus localis principium eſt. At conuerſionis cœli principium eſt, vnde exoriuntur ſydera, quare hoc G erit dextrum. Siniſtrum verò, vbi occumbunt. Si igitur à dextris incipit, & circunfertur ad dextram, verticem qui nos latet, ſuperam partem eſſe neceſſe eſt: ſi enim erit is, qui apparet, motus erit ad partes ſiniſtras, quod quidem non concedimus.

Hactenus generatim ꝙ vertices ſint ſurſum & deorſum cœli, nunc ſpeciatim dicit verticem qui nobis apparet eſſe partem inferam, qui vero nos latet, eſſe partẽ ſuperam. Syllogizat autem ſic, ſi motus cœli incipit ab ortu, & finit in occaſum, polum qui nos latet oportet eſſe ſuperum, qui nobis apparet inferum, ſed motus cœli incipit ab ortu, igitur polus occultus eſt ſurſum, Inquit. Verticũ vero qui nobis apparet infera pars eſt, qui vero nos latet, eſt ſupera, probat ſupponendo quæ de dextro & ſiniſtro dixit, & inquit. Nam dextrum cuiuſq; dicebamus vnde motus principium eſt, at motus localis cœli princi- H pium eſt. Vnde exoriuntur ſydera, igitur in prima figura ortus erit dextrum, ſiniſtrum vero vbi occumbunt. Hoc ſumpto arguit. Si igitur mouetur à dextra & circũfertur ad dextra, verticem qui nos latet, ſuperam partem eſſe, neceſſe eſt. Probat poſitionem antecedentis per locum à cõtrario, & inquit. Si enim is erit qui apparet, motus erit ad partes ſiniſtras, quod quidẽ non concedimus. Vbi nanq; ille homo fingeretur, qui caput haberet ad verticem apparentem, & pedes ad verticem occultũ, nõ poſſet habere dextrum ad ortum, niſi dorſum teneret ad culmen diei, quod eſt contra dicta. Propterea ſi debeat habere pectus ad culmen diei, & dextrum ad ortum, caput habeat ad polum occultum, pedes ad polum ſublimen neceſſe eſt. (Expoſitio.)

Auer. cõ. 18. Quæſtio Auer. Auerroes vero in commẽto huius loci digreditur ibi. Sed habet quandam quæſtionẽ, vbi mouet quæſtionem. nam aut Ariſtote. per dextrum & ſiniſtrum & eiuſmo-

di

di cætera vult partes cœli integrales, vel extrinſeca quædam. Si partes, tunc mutabuntur: erit enim vna pars nũc in ortu, nunc in occaſu, & in alijs locis. Si intelligis extrinſeca, non videtur quæ ſint. Sol. Hanc quæſtionem ſoluit ibi & viſum eſt mihi, & ſol. eius forſitan eſt quòd eiuſmodi virtutes ſunt animæ cœli poteſtates, vt illæ hominis.

Et tunc bifariam conſyderari poſſunt aut reſpectu animæ tantum, & ſic ſunt in vniuerſo cœlo, & in qualibet parte cœli, veluti anima ipſa etiam, & hoc modo ſunt immutabiles. Aut reſpectu illius in quod influunt, & hoc dupliciter, aut reſpectu cœli, in cuius partem primo influxerunt, & ſic pars cœli nobilior quæ primo fuit in ortu, dicitur dextra, quæ forte fuit ſtellatior pars orbis primi, & huic oppoſita fuit in occaſu. Si enim cœlum incœpiſſet moueri hæc pars fuiſſet in ortu primo, & hæc primo recepiſſet influentiam dextri, & hoc modo hæc pars mutatur de dextro in ſiniſtrum, quia nunc eſt in ortu, nunc in occaſu, nunc in alijs poſituris. Aut reſpectu mundi habitabilis. In cuius vna poſitura perpetuo influit, & hoc mo- B do ſunt immutabiles, quia ea pars mũdi, quæ primo vim ortus aſſumpſit, ſemper eam detinet per eandem proportionem ad vertices & ad centrum. Diffe. ſit°. tripliciter ſumuntur. Et vt vno verbo dicam, hæ differentiæ poſitionis accipi poſſunt pro virtutibus animæ abſolute, & ſic non mutantur, & non ſunt in aliqua parte mundi magis quàm in alia. Alio modo pro partibus cœli, quæ in prima motus genitura, ſi incœpiſſet ſuſceperunt influentias talium, & ſic ſunt partes immutabiles ſecundum abſolutam rationem, licet mutationem ſubeant reſpectu mundi inferioris. Tertio poſſunt ſumi pro poſituris mundi acceptis in comparatione ad vertices & centrum, & etiam ſic ſunt immobiles, quia ea mundi poſitura quę ſemel fuit ortus, ſemper eſt dextrum, & in alijs ſimiliter, & ita per ortum vult eſſe intelligẽdum eam mundi poſituram, ad quam primo prima pars cœli fuiſſet ſi incœpiſſet moueri, vt ea in qua fuiſſet Cãcer, qui fuit horoſcopus genituræ mundi, & per occidẽs vult partem huic contrariam, vt eam mundi poſituram, in qua fuiſſet C Capricornus. Et addit iſtas poſituras eſſe ſtabiles, ſi terra quæ nunc habitatur, naturaliter ſemper habitetur, quòd ait propter eos qui volunt terram debere cooperiri aquis naturaliter, & quòd non mutetur ſimpliciter ſecundum totum, quod ait propter tenentes diluuium, quod ait conceſsiſſe Albumaſarem mathematicum. De orbe ſi. xo. Debes ſcire prò declaratione huius loci quòd Ptolemæus fingit vnum orbem maximum non realem, ſed more geometrico imaginarium, qui immobiliter totum mũdum continet. Hunc realem eſſe dicunt catholici, & ſtabilem atq; locum beatorũ, ſed ſiue ſit realis, ſiue imaginarius, propoſitum non deſtruit. Quo ficto, vlterius oportet imaginari illum hominem magnum conuerti in hunc, ita vt dextrũ eius conuertatur in eam huius cœli partem, ſuper quã emergiſſet prima pars cœli realis, & hæc eſt dextrum & ortus, ſiniſtrum vero conuertatur in eam huius orbis partem, quæ primę opponitur, pectus eius in tale culmen ſuper terram D conſtitutum, dorſum in imum ſub terram poſitum, caput vero ad verticem antarcticum meridionalem auſtralem, pedes ad polum illi contrarium arcticum ſeptẽtrionalem borealem. Hoc conſtituto, dicẽdum virtutes animæ, ſiue cœli, ſiue mundi poſſe trifariam conſyderari, aut reſpectu huius orbis imaginarij, & hoc modo ſunt ſtabiles atq; fixæ. Semper.n. vis dextri influit in ortum huius qualitatẽ initiatiuam motus perpetuam, & vis ſiniſtri influit in occaſum huius ſimiliter qualitatem terminatiuam motus, & ſic aliæ virtutes in alijs huius orbis differentijs. Aut reſpectu orbis mobilis motu diurno, & hoc modo in prima orbis motione ea huius orbis mobilis pars recepiſſet vim dextri, quæ primo fuiſſet in ortu primi orbis, quę q; moueri cœpiſſet verſus culmen dici, & ſic de alijs ẽt dicendum eſt. Et hoc modo tales virtutes ſunt mobiles, & immobiles, mobiles quidem, reſpectu orbis imaginarij fixi, quia mouentur cum ſuis illis partibus, quæ primò affectæ fue-

A rũt ab illa cœli anima, immobiles vero reſpectu partium cœli in quibus fuerunt receptę, nam illæ nunq; deſinunt, atq; nunq; in alias migrant. Aut conſyderari poſſunt abſolute, hoc eſt nec reſpectu orbis imaginarij, nec reſpectu orbis mobilis, ſed vt ſunt vires animæ, & hoc modo ſunt immobiles oĩno, quia ſunt totę in toto illo, & totę in qualibet parte illius, & hoc ſemp et imutabiliter, hęc eſt declaratio Auer. Secundo dubitaret aliquis an tales virtutes ſex ſunt in cœlo, & arguit Auer. ꝙ non, quia tunc eſſent formæ in ſubiecto, & ita materiales, igitur corruptibiles, igitur aliqñ corrumperentur, aliter poſſibile redderetur impoſſibile: declaratum eſt.n. generatim tam in ſubſtantijs, q; accidentibus, omne corruptibile neceſſario corrumpi. Scđa dubit.

Soluit Auer. has potentias ſiue virtutes non eſſe materiales, hoc eſt eductas de potentia materiæ, ſed ſunt potentiæ animæ cœli, quæ cœlo vnitur ſm ſe, & omnes eius potentias proprias, qua ratione ſunt formæ imateriales veluti & ipſa anima, cuius ſunt, licet ſint cœlo copulatæ ve- Sol. auer.

B luti anima ipſa. Adhuc occurres, quia tales ſex differentiæ ſunt in prædicamento relationis, ſed vt ſic ſunt in prędicamento qualitatis, aut ſubſtantiæ, cum ſint, aut animæ cœli qualitates, aut ipſa anima. Tertia dub. Adhuc reſpõdet Auer. Solutio. & vult tales differentias poſſe etiam ſumi pro relationibus quibuſdam, non tantum pro potentijs ipſis. nam ſi ſumantur reſpectu animæ ſunt ſubſtantiæ, vel qualitates. Sin autem reſpectu terræ habitabilis noſtræ, ſic ſunt relationes ſiue ſimilitudines quædam ſumptę reſpectu terrę, ceu ſumũtur in columna reſpectu animalis, ita vt ea pars ſit in cœlo dextra, quę eſt in directo illius habitatiõis, vbi primo apparuit cœlum moueri ſi incœpiſſet moueri, ea anteriore, quæ tranſit per eam terræ partem ad quam primo cœpiſſet emergere, & ſic in cæteris ſuo modo, & hoc modo tales relationes ſunt fixæ, quia ſunt ſubiectiuæ in terra ipſa, & reales reſpectu terræ. In cœlo autem ſunt reſpectu rationis, & imaginariæ, vt de columna dicitur in 5. Phy. hoc autem perſuadet authoritate Ariſtotelis, qui

C ait Deum eſſe in maximo circulo vt in orbe primo, & nõ niſi in orientali parte illius, qua ratione fit vt orientalis pars ſit dextra, debet enim Deus eſſe in nobiliori parte, qualis pars eſt dextra. Et hoc modo vt dicit non mutãtur iſtæ differentiæ, quia ſunt reales reſpectu terræ & fixę, licet partes continuo mutentur, vt accidit in motu rotæ, quæ mouetur à motore fixo, vbi patet partes variari, & reſpectus ad illum eſſe inuariabilem. Quarta dub. Solutio. Soluit obiter dubiũ, dixerat enim Deum eſſe in parte orientali, cũ pars orientalis ſit ampla & magna, quæret quis, in qua parte illius ſit Deus. Soluit, Deum eſſe in medio ortus, nam ibi apparet potentia mouẽdi illius. Quinta dub. Solutio Sed adhuc dubitares, in cœlo nanq; ſunt nobile & ignobile, igitur cœlum ſit ex contrarijs. Reſpondet in calce cõmenti, & vult partem nobilem eſſe ſtellatam, ignobilem eſſe non ſtellatam, & hoc modo cœlum bene eſt ex partibus diuerſis, non tamẽ contrarijs. Sexta dub. Solutio. Adhuc dubitabis, cœlum mouetur ſucceſſiue de dextro in ſiniſtrum, & de ante in retro, & omnis ſucceſsio

D eſt per admiſtionem cõtrarij, igitur in cœlo eſt contrarietas. Reſpondet authoritate Alexandri non ſemper ſucceſsionem eſſe propter admiſtionem contrarij. poteſt.n. quãdoq; eſſe propter incompoſsibilitatem terminorum vt.6. Phyſi. eſt determinatum, hæc Auerroes in commento, in quibus erunt dubitationes non paruæ.

Patet igitur eũ verticem, qui nos latet, cœli partem ſuperam eſſe, & eos quidem, qui illic incolunt in hemiſphęrio ſupero eſſe, atque in dextris, nos autẽ in infero, atq; ſiniſtris: cuius contrarium Pythagorei autumant, qui quidẽ nos ſupera faciunt dextraq; in parte, illos infera atq; in ſiniſtra: at contrarium accidit.

Ex dictis, duo concludit. Primo concluſionem principalem, videlicet ꝙ vertex meridionalis eſt cœli pars ſupera.

pera. Secundo ꝙ illi qui ſub illo vel verſum illum inco E lunt, ſunt in parte mundi ſupera, nos vero è contra ſumus in infera parte, quia verſus verticem ſeptētrionalem, quæ eſt cœli pars infera, hæc autem ſunt de directo contra pythagoreos vt ait. Inquit. {Patet igitur eum verticem, qui nos latet,} cum ſit ſub pedibus, quē manes vident {cœli partem ſuperam eſſe} hoc eſt primum {& eos quidem qui illic incolunt in hemiſphærio ſuperiore eſſe, atque in dextris, nos autem in infero, atq; ſiniſtris,} & hoc eſt ſecundum {huius contrarium pythagorei autumant,} illi enim nos ſupera faciūt, dextraq; in parte, illos infera atq; in ſiniſtra, at vt īquit. {Contrariū accidit,} hæc cōtra Pythagoreos. In quibus erunt dubitationes non paucæ.

Sed ſecundę conuerſionis, ceu vagarū ſtellarum, nos quidē in ſuperis dextriſq; ſumus. Illi vero in inferis atq; ſiniſtris: eſt eni his motus principium contra, quia lationes ipſæ contrariæ ſunt. Quare fit vt nos in principio, illi in fine ſimus cōſtituti. De partibus igitur per dimenſiones, locoſq; definitis hęc hactenus.

Expoſitio. Forſitan vult declarare, quo nam modo hæ poſitiones diſtinguantur ſecundum motus ſtellarum vagarum, quæ græce planetæ dicuntur, & hæc eſt bona expoſitio, qua Thomas textum hunc exponit & placet. Aut forſitan vult declarare quonam modo nos ſumus ſiti reſpectu motus planetarum, declarauit enim quo modo ſumus collocati reſpectu motus diarij, & hoc modo exponit Auerroes, & pro hac expoſitione facit ea ratio, quód Ariſtoteles quaſi verificat poſitionem Pythagoricorum. Sed quouis modo exponatur, debes ſcire vſque ad tempora Ariſtote. duos motus in ſtellis eſſe depreheſos, alterum diarium communem omnibus ſtellis, quo videlicet mouentur orbis ſtellatus, & omnes alij orbes in. 24. horis. Alterum vero proprium huic aduerſum ab occaſu in ortum, quo motu mouentur planetæ diuerſis temporibus, vt Sol & Venus et Mercurius ferè in anno, Mars in duobus, & alij ſuis temporibus, quo motu ſtellas fixas moueri vſque ad tempora Ariſtote. non fuit obſeruatum. Tunc ſequitur ortum in tali motu & dextrum eſſe in occaſu, ſiniſtrum in ortu, ſurſum ad ſeptētrionem, deorſum ad meridiem, ante ad culmen, retro ad imum. Et iuxta hæc patet habitatio noſtra qualis ſit reſpectu motus huius. Inquit. {Sed ſecundæ conuerſionis, quę eſt vagarum ſtellarum, nos quidem in ſuperis dextriſq; ſumus, illi vero in inferis atq; ſiniſtris.} Cuius cauſam ſubdit, & inqt. {Eſt enim his (vagis ſtellis) motus principium cōtra (aut his habitantibus,) quia lationes ipſæ contrariæ (hoc eſt aduerſæ) ſunt: non enim proprie eſt in eis contrarietas. Concludit, quare fit vt nos in principio, illi in fine collocati ſimus} demum epilogat, & inquit. {De partibus igitur per dimēſiones, locoſq; definitis hactenus} has enim partes dupliciter deſcripſit per dimenſiones vt dextrum per eſſe principium latitudinis, & alias alijs modis, & per motum localem vt dextrum, per eſſe principium motus localis, & cæteras alijs modis, hæc Ariſtote.

Πλάνηται. errores erraticæ, ſeu uagantes ac erraticæ ſtellæ.

Duo in cœlo motus.

Quę Auerr. com. 26.


Ex his colligit Auerroes de intentione Ariſtotelis poſſe eſſe habitationem vltra æquinoctium, vtpote inter polum meridionalem & circulum Capricorni, veluti citra & inter polum ſeptentrionalem & circulum Cancri. Et hæc eſt intentio Ariſtote. in Meteoris, & Alexandri & Simplicij, & his noſtris annis. 1507. verificatum eſt per nauigantes, qui vltra ęquinoctium per multa miliaria inuenerūt habitationes, ſed de his alias. Sed mouet Auerro. quæſtionem. nam in qualibet quarta terræ eſt dextrum & ſiniſtrum, ante & retro, ſurſum & deorſum, immo in qualibet ciuitate immo in qualibet domo, igitur quare Ariſtote. dixerit incolentes meridiem eſſe in dextro, & ſurſum, & nos eſſe deorſum & ſiniſtris: Soluerunt quidam Ariſtotelem per nos intellexiſſe græcos vt

Habitatio vltra Aequinoctium.

Quæſtio Auer.

Prima ſol.

ſit ſenſus, nos, ſcilicet græci ſumus deorſum quia ſub polo ſeptentrionali, & in ſiniſtro iſtius quartæ, quia græci vergunt magis verſus occaſum.



Cōfutatio Auerroem.

Sed hanc reſpōſionē refellit Auer. quia à pari nonnulli & illorū alterius poli ſunt verſus occaſum, & nōnulli verſus ortū, igitur abſolute non debuit dicere eos eſſe in dextro, & ita videtur eum non eſſe locutum de græcis tantum, ſed de tota hominum ſocietate, quæ citra æquinoctium eſt, & de tota ſocietate hominum, quę vltra ęquinoctium eſt, & ſic videtur non parua quæſtio. Themiſtius dixit vt narrat Auerro. Ariſtot. eſſe locutum more pythagoreorum, qui dextrum & ſurſum pro eodem ſumunt, & G ſiniſtrum & deorſum, & tunc iuxta hoc nulla eſt quęſtio. nam vbi non eſt neceſſitas, loquendum vt plures, huius ſolutionis eſt Thomas. Tertio reſpondet Ariſtotelem aliter accepiſſe hic dextrum & aliter antea, hic enim dextrum pro nobili, & ſiniſtrum pro ignobili ſumit, & ſic polus meridionalis eſt ſurſum & dextrum hoc eſt nobile, polus noſter eſt deorſum & ignobilis. At Pythagorei contrarium autumant, dicunt enim hunc polum eſſe ſurſum & dextrum, quia nobiliorem illo. Cuius ſignum forte dicunt eſſe ex multitudine ſtellarum, quæ in parte hac cœli ſunt, qua ratione dixerunt quidam hunc locum eſſe habitabilem naturaliter, dicentes propter ſtellas terram hanc exiccari ab aquis, quia ſtellæ calefaciunt hunc locum, igitur hic Polus eſt præſtantior, ſaltem præſtatu ſtellarum, & dexter ſiue nobilis, vt dixerunt Pythagorei.

Solo Th.

n ad.

Reſpondet pro Ariſtotele aſſerens fortaſſe ſtellas huius poli eſſe plures numero & quantitate diſcreta, illas pollentiores & maiores, & ita illa pars facit id paucioribus, quod hæc pars pluribus facere non poteſt, & ita illa H eſt nobilior. Sed tunc Auerroes quęrit vtrum pars meridionalis ſit nobilior parte ſeptentrionali: hæc enim quęſtio videtur ambigua, quia locus ille eſt deorſum, & ſiniſter reſpectu motus planetarum, igitur eſt vilior, at noſter reſpectu motus diurni eſt è contra: eſt enim ſiniſter & inferus, igitur vilior, ideo vndique ſunt anguſtiæ. Soluit ſub ambiguo. nam ſi motus diurnus eſt nobilior motu vagarum, ille erit præſtabilior, quia ſurſum & dexter. at ſi contra motus vagarum eſt nobilior motu diurno, iſte noſter eſt nobilior & dexter. Aut aliter locus cœli dicendus eſt nobilis & ignobilis pro ratione ſtellarum, & quia ſtellæ illic ſunt maiores & pollentiores, forte ille locus eſt præſtantior, ait tamen quæſtiones has, & ſimiles non poſſe attingi ab intellectu noſtro, aut ſaltem eſſe difficile. Aſtronomi vero dicunt illos præſtare, quo ad

Quæſtio.

Solutio.

vitæ

viteę longitudinem: nam ſunt in dextro & ſupero motus diurno, è quo eſt cõtinuatio & vita. Nos vero ꝑſtare quo ad reliqua animæ, quia hæc ſunt à vagis ſtellis, ſub quarum dextro & ſupero collocamur, hæc ſatis.

Prima qõ ge neralis.

SEd circa finem huius capituli quærunt, an in cœlo ſiue mundo ſint hæ ſex poſitiones, dextrum & ſiniſtrum, ante & retro. Et arguo ꝙ non. Primo hæ poſitiones ſiue partes differunt ſpecie. Sed in mundo ſiue cœlo nõ videntur differre partes ſpecie, igitur in cœlo hæ eſſe non poſſunt. Secundo hæ ſumebantur & definiebantur ꝑ diuerſos motus vt dextrum per motum in loco, ante per motum alterationis, ſurſum per motum auctionis. Sed in cœlo non eſt niſi vnus & ſimplex motus localis, igitur hę non ſunt in cœlo. Tertio, omne corpus in quo hæ partes ſunt, eſt diſſimilare, ſed cœlum non eſt diſſimilare, immo cõforme in ſe & quolibet ſui. Ex his videtur eiuſmodi ſiue partes, ſiue poſitiones non eſſe in cœlo. Secũdo quærunt vtrum dextrum cœli ſit ortus, & videtur quòd non. Primo, ortus non eſt principium latitudinis, igiť non eſt dextrum, tenet conſequentia per definitionẽ dextri, antecedens patet, quia Ptolemæus ſumit, per diſtantiam polorum latitudinem, per diſtantiam ortus & occaſus ſumit longitudinem. Secundo, ſi ortus eſſet dextrũ

Secunda qõ

vbiq; in cœlo eſſet dextrum, quia quęlibet pars cœli põt eſſe ortus alicui habitationi. Tertio, ſi motus incępiſſet

Tertia q̃ſtio

nõ prius incœpiſſet in ortu, q̃ in cæteris cœli partib⁹, quia eſt cõtinuũ, & cõtinuũ eſt cuius motus eſt vnus, igitur nõ magis ortus eſt dextrũ cœli q̃ quæuis alia pars.

Vlterius tertio dubitatur, vtrum ſurſum & deorſum debent ſumi à polis, & videtur ꝙ non. Primo, quia ſurſum eſt locus ignis, deorſum locus terræ. Secundo, q̃a

A ſurſum & deorſum debent ſumi ſm terminos longitudinis. Sed non eſt longitudo magis capienda inter duos polos, q̃ inter quæ vis duo alia puncta cuiuſq; maximi circuli. Tertio, deus eſt in loco ſupero, ſed deus eſt in ortu, igitur ortus eſt ſuperus locus. Quarto quærũt, vtrũ culmen cœli ſit ante, et videtur ꝙ non. Primo, ante eſt principiũ alicuius motus, ſed culmen eſt medium continuationis motus. Secũdo, ante eſt principiũ alterationis, in cœlo non eſt alteratio. Tertio, ante eſt principiũ altitudinis, ſed in cœlo nihil eſt altius. Hę ſunt dubitationes maximę de eiuſmodi cœli partibus ſiue poſituris.

Quarta q̃ſtio


Sol. q̃ſtionis & ſolutionis ordo.

Prima põ.

Sed circa iſtas dubitationes primo loquemur generatim de toto, deinde ſpeciatim de omnibus. Quantum ad primam partem, quidam pœnitus è cœlo ipſo eiuſmodi differentias reales abſtulerunt, dicentes omne tale quod eiuſmodi differentias habet, eſſe difformę, ac diſſimilare, & quia cœlum eſt conforme & ſimilare has poſituras è cœlo ipſo remouent, ſed quia dicitur qñq; ſtella dextra, aliqñ ſiniſtra ꝑpterea volunt eiuſmodi differẽtias eſſe in cęlo B ſolum cõpõnẽ ad nos, terramq; noſtram, quam inhabitamus, non autẽ realiter vel ſubiectiue in cœlo ipſo, vt de columna dicitur. Nonnulli intantum huic poſitioni innixi ſunt, vt dixerint hanc poſitionem eſſe Auerro. cum dicat tales differentias ineſſe cœlo per reſpectũ et ſimilitudinẽ ad nos. Pythagorei vero cœlo tribuunt ſolum duas, dextrũ & ſiniſtrum, verticeſq; ipſos eſſe dextrum & ſiniſtrũ & ortum & occaſum ſimiliter, & culmẽ & imũ etiã, potiſſimũ tñ ortũ & occaſum. Mouentur enim ex hoc, quia in cœlo non eſt niſi vnus motus, videlicet localis, mõ penes motum localẽ ſolũ dextrũ & ſiniſtrũ colliguntur. Ex his ſolũ hæc duo cœlo ipſi tribuunt.

Confirmatio per aliquos.
Poſitio pythago.

Cœli diuiſio, ac mundi genitura ſecundum Ariſtotelis ſententiam, ſi fuiſſet genitus.



Aliorũ põ, Albertũ,

Quidam alij volunt in cœlo eſſe tales differentias. Sed
eſſe ſtellam tm̃, volunt.n.ſtellam eſſe dextrum cœli, ſini
ſtrum, ante, & retro, & oẽs differẽtias poſitioois in cęlo.
Ad cuius declarationem diuidunt cœlum ipſum qua-
tuor in quartas. Prima quidem eſt ab A in B, per tres
horas ante puoctum ortus, & tres poſt. Secũda eſt ab
ipſo B io C per tres horas ante punctum culminis, & tres
poſt. Tertia eſt ab ipſo C in ipſum D per tres horas an-
te occaſum & tres poſt. Quarta vero eſt ab ipſo D in A
per tres horas ante imũ & tres poſt. Dicunt igitur ſtel
lam, verbi cauſa Solem in prima cœli plaga conſtitutũ eẽ
cęli eius dextrũ. Solẽ vero in ſecũda collocatũ ipſum eſſe
cœli ante. Solem in tertia poſitum eſſe cęli ſiniſtrũ, ſolem
in quarta diſpoſitũ eſſe retro, quæ ratio docet nihil aliud
eſſe eiuſmodi cœli poſituras ſiue differentias niſi ſtellam
orbis diuerſimode conſtitutam, vt dicunt de orbe ſolis,
ſic dici põt io quolibet orbe, oĩs enim orbis habet ſtellã
propriam, quę eſt potior pars, & ita illa eſt oẽs hæ poſitu
ræ, diuerſimode conſtituta. Hãc põnem ſentit Alber-
tus inter latinos noo paruus, nam ſtella eſt potior pars cę
li, igitur in illa ſunt omoes virtutes aïæ, & ipſa orbis aĩa,
velut in corde omnes virtutes & ipſa anima. Sed hęc po
ſitio nõ eſt peripatetica. Primo, quia ex hac ſequereẽ
ſolam ſtellam eſſe aĩatam, vel ſaltem principaliter ani-
matam, quia ibi ſol eſt aĩa cœli, & omnes virtutes. Et vbi
cõceditur, cũ ſtella ſit aĩata aĩa nobiliori adhuc ipſa habet
dextrũ & ſiniſtrũ & añ & retro, ſurſum & deorſum, &
redit qõ de partibus eius, ex quo ipſa eſt vniformis, vt
dictũ eſt. Secundo hæc põ eſt cõtra exemplum Ariſt.
nam in litera declarans quo modo pñr tales partes cœlo
ineſſe fingit hoĩem magnum cuius dextrũ teneat ad or-
tũ, & ſiniſtrũ ad occaſum & ante ad culmen & retro ad
imum, & tunc vult talem hoĩem cõuerti io ſphæram re-
maneotibus oĩbus virtutibus, ſi igr̃ ſtella habet oẽs has
virtutes & eſt hæc oĩa diuerſimode conſtituta, tunc ille
homo habuiſſet caput, pedes, pectus, & dorſum, & bra-
chia oĩa in ſtella, contra imaginatiooẽ Ariſtotelis, Sim-
plicij, Aoerrois, & oĩum. Tertio, videtur hæc poſitio
contra alium caſum Auerrois & Ariſ. & cæterorũ expo
ſitorũ. Aiunt.o. ortũ eſſe dextrũ, quia ſi cęlũ cępiſſet mo
ueri illtoc primo cępiſſet, ponaẽ igitur ad imaginationẽ,
vel ſm veritatẽ religionis motũ incępiſſe, certum eſt tũc
cęlum in primo inſtanti geniturę habuiſſe oẽs has diffe-
rẽtias, & ptes, quia ſi dextrũ, igr̃ & ſiniſtrũ, cum hęc ſint
infima, vt dixit Ariſtoteles contra pythagoreos, igiẽ oẽs
priores habuiſſet, & cũ tunc oõ habuiſſet actu ſtellam ni
ſi in aliqua quatuor quartarũ, ſequiẽ tuoc noo habere il-
las omnes, ſed tm̃ dextrũ vel aliquod vnum tale cootra
Ariſtotelem, & eius rõnem. Quarto, tunc in cœlo nõ
poſſet aſſignare ſurſum & deorſum eſſe polos, quia nũq̃
ſtella venit ad polos, aut ad quartas illi vicinas, nulla .n.
ſtellarũ vagarum põt vltra eclipticã diſtare plus ſex gra-
dibus, vt ſupputant Aſtrologi. Quinto, cum tot ſint ſtel
læ in cœlo octauo & vt dicunt mathematici plures ſint
æquepotentes atq; æquelucide, oportet aut has differen-
tias non ſumi penes ſtellas, aut eſſe tot ſex, quot ſunt ſtel
læ, quod oon credo eſſe peripateticum. Sexto, tunc in
mundo non pñt aſſignari tales differentię, de quo Ariſt.
principaliter diſputat, nam nulla ſtella eſt quæ ſit princi-
paliter totius mundi, immo ſolum tales differentiæ poſ-
ſunt aſſignari in ſingulo orbe, cuius eſt vna vaga ſtella,
at non in muodo, neq; io orbe ſtellato, cuius contrarium
Ariſtoteles probauit, qui has docuit penes motũ diariũ,
& penes motũ vagarũ ſtellarum. Inn uens primas quę ſu
muntur penes motum diurnũ eſſe totius mundi, ſcdas
eſſe orbis ſtellarum vagarũ. Quod aũt hæc poſitio ſit cõ-
tra Auerroem, quẽ tantopere magnifaciunt, patuit com
mẽto. 15. & præſentis cõment. 16. & cootra Alexandrũ,

Propria põ,

Simpliciũ, & omnes expoſitores græcos. Reſtat igiẽ
vt primo concludamus in cœlo eſſe tales differeotias. Se
cundo declaremus mentem Ariſtotelis. dicamus igitur

E ſine dubio hæc cœlo eſſe tribuenda & ſm rem, & ſm ſub
ſtantiam. Quod tribus rationibus poteſt explicari.

Prima ratio.

Primo, hæc cõpetũt animali vt animal, ſed cœlum eſt
optimum animalium, igitur ſibi magis competunt, om
ne.n. quod imperfectis aĩalibus cõpetit, fas eſt vt perfe-
ctiori cõpetat, & hãc rõnem dixit Auerroes eẽ á priori.
Secundo, oẽ quod habet principia motus per ſe, qui-
bus mouetur de parte terminata, per partẽ terminatã, &
ſuper ptem terminatam, habet dextrũ, atq; ſurſum, & an
te, pars enim terminata vnde motus, dextrum eſt, pars p
quam eſt motus ante exiſtit, pars ſuper quam eſt motus
eſt ſurſum, at cœlum hæc habet (vt probatum eſt,) igitur
cęlum oĩa hæc principia etiam habet. Tertio, omne qđ
mouetur á ſe habet dextrum, & cætera id genus. Nã qđ
mouetur á ſe habet principium motus & eſſendi, & ma-
nifeſtandi, & hoc dicitur dextrum, cœlum aũt moueri á
ſe nemo dubitat, patet igr̃ cœlum hæc habere. Quod qui

F dem igr̃ cœlum habeat ſex differentias poſitionis, perſpi
cuum. Vlterius quales & quæ ſint, declaremus. vbi pri-
mo aĩaduerſione dignum aliter Aſtronomũ ſumere hęc,
& aliter naturalem. Aſtronomus.n. dextrum & ſini-
ſtrum ſumit penes ſitum ſtellæ ad ſtellã, ſimiliter & ſur-
ſum & deorſum, aote & retro. Dextram.n. appellat Pto
lemæus ſtellã quę prius exoritur ante ſtellam, vt ſi Mars
ſit in ſigno Arietis, & Iuppiter io Tauro, Mars dr̃ dex-
ter ad Iouem, quia exoritur nobis ante Iouem. Iouẽ quo
que eſſe ſiniſtrum Marti, quia exoritur poſtea. Hoc ẽt
modo dicunt ante & retro. non enim faciũt inter dextrũ
& aote, ſiniſtrum & retro differentiã. Superior vero ſtel
la eſt, quę pauciores ſigni partes diſcurrit, vt Mars ſi fue
rit in Arietis parte prima, Iuppiter in ipſius Arietis par
te. 15. coniuncti dicunt, ſed in cõiunctiooe Mars dicitur
ſuperior.. Sumitur ẽt qñq; ſuperior pro digniori in ſi-
gno, eſt.n. Mars in Ariete ſuperior Ioue, quia Mars ha
bet in Ariete plures iuriſditiões q̃ haberet Iuppiter. alĩ

Quales ſunt drĩæ poſitio nis

Quę Aſtro. Stella dex- tra & ſiniſtra quæ.

Surſum & deorſum.

G qñ ẽt pro eius cõſtitutione in altiori parte orbiſ ſiue epi
cicli, vt qñ eſt in auge, ſiue aſida. Hæc aſtronomi Na-
turales ãt ſumũt hæc qñq; penes vnũ, qñq; penes plures
motus, hoc eſt quatenus ſunt principia, vel fines vnius
vel plurium motuum. pluriũ quidem, ante dicunt quod
eſt principiũ alterationis aut finis, dextrũ principiũ latio
nis, ſurſum vero auctiõis. Vnius vero dextrũ dñt vñ in
cipit mot⁹, añ aũt p qđ motus cõtinuaẽ, ſurſum ſuper qđ
motus fit. Verũ apud phyſicos hęc ſumi pñt aliqñ vt
partes. aliqñ vt vbi vt. 4. phyſicorũ. cõ. 5. vt qdẽ vbi, ſic
duæ ſunt tm̃, videlicet ſurſum & deorſum in mundo inſe
ro, ſurſum quidẽ eſt locus ad quẽ leuia ferũtur, deorſum
vero locus ad quem grauia feruntẽ, & hoc mõ nõ ſumpſit
hęc Ariſtote. vt vero partes, trifariã adhuc ſumpſeruot,
aut vt partes poteſtatiuas, hoc eſt pro poteſtatibus et vir
tutibus ipſis, aut vt partes integrales hoc eſt pro mẽbris,
aut vt partes relatiuas, hoc eſt pro relationibus. His vi
ſis vidẽdum eſt primo quonã modo hæc ſint in vniuerſo
mundo. Secuodo quo mõ io ſingulo orbe. de primo dica

Naturalis poſitio. ¶

H mus has ineſſe toti mũdo vt virtutes neminẽ debere du-
bitare. Nã cũ hæc cõpetãt ei qđ moueẽ á ſe, et hẽt aĩam,
ſiue deus ſit vt mũdi aĩa, ſiue aliqua aĩa in medio mundĩ
(vt ponit Plato) hæc aĩa ſine dubio põt motũ diurnum
incipere: qua rõne vim dextri nãciſciẽ, illũ cõtinuare, &
ita vim añrioris, & illũ circũuoluere, et ita vim ſupioris.
quare aĩa mũdi erit iſte poteſtates ſm ſubiectũ, differens
tm̃ rõne, cõi nãq; ptãte habita ad ipſam aĩam ſunt idẽ, rõ
ne habita ad partes cęli p quas influit, differunt. vt. o. p
ortum manifeſtat vim initiatiuã motus, dextri poteſtas
eſt, vt per occaſum manifeſtat vim terminatiuã, ſiniſtri
eſt poteſtas, vt per culmẽ manifeſtat vim cõtinuatiuam
poteſtas eſt anterioris, vt p polos vim ſuper q̃ voluitur
orbis, poteſtas ſupa eſt, & infera. Secũdo dico has mũ
do ineſſe vt relõnes, nã tales partes terrę hr̃tabili ſubiecti
ue inſunt, & cœlo terminatiue, vt dixit Auerroes, ea.n.
eſt mũdi pars dextra, q̃ ſemp corrñdet ortui terrę habi-
tabilis,

primũ dubiũ Quonã mo- do ſunt ĩ vni uer.

Secundum,

tabilis,ſiue ſit vna,ſiue alia atq; alia,eá ſiniſtra quæ occa
ſui,& ſic de alijs. Dico tertio tales non poſſe ineſſe mū
dn vt partes ſiue mēbra,niſi ꝑ modū dicendū,primn,qa
nihil eſt in mundo difforme atq; diſſimilare. Scd̄o,qa hæ
ꝑtes mūdi cōtinue variant(vt dicit Auerroes.) Hæc de
differentijs generatim reſpectu mundi motuſq; diurni.

Dubitatio.

Sed occurres.primo an hę virtutes ſint qualitates,vel
ſubæ. Secūdo quo nā mō cū difformitate virtutū ſtare
pōt vniſormitas corporis ꝑfecti ꝑ illas maxime; qa ab-
lata difformitate in quātitate,tollit diuerſitas in qualita-
te,eſt.n.quātitas prior qualitate. Tertio,potētię differūt
ꝑ actus,ſed vnus eſt motus in cęlo,igr̄ vna potētia,hę du
bitationes ſunt ſi hęc ſumant vt poteſtates. Vlterius ſi
ſumant vt relationes,dubitat ēt,quia dictū eſt has ſubie-
ctiue in terra eſſe habitabili,& attributiue in cęlo, vt de
columna dr̄,hnc nnn vr̄ verū.primo,quia tunc cœlū ſiue
mundus non eſſet formaliter deſter,vel ſiniſter,vel aliqd
tale.Scd̄o,quia tūc q̄ pars nunc eſt dextra efficeretur ſini

Dubitatio.

ſtra,qa quę nūc eſt orientalis, erit occidentalis. Vlte-
rius dubitat vtrū hę differentię poſsint attribui mūdn ali
quo mō vt ſumunt ꝓ mēbris ſiue parılbus integralibus,
hæ ſunt dubitationes maximę. Ad primā dici pōt has
virtutes ſiue poteſtates ſm rē eſſe ſubām,quia ſm rē ſunt
ipſa cęli aīa,quę eſt multiplex poteſtate ; per modū , quo
diximus in aīa hoīs. Scd̄m vero modū qualitates,quia
denoīant cęlū quale,atq; ſibi tribuunt veluti aduentitię,
atq; exterę,hęc ad primā. Ad ſecūdā dici pōt,quæ ſunt
diſperſa in re inſeriore,eſſe collecta in natura ſuperiore,
& quæ pōt natura inferinr ꝑ difformitatem,& multitu-
dinem,pōt natura ſuperior per ſimplicitatē atq; paucita
tē,& ſic aīa cęli per conformitatē cęli pōt exire in actus
harū virtutū,ad quos non exit ipſa natura inferior,ꝑ hāc
paucitatē,& licet quātitas ſit prinr qualitate,nō tn̄ diffor
mitas quantitatis eſt priot qualitate , ipſa.n. difformitas
qualitas eſt,& vna qualitas poteſt remanere ablata alia,
maxime eum remanet proprium ſubiectum. Ad ter-
tiā,dico oēs has ſex potentias attēdi penes motū localē
ſm̄ cœli,licet in aīali generabili penes diuerſos motus,&

C

penes vnicū motū, eo quia cęlū eſt ſimplicius & nobili⁹,
Verū licet oēs hę attendant penes vnū motū,nō tn̄ vno
mō cōſideratū,vt.n. attendit ad illū motū vt inchoatus,
ſic eſt vis dextri,vt cōtinuatus et ſic,virtus anterioris,&
in cęteris. Sūt & ita ſunt plutes poteſtates ab vnico actu
diuerſimode cōſiderato. Ad alias dubitationes alterius
partis dico, ad primam dici pōt cœlum eſſe dextrum &
ſiniſtrū & eiuſmodi formaliter pp hæc ſumpta vt pote-
ſtates, denominatiue denominatiōe extrinſeca,ppter re-

Concilium inter pithagoricos & peripateticos.

lationes q̄ ſunt ſubiectiue in terra habitabili,terminati-
ue in ipſo cœlo. Ad ſecūdā,dico ſine mutatiōe cęli nūc
vnā partē effici dextrā,nunc ſiniſtrā, & hoc ſumēdn hæc
pro relatinnibus,quibus pithagorei & peripatetici pñt
facile cōcordari . nā pithagorici negauerūt alias differē
tias pōnis per reſpectū ad alias ſpecies motus videlicet
alterationis,& auctinnis. Dextrū aūt & ſiniſtrū cœlo tri
buerūt reſpectu motus in loco tm̄. Ad vltimā dico ꝙ ta

D

les ſiue poteſtates,ſiue mēbra , ſiue relōnes nulli tribui
pñt,niſi quatenus mouet ſaltē ſpē mot⁹ localis,& qa mū
dus ipſe vt vniuerſum eſt nō mouet,niſi ſm partes,iccię
co ſibi tribui nō pñt,niſi quaten⁹ ſibi cōperit mnt⁹. Vñ
Ari.primo declarat tales differētias penes mntū diurnū,
Scd̄o penes motū vagarū ſtellarū , & ſic velle videt has
nulli ineſſe,niſi,ppter motū. Id aūt qd̄ mouet principalr
eſt primū mobile ſiue ſit orbis ſtellatus aupd Ptolemęū,
& Ariſt.ſiue ſit orbis nonus,q eſt purus, & nñ ſtellatus,
nūc aūt ſupponamus nō eſſe nnnū nrbē,atq; nullū ſupio
rē vltra octauū ſtellarū,nā hoc ē phyſicū , & pōt ſtare cū
obſeruatione oīum motuū , vt in noſtris aſtronnmicis di
ximus. Supponamus ſecundo motū diurnū incæpiſſe,
aut ſaltem poſſe intelligi incæpiſſe , his habitis dicerē ēt
poſſe ſumi hæc ſex pro membris,nā erit dextrū ea huius
orbis pars,quæ eſt præſtatu prima , hæc aūt non poteſt

A

eſſe niſi aliqua quatuor aut Aries , aut Libra, aut Can-
cer,aut Capricornus. Hęc.n.ſunt principalia ſigna cęli,
primo quia ſunt initia diuerſorum temporū . Tum quia
ſole decurrente per ipſa non parua mutatio fit in die,nā
decurrente per Arietem efficitur ęquinoctium vernale,
per Libram,efficitur æquinoctium autumnale, per Can
crum facit Sol ipſe ſolſticium æſtiuum, per capricornū,
facit ſolſtitium brumale,quare hæc ſunt cœli ſtellati po-
tiſſima ſigna. Vlterius ſi cœpit mūdus, probatum eſt
in noſtris aſtronnmicis,cæpiſſe in vere, hoc eſt Sole de-
currente per primam Arietis partem , ab Ariete nanq;
ſupputat annū Ptolemęus,& cæteri aſtrologi anni prin
cipium faciunt. Ex his arguo ſi mūdus incæpit tēpore
veris ſole tenente primā Arietis partem, vel in ortu fuit
Cancer,vel Capricornus,vel Libra,vel Aries, non pōt
eſſe Cancer,nec Capricornus,nec Aries,vt dicemus,qa
motus principium vagarum ſtellarum eſt ab occaſu,igit
oportet vt mundus cæperit Sole exiſtente in nccaſu , qa

B

non cæpit niſi qn̄ Sol cæpit moueri,ſed cæpit moueri ab
occaſu apud Ariſtotelem,igitur ſi mundus incæpit in oc
caſu fuiſſet Aries,& conſequens in ortu fuiſſet Libra, in
culmine Cancer , in imo Capricornus , hinc patet li-
bram eſſe membrum dextrum,nam hæc primo ſuſcepit
vim dextram,cępitq; mnueri primo, atq; primo in ortu
fuiſſe,Siniſtrum vero eſſe Arietem huic diametrū , quē
ſol tenebat in occaſu , à quo occaſu cæpiſſet moueri per
ſucceſſionem ſignorum, verſus Taurum , cœli ante eſſe
cancrum qui tenebat culmen,retro vero Capricornum,
qui tenebat imum,& ſic patet hæc ſex poſſe capi pro mē

De differentiis cęli ꝑ vagas ſtellas.

bris,poteſtatibus,& relationibus. Hęc de vniuerſo. Et
de vagis ſtellis dicamus, Ariſtoteles enim ſumpſit in mo
tu harum ſex iſtas differentias ſimiliter vt in motu diur-
no,propterea oportet dicere ita ſeſe habere ſtellam ad
orbem vt cor ad animal. Vt igitur cor eſt principale
principium omnium eorum , quæ apparent in animali,
ſic ſtella in orbe,& vt cor eſt principale ſubiectum virtu
tum dextri,ſiniſtri & cæterarum,& partes corporis non

C

ſunt principia harum ſm eſſe,ſed ſecundū manifeſtatio-
nē,ſic in qunlibet orbe ſtella eſt ſm eſſe oēs hæ virtutes,
partes orbis manifeſtatiuæ principia tm̄ . ſtella igitur eſt
dextrum orbis ſecundum eſſe & manifeſtatinnem.ſm
eē quidē,quatenus oēs alias cōtinet , ſm manifeſtationē
vero ſ, qa illa cępiſſet apparere mntus orbis illius ſtellę,
pars vero huic nppoſita erit ſiniſtra,pars huic culminās
erit ante,pars huic inſera erit retro,vertices vero orbis
ſurſum & deorſum,ſeptemtrinnalis ſuperius,meridiona

Error Albumaſaris et cęterorū aſtro.

lis inferius. Ex his patet ſi mūdus cępiſſet vt putat Al
bumaſar , fuiſſe coniūctum omnium ſtellarum vagarum
in occaſu,quia ſi cæpiſſet,omnes fuiſſent vbi cæpiſſent
moueri , ſed apud Ariſtote. principium motus ſtellarū
vagarum eſt occaſus, igitur omnes fuiſſent coniunctę in

Vide ſupio rē figuram.

occaſu. Secundo patet omnes fuiſſe in Ariete , imo in
prima parte Arietis,quia ſi mūdus cæpiſſet nō cæpiſſet
niſi libra exoriēte, et ſic Sole cū cęteris occūbēte. Tertio,

D

patet ꝙ fabuloſa ſit opīo Albumaſaris, ꝙ mūdi horoſco
pus ſit cancer,vbi enim Cancer horoſcopaſſet in mundi
principio,Sol culminaſſet atq; fuiſſet in medio cęli,et ita
cępiſſet moueri nō à loco principij motus eius,videlicet
ab occaſu. Vnde poſitio hęc & religionē,& philoſophiā
deſtruit. Quarto,patet ꝙ fabuloſe ꝓſagerint, qui ſcri-
bunt annales prædictinnes,omnes enim ſupponunt re-
uolutionē mundi ab Ariete,atq; mūdi horoſcopū eē Cā
crū,quæ oīa ſunt fabuloſa,& puerilia. Sed hæc ad aſtro-
nomos,& de his ſpeciatim.hæc hactenus. Nunc ad rō
nes in principio.ad primā cōcedo hæc differre ſpecie,&
in cęlo eſſe differētiā ſpecificā ſaltē virtualē,ſiue poteſta
tiuā. Ad ſecūdā patuit ſolo.in cęlo.n.hæc per vnicū ſim
plicē motū colliguntur,& per vnicā ſimplicē figurā , qa
eſt natura ſuperior , ꝑ hæc ad tertiā. Ad ratinnes alte
rius dubij,ad primā ſecus eſt loqui de latitudine & lōgi-
tudine habitationū,& reſpectu cęli . Ptolemęus.n.dicit

ab occaſu in ortum ſumi longitudinem, & à meridie in ſeptentrionem ſumi latitudinẽ, quatenus linea longitudinis eſt maior linea latitudinis vt in propoſito, eſt.n. linea habitationis ab occaſu ad ortum partium.180. linea vero habitationis à meridie in ſeptẽtrionẽ eſt partiũ.63.

Longitudo cæli, quæ latitudo, quæ Lõgitudo & latitudo quãta.

At reſpectu motus diurni ſecus eſt, vt diximus. Ad ſecundam patet ſolutio quæ ſit pars cęli orientalis generatim & reſpectu vniuerſæ habitationis, ea.n. eſt q̃ correſpondet, vel correſpondiſſet ſi motus cœpit primę habitationi verſus ortum, & ſic de cæteris per correſpõdẽtiam cęteris habitationis partibus. Ad tertiam dico ꝙ licet nulla pars cęli prius alia incipit prioritate temporis põt dici prius incępiſſe moueri primitate intẽtionis motoris, quia principaliter illius motum intendit. Ad rationes tertiæ qõnis patet ſolutio, ad duas primas. Ad tertiam vero dico deum eſſe in loco ſupero reſpectu terræ noſtrę, vt in cœlo, verum principaliter in dextro, vnde cępit cor & ſpiritus motus. Ad dubitationẽ quartã patet ſolutio. Et ad primam dictum eſt culmen eſſe ante quatenus manifeſtat ꝑncipium cõtinuationis, & hoc ſatis. Ad ſecundam ſimiliter, non enim dicitur principium altitudinis, quia ſit principiũ lineę altioris, nihil.n. eſt ibi altius, vel longius altera, ſed quia inde naturaliter altitudo debet menſurari. Hæc mihi videntur nunc, nam ſcripſi in libro phyſicorũ, & in libro de ſtru. de ſtru. ſed nunc copioſius, qm̃ hic locus eſt proprius.

Cum aũt motus circularis motui circulari cõtrarius non ſit: cõſiderandum quã ob cãm plures ſint lationes. Et q̃q̃ de his facere qõnem tẽtemus: quę longe abſunt, dico longe: non tam ſm locũ, q̃ potius ex eo quia accñtiũ quę illis accidunt: oĩno ꝑ paucorũ ſenſum habemus, dicemus tñ, atq; de ipſis cauſa hinc ſumenda.

Expoſitio.

Hactenus de cęli poſituris ſiue partibus qõnem terminauit nunc mouet qõnem ſecundã circa lationum pluralitatem, facit aũt tria, mouet enim ipſam, & queſtionis rõnem aſſignat, & difficultatem eius in medium affert, deinde tẽtat ſolutionẽ iuxta vires eius. Queſtio itaq; eſt vtrum cęleſtes lationes plures ſint, ordo qõnis hic eſt, qa in ſolutione ꝑcedẽtis qõnis ſuppoſuit duplices eẽ mot⁹, diarium ab ortu in occaſum per culmen, vagarum ſtellarum ab occaſu in ortum per idem culmẽ, vt igitur id qđ ſuppoſuerat verum eſſe indicet, cõſequens erat terminare hãc qõnem. Cã qõnis eſt, nam ſi cęleſtes motus eſſent contrarĳ, ſtatim ſolutio qõnis appareret, quia contrarietas eſſe non poteſt niſi cũ multitudine, & ad minus inter duo, quia igitur tales motus non ſunt contrarĳ (vt probatum eſt) iure emergit qõ de motuũ pluralitate. Debes ſcire ꝙ differt quęrere an plures ſint lationes cęlorum, et quærere ꝑpter quid ſunt plures, plures.n. eſſe ſenſu, atq; obſeruatione deprehẽſum eſt, primo nanq; eſſe motum diurnum ſenſu cõiter ab oĩbus, deinde motum vagarum ſtellarũ, è contra obſeruatum eſt ſenſu à ſapientibus, propterea Ariſt. nõ quęrit an ſint plures motus, cã vero pluralitatis eſt ignota, atq; difficilis tentatu, primo rõne heracliti, quia orbes longe abſunt à nobis, nã ſi ea quæ ſunt in remota vrbe ignoramus, q̃to magis quæ ſunt in cęlo, & propter quã cauſam ſunt. Secundo, quia pauca videmus accidentia, è quibus per demonſtrationem ſigni ꝓficiſcamur ad inuentionem cauſæ, qua inuenta ſciamus cãm ob quam plures fuerũt motus cœlorũ. Inquit. {Cũ autem motui circulari motus circularis contrarius non ſit, conſiderandum quã ob cauſam plures ſint lationes cęleſtes.} Hæc eſt quæſtio, & cauſa quæſtiõis, deinde quęſtionis difficultatem adĳcit, & inquit. {Et q̃q̃ de his facere quæſtionem tentemus, quæ lõge abſunt,} exponit ſe, & inquit. {Dico longe nõ tam ſm locum (vt putabat heraclitus) q̃ potius ex eo quæ accidẽtium, quòd illis accidunt (aut quæ ab illis proficiſcuntur) omnino per pau-

Sẽſus qõnis

E corum ſenſum habemus} proponit tamen velle dicere aliqua de quęſtione pro facultate ingenĳ, & hoc inquit. {Dicemus tamen de ipſis, atq; hinc cauſa ſumenda, quã ſubiunget ſtatim. Hęc eſt qõ, & qõnis cauſa, atq; difficultas. Circa hãc partem annotemus, quę Auer. fructuoſe hic ſcribit. debes igitur ſcire primo ꝙ eſſe plures mot⁹ cœleſtes poteſt declarari demonſtratione ſumpta ab agẽte, quo pacto metaphſicus fortaſſe in lib.12. metaphyſicæ, probauit, probauit enim motus cœleſtes eſſe plures, quia motores ſunt plures, quæ via trãſcendit fines naturalis ſcientiæ. Alio modo demonſtratione ſumpta à fine, quod bifariam contingit, nam aut per cauſam finalẽ primam primumq; finem, quæ etiam propria erit metaphyſico, quia primus finis, prima forma, & primus motor idem ſunt in ſeparatis ſubſtantĳs. Aut demonſtratione ſumpta à fine ſecũdario, q finis eſt ipſum genitum, atque generatio ipſa, & corruptio, ob quæ cęlũ pluribus lationibus fertur, eſt enim opus operantis finis, & effect⁹

Quæ Auer. cõment. 17.

F finis agentis, & hac demonſtratione Ariſtote. rem hanc enititur explanare. Ex his profecto argumentum pro aſtronomis, qui partem eam quam græci Apoteleſmaticam vocant, nũc in ore hominum iudiciariã, approbatur. declarabit enim Ariſto. cœlum pluribus motibus moueri, quia hæc inferiora pluribus mouentur motib⁹, & non videtur ratio cur hæc è cœlorum motibus proficiſcũtur quo ad aliquos motus, videlicet generationem, & corruptionem, & non quo ad alterationem, actiones, lationes, atque cæteros motus. Hinc eliditur cauillus Pici in lib. confutationũ aſtronomorum, arguebat enim ſi Ariſto. velit motus & actiones rerum harum proficiſci è cęleſtibus motibus, rem hanc in lib. cęli explicaſſet, vbi de cœlo enititur explanare omnia quæ ſibi cõperũt, at hæc proficiſci à cœlo nõ videmus in hoc lib. eſſe explicatum, ſolum.n. probauit cęlũ agere motu & lumine, q̄bus non põt agere in tantã rerũ variationem, niſi ſupponamus influxus occultos, quos in lib. hoc non legimus.

De aſtronomia Apoteleſmatica.

Cauill⁹ pici.

G Iam patet quatenus iniuſte proceſſit. Ariſt.n. hic explicauit hæc inferiora proficiſci à motibus cœlorum quo ad generationes & corruptiones, atq; quo ad cęteros mot⁹, & variationes, & hoc gñatim q̃tum phyſico conuenit.

Solutio.

Speciatim aũt ꝙ è tali ſtellarũ motu cũ tali vel tali illarũ cõfiguratione ꝓficiſcit̃ in hoĩe, qui nunc ædit̃, metus in illo ꝑ aliũ modũ cũ alia figuratione audacia, non erat phyſici, ſed aſtronomi, q huic ſubalternatur, declarare.

Hæc ad aſtronomũ. Scđo debes ſcire vt recte inuit Auer. ꝙ Ariſt. hic declarat qđdã ęquiualens illi quod in meta. eſt declaratũ, nã in metaphyſica declaratur finẽ eẽ aut in re ipſa, q̃ mouet, & hic finis eſt primarius & ꝑncipalis, aut extra rẽ vt opus, quiq; finis ſcđarius dr̃. Qua rõne euenit corpa cęleſtia moueri ꝑma intentione ꝑpter ſe vti ꝑꝑ finẽ ꝑmariũ, ſcđaria intẽtione ꝑꝑ nos tanq̃ ob finẽ ſcđariũ. Ariſt. igr̃ hic declarat cęlũ moueri ꝑꝑ nos, qđ eſt ęquiualẽs ei qđ in meta. dictũ, nõ tñ eſt illud, quia illud eſt ſpãlius explicatũ, itẽq; nec declarat nos eſſe finẽ

Cõſideratio metap. differunt phyſica

H ſcđarũ, ſed ob nos cęlũ pluribus motibus moueri, at meta. diſtincte explicat & nos eẽ finẽ motuũ cęli, & ꝑꝑ nos veluti ꝑꝑ finẽ ſecũdariũ cęlũ moueri. Tertio debes ſcire ꝙ Ariſt. nõ potuit declarare cęlũ pluribus motib⁹ moueri ꝑꝑ cãm agentẽ, materialẽ vel formalẽ, ſed ſolũ ꝑꝑ finẽ ſcđariũ, qa vt dicit Auer. motus cęli nõ ſunt cõtrarĳ, cõtrarietas.n. motuũ ꝓficiſcit̃ ab ipſa agẽtiũ, formarũ, atque ſubiectorũ ꝓpinquorũ cõtrarietate, ꝑꝑea ſola cã finali id indicabit̃. Quarto aduertendum eſt bifariam eſſe finem aut rei generationem, aut rem ipſam, verbi cauſa, finis medici qui eſt actio eſt concoctio humoris, qui vero eſt res eſt ipſa ſanitas, ſic & in generatione finis quę eſt actio eſt ipſa generatio, finis quæ eſt res, eſt ipſum genitum, ex quibus vult tria. Corpora cœleſtia moueri, propter actionem & propter rem. Amplius finem, actionem, & finem rem eſſe ſubiecto idem, differre ratione. Rurſus corpora cœleſtia eſſe propter ambo hæc.

Qualis declaratio. Ariſt.

Quot fines.

Verum

Verum nota, quia ponderat Auerroes ea quæ non ſunt A
Cauſę q̄ōnis in codicibus Ariſtotelis. Quinto debes ſcire ꝙ huius
q̄ōnis, cœlum mouetur pluribus motibus aſſignari poſ-
ſunt duæ cauſæ, altera per viam compoſitionis procedē-
do à prima cā vſq; ad vltimam. Altera per viam ſolutio-
nis procedendo è contra ab vltima vſq; ad primam, exē-
plum primi, actio diuina eſt, igitur motus cœli ſunt: mo
tus cęli ſunt, igitur ſunt elementa contraria, elementa cō
traria ſunt, igitur generatio & corruptio ſunt, generatio
& corruptio ſunt, igr̄ cœlū pl'ibus motib⁹ mouet̄. Exē-
plum ſecundi, propter quid mouetur cęlum pluribus mo
tibus, propter generationē et corruptionē, cur generatio
& corruptio, quia elementa ſunt cōtraria, pp quid elemē
ta ſunt cōtraria, pp motus cęli, & motus cœli pp actionē
diuinam. Hæc Auerroes quoad verba Ariſt.

**Eorum quodq;, quorū eſt opus aliquod, ope
ris ipſius gratia eſt: dei operatio immortalitas
eſt: hæc autem eſt ſempiterna vita. quare deo** B
**ſempiternum ineſſe motum neceſſe eſt: at cum
cęlum ſit tale, eſt enim corpus diuinum, fit vt
corpus rotundum habeat, quod ſuapte natura
ſemper in orbem fertur.**

Expoſitio. Proſequitur ſolutionem q̄ōnis, & primo ſyllogizat cę
lum moueri motu ſempiterno, quod licet ſit ex dictis p-
ſpicuum, vult tn̄ repetere illud p aliud genus demōſtra-
tionis vt dicemus, & ſyllogizat ſic, deus mouetur ſempi
terno motu, cęlum eſt deus, igitur cęlum mouetur ſempi
terno motu, deum vero moueri ſempiterno motu p vnū
enthymema probat, in cuius añte ſumit tria, & inquit.
{Eorum quodq; quorum eſt opus aliquod, operis ipſius
gratia eſt.} hoc eſt primum, & dixit quorū eſt opus ali-
quod (vt recte græci conſiderant) ob quædā monſtra quo
rum nullum eſt opus, propterea hæc non ſunt pp opus,
ſed vt defectus naturæ. Deinde ſumit ſecundum, & in C
quit. {Dei operatio eſt immortalitas,} & quia immor-
talitas poteſt ſumi pro incorruptibilitate, & pro abſtra-
cto illius cōcreti quod eſt mortale, ne ſit altercatio de no-
mine ſumit tertium, & inquit. {Hæc aūt eſt ſempiterna
vita} & p hoc dat intelligere non accepiſſe deū pro ſub-
ſtantia illa ſeparata, quam nos deum appellamus, illa. n.
non viuit niſi per eſſentiam, vt albedo eſt alba, & ideo ac
cepit deum pro corpore diuino, iſtud. n. eſt quod viuit et
ſempiterna vita. Ex his tribus infert propoſitum, & in-
Syllo. quit. {Quare deo ſempiternū ineſſe motū neceſſe eſt,}
& pōt reſolui ſyllo hic hoc mō. Quod eſt gratia operis,
quod eſt ſempiterna vita mouet̄ motu ſempiterno tēpo-
re, deus eſt gratia operis, quod eſt ſempiterna vita (vt to-
ties eſt probatū,) igit̄ deus mouetur motu ſempiterno.
Quā vita cœ lum viuit. Debes ſcire ꝙ viuere eſt multifariā, vt dicitur in ſcđo
de aīa, vnde cęlū viuit vita intellectus, quia intelligit, &
vita aīalis, quia mouetur à ſe, propterea vera eſt maior q̄
dixit id moueri ſempiterno motu, quod viuit ſempiter- D
na vita, nulla. n. vita poteſt eſſe ſempiterna niſi ſit motus
vel intellectus. Vita ſenſus eſſe non pōt ſempiterna,
vt probatū eſt in lib. de aīa, & ſic habetur hęc cōcſo, deus
mouet̄ motu ſempiterno. Hac ſumpta vt maiore addat̄
hæc minor, ſed cęlū eſt deus, & hoc ſumendo deū pro di-
uino corpore, erit cōcſo, ꝙ cęlū mouetur motu ſempiter
no. Inquit. {At cum cęlum ſit tale} hoc eſt deus, et quia
deus pōt capi pro prima cā, & pro diuino corpore, addit
{eſt. n. corpus diuinū} tūc infert cōcſonem, & inquit. {
Fit vt cęlum ipſum habeat corpus rotundū, vel ſit ipſum
corpus rotundū, qđ ſuapte natura ſp in orbē fert̄.} Hæc
erat propoſitio ſiue ſuppoſitio, quam repetere voluit.

**Cur igitur non quodlibet mundi corpus ta-
le eſt: quia neceſſe eſt aliquod manere in medio
corporis quod circunfertur.**

A Sumpta hac ſuppoſitione videlicet ꝙ cęlum mouetur
motu ſempiterno, quærit vtrum quodlibet mundi cor- Expoſitio.
pus moueatur motu ſempiterno, & quia hoc patet fere
ad ſenſum, quærit pp quid non quodlibet mundi corpus
motu ſempiterno mouetur, & hoc facit, vt ex hac ſolſone
procedat ad ſolutionem principalis q̄ōnis, inquit. {Cur
igit̄ nō q^d libet mūdi corpus tale eſt? hoc eſt motū ſempi
terno motu. Hæc eſt q̄ō. Quo vero ad verba attinet, ver-
bū illud quodlibet græce ὅλον, quod licet intelligatur pro
toto integrali, nonnunq; pro toto vl'i intelligitur, vt in p
poſito. Tunc r̄ndet & inquit. {Quia neceſſe eſt aliq^d
manere in medio corporis quod circunfert̄} veluti cen-
trū immobile, dictū. n. eſt in libro de cā motuum aīalium
oē quod mouetur indigere quieſcente. Et quaſi per hæc
voluit habere hoc enthymema, cęlum ppetuo mouetur,
igr̄ oportet eſſe in medio mundi aliq^d ſemp quieſcēs, cir
ca q^d fertur. Dictū eſt in p̄cedenti textu, oē agens cu- Quæ Auer. commen. 17.
ius eſt opus aliquid eē gr̄a operis, quæret quiſpiam quo Queſtio circa textum.
nam mō eſt gratia operis, innuit Auer. ſolſonem vbi di- Solu. Auer.
B cit primo ꝙ oē agens quod operis gr̄a agit, agit pp illud
aut prima, aut ſcđa intentione. Secundo dicit, ꝙ omne
agens, q^d pp ſe agit, agit pp aliud, & nō cōuertit̄. pōt. n.
agens agere pp aliud, & non propter ſe, vt agens natura-
le, agit. n. ſolum ppter aliud, non ppter ſe, at agens diui-
nū agit ppter ſe, & pp aliud, propterea quia diuinum &
optimū, ſed hęc res eget ſpeculatione, quam fecimus in
libro de ſubſtantia orbis. Scđo ambiges quo nā modo
actio dei eſt immortalitas. Reſpondet Auer. Ariſto. Secūda dub. Solu. auer.
per immortalitatem intelligere eſſe dei, nam deus primo
mouet pp ſe, hoc eſt eſſe ſuū, ſecundaria intētione ppter
alia, è contra agunt agentia naturalia, agunt. n. primo pp
alia, ſecundo pp ſe. Sed Auer. vr̄ ſibi contrarius, quia Cōfutatio. dicit auerro.
ſupra voluit oē agens quod agit pp ſe agere pp aliud, &
non omne quod agit ppter aliud agere pp ſe, nunc vero
habet oppoſitū, dicit. n. oē agens quod agit pp aliud age
re pp ſe licet ſecundaria intentione. Secundo hoc non
C eſt ad mentē Ariſt. hic, Ariſto. n. per immortalitatē in-
telligit vitam cęli, & non primæ cauſæ. Tertio nō in-
telligit vitam intellectualem, quia tūc p hoc Ariſt. nō cō
cluderet cęlū perpetuo moueri, ſed intelligit vitā quę cō
ſiſtit in mouendo. Propterea dicendū ſine dubio hāc Quātū ad q^d dictū auer. eſt vtile.
expōnē non eſſe ad ppoſitū Ariſtotelis, ſed in illo quod
dicit eſt bona dubitatio, vtrum agēs naturale aliquo mo Solutio. q.
do agat propter ſe, videtur. n. primo ꝙ non pp auctorita
tem eius in principio. Secundo propter rōnem, nam
homo nec quatenus viuēs agit propter ſe, quia vt viuēs
agit ppter perpetuitatem ſpeciei, nec quatenus aīal, quia
vt ſic agit propter ſenſum & motum, quæ non ſunt ipſe
homo, ſed actiones atq; accidentia hominis. nec quaten⁹
homo, quia vt ſic agit vt copuletur intellectui agēti, quæ
copulatio differt ab hoīe. In contrariū eſt quod Auer.
ait nunc, dicit enim oē agens diuinum agere ppter ſe, &
prima intentione, & omne agēs naturale agere pp ſe, ſed
ſecundario. Amplius vnumquodq; intendit cōſerua-
D tionē ſui, igitur vnumquodq; agit gratia ſui, & ita pp ſe.
Teneo ſcđam partem pblematis, & dico omne agēs age
re gratia ſui vel prima, vel ſecūda intētione, & diſtinguo
de fine, nam finis eſt quo, & cuius gratia, homo agit pp
ſe tanquam propter finem cuius gratia, agit propter co-
pulationem tanq; ppter finē quo. ad authoritatē Auer.
dico actionē dei differre ab actione agentis naturalis, nā
actio dei eſt gratia dei vt finis quo, & gratia cuius, qa q
quid eſt in deo eſt deus, & hoc modo prius negauit agēs
naturale agere ppter ſe, cum quo tn̄ ſtat agens naturale
agere gratia ſui & propter operationem, gratia ſui vt fi-
nis gratia cuius, propter operationem vt finem quo.

**At nulla pars huius aut omnino, aut in me-
dio manere poteſt. Et. n. eſſet ipſius motus ſe-
cūdum naturā ad mediū: at ipſum ſuapte natu-**

ra in orbem fertur. Præterea motus ſempiternus non eſſet: quippe cum nihil præter naturam ſit ſempiternum. Id enim quod eſt prę ter naturã, poſterius eſt eo quod eſt ſm naturã.

Inſuper etiã id quod eſt prętet naturam, mõſtruoſitas eſt in generatione eius quod eſt ſm naturam. Neceſſe igitur eſt illud eſſe terrã: hæc enim in medio quieſcit. Atq; nũc quidem hoc eſſe terram ſupponebatur; cum immobilis ſit, poſtea à vero dicetur de ipſo.

Expoſitio. Hacteous concluſit eſſe io medio cęli aliquod ſemper quieſcens, diſputat nunc quid nam poteſt eſſe, & proponit illud non poſſe eſſe cœlum, vel aliquid de natura cęli, **Prima ratio.** & hoc ioquit. {At oulla pars huius omnioo maoere poteſt, aut manere in medio.} Hoc probat duplici ratione, primo, quia ſi id quod quieſcit in medio eſſet aut cęlum aut cęli quicq̃, tuoc cęlum moueretur ad medium naturaliter, ſaltem quãdo poneretur juxta medium: quod eſt deſtructum, & dictum ipſum naturaliter ferri in orbem, inquit. {Et enim eſſet ipſius motus ſm naturam ad medium} vtpote ſaltem quando eſſet extra medium. {Ac ipſum ſuapte natura (vt dictum eſt) in orbem lertur.} **Scda ratio.** Secundo ſi id, quod quieſcit in medio, eſt cęlum vel cęli ąquam, tunc motus cœli non eſſet ſempiternus. Probat, quia aut oporteret duos motus cē naturales vni oaturæ, vtpote ipſi cœlo moueri ad medium & circa mediũ, aut tm̃ eſt ſibi naturalis motus ad medium, & ſic motus circularis oon erit ſempiternus. Supponit igitur Ariſtoteles motum circularem eſſe ſibi violentum, Si quod naturaliter quieſcit in medio, eſſet aut cęlum aut ccelt quicquam, & tuoc hoc ſuppoſito, infert ſaltem non poſſe eſſe perpetuum cootra dicta, & hoc inquit. {Præterea motus ſempiternus non eſſet} quaſi ſic arguat, ſi quod quieſcit in medio eſt cęlum, aut cęli pars, motus quo cęlum mouetur in orbem non eſſet niſi violẽtus, aliter duo motus eſſeot vni naturæ ſpecie naturales. Motus cęli eſt violentus, igitur noo perpetuus. Deinde probat dupliciter conſequentiam hanc, primo, quia nihil præter naturã eſt ſempiternum, id enim quod eſt præter naturam, poſterius eſt eo quod eſt ſecuodum naturã, & quod eſt poſt aliud oon eſt ſempiternũ, ſempiterno enim nihil eſt prius tempore. compooatur ſylls, nihil præter naturã eſt ſempiternum; motus cęli eſt præter naturam, io caſu illo: igitur oon ſempiternus. Secundo, nulla monſtruoſitas accidens io generatione rei naturalis eſt ſempiterna, id qđ eſt p̃ter naturã atq; violentũ eſt mõſtruoſitas accñs in generatione rei naturalis, igr̃ oon põt eſſe ꝑpetuũ, inqt. {Io ſup ẽt id qđ eſt p̃ter naturã, monſtruoſitas eſt in gñatione eius qđ eſt naturale.} & ſic habeť illud quieſcẽs in me **Receſſus, exceſſus.** dio oõ poſſe eſſe cęlum, vel cęli partem. Quo vero ad verba attinet, verbum illud ἔκστασις latine eſt ſtupor, atq; mooſtruoſitas, & propterea ſic tranſtruli. Ex hoc procedit vlterius probando illud eſſe terram, & inquit. {Neceſſe eſt igitur illud eſſe terram,} probat per ſenſuum teſtimoniũ, & ĩquit {Hæc.o. io medio quieſcit} & qa hęc probatio eſt de facto, ꝙ illud ſit terra, quia videť, et põt proteruus dicere illud eſſe terram, ſed poſſe eſſe aliud à terra, ideo addit, atq; nũc quidem hoc eſſe terram ſupponatur, cum immobilis ſit, poſtea vero dicetur de ipſo diligentius, & per ratiooem. Eſt igitur ſecunda hypotherica, aliquid quieſcit in medio, igitur terra eſt in rerum natura & in medio quieſceos.

At ſi terram eſſe neceſſe eſt, etiam ignem eẽ neceſſe eſt, contrariorum. n. ſi alterum eſt natura, & alterum eſſe natura neceſſe eſt. nam ſi ſit contrarium, etiam naturam quãdam ipſius eẽ neceſſe eſt, quæ quidem eſt materia cõtrariorũ.

E Tertia hypothetica eſt, ſi terra eſt, neceſſe eſt ignem eſſe, nam ſi vnum contrarium eſt in natura, neceſſe eſt alterum contrarium eſſe in natura, quod probat, & inquit. {Nam ſi ſit contrarium, ẽt naturam quandã ipſius eẽ neceſſe eſt, quę quidẽ eſt materia cõtrarioꝝ} ſaltẽ poteſtate, cõtraria igiť oportet eſſe io reꝝ natura, quia cõueniũt in materia, quę eſt vna amborum, ſaltẽ ſucceſſiue. Sed occurres. nam per hoc non probatur niſi ꝙ ſi vnũ contrariũ eſt, alterũ põt eſſe, quia materia eſt ſub vno cõtrario actu, ſub altero vero poteſtate. Dici põt aliter eſſe reſpectu totius mundi, et reſpectu ꝑtis mũdi, nã qcqd eſt poſſe reſpectu mũdi, oportet vt ſit ſaltem ſm ſpẽm, at reſpectu ꝑtis mũdi nõ oportet. Debes ſcire vt ex Auer. colligiť Ariſ. in hac rõoe ſuppoſuiſſe ignẽ & terrã eẽ cõtraria, ꝙ qdẽ primo huius dicta ſunt, ex cõtrarietate motuũ illoꝝ.

Præterea affirmatio priuatiõe prior eſt: ceu calidũ frigido. Sed quies atq; graue per priuationẽ motus, atq; leuitatis nuncupanrur.

F Secundo ad idẽ arguit, affirmatio priuatione prior eſt, **Expoſitio.** ceu calidum frigido. Sed quies dicitur per priuationẽ motus, & graue per priuationẽ leuitatis, igitur leue eſt ꝓus graui, & motus quiete. ꝙ quidem quies dicatur per priuationem motus, eſt clarum, ſed ꝙ graue dicatur per priuationem leuis, non oportet, ſed debet ſupponi vt famoſum, & vt poſterius probandum. ex hoc ꝙ graue eſt poſterius, ipſo leui, & eſt, ſequitur ipſum leue & ignem eẽ, **Dubitatio. Solutio.** nam ſi poſterius eſt io reꝝ natura, ẽt prius neceſſe eſt eẽ. & ſic patet tertia hypotherica. Debes ſcire elñta con**Quæ Ariſ. ſupponat.**ſiderari hic, & conſiderari in libro de generarione, hic quidem vt corpora mobilia ad locum. Ibi vero vt mobilia ad formam, vt diximus, propterea ibi ſumpſit cõtrarietatẽ penes qualitates alteratiuas, quæ ſunt cauſa motus ad formam, & voluit ignem eſſe cõtrarium aquæ. hic penes qualitates motiuas, & vult terrã & ignẽ eſſe maxime cõtraria peoes graue & leue, atq; motꝰ ſurſum & deorſum.

G At vero ſi ignis atq; terra eſt, ea quoque corpora eſſe neceſſe eſt, quę ſunt horum media. elementorum enim vnumquodq; cõtrarietatem habet ad vnumquodq;: atque hoc ẽt nũc ſupponatur, poſterius vero tentabimus oſtendere.

Expoſitio. Quartum enthymema ſiue hypothetica eſt, igois, terra ſunt, igitur intermedia ſuot, vtpote aer & aqua. probatur ꝑ eãdem rõnem ꝑ quã probauit ignẽ eſſe ſi terra eſt, probauit. n. ignẽ eſſe ſi terra eſt, quia ſi vnum cõtrarium eſt, & reliquum eſſe neceſſe eſt, modo per ſimilem rõoẽ arguo, ſi voũ contrariũ eſt, alia eſſe oportet illi cõtraria. Sed extrema et media ſunt cõtraria, igiť ſi extrema ſunt, etiã media eſſe neceſſe eſt. Inquit. {At vero ſi ignis atq; terra eſt, ea quoq; corpora eſſe neceſſe eſt, quæ ſunt hoꝝ media} probat per ſimilem rõnem, per quam probauit de extremis, & ioquit {Elementorũ. n. vnũquodq; contrarietatem habet ad vnũquodq;} tam extremi ad extre H mũ, q̃; extremi ad mediũ, q̃; etiam medij ad mediũ. Sed quia eſt dubiũ an hęc media elemẽta duo ſint, an vnum, amplius an ſint contraria penes motũ vel penes qualitates, & vtrũ penes ambas vel penes alterã tm̃, quaſi huius excuſationẽ afferens, inquit. {Atq; hoc etiã nunc ſupponatur, poſterius vero tentabimos oſtendere} & in quarto huius, & ſecundo de generatione.

Hæc autem cum ſint, patet neceſſario generationem eſſe, propterea ꝙ nullum horum ſempiternum eſſe poteſt, patiuntur enim & agunt inter ſe contraria ipſa, mutuoque à ſeſe corrumpuntur. Præterea non eſt rationi conſentaneum, mobile aliquod eſſe ſempiternum, cuius motus ſecundum naturam ſempiter-

nus

nus eẽ nõ poteſt:at talis eſt horum motus. Ex his igitur patet neceſſario generationem eſſe.

Expoſitio.

Quintũ enthymema ſiue hypotherica eſt, extrema & media ſunt, igĩ neceſſario generatio, & ſupple corruptio eſt. deducit primo enthymema.{ propterea quia nullum horum ſempiternũ eſſe poteſt, patiuntur enim & agunt inter ſe contraria ipſa, mutuoq; à ſeſe corrũpuntur} vt p definitionem contrariorũ patet, quæ in libro de generatione eſt poſita. præterea ſecundo non eſt, rationi cõſentaneum, mobile aliquod eſſe ſempiternum, cuius motus ſm naturam ſempiternus eſſe non poteſt, at talis eſt horũ elementorum motus} eſt.n.rectus, qui eſſe non põt ſempiternus, ſed ſolus circularis, vt in lib.8. Phyſicę auſcultationis dictum eſt. Et dixit non eſt rõni conſentaneũ, quod græce eſt οὐκ εὔλογον, quia cauillator poſſet dicere elementa eſſe perpetua, & illorum motus eſſe finitos, at nũc ſumit vt probabile q; ſi motus nõ ſit perpetuus, nec corpus ſit perpetuũ. Nam ſufficit propoſito noſtro, eſt enim alibi demonſtratum. Ex his colligit enthymema, & inquit.{ Ex his patet neceſſario generationem & ſupple corruptionem eſſe, & ita ſi extrema & media ſunt, neceſſario generatio & corruptio ſunt.

At qui ſi generationem eſſe neceſſe eſt: aliã quoq; lationem aut vnam, aut plures eſſe neceſſe eſt: quippe cum iuxta totius motum elementaria corpora mutuo ſimiliter ſeſe habere neceſſe ſit; quod quidem etiam apertius in ſequentibus declarabitur.

Expoſitio.

Sextum enthymema eſt, generatio & corruptio ſunt, igitur præter lationem diurnam neceſſe eſt eſſe aliam, dico aliam aut vnam aut plures, vna quidem dicetur quatenus omnes vagæ ſtellæ ab occaſu per culmen redeũt in occaſum, plures vero quatenus temporibus diuerſis peragant, vt luna per menſem, Sol, Venus, & Mercurius per annum fere, & cæteri per ſua tempora. Deducit enthymema, vbi debes ſcire, vt dicitur in libro de generatione q; diurnus motus eſt cauſa vniformis conſeruationis elemẽtorum, ac motus vagarum & maxime ſolis eſt cauſa reciprocę difformis conſeruationis, hoc eſt vt nunc generentur, nunc corrumpantur. Inquit.{ Quippe cum iuxta totius motum, vtpote diurnum elemẽtaria corpora mutuo ſimiliter ſeſe habere neceſſe eſt, & ita non erit niſi conformis generatio ſiue illorum conſeruatio, & difformis non erit. Sed quia hic, eſt res hæc breuibus tacta. quæ eget maiori oratione, īquit,{ Quod quidem etiam apertius in ſequẽtibus, vt de Generatione & Corruptione declarabitur. Erit igitur totus Ariſto. proceſſus ad hunc modum, cęlum perpetuo mouetur, igitur aliqd in medio mundi perpetuo quieſcit: aliquid in medio mundi perpetuo quieſcit, igitur terra eſt: terra eſt, igitur ignis eſt: ignis & terra ſunt, igitur aer & aqua: aer, aqua, ignis, & terra ſunt, igitur generatio & corruptio ſunt: generatio & corruptio ſunt, igitur plures ſunt cœleſtes motus: igitur à primo ad vltimum, ſi cęlum perpetuo mouetur, neceſſe eſt cęlum pluribus motibus moueri.

Proceſſus Ariſto.

Nunc autem tm̃ patet quam ob cauſam plura ſint corpora orbicularia: generationem.n. neceſſe eſt eſſe, & generationem ſi & ignem neceſſe eſt eſſe, & hunc atq; alia, ſi & terrã neceſſe eſt eſſe: & hanc, ſi manere aliquid ſemper neceſſe eſt, & manere aliquid ſemper: ſi moueri aliquid ſemper neceſſe eſt.

Expoſitio.

Epilogando nunc quaſi proceſſum conuertit, nam primus fuit è cauſa ſemp ad effectum, hic autem reſolutorie ab effectu ſemper in cãm. Debes ſcire q; apud peripateticos idem eſt probare plures motus circulares eſſe,

A & plura corpora circularia eſſe, non enim idem orbis poteſt moueri motibus diuerſis, ppea loco vnius vtitur altero, inquit.{ Nunc aũt tm̃ patet quã ob cãm plura ſint corpora orbicularia, & affert cãm, & inquit.{ Gñationẽ enim neceſſe eſt eſſe, vltra, & gñationẽ, ſi & ignẽ neceſſe eſt eſſe, & vltra, & hũc atq; alia intermedia, ſi & terrã neceſſe eſt eſſe, vltra, & hãc, ſi manere aliqd in medio totius mundi ſp neceſſe eſt, & vltra, manere aliquid ſp, ſi moueri aliqd ſp neceſſe eſt. Hæc eſt reſolũ atq; epilogus.

Quæ Auer. com. 21. Primũ Aſſ.

Auer. vero hoc modo colorat rationem Ariſto. in generatione & corruptione duo inueniuntur, ordo, & continuatio ſiue perpetuitas: ordo quidem, quia vno tẽpore eſt rerũ generatio: alio tẽpore rerũ corruptio, perpetuitas vero quia talis ordo nunq; deficit. Semper enim poſt generationem eſt corruptio, & poſt corruptionem generatio, hinc fuit neceſſitas vt cœlum pluribus moueretur motibus, vt per ipſum motum totius videlicet diurnũ continuus atq; perpetuus ordo efficeretur, per motũ vagarum
B ſtellarum atq; ſolis, è contra ordo inter generationem atq; corruptionem emergeret. Secundo notat corpora cęleſtia moueri pp generationem & corruptionem pluribus motibus, non tanq; pp finem primũ, ſed tanq; pp finem ſecundũ, quia vt dictũ eſt omne agens nobile atq; diuinũ ſi agit pp ſe, agit pp aliud, quia ſua perfectio eſt in largiendo alteri, quod ſibi cõicat. Sed circa dicta Ariſt. dubitatur, nam Ariſt. fecit hoc enthymema, ignis & aqua ſunt atq; cætera elementa, igitur generatio eſt, hęc.n. conſequentia non valet, quia ſtat contraria eſſe, et non inuicem applicari. Præterea in naturalibus bene valet à poſteriori ad prius vt domus eſt, igitur lapides & ligna, nõ aũt è contra, vt ſecundo phyſicorũ dictũ eſt, quare non valet ignis & terra atq; media ſunt, igr̃ generatio eſt. Hanc dubitationem ſoluit Auer. & ſi recte percepi innuit duas ſolutiones, prima eſt q; licet Ariſto. faciat illud enthymema, videlicet elementa ſunt, igitur generatio eſt, ſua tñ intentio fuit dicere q; generatio eſt propter elemẽta, non q; valet conuerſim arguere ab vno
C ad alterum, quæ ſolutio eſt ad hoĩem atq; verba tantum.

Secundam.

Dubita. circa textum.

Sol. Auer. cõ. 21. pri.

Secunda eſt vt mihi vr̃, q; licet in naturalibus vl̃r non valeat ab effectu ad cauſam, & è contra, vt de domo dictum eſt, in caſu tñ noſtro valet, & ſic de ſpeciali cã contingit oppoſitum in oppoſitũ. nam valet cõuerſim, generatio eſt, igitur elemẽta ſunt, et è cõtra, elemẽta ſunt, igiĩ generatio eſt. Sed non declarat quonam modo valeat, verum quidam aiunt valere illud ſupplendo elementa eſſe approximata atq; debite applicata. Sed melius dicerem q; Ariſt. probauit generationem eſſe poſſibile ſi elementa ſunt contraria per hoc, quia poſſunt inter ſe agere & pati, ſed quia quicquid in mundo eſt poſſibile, debet reperiri in aliquo indiuiduo de facto, aliter mundus eſſet imperfectus, propterea ſufficit probare elemẽta poſſe generari, quia ſtatim ſequitur eſſe generationem & corruptionem. Multa verba tñ ait Auer. q̃ ſunt valde obſcura, ſed ex illis has ſolutiones collegi, ſi tu melius ſapis
D ſequar te, & laudo.

Solutio.

Propria ſol.

Quæſtio.

An terræ Quies ſit pp, cœli motum neceſſaria

QVærunt iuniores quonam modo valeat cœlũ mouetur, igitur neceſſe eſt terram quieſcere, videtur enim q; non valeat, quia ad eſſe prioris non requiritur eſſe rei poſterioris, poteſt enim prius abſolui à poſteriori.

Albertilla & omnes volunt hanc ſiue cõſequentiam, ſiue enthymema valere gratia materiæ, & non gratia formæ, & (vt peripatetice loquar) per accidens, & non per ſe. Per ſe quidem non valet quia non valet in omni conſimili. Sed quonam modo per accidens ſiue gratia materiæ, Albertilla exponit illam valere propter generationem atq; corruptionem, hoc pacto, cęlum mouetur, igitur generatio & corruptio eſt, generatio & corruptio eſt, igiĩ terra quieſcit, vt animalia in illa & plantæ

Sol. Alber.

Confutatio. generentur. Sed hęc poſitio expreſſe cõtradicit Ariſ. & omnibus expoſitoribus, & maxime Auer. qui dicit il lam conſequentiam valere pp illud quod declaratum eſt in libro de cauſa motuũ animaliũ, videlicet quia omne quod mouetur indiget quieſcenre, deinde via diuiſionis concludit illud eſſe terrã. Præterea hęc deductio petit principiũ, nã per terrã quieſcere cõcludit generationem & corruptionem eſſe, & ſic non debet concludi terram quieſcere per generationẽ & corruptionẽ eſſe, arguit.n. Ariſt. à primo ad vltimum, & primo infert terram quie-

Põ propria ſcere, & poſtea eſſe generationẽ. Propterea videtur eſ ſe dicendum cum Auerroe & Simplicio, illud enthimema eſſe neceſſariũ p illã propoſitionẽ vſem, omne quod mouetur indiget quieſcẽte, & ſic vr̃ deductio fundari ſuper duobus, quorum primũ eſt, oẽ quod moueẽ indiget quieſcente. Secundum vero eſt, tale quieſcens p viam diuiſionis nihil aliud poſſe eſſe niſi terram, quod retulit

Replicę albertillæ. probandum ad tempus. Sed huic expoſirioni occurrit Albertilla. primo quia illa auctotitas non eſt ad propoſi tum, nam Ariſt. loquirur ſolum tn motu aĩalium mortalium. Secundo vr̃ ſufficere q terra non moueatur motu cęli, cum quo ſtabit ipſam poſſe moueri aliquo motu. Tertio epiciclus mouetur, & tñ nullum habet corpus quie-

Defenſio. ſcens, circa quod mouetur. Sed hę ſunt friuolę replicę, prima quidem, nã Ariſt. generatim ſumit omne qđ mouetur indigere quieſcente, tam in aĩalibus mortalibus, q̃ cęleſtibus, cuius ſignum eſt, quia declarato hoc, cõclodit oẽs deos omneſq; deas nullo modo mouere poſſe vniuerſam terram, & hoc pro tanto, quia cęlum neceſſario mouetur. Secunda vero, quia p quieſcẽs nihil aliud Ariſ. & expoſitores volunt q̃ q quieſcat per quietem oppoſi

Orbiculus. tam motui cæli, nam terra continuo forſitan mouetur..

Tertia aũt, quia Orbillus ille ſiue Ocellus, quem epicyclum vocant non eſt corpus naturale, quo vero modo

Dub. cõtin. ſine eo ſaluari pñt apparentiæ, alibi dicemus. Sed tũc emergit qõ nõ parua circa hæc, dictum eſt enim illud enthymema eſſe neceſſarium: quia oẽ quod mouetur etiã cęlum vt mouetur indiget quieſcente, vtrum in genere

Prima ſolu. alicuius cãę, vel quonam modo indiget. Reſpondent nonnulli dicentes, motum cęli eſſe conſiderabilẽ vt primus eſt oĩnm motuũ, & vt circularis, propterea volunt motum cœli egere quieſcente terra ex ea parte qua circularis eſt, non aũt ex ea parte qua eſt primus motus. Ex parte enim qua primus eſt, è nullo dependet, ſed ea pte qua circularis. Et licet hęc ſolutio videatur apparẽs, tñ adhuc eſt dubia vt prius, videlicet quonam mõ & propter

Solu. Ioan. quid circularis indiget quieſcente, & in quo genere cãæ.

Ioannes aliter dicit in ſolutione argumenti, & aliter in ſolutione corporis qõnis. In ſolutione argumenti vult id quod mouetur non egere quieſcẽte in aliquo genere cãę, ſed conſecutiue atq; cõcomitatiue, ceu ſubiectũ indiget propria paſſione, non enim illa indiget vt cã, ſed vt cõcomitatiuo atq; conſecutiuo, ſine quo eſſe non põt, & licet multis modis videatur dicere, tñ omnes modi reducunẽ ad hunc, ſi bene conſideres. Sed hæc ſolutio ſtare non põt, primo quia principale & conſequens apud oẽs in eodem ſubiecto ſunt, aut alterũ alteri accidit veluti in exẽplo ſuo homo & riſibile. Secũdo quies centri ponitur in definitione motus circularis, igitur id quod mouetur circulariter in aliquo genere cauſæ indiget quieſcente.

So. propria Propterea videtur mihi, eſſe dicendum: cęlum qđ mouetur egere quieſcente trifariam vt loco, vt materia, & vt forma, vt loco quidem, qa vt dicit Auer. quarto Phyſicorum cõ. 41. & 45. locus cœli moti eſt centrum quieſcens. Secundo vt materia, non in qua vel ex qua, ſed vt materia circa quam. Tertio vt forma, quia in definitione cuiuslibet quod mouetur, ponitur quieſcens, nam omne illud moueri dicitur, quod reſpectu quieſcentis alicuius aliter ſeſe habet nunc q̃ prius, ecce quod ponitur, vel intelligitur in definitione motus. Ex his patet aliter motum animalium mortalium egere quieſcente ali-

E quo, & aliter motum cœli, animalia enim mortalia ad ſui motum egent quieſcente & vt firmamẽto, in quo inſtrumenta motiua firment, & vt requiſitum ad rationem atque definitionem motus, cęlum vero ſolũ eget quieſcente vt requiſito ad definitionem motus. Tunc patet ad rationem quæ fiebat in principio qõnis. Quærunt ſecundo vtrum hęc conſequentia, cœlum ſempiterno motu mouetur, igitur mouetur pluribus motibus, teneat p ordinem à primo ad vltimum. Albertilla vult hanc con- Sol. Alber.
ſequentiam tenere à primo ad vltimum quo modo intermediæ tenent, ſed intermediæ tenent gratia materiæ, ideo & hæc valet à primo ad vltimum gratia materię. Et ſi dicitur intermediæ non tenent niſi per diuerſa media, cõcedit reſpondendo eſſe illam bonam, ſi intermediæ ſunt bonæ, quantuncunq; per varia media probentur. Et licet nec qõ ſit peripatetica, nec ſolutio, tñ dico Albertillam non eſſe nunc locutum vt bonus logicus, logici.n. eam conſequentiam dicunt valere à primo ad vltimum,

F qñ cõſequẽs in prima eſt añs in ſecunda & cõſequens ſecundę eſt añs in tertia, & ſic vſq; ad vltimum, hoc autem fieri non poteſt per diuerſa media, quia inter vnum añs & conſequens erunt plura adhuc conſequentia & antecedentia. Propterea ſi liceat ad hæc deſcendere, dicerẽ Propria ſol.
hanc non eſſe conſequentiam à primo ad vltimũ, ſed eſſe tot enthymemata, quot factæ ſunt probationes, ſunt.n. ſex ſiue enthymemata, ſiue hypotheticæ auerſæ atq; abiunctæ, quæ proprijs tenent medijs, reductæ tñ ad modũ conſequentiæ à primo ad vltimum. Et tu poſſes dubitare de intermedijs enthymematibus, quæ qa p magna parte declarabuntur poſtea, nunc ſit dictum intm̃.

Quæſtio.

An Ceſſante motu cœli, aliorum inferiorum Ceſſent generationes ac motus.

TErtio poſſet quæri de actione cęli in nos, reſq; ſublunares generatim & particulatim, quæ res eſt noſtrũ

G propoſitum tranſcendens, & in libro deſtructio deſtructionum pro ea ætate ſatis diſputata, propterea nũc quęro breuibus vtrum ceſſante motu cœli ceſſent generationes, & motus, & vlr omnia ſublunaria. Alexander in- Põ Alexan. ppateuci.
ter peripateticos maximus tenet, q ceſſante motu cœli, adhuc elementa agerent & paterentur, & adhuc eſſent. Et pro mente Ariſt. dicit illa non agere & pati ordinatę. Immo cõtingeret qñq; omnia elementa cõuerti in ignẽ, & hoc propter inordinationem agendi. pro hac poſitione arguit Albertilla. primo quia cœlum agit in nos triplici inſtrumento, motu, lumine, & influẽtia, igitur ceſſante motu adhuc per lumen & influentiam agere poſſet.

Secundo ceſſante motu cœli adhuc animalia haberent voluntatem & ſenſum, igitur poſſent moueri. Præterea arguit Alexander ipſe, ceſſante motu cœli adhuc elementa remanent, quia ſi non remanerent, redigerentur in nihil, quod omnes perterruit phyſicos. Si remanerẽt cum adhuc habeant contrarias qualitates, igitur agerẽt

H & paterentur. Præterea elementa & miſta ſunt æter- Põ quorũdã
na ſm ſpeciem, igitur ceſſante motu cœli adhuc elementa remanent, & per conſequens agere & pati poſſent: cõſequentia tenet, quia æternum ſm ſpeciem corrumpi nõ poteſt quouis alio corrupto. Quidã vero tenent ceſſante motu cœli remanere elemẽta, & miſta, & ipſa poſſe agere et pati, motu etiam ordinato inter ſe, et in miſta. quam poſitionem non modo theologice poſſe defendi ſentiũt, ſed phyſice atq; peripatetice. Et pro hac poſitione arguunt ipſi. Primo quia quieſcente cœlo, adhuc cœlum eſſet locus communis omnium rerum ſublunariũ, ſed locus eſt qui conſeruat rem locatam, igitur adhuc cõſeruaret ſublunares res. Secundo quieſcente cœlo adhuc ignis poſſet ſtramma comburere aut ſtuppã. Tertio ſtella calida, vt mars, aerem ſibi proximum atq; in directo conſtitutum in ignem conuertere poſſet: & ſic creſcet ignis, & ſtella frigida, vt Saturnus, ignẽ ſibi pximũ

in directo

in directo conſtitutum in aerem atq; elemēta frigida reſolueret, vnde fieret perpetua calidorum & frigidorum hincinde conuerſio. quantum enim mars ipſius ignis accreſceret ex parte vna, tm̄ Saturnus frigidorum minueret. Quarto Sol poſſet aquam in vaporem cōuertere, qui in media regione aeris conuerteretur quæ cadens in terram pulueri admiſceretur & ſic fieret miſtio perfecta, vel imperfecta. Quinto licet non eſſent aoni tpa in eadem mundi parte propter ſolis motum per ſigniferum, eſſent tamen in eodē tempore in diuerſis partibus mūdi ſimul, nam vbi ſol eſt præſens erit æſtas vbi abſens bruma, vbi medius eſſet, media ageret tēpora. Sexto quælibet ſtella prædominatur alicui rei ſublunari iuxta illud Hermetis, nullum eſt granum harenarum in terra quod propriū in cœlo nō obtineat ſydus ſuſcitans ad eius iocrementum. Igitur tale conſeruabile ſuppoſitum ſuo ſyderi poterit per illud conſeruari. Septimo quieſcente ipſo cœlo ſtellæ ſuapte natura eſſent adhuc effectrices cauſæ formarum vt mars caloris, Saturnus frigoris, & cæteræ cæterarum formarum. Materia etiam eſſet adhuc ſubiectum cōmune omnium formarum et perpetuum, primo phyſicorum, igitur effectua eſſet, & ſic generatio & coeruptio, nihil enim deficeret de requiſitis. Octauo nō minus mars eſt ſtella per motum q̄ per quietem, & cæteræ ſimiliter, igitur ſi cum motu fauet calidis, ſine motu per lumen fauebit eiſdem. Decla. Ariſ. Sed quia audierunt Ariſtotelem concludere in libro phyſicæ auſcultationis octauo motum cœli eſſe primum motuū, & ſine primo nō poſſunt poſteriora eſſe, propterea dixerunt. Ariſto. voluiſſe ipſum nō eſſe primum ſm cauſalitatem, veluti nauclerus præcedit omnes nauis miniſtros, ſed eminentia & ꝑfectione, quo modo aurum eſt primum metallorum, & ſicut auro ablato poſſunt eē metalla, ita ablato motu cœli, etiam alīj motus eſſe poterunt. Hæc pro Ariſto. Summa ꝑoſitionum. Ex his ſequitur ꝙ ambæ hæ poſitiones conueniunt, volunt enim ambę ceſſante motu cœli elemēta agere & pati, corrumpi & geoerari, verum Alexan. dixit hæc fieri inordinate. Aliī vero aſſerunt hæc fieri cum ordine aliquo. Confutatio.

Sed contra hanc poſitionem arguo. Primo quia in omni genere oportet dare vnum quod eſt cauſa atq; menſura omniū eorum quæ ſunt in illo geoere, ſed omnes motus ſunt vnius generis, igitur omnium motuum vnus eſt primus, qui eſt cauſa omnium aliorum: hunc Ariſto. voluit eſſe motum cœli, igitur illo ceſſante omnes motus rerum ceſſabunt, quorum ille eſt menſura & cauſa. Secūdo, oīs mot⁹ hic ſublunaris eſt in tpe, ſed ceſſante primo motu ceſſat tp̄s apud peripateticos, eſt. n. tēpus aut primus motus, aut illius prima affectio, igiẗ ceſſabit omnis motus. Tertio arguit Simplicius, cauſæ inferiores atq; ſubluoares, vt dicitur ſecūdo de generatione, ſunt inſtrumentariæ atq; materiales reſpectu virtutum cœleſtium Sed inſtrumentum non mouet niſi motum, igitur ceſſante motu cœli quo mouētur elementa, ipſa nō mouebūt.

Tex. Tho. Propter Hæc Thomas noſter in expoſitione huius libri cum iotentione Simplicīj tenet, ceſſante motu cœli ceſſare oēs motus corporum ſublunariū, & loquitur generatim de omnibus motibus horum ſublonariū. Vtrū vero remaneant ſubſtantiæ elementorum, hic non determinat, verum in diſputationibus theologicis tenent ceſſante primo motu elementa remanere & quo ad ſubſtantias, & quo ad qualitates, licet nō quo ad actiōes, & paſſiones, & propterea concludit nullum miſtum remanere in illa motus ceſſatione, nec quo ad actiooes nec quo ad ſubſtantias, præter homines, qui, & quo ad actiones perfectiores, & quo ad ſubſtantias ꝑſtabiliores remanebūt. Vtrum vero hoc aſſerat vt catholicus, aut vt peripateticus nō ſatis habemus, bene enim ſoluit rationes phyſicorum cum principīs non remotis a ꝗ philoſophia, credēdum tamen eſt ipſum eſſe locutum vt theologus, quum qōoes ſint theologicæ. Propria pō. Pria ſuppō. De hac igitur quæſtione primo loquemur vt peripatetici, deinde vt catholici. Quantū

A ad primum debes ſcire apud ꝑipateticos cœlū noo poſſe agere lumine, nec influentia ſi illa daretur, de quo alias, niſi per motum, per lumen quidem quia motus ſtellam adducit ad partem ē qua diſtabat: vnde Ariſt. in libro de generatione inquit. {Cœlum agere motu obliquo, quia motus iſte ſtellam abducit & adducit quæ eſt generans. Præterea vt dicetur in hoc ſecundo, ſtella motus velocitate, ipſum aerem conterens ac diſgregans efficit calorē, per influentiam vero, quia motus adducit ſtellam, quam ducendo configurat illam alteri ſtellæ aut per oppoſitū, ſiue diametrum, vel per triangulum, vel quadrangulum vel ſexangulum, & inde diuerſæ proprietates atq; influētiæ rebus exurgunt. Præterea per motum ſtella varia ſigna decurrit, ē cuius decurſu ꝑ illa rebus cōtingunt variæ affectiones. Inſuper etiam per motum ſtella nunc aſſurgit in meridiē, nunc declinat in ſeptemtrionem, quo ductu varia atq; varia eueniunt rebus portēta. Hæc ſunt quæ ē Ptolemeo omnium mathematicorū principe in libro apoteleſmatū approbantur, B quæq; Porphyrius philoſophus pluribus ſignis enititur demonſtrare vt in noſtris aſtronomicis declarauimus. Secundo debes ſcire ꝙ ſublunarium corporū quædā ſunt ſimplicia, quæ ſunt quatuor elementa, quædam miſta ex his, quorum quędā ſunt imperfecta vt res metheoricę, grādo, nix, et id genus: quædam perfecta, quorum etiam alia inanimata ſunt, vt lapides, metalla, & id genus, alia animata, quorū alia animata ſunt ea anima quam nutritoriam vocant, alia ea anima quæ ſenſitoria, alia vero intellectiua. Quæ omnia cōſiderari poſſunt quo ad generationem & corruptionem, & quo ad motus, & quo ad operationes. Secunda. Tertio debes ſcire ꝙ ex falſo impoſſibili non ſequiẗ niſi falſum impoſſibile, hoc. o. declaratum eſt in primo huius, vbi dictū eſt ex falſo impoſſibili ſequi falſum impoſſibile, ꝑ tanto qa definitio ſua eſt hæc, falſum impoſſibile eſt ad quod ſeqtur falſum impoſſibile. Tertia ſuppoſitio. Quarto debes ſcire quæſtionē haoc, videlicet, vtrum ceſſante motu cœli ceſſent corpora C ſublunaria moueri, & generari & corrumpi, atq; agere, poſſe intelligi abſolute loquendo de ceſſatione. Quarta ſuppoſitio. Alio modo loquendo determinate hoc modo vt ceſſet motus & remaneant cœli. Quinto debes ſcire aliquod ſua natura ſiue qualitate eſſe abſolute negādū, quod vt ſequēs eſt cōcedendū, vt equū alas habere, ſui natura, vel qualitate eſt negandum, quod eſt coocedendum ſi proponatur & concedatur equum volare, Quinta ſuppoſitio. Hoc eſt quod dicit Philopoous in libro de interpretatione, & in libro priorū, vbi vult aliquid eſſe neceſſariū ex ſuppoſitione, quod ſua natura eſt impoſſibile, vt hominē equū eſſe, hoc enim eſt impoſſibile, ſed poſitis qbuſdam, ſequitur vt neceſſariū, hominem eſſe equū, vt quod omne hinnibile ſit equus, & homo ſit hinnibilis. Ex his dico primo ꝙ loquendo Pria cōclus ceſſatione motus abſolute concedenda ſunt hæc duo, videlicet ꝙ omoe ens, omne corpus, omoe elementum, oē miſtum, & omne animal, & omnis homo ceſſet, & quo ad generatiooem atq; corruptionem, & quo ad motus, D atq; quo ad operationes. Secundo concedendū eſt hęc omnia ſaltem ſm ſpeciem eſſe perpetua. Primum de mēte Ariſt. Primum aperte aſſerit Ariſto. in. 12. meta. vbi ad verbū inquit. {Amplius ſi noo erunt præter hæc ſenſibilia alia non erit principium, neq; ordo, oeq; generatio, neq; cæleſtia & ita nihil erit, & per alia intelligit motus cæleſtes vt ſit ſenſus, ſi præter ſenſibilia hæc nō ſuot motus cœleſtes, tuoc nihil erit. Præterea in. 8. phyſicæ auſcultationis prope principium ioquit. {Motum cœli eſſe veluti vitam omnib⁹, quæ per naturam ſunt, nihil autem eſſe poteſt ſine vita, quæ ſibi competit. Præterea in hoc ſecūdo, & in libro de generatiooe, & in libro Metaphyſicæ vult Ariſtote. motum cœli eſſe finem cœli, quæ cōſeruatur in eſſe. Sed ablato fine auferatur eſſe, igitur aufertur cœlum, ſed motor eſſe non poteſt ſine mobili in neceſſarīs, igitur aufertur oīs motor, & ſic ablata erit omnis natura ſupior, ſed hęc natura inferior eſſe non poteſt ſine natura ſuperiori,

ordine

igitur ablato moto tollitur omne eſſe. Tertio in omni ordine eſſentiali ablato primo totius ordinis auſertur omne poſterius, ſed motus cœli eſt primus, quia eſt finis motoris, & ante ea omnia quę ſunt hic, igitur ipſo ablato oĩa redigentur in oihil. Ex his patet prima pars. Secunda vero etiam probatur, quia ſi ceſſante motu abſolute, ceſſeot oẽs res, vel per corruptionem, vel per annihilationem: noo per corruptiooem, quia corruptio vnius eſt generatio alterius, nec per anoihilationem, quia impoſſibile eſt aliquid ex oihilo fieri, & ita aliquid in nihil redigi, apud peripateticos. Quare ex his patet hęc ſeq, quia ex falſo impoſſibili, ſequitur falſum impoſſibile, quæ quidẽ ſunt concedenda noo ſm ſui qualitatem, ſed vt ſequẽtia ad conceſſa vel poſita.

Scda cõcl. Secundo dico ꝙ ſi ceſſaret motus cœli, & cœli remanerent, ceſſarent oẽs res ſublunares quo ad ſubſtãtiam, & quo ad motus, & eſſent perpetuę. Hæc eſt poſitio Aue. in libro Deſtructio Deſtructiooũ, diſputatione prima, in ſolutiooe dubij vndecimi, vbi inquit: Si nullus eſſet cœleſtiũ motus, ordo totius vniuerſi deſtrueretur, & in libro de ſubſtãtia orbis capite quarto prope finem, inquit: Et ſi motus cœli deſtrueretur, motus entium inferiorum deſtrueretur, & ſic mundus, immo ſecundo phyſi. ex priuatiooe pluuiæ infert totius mundi ſublunaris annihilationem. Simplicius etiam in hoc loco rem hanc approbat vt contra Ariſtotelem ſcribit. Præterea probatum eſt ratione motus cœlum agere per lumen, & per influentiã, igitur ceſſante motu ceſſat actio ſtellarum quæ fit per motum, lumen, & influentiã.

Secũda vero pars patet vt prius, quia vel ceſſarẽt per corruptionem, vel per anoihilatiooẽ, et vt diximus neutro modo fieri poteſt. cauſa autem quare hęc ſequuntur, & cõcedenda ſuot, eſt quia antecedẽs eſt falſum impoſſibile vt dictum eſt. Hæc peripatetice ſunt dicẽda, quibus facile ſoluunẽ oẽs rõnes. nã rõnesq̃, pbãt ceſſante motu elemẽta agere & pati, faciunt pro altera parte cõceſſi. quæ concluduot oppoſitũ, faciunt pro altera, quæ ambæ ſuot concedendæ noo pro ſui qualitate, ſed vt ſequentes ad falſum impoſſibile. Exemplum huius ſolebamus dare de fluuio, qui á foote flueret, dato ꝙ ceſſet fons, vtrum flueret, certum enim eſt ipſum fluere, quia fluuius, & nõ fluere, quia ceſſauit cauſa fluxus, quæ pro tanto concedũtur, quia ponitur fluuium fluere ſine fonte vnde naſcitẽ, quod eſt falſum impoſſibile.

Põ theolo. Catholice vero dico primo ꝙ cœlum q̃nq; quieſcet. Quod quidem licet probari non poſſit eſſe, poteſt probari non repugnare eſſe.

Primo ex parte mobilis, nam omne mobile æqualiter eſt potens motum & quietẽ recipere, igitur ex parte cœli non repugnat ipſum quieſcere. Secundo ex parte agẽtis, ageos enim motum cœli agit per intellectum & volũtatem. Sed omne agens per iotellectum, & voluotatem poteſt ceſſare ab actione ſioe mutatione ſui, quando egit ob aliquem finem attingẽdum, illo enim habito ſioe mutatione ſui ceſſare poteſt, igitur nõ repugnat ex parte motoris motum cœli ceſſare. Tertio ex parte finis. nam in quiete cœli res quæ reſtabunt erunt in meliori ſtatu, & vnumquodq; appetit meliorem ſtatum ſibi poſſibilem, quare ne appetitus rerum ſit fruſtra, cœlum quandoque quieſcit. Secundo de ſtatu rerum hæc dicimus ꝙ cœlũ reſtabit ſm meliorem conditionẽ, oẽs enim res remanebũt in ſuis finibus vt ſol, & vagę ſtellæ ſimul in ortu, vbi diximus eſſe vagarum ſtellarum motus finem, quæ dimidium terræ illuſtrabunt, ex partẽ occaſus erit libra, quæ fuit motus principium. Sub qua elementa lucida erũt & pura alterum terræ dimidium illuſtrantia. Amplius, elementa reſtabũt, quia ſunt de perfectione vniuerſi vt partes eſſentiales, et erunt incorruptibilia atq; impaſſibilia, quia licet reſtabunt ex parte intrinſeca paſſibilia, deficit motus cœli applicans illa nunc ad generationem, nũc ad corruptiooem, nec impoſſibile eſt aut incoogruum potentiam aliquam fruſtrari, quando ſubiectum illius detinetur ſub meliori diſpoſitione. Præterea reſtabunt ho- E mioes vel reſurgent, quia homo ordinatur ad perfectionem eſſentialem vniuerſi vt eſſentialis pars ipſius. eſt. n. io homine aliquid, quod non cõtinetur virtute nec in elementis oec in corporibus cœleſtibus. ſ. anima rationalis, & hi reſtabũt incorruptibiles atq; impaſſibiles, q͏a q̃uis corpus hominis ſit ex cõtrarijs compoſitum, ineſt tamẽ principium incorruptibile, quod hominem poterit præſeruare á corruptione abſq; violentia, cum ſit intrinſecũ; & hoc poterit eſſe ſufficiens motus principiũ, cum á motu cœli non dependeat. Rurſus cætera animalia atq; plantę oẽs ceſſabunt, miſta quoq; imperfecta & perfecta. miſta nanq; imperfecta vel perfecta ſunt propter plantas, quaſi vt nutrimenta illarum, plantæ vero propter animalia præparatæ eis in cibum á natura, animalia propter homines neceſſaria eis ad cibum atq; alia auxilia, vt ait etiã Ariſto. primo politicæ. Hæc vero neceſſitas eſt vita animali hominis durantæ, quæ quidem in illa rerum innouatiooe ſiue perfectiõe tolletur, quia corpus humanum F reſtabit aut reſurget noo animale, ſed ſpirituale, impaſſibile atq; immortale. In plantis etiam nihil habetur, qđ non contineatur in virtute elemeotorum atq; cœleſtibꝰ viribus, quare ſufficit pro ſtatu hominis ſaluãdo atq; mũdi perfectione inoouanda vt elemẽta & homioes, & cœli reſtent. Hanc autem innouationem voluit ſignificare Plato forſitã dum reuolutionem magoi orbis ſtellarũ. 36. milibus annorum futuram eſſe demonſtrat. Hãc poetæ allegorizant per oectar & ambroſiam. Hermen vero hanc indicat in pimaodro, per eius inſomotum. Hanc boni fideles expectant, & ſummopere exoptant, & pro hac religio acerrimis armis pugnauit. Significant hãc rerum nouam perfectionem tria, primum eſt vniuerſale naturæ deſiderium ad melius. Sed hic ſtatus nouus melior eſt, quia diſcurreodo per omoia, omnes res quæ reſtabunt meliori afficientur cooditiooe, vt cœli, elementa, et homines, quare ſi deſideriũ naturale non ſit fruſtra, q̃nq; hæc noua perfectio eſt ventura. G Secundum eſt deſiderium humanum per ſe ad perpetuitatem, & conatus ad illam per multos labores, quod in oullo animalium videmus, ſolus eoim homo immortalitatem expectans (inqt. Plato) ad religionem, pietatem, vigilias labores ſeſe exponit, qđ natura fruſtra & deus nulli dare debet. Aĩalia vero & ſi mortem interdum aufugiant, non vt immortalitatem expectantia, ſed vt vitæ quam habẽt aduerſam atq; nociuam aufugiant, quod eſt quaſi per accidens perpetuitate expetere. Tertium, eſt iouſitum homiois deſiderium ad impaſſibilitatẽ. pro hac diuitias, poteſtates, honores, ſtatus, atq; robur cõſtituerũt epicurei, pro hac, virtutes ſtoici & academici, pro hac legũ latores religiones & cultus deorum, & vigilias, omoes enim impaſſibilitatem nanciſci ſuis vijs crediderũt, epicurei voluptate, academici virtutibus, legum latores, dogmatibus, nemo vero eniti debet ad impoſſibile. His cõiecturis concludimus quod catholice ſentimus non eſſe minus probabile, eo quod peripatetici volunt. Quibus patet mundum H nũquam eſſe interempturũ, ſed in melius eſſe reuerſurũ & perpetuo remanere. Tunc ad rationes peripateticorum ad primam negamus finem cœlorum eſſe motum, hoc enim ignominioſum eſt tãtis corporibus tribuere tã vilem finem, forſitan enim eſt finis pro modo, & ſtatu mundi imperfecto. Ad ſecundum dico motũ cœli eẽ primum omnium motuum præter illũ hominis, qui eſt ab ipſa rationali anima, quæ nec cœlo nec elementis ſubditur. Hæc de quæſtione.

Lege Pauli Apoſtolum. 1. corin. 15.

Auctores Plato. Poetæ. Hermes. Fideles Cõiecturæ p veritate rationali.

Figuram autem ipſum cœlum rotũdã habere neceſſe eſt, tum quia hæc cõmodiſſima eſt, tum etiam quia ſubſtantia atq; natura eſt prima. Dicamus tamen generatim de figuris, quænam & in planis, & in ſolidis prima ſit.

Expoſitio.

Hactenus de cauſa pluralitatis motuum cœli, oſtẽde eius figura, q̃ res proximis tractatibꝰ annexa eſt, et quia

ſumptum

ſumptum eſt motum cœli eſſe perpetuum quod fieri nõ poteſt niſi in corpore rotũdo, propterea & de figura cœli conſequens eſt aggredi. Circa quod primo proponit veritatem rei agendæ, & rationes illius, deinde dictas rationes proponit, declarare, de primo inquit { Figurã aũt ipſum cœlũ rotundã habere neceſſe eſt } & hoc per duas rationes, quas breuibus ponit, & inquit. { Tũ quia hęc commodiſſima eſt & in ſe, & cœlo ipſi. Tum etiam quia ſubſtantia atq; natura eſt prima } hæ ſunt duæ rationes breuiter tactæ, ſed vt melius intelligantur, & dilucidius res ipſa agenda tractetur, proponit intentionẽ, quã vult exequi deinceps, & inquit. { Dicamus tñ generatim de figuris, quę nam & in planis, & in ſolidis prima ſit, nã & per hęc rõnes dulcidiores videbuntur, & res agenda melius depræhendetur.

Dubitatio. Dicet iunior declaratum eſt cęlũ moueri motu circulari, ſed motus circularis agi non põt niſi in rotundo corpore, igitur per hoc ꝙ cœlum mouetur circulariter, patet ipſum eẽ rotundum, & ita non debet hic tractari. Reſpondet Auerroes illud eſſe determinatum vt ſequens, & quaſi per accidens, nunc vero ꝑ ſe & quaſi vt quæſitum principale vult tractare.

Quæ Auerr. comen. 22. Debes ſcire vt Auer. ait ꝙ tota ratio conſiſtit in duabus propoſitionibus, quarum altera eſt, ꝙ primum corpus meretur primam figuram, altera vero eſt, ꝙ rotũda figura eſt prima figurarum, vult modo Auer. Ariſtotelẽ velle declarare ſecundam, videlicet ꝙ figura rotunda eſt prima cæterarum. Nam prima propoſitio, videlicet quia eſt cõmodiſſima, eſt manifeſta ꝑ ſe, & Auerroes declarauit illam aliquantulum, quia ita hæc figura ſeſe habet ad cęteras, vt cœlum ad alia corpora, at cœlum eſt aptiſſimum, capaciſſimum, atq; commodiſſimũ corporum, igitur rotunda erit aptiſſima, capaciſſima, & commodatiſſima, hæc Auerroes.

Omnis itaq; figura plana aut rectilinea eſt, aut curuilinea. atq; rectilinea quidẽ à pluribus continetur lineis, curuilinea autem ab vna tãtũ.

Expoſitio. Proſequitur, & vt dicebat Auer. probat circularem figuram eſſe poriorem, & primo ſupponit diuiſionem, & deſcriptionẽ figurarum, & inquit { Omnis itaq; figura plana, aut rectilinea eſt, aut curuilinea } q̃ græce eſt peripherogrãmmon, hæc eſt diuiſio, deinde deſcribit mẽbra, et inquit { Atq; rectilinea à pluribus continetur lineis } vt triangulum & quadrãgulum, & id genus, curuilinea aũt ab vna tãtum, vt ipſe circulus. cauſa huius eſt, quia linea recta neceſſario eſt inter duo puncta, circulus vero circa vnũ punctũ, vt deſcribũt geometræ. Hæc eſt ſuppoſitio.

Quæ Auer. commẽ. 22. Auer. tres rationes aſſignat quare Ariſt. volens loqui de corporeis ſolidiſq; figuris, de ipſis planis ſuperficiariiſq; loquitur, prima eſt quia ſimiles, figura ſiquidem circularis eodem ſeſe habet modo ad cæteras vt corpus rotũdũ ad cætera. Secũda eſt, quia res eſt dilucidior in ſuperficiariis, & omnis declaratio è notioribus proficiſcitur. Tertia eſt, quia iſte modus quo circularis ſeſe habet ad cæteras eſt cauſa, quare in corporeis rotundum ſeſe habet ad alia, videẽ enim linea ſaltem ad imaginationẽ mathematicorum ſuperficie prior, ſuperficies vero corpore.

Cum itaq; vnoquoq; in genere vnum multis, atq; ſimplex compoſito natura ſit prius, planarum profecto figurarũ circulus erit prima.

Expoſitio. Hac itaq; ſuppoſitione conceſſa ſyllogizat propoſitũ, videlicet ꝙ circularis figura ſit prima, hoc modo, vnum multis & ſimplex cõpoſito eſt prius natura, circulus eſt vnus & ſimplex, cæteræ figuræ multæ atq; compoſitæ, igitur circulus cæteris natura eſt prior.

Dubitatio prima. Occurres forſitan, quia Ariſto. ſupponere videtur circulum ſe habere ad cæteras figuras veluti vnũ & ſimplex ad multa & cõpoſita. Modo hoc videtur falſum, nam ex vnitate ſiue vno oẽs numeri cõſequẽtes cõponunẽ, atq; oẽs ad vnitatẽ reſoluunẽ, ſic aũt nõ reſoluunẽ cæteræ figuræ ad circu-

A lũ, cũ nõ ex circulo cõficiãtur: quare ſimilitudo nulla.

Solu. Auer. Solutionem innuit Auer. illam ſimilitudinẽ ſumi nõ penes figurã ad figuram, ſed penes lineas: nam vna figura non reſoluitur in aliam ratione qua figura, cum vna ſpecies in alterã non reſoluatur, ſed ratione linearum, quatenus vnus numerus linearũ reſoluitur in alterũ.

Replica. Sed replicat Auer. cõtra, quia reſolutio fit ad partes eiuſdem ſpeciei, figura rectilinea vt triangula reſoluitur in lineas rectas, q̃ ſunt alterius ſpeciei à circulo, igitur linea rectilineæ figurę nõ ad lineam circuli reſolui poteſt.

Solu. Auer. Reſpondet Auer. circulum eſſe primam figuram ſm perfectionẽ, cuius ſignũ eſt, quia rectum non continet circulare, ſed circulare bene rectum, circulare enim finitur ſeipſo, rectum autẽ ad aliud, vt diximus primo huius.

Replica. Cõtra adhuc obiicit, qa Ariſto. non accipit prius in demonſtratione iſta ſm hũc modum, nam tunc hæc prima demonſtratio non differret à ſecunda.

Vera ſolutio. Propterea ſoluit aliter circulum pręcedere cęteras figuras vt vnum multa, et ſimplex compoſitũ,
B non tamen penitus ſimiliter, ſed quãtum ad duo, primo quia vt compoſitum habet plura, quam ſimplex, ita cæteræ figuræ habent plura quam circulus. Secundo, qa vt compoſitum omne præſupponit ſimplex, ita omne rectum præſupponit circulare. Aut ſoluit ſic, ꝙ circulus & rectilinea figura poſſunt conſiderari inter ſe, & reſpectu tertii, videlicet ſpeciei figuræ, reſpectu tertii ſunt æquales, quia æquales ſunt in ſpecie figuræ, inter ſe autẽ circulus eſt prior recta, quia aſſimilatur vnitati & ſimplicitati, cæteræ vero multitudini & compoſitioni.

Figura prior corpori primo. Debes ſcire ꝙ illa propoſitio figura prior competit corpori priori, probatur ſic ab Auerro. primum ſm ſubſtantiam eſt prius ſm accidentia propria atq; eſſentialia, at figura eſt eſſentiale accidens cœlo, igitur vt cœlum cætera corpora antecedit per ſubſtantiam, ſic etiam per accidentia & figuram antecedere debet. Quod vero figura ſit eſſentiale accidẽs cœlo probat per hoc, quia eſt ſumme remotum à materia, quæ capax eſt omnis figuræ, cuius ſignũ
C eſt elementa eſſe multarum figurarum, propterea quia ſunt materiæ propinquæ, propterea ait cœlum eſſe magis formæ quam materiæ propinquum, elementa magis materiæ, propterea cœlum minus variabile eſt, quia proximum eſt formæ, quæ eſt cauſa inuariabilitatis, elementa ecõtra magis variabilia ſunt, quia proxima materię, quæ omnis variationis cauſa exiſtit. Hinc colligitur cauſa quare omne accidens cœli ſit inuariabile, omne accidens elementis & miſtis variabile, hoc enim pro tanto eſt, quia in cœlo eſt plus de forma, quæ eſt cauſa inuariabilitatis. In aliis vero plus de materia, quę eſt cauſa variationis & hęc quæ hic Auer. aſſerit, ſunt pulchre dicta. Cauſa variationis accidentium.

Præterea ſi perfectum eſt extra quod nihil ipſius accipi poteſt, veluti prius definitum eſt; & rectæ quidem lineæ additio ſemper fieri poteſt, circulo autem nequaquam: peſpicuum eſt eã lineã eẽ perfectã, quæ circulũ ipſum cõtinet.

Expoſitio. Secundo idem perſuadet & ſumit circulum eſſe perfe-
D ctum, atq; lineam & figuram perfectam, quod ſic ſyllogizat perfectum eſt extra quod nihil eorum quæ attinent ad ipſum, accipi poteſt, vt dictum eſt prius, & rectę quidem lineæ additio ſemper fieri poteſt, circulo autem nequaquam, perſpicuum in ſecunda figura eſt eam lineã eſſe perfectam, quæ circulum ipſum continet, & ita habet ſoppoſitio ꝙ circulus ſit perfectum quid, ac perfecta figura, & cæteræ imperfectæ. Quo vero ad verba attinet debes ſcire, ꝙ dixit perfectum eſſe extra quod nihil ipſius accipi poteſt, quia perfectum eſt dupliciter, alterum perfectum ſimpliciter, extra quod nihil ſimpliciter accipi poteſt, vt deus & infinitum ens, ſi eſſet. Alterum, in genere ſiue ſpecie, extra quod nihil eorum quæ attinent ad eius ſpeciem accipi poteſt, & hoc modo Ariſto. loquitur.

Dubitatio. Sed occurres nã videtur lineæ rectæ poſſibilis additio, & circulo. rectæ quidẽ per additionẽ partis

ad

ad partem, circulo vero per ampliationẽ. Iuniores reſpondent lineæ rectæ pro tanto fieri poſſe additionem, pro quanto per talem additionem non variatur rectitudo, at per additionem ampliatiuam variatur circulatio. Sed hæc ſolutio friuola eſt, nam ſi ꝑ ampliationẽ circuli variaẽ circulatio, vel variatur circulatio ſecundũ ſpeciẽ, vel ſm numerum, non ſm ſpeciem, quia tũc circulus amplus, & præſſus differunt ſpecie, quod non concederem. Si vero variatur ſm numerum, etiam hoc modo variaẽ rectitudo. nam linea A B, differt numero à ſeipſa poſt additionem B C partis, vt omnes concedunt. Melius igiẽ dicerem & circulo poſſe addi, & lineæ rectæ poſſe addi quicquam, verum additio eſt de ratione rectę lineæ, omne enim rectum terminatur ad aliud quoddã, circulare vero terminatur ſeipſo. Vel dici poteſt lineæ rectæ fieri additionem per hoc quod ad nouũ terminũ terminatur, vt linea A B prius ad B terminabatur, poſt additionẽ ad C terminabitur. At circulus facta quauis additiõe, ſemper ad eundem terminatur punctum, nam idem numero eſt punctus terminans & ante & poſt additionem.

Solu. iunio. — *Confutatio.* — *Propria ſol.*

E

F

Quare ſi perfectum prius eſt imꝑfecto, propter hæc & circulus prima eſt figurarum.

Expoſitio. Sumpta illa ſuppoſitione, nunc ſyllogizat hoc modo, perfectum imperfecto eſt prius: ſed ꝑ declarata circulus eſt perfectus, cæteræ figuræ imperfectæ ſunt, igitur circulus prima eſt figurarum. Debes ſcire ꝙ imperfectũ reſpectu eiuſdem via generationis eſſe poteſt prius ipſo perfecto. prius enim tempore puer eſt, quam vir. Abſolute tamen ſemper perfectum eſt prius ſubſtantia, & natura ipſo imperfecto.

Eodem quoq; modo ſphæra ſolidarum figurarum prima erit. Sola nanq; hæc vna â ſuperficie cõtinet: rectilinea vero e pluribus: vt. n. in planis circulus ſeſe habet, ita ſphęra in ſolidis ipſis.

G

Expoſitio. His nunc ſuppoſitis de figuris planis, applicat hæc ad figuras ſolidas, ſiue corporeas, & ſyllogizat, ſicut circulus in ſupficiarijs, ita ſphæra in corporeis: ſed circulus eſt ſuperficiariarum prima figura, igitur ſphæra corporearum.

Maior deducitur, quia vt circulus vna linea, ita ſphæra vna ſuperficie continetur, & vt aliæ rectilineę pluribus lineis cõtinentur, ita alia corpora. De ratione primo ponit concluſionem, & inquit. {Eodẽ quoq; modo ſphæra ſolidarum figurarum prima erit. Hæc eſt concluſio. ſumit minorem & illius probationẽ, & inquit. {Sola nãq; hæc vna â ſuperficie continetur, rectilinea vero è pluribus, Hæc minor & probatio. Sumit maiorem & inquit. {Vt enim in planis circulus ſeſe habet, ita ſphęra in ſolidis ipſis. Hæc eſt ratio Ariſt.

De loco à commutata propor. Debes ſcire ꝙ licet locus à cõmutata proportione ꝑ ſe non valeat niſi in numeris, per accidens autem valet in his quæ numero participãt, in propoſito circulus & ſphęra vnitate, rectilineæ figuræ & corpora multitudine participant, propterea in his locus prodeſt.

H

Contra Aũ. Et in hoc apparet Auer, non rectæ locum hũc intellexiſſe, credit enim Ariſto. probare ſphæram eſſe primam figuram ſolidarũ nõ à commutata proportione, ſed per illam met rationẽ, per quam probauit circulum eſſe primam figuram rectilinearum, & propterea voluit rationem hanc ſphæra in ipſa, atq; corporibus etiam aliquantulum aliam, errat. n. quia omnino eadem vel ſimilis eſt, quia arguit à commutata proportione, vt patet intelligenti verba Ariſtote.

Præterea & qui ſolida diuidũt in plana, atq; ex planis ipſis corpora generant, his aſtipulari videntur. Solam ſi quidem ſolidarum figurarũ ſphæram non diuidunt, ac ſi non plures ſuperficies quam vnam habeat: diuiſio enim ĩ plana non ita efficitur, vt ſiquis diuidens aliquod totum, in partes diuideret, ſed vt in ſpecie diuerſa: ſphæram igitur eſſe figurarum ſolidarum primam perſpicuum eſt.

Expoſitio. Secundo probat idem teſtimonio veterum, qui corpora componi ex ſuperficiebus poſuerunt, hi nanq; rectilineas figuras ſolidas omnes reſoluunt in ſuperficies, atq; ſphæram ſolum fecerunt diuiſibilem atq; inreſolubilem, hoc autem ideo, quia ſphæram crediderunt eſſe primam figuram ſolidarum. Debes tamen ſcire vt ex Simplicio videtur colligi poſſe veteres poſuiſſe duas diuiſiones corporis, vnam in partes, alteram in principia, qui enim diuidit lignum infruſtra, hic in partes diuidit, qui vero lignum diuidit in ſuperficies, ipſum reſoluit, primam diuiſionem non dicunt corruptionem, quia non eſt reſolutio ad principia. Secũdam vero rei & corporis corruptionẽ eſſe volunt, quia eſt ad principia reſolutio. Et hoc addit dicẽs, diuiſio enim in plana non ita efficitur, vt ſi quis diuidens aliquod totum in partes diuideret, quia ſic nõ eẽt reſolutio vel corruptio corporis, ſed vt in ſpecie diuerſa, & ideo eſt reſolutio, deinde epilogat & patet.

De prĩcipiis rerum. Debes ſcire de rerum cõpoſitione vel corporum duas extitiſſe apud veteres poſitiones. Democritus corpora ex indiuiduis ſiue atomis generant, Plato & pithagorei ex ſuperficiebus, ſiue figuris. Et qui ex figuris corpora faciũt, nõ vno modo hoc faciunt, nam ignem edunt ex quatuor angulis, ſiue ſuperficiebus, qua ratione tetracedrõ hoc quadrangulus dicitur, quę q; pyramis figura dicitur, aerẽ vero ex octo generant, qua ratione octocedron appellatur. Aquam autem ex viginti faciunt, vt icocedron dicatur, de quibus lege Euclidem. 24. lib. ſuæ geometriæ. Ex quibus oportet venire ad corpus ſimplex, quod vnius figuræ eſt vt ſphęra eſt, apud tamen Democriticos ſecus eſt, qui diuidunt corpora ad infinita.

Tetracedrõ octocedron, icocedron

Eſt inſuper maxime rationi conſentaneum, ſi & ordo per numerum conſtituatur ſphæram ipſam hoc modo aſſignare, vnitatem quidem circulo, dualitatem autem triangulo tribuẽdo, cum duobus rectis ſuos angulos habeat æquales. Quod ſi vnitas triãgulo tribuatur, circulus nullatenus erit figura.

Expoſitio. Tertio idem probat teſtimonio pithagoricorũ, & inquit. {Eſt inſuper maxime rationi conſentaneum, ſi & ordo per numerum in corporibus conſtituatur ſphærã ipſam hoc mõ primam omnium aſſignare, vnitatem quidẽ circulo, dualitatẽ aũt triangulo tribuendo, ea ratione, quia ſuos angulos duobus rectis habet æquales. Et quia poſſes dicere triangulum eſſe tribuendum vnitati, quia eſt prima omnium figura, ꝑpterea obijcit ꝙ ſi triãgulus prima conſtituatur figura vnitati tribuendo, circulus nullatenus erit inter figuras collocandus, quia poni nõ poteſt poſt triangulum, cum ſit ſimplicior illo, & ſic cadet è numero figurarum.

Quæ Auer. commẽ. 21. Auer. autem enititur formare ad textũ rationem hoc modo, id quod numero & definitione eſt prius alio eſt illo ſimpliciter prius: ſphæra eſt numero, et definitione prior, igitur ſimpliciter prima, & declarat ſphæram eſſe priorem numero & definitione, non quidem vere, ſed ſm ſimilitudinem, quia in tali figura non inueniẽ ratio vnitatis & ſimplicitatis vt diximus. Sed ſolum hoc ſimilitudo eſt quo ad præſuppoſitionẽ, quia omnes aliæ hanc præſupponunt. Declarat etiam hanc rationem eſſe firmiorem cæteris, nam quatuor modis dicitur prius numero, vt binarius prior trinario, qa numeratio prius ab illo incipit definitione, vt quando non poteſt intelligi ſine alio, & aliud ſine ipſo. Cõpoſitiõe quo modo ſimplex præcedit compoſitum perfectione ſiue cauſalitate. Tunc vult primam demonſtrationem pręceſſiſſe ꝑ prioritatem compoſitionis. Secundam per prioritatem perfectionis. Tertiam & quartam per prioritatem definitionis,

Qualia ſunt Auerro. au.

nitionis,& perfectionis,& propterea hãc demonſtratio nem eſſe potiorẽ. Hæc Auer. Sed omnia ſuperflua & nõ ad rem ipſam, hæc.n.nullã cum textu cõuenietiã habẽt.

Quum autem prima figura primi ſit corporis, primum vero corpus eſt quod in vltima eſt circunferentia, rotundum profecto erit, quod latione ipſa circunfertur.

Expoſitio.

Nunc ad propoſitũ ſyllogizat ſic, primi corporis eſt prima figura: vltimum cœlum eſt primum corpus, et ſupple prima figura eſt rotunda. igitur vltimum cœlum eſt rotundum. Et hæc erat principalis concluſio.

Et id igitur quod illi continuum eſt: nam qđ rotundo continuum exiſtit, id rotundum eſt. Similiter & ea quæ in horum medio collocantur. Ea nanq; quæ e rotundo continentur atq; tanguntur corpore, rotunda eſſe cuncta neceſſe eſt. Sed quæ ſunt ſub planetarum ſphæra ab illorum ſuperà tanguntur ſphęra. Quare ſphęricum erit vniuerſum, nam omnia tanguntur, aut ſunt continua ſphęris ipſis.

Expoſitio. Expõ Aũ. commẽ. 26.

Hactenus ꝙ vltimum cœlum, quoduis ſit, illud ſit rotundum concluſit, nunc vero idẽ declarat de reliquis ſub illo contentis. Et Auer. intelligit locum hunc dupliciter, nam cœlũ in priori textu põt ſumi pro orbe vltimo, ſiue ſtellato apud Ariſtotelem & Ptolemeum, ſiue pro nono apud iuniores aſtrologos. Et poteſt ſumi pro toto cõgregato ex omnibus orbibus, & propterea hic locus poteſt dupliciter intelligi, vno modo intelligendo per id quod continuum eſt cœlo vltimo, vt orbẽ Saturni & cæteros, & tunc erit ſenſus ꝙ orbis Saturni & reliqui ſunt rotundi, quia ſunt continui vltimo orbi. Alio modo poteſt intelligi per cœlum aggregatum continuũ, et omnia elemẽta quæ ſunt in ſphæra hac ſublunari, & tũc eſt ſenſus omnia ſub cœlo, hoc eſt ſublunaria eſſe rotunda, q̃a continua ſunt illi. probat Auer. eſſe tenendam expoſitionem ſecũdam, primo quidem, quia elementis figura ſphętica videtur competere propter aliud vt propter continens, vt videbitur. 3. & . 4. huius, quare recte de elemẽtis dicitur ea eſſe ſphærica, quia ſunt ſphętico continua, ſiue contenta.

C

Secundo nihil per ſe competens alicui debet aſſignari ineſſe illi propter aliquod extrinſecum, quia tũc aſſignaretur ſibi ineſſe per accidens. Sed ſphæricitas vltimo cœlo, & cuilibet orbi cõtento ſub eo competit per ſe, igitur non propterea quia ſunt vltimo cœlo cõtinui erunt ſphęrici cæteri orbes. Quibus Auer. concludit illud eſſe intelligendum de elementis, & per cœlum intelligendum eſſe totum aggregatum, nam hæc ſunt quæ per cauſam extrinſecam ſunt rotunda.

Cõfu. expõ nis Auerro. ꝓpria expõ.

Sed hæc expoſitio non conſonat verbis Ariſt. nec prioribus nec poſterioribus, prioribus quidem non, quia Ariſto. per corpus quod eſt in vltima circunferentia, vbiq; intelligit vltimum cœlum ſolum, poſterioribus autem hoc eſt præſentibus, quia Ariſtote. loquit̃ copulatiue innuens duo vt videbitur. Propterea videtur mihi ꝙ Ariſt. probet duo, primum eſt ꝙ orbes inferi ſunt rotundi, ſm̃ ꝙ elementa ſunt rotunda, primũ probat per hoc, quia cęteri orbes ſunt vltimo cõtinui, ſm̃ vero quia elementa continentur ab ipſo rotundo vndiq;, id autẽ quod decepit Auer. eſt verbum illud continuum, quod non ſemper refertur ad quanta, ſyneches enim græce interdum pro conſimili in natura ſpecifica intelligitur apud Ariſt. igitur erit vis prime rationis cæteros orbes contentos ab vltimo eſſe ſphæricos, quia ſunt illi continui, hoc eſt eiuſdem naturæ atq; ſpeciei. oẽs enim corpora ſunt perfecta, & prima, æterna atq; diuina & hoc inquit. ❴Et id igitur quod illi continuum eſt, hoc eſt totum vnigeneum, vt ſunt cæteri orbes, nã quod rotundo cõtinuum exiſtit, hoc eſt quod rotundo eſt vnigeneum & eiuſdem naturæ, id rotundum eſt, & hoc nõ intellexit Auer. hoc eſt primum.

D

A

Secundum eſt ꝙ elemẽta quæ ſunt ſublunaria corpora etiam rotunda ſunt, non tamen quia ſunt cœlo vnigenea atq; natura cognata, ſed quia ſunt è cœlo ipſo rotundo contenta, atq; tacta ſiue cõtigua, & hoc inquit, ſimiliter & ea quæ in horum ſupple orbium medio collocantur vt ſunt quatuor elemẽta, quę ſunt in medio cælorum, ſunt ſphærica, licet non propter illam rationem, ea nanq; quæ rotundo continentur atq; tanguntur (tanguntur, hoc eſt cõtigua ſunt, tactus enim proprie nõ eſt niſi in his quæ ſunt eiuſdem generis) & rotunda eſſe cuncta neceſſe eſt, hæc eſt maior, deinde ponit minorem, & inquit. ❴Sed quæ ſunt ſub planetarum ſphęra vt elemẽta ipſa ab illorum planetarum ſphæra, quę eſt ſupera ad elementa tanguntur atq; cõtinẽtur, quare ſphęricum erit vniuerſum, nam omnia tanguntur, vt elementa aut ſunt ſub ſphæris ipſis vt orbes, quorũ alius ſub alio eſt vſq; ad vltimum.

Verborũ expoſitio.

B

Quo vero ad verba attinet, debes ſcire ꝙ verbum illud aut græce eſt ἤ, quod eſt magis nota copulationis, ſed ſonat diſiunctionem, & ſi vis legere corruptiue dic, omnia tanguntur & hoc quo ad elemẽta, & ſunt continua ſphæris ipſis & hoc quo ad orbes, & ſic redundat ſphæricitas totius orbis partim propter continentiam, partim propter continuitatem. Hæc Ariſtote. è quibus vides quam remota ſit Auerro. expoſitio.

Qõ Auer. cõmen. 26.

Sed Auer. mouet vtilem quæſtionem, nam cum elementum duas habeat partes, conuexum videlicet & cõcauum, ratio Ariſtotelis non videtur valere niſi de cõuexo ignis, non autem de cõcauo. nam poteſt conuexũ eſſe rotundum, & concauũ non eſſe, vt de pila videtur. Quare non videtur valere hæc Ariſtotelis ratio niſi de conuexo ignis, & non de cæteris elemẽtis.

Solu. Auer.

Reſpõdet Auer. elementa propterea eſſe ſphærica, quia cum naturaliter ſuis in proprijs locis ſituantur ſphærica ſunt, & huius cã eſt, quia elementa ad eorum ꝓpria loca mouentur æqualiter ex omnibus partibus. Sed hæc ſolutio nulla videtur, nam tunc hęc eſſent ſimpliciter omni ex parte rotunda, non propter rationem Ariſt. hic, ſed quia naturaliter omni ex parte æqualiter feruntur ad loca, hæc autem eſt noua ratio, & ita ceſſabit ratio Ariſtotelis.

C

Replica cõtra Auerro. Rñſio aliorũ

Propter hęc alij dicunt idem eſſe iudicium de quolibet eiuſdem ſpeciei, & quia conuexum & concauũ ſunt partes vnius ſpeciei, ideo ambæ ſunt rotundæ.

Confutatio.

Sed hæc reſponſio friuola eſt, quia à pari terra quantũ ad omnia omneſq; partes eſſet ſphærica, & quo ad concauum & quo ad conuexũ, quia hę partes ſunt eiuſdem ſpeciei.

Propria ſol.

Videtur igitur mihi Ariſtotelem vnum ſupponere quod in. 4. phyſicorũ eſt probatum, videlicet vnum elementũ cõtinere aliud. Et tunc ratio ſua eſt efficax, nam cœlum vltimum vt orbis lunæ eſt quo ad concauum rotũdum, igitur ignis erit rotundus quo ad conuexum. Sed ea ratione qua ignis cõtinetur ab orbe lunari, cõtinet aerem, igitur aer eſt rotũdus ex parte conuexa, & in alijs id genus ſimiliter, et hoc modo hæc ratio eſt demonſtratiua, ꝙ Auer. non percepit.

D

Sed tunc occurrit contradictio, nam Ariſt. in primo huius voluit hæc corpora eſſe rectæ figuræ, nunc vero probat oppoſitum.


Quęſtio bona circa figuras elemẽtorum.

Dici poteſt elementa bifariam poſſe conſiderari aut vt quieſcunt, aut vt mouẽtur, ſi mouentur, ſine dubio ſunt rectæ figuræ, quia motu recto ſupra lineam rectam mouẽtur, & hoc mõ intellexit Auer. primo huius cõmẽ. 5. Si vero vt quieſcunt, adhuc poſſunt conſiderari quo ad eorum particularem naturã, aut quo ad naturam communem vel vniuerſalem, ſi quo ad particularem, ſic nullam ſibi limitant figuram, quia vt dicebat Auer. commen. 22. habẽt plus de materia, ideo variabiliter accidentibus ſubſtant, & naturaliter omnibus ſubiecta ſunt, & hoc modo. 3. cœli cõ. 67. & in fine huius primi commen. 108. intelligit. Si vero quo ad vniuerſalem atq; communem naturã, ſic naturaliter ſibi limitãt figuram ſphæricam, quia hæc propria eſt vniuerſo, & commodiſſima, & ſic tollitur hæc quæſtio.

Præterea

Preterea cum videatur atq; ſupponatur vniuerſum ipſum circulo ferri, ſitq; oſtēſum extra vltimam circunferentiam neq; locum neq; vacuum eſſe, rotundum ipſum ee propter hęc eadem neceſſarium eſt. Si enim rectilineum fuerit, & locum & corpus, & vacuum eſſe continget extra ipſum, nam rectilineum cum circulo conuertitur: eandem nunquam occupabit regionem; ſed vbi prius erat corpus, nūc nō erit, atque vbi nunc non eſt, rurſus ob angulorum commutationem erit.


Expoſitio.



Rectilinea ſigura.

Hactenus de ea ratione, quæ à pfectione figuræ ſumebatur, nunc de prima ratione, quæ ab ipſius ſphæricæ figuræ cōmoditate agit, et arguit hanc figuram cœlo eſſe cōmodā quia per eam euitatur vacuum. ſyllogizat aūt hypotheticæ ſic, totum circulariter mouet, & extra totū nihil eſt: igitur totū eſt ſphęricū. deducit, quia dato oppoſito conſequentis, vt quod nō ſit ſphęricum, ſequitur oppoſitū alterius partis antecedētis, vt quod detur vacuum. deducit, quia ſi non eſt ſphæticum, ſit rectilineum, vt triāgulare, vel quadrangulare, ſed gratia breuitatis ſit tringulare, & patet cum ipſum conuertitur circulo, relinquit vacuū ob cōmutationē, videlicet angulorū: occupabit. n. B angulus nunc locū, quem poſt ea non occupabit G, & ita relinqnetur vacuum. Inquit. Præterea cum ſenſu videatur atque ſupponatur vniuerſum ipſum circulo ferri, hoc enim apparet propter motum ſolis, & eſt probatum. Sitq; oſtenſum extra vltimam circūferentiam neq; locum neq; vacuum eſſe, hoc eſt antecedens, rotundum ipſum eſſe propter hæc eadem neceſſarium eſt. ꝓbat ex oppoſito cōſequētis, & inquit. {Si. n. rectilineum fuerit vtpote triangulare, & locū & corpus & vacuum eſſe cōtinget extra ipſum. deducit quia rectilineum cum circulo conuertitur, eādē nunq̄; occupabit regionē, ſed vbi prius erat, corpꝰ poſtea nō erit, atq; vbi nūc nō eſt, rurſus ob angulorū cōmutationē erit. Quare angulorū alternatio vacuū efficit, aut relinquit. Debes ſcire in rectilinea figura ſemper eſſe aliquos angulos præeminētes, quia ſi lineæ ductæ à cētro eius æquales, eſſet circulus, vt per definitionem eius patet primo Euclidis, ideo aliquæ partes erunt eminētes, aliq; pſſę atq; ſubmiſſę, propterea ſequitur vacuū eſſe cōmutatione angulorꝫ. debes ſcire, ꝙ Ariſtoteles nō demonſtrauit ad hūc motū ſeq niſi vacuū, quia vbi vacuū ipſum ſequit, et corpus, et locum eſſe etiam ſequitur, vt Primo huius eſt ſcriptum.

Simili ratione & ſi aliqua alia figura ei tribuatur: nō hn̄s eas lineas q̄ ex medio trahunt̄ ęquales veluti lēticularis, aut oualis, In cūctis. n. eueniet & locum & vacuū extra cœlum eſſe, ꝓpterea ꝙ totū non eandem obtinebit regionem.



E Et quia poſſes dicere cœlum non eſſe rectilineum penitus, nec ſphæticū ſimpliciter, ſed lenticulare aut quale propterea arguit ꝙ ſi hoc modo cœlum ipſum ponatur, etiam in eius motu vacuum relinquet, propter commutationem cuſpidum A B. inquit. Similiter ratione & ſi aliqua alia figura ei tribuatur, non habens eas lineas quę ex medio trahuntur æquales, veluti lenticularis aut oualis. In cūctis enim talibus non perfecte ſphæricis eueniet & locum & vacuum extra cœlum eſſe, ſiue extra lationem cœli, propterea quia totum non eandem obtinebit regionem propter cuſpidum commutationem.

Mouet Auer. hic quæſtionem, quia teneri poteſt cœlum eſſe aut ouale, aut lenticulare imaginādo ipſum moueri circa axem ſuper polos A B, quæ axis ſumitur ſm longitudinem, nam ſic non ſequitur vacuū, ſed bene vbi moueretur ſuper E D polos circa axem E C D. Auer. indicat diſtinctionem figurarum, quia ſunt in triplici differētia. quædam enim ſunt, quæ qualitercunq; vertātur ſemper F relinquunt locum, vt rectilineæ: quædam quæ qualitercunque conuoluantur nunquam relinquunt locū, vt perfectæ ſphæricę, aliæ vero mediæ vt oualis & lenticularis & id genus, quæ taliter poſſunt moueri ꝙ acquireretur nouus locus partibus ſuis, taliter vero ꝙ nullo modo acquireretur, ouum enim ſi ſuper polos & circa axem longitudinis moueretur, non acquireretur partibus nouus locus. Sed ſi ſuper polos & circa axem latitudinis circunuoluatur, relinquet locum poſt partes. Et ad formam reſpondet iuxta Themiſtium & alios peripateticos, ꝙ ratio Ariſtotelis eſt hæc, talem figuram cœlum debet habere ꝑ quā qualitercunq; reuolueretur non relinqueret vacuum vel locum. Sed per oualem vel lenticularem figuram non qualitercunq; motum & reuolutum non relinqueret vacuum, vt patuit, quare tales figuras cœlum habere non debet. Ex hac ratione poteſt argui contra eccentricos, quia non qualitercūq; reuoluti non relinquūt vacuum, vnde poteſt logice ſic argui, ſi deferentes non G mouerentur proportionaliter eſſet vacuum, ſed antecedens eſt poſſibile, vel ſaltem apud intellectum non implicans contradictionem, & ita eccentrici non ſunt, ſed de his alias. Ex hoc infert Auer. cœlum vltimum nō eſſe in loco continente, ſed potius in loco contento, vt in centro, vt dictum eſt in. 4. phyſicorum cō. 43. & 45. Huius rei cauſam aſſignauit Auempace. quia ſphæricū vt ſphæricum eſt perfectum, de cuius ratione eſt potius continere q̄; contineri, cætera vero corpora cum ſint imperfecta continentur, & ſunt in loco continente. Sed occurres rationi Ariſtotelis, et confirmationi Themiſtij, rationi quidem Ariſtotelis, quia ſupponit extra cœlum non eſſe vacuū, & deinde infert ſi cœlum eſt quale vel id genus, derelinquitur vacuum, id enim quod nō ponitur, nō poteſt derelinqui. Confirmationi vero, quia petit principium, non enim notum eſt cur cœlum debeat talem habere figuram ꝙ qualitercūq; reuolutum nō debeat relinquere vacuum, hoc enim petitur. Ad primum dici po H teſt Ariſtotelem ſuppoſuiſſe extra cœlum nō eſſe vacuū tanquam verum, Concedit tamen vt ſequens extra cœlum eſſe vacuum, ſi cęlum non ponatur ſphæricum, propter commutationem angulorum. Ad ſecundam ſolebamus dicere id eſſe impoſſibile ad imaginationem, ad quod ſequitur impoſſibile ad imaginationem, & quia ſi cœlū eſt ouale, poteſt ſaltem intelligi moueri aliquo mō quo relinquit vacuum, & vacuū eſſe eſt impoſſibile ad imaginationem, igitur habere oualem figurā eſt impoſſibile, & ſecundum rem, & imaginationem. Sed hęc ſolutio non placet, quia vacuum eſſe eſt poſſibile ad imaginationem, vt multi caſus oſtendunt. 4. phyſico. Melius dicerem hanc rationem eſſe probabilem & accepiſſe illam maiorem vt famoſam omnibus.

Quæ Auer. com. 27.

Solu ad formam.

cōtra ecc.

Dubitatio. Prima. Secunda.

Sol. primæ.

Solutio. Secundæ

Præterea, ſi cœli latio quidem motuum eſt menſura, propterea quia ſola continuus, & vniformis, & ſempiternus motus eſt. In vnoquoq;

autem

autem genere mẽſura eſt id quod eſt minimũ. Minimus autẽ motus eſt qui eſt velociſſimus; perſpicuum eſt cœli motum omnium motuũ eſſe velociſſimum.

Expoſitio.

Nunc tangit tertiam rationem, quæ ſumitur ex parte qua motus cœli menſurat alios motus, & primo ſumit motum cœli eſſe velociſſimum, quod probat ſic, in vnoquoq; genere menſura eſt minimum illius generis. Motus cœli eſt menſura omnium aliorum motuum, igitur motus cœli eſt minimus. Vltra minimus motus eſt velociſſimus. Motus cœli eſt minimus, igiť velociſſimus. Debes ſcire ꝙ ad hoc vt aliqua menſura ſit reſpectu aliorum, tria ſunt neceſſaria, primum eſt continuitas, ſi eſſet enim res ipſa interpollata, non correſponderet mẽſurato. Secundum eſt regularitas ſiue vniformitas, quia ſi illa eſſet varia, eſſet incerta. Tertium eſt æternitas ſiue immutabilitas, aliter non eſſet cõmunis omnibus mẽſuratis. Hæc tria cœleſti motui competũt, eſt enim primo continuus, quia ſi interpollatus non correſponderet mẽſuratis. Secundo vniformis, nam ſi mõ velox, modo tardus, eſſet incertus. Tertio ęternus quia ſic eſt menſura tam pñtium ꝗ̃ pteritorum ꝗ̃ futurorꝫ. Hæc Ariſtoteles.

Tres conditiones mẽſuræ.

At qui eorum quæ ab eodem in idem feruntur, minima eſt linea circularis: per minimam autem eſt motus velociſſimus. Quare ſi cęlum circulo fertur; atq; velociſſime mouetur; rotundum ipſum eſſe neceſſe eſt.

Expoſitio.

Nunc tranſit ad propoſitum, & ſyllogizat ſic, motus velociſſimus per minimam fieri debet lineam, circularis linea eſt minima, igitur motus velociſſimus debet fieri per circularem lineam. vltra, motus velociſſimus debet fieri per lineam circularem, motus cęli eſt velociſſimus, igitur debet fieri per lineam circularem, quod eſt propoſitum. inquit. Atqui eorum quæ ab eodem in idem ferũtur, minima eſt linea circularis. Hęc fuit minor primi ſyllogiſmi, per minimum aũt eſt motus velociſſimus, hæc fuit maior, ſupple tu, igitur per circularem lineam debet fieri motus velociſſimus, vltra, motus velociſſimus debet fieri per circularem lineã, & cœli motus eſt velociſſimus vt patuit, igitur per circularem, & hoc inquit. Quare ſi cœlum circulo fertur, atq; velociſſime mouetur rotũdum ipſum eſſe neceſſe eſt. Hæc Ariſto. Sed hic dubitatur primo, quia nõ videtur motus cœli eſſe minimus, nã eſt aliquis motus minor illo, vt motus alicuius animalis ſuper ſpatio breuiori. Secundo videtur ꝙ non ſit velociſſimus, nam ſit in cęli magnitudine, qua maior nec eſt, nec eſſe poteſt. Tertio videtur ꝙ circulus non ſit linea minima, quia poteſt reſolui in rectã, quę erit maior quauis linea naturali. Debes ſcire ꝙ velocitas eſt duplex circulationis, & motus abſolute, velocitas circulationis attenditur penes tempus, quo pacto motus diurnus cęli eſt velociſſimus, qm̃ horis. 24. Et in motibus vagarũ ſtellarum motus lunę velociſſimus, q̃a circiter. 28. dies; motus autẽ Saturni eſt tardus, quia maiore in tpe ſuum circulum complet. Quo etiam modo motus ſtellarum fixarum dicitur tardiſſimus omnium, quia circulum cõplẽt ſingulis. 36. millibꝰ annorum, & ita velocitas hoc primo mõ penes tempus attenditur. Velocitas autem motus abſolute attenditur penes ſpatium peragratum à mobili in tanto tpe, qua ratione fortaſſe concederent aſtronomi motum. Saturni eſſe motum abſolute velociorem motu lunæ, quia fortaſſe plus de ſpatio æquali in tpe peragrat. Secundo debes ſcire ꝙ motus cœli dici poteſt minimus aut vt circulatio, aut vt motus abſolute. Si ſumať vt circulatio, multi motus ſunt minores iſto, nam circulatio cęli eſt. 24. horarum, aliquis autẽ poteſt eſſe cõpletus è foro in ſcholas in hora, igitur iſta circulatio eſt minor illo completo. Si vero ſumatur abſolute non habita ratione ad finem, hęc eſt minimus, quia ſi Socrates in hora per ſuum

Dubiũ primũ

Secundũ & Tertiũ.

Solutio.

Deſtructio.

A motum peragrat ſpatiũ è foro in theatrum, per velocitatem motus cœli æquale ſpatium illi peragratur in tempore imperceptibili. In hora enim aſcendit dimidium fere vnius ſigni, quod eſt fere quãtum eſt tota terra, vt ita dicam. Motus itaq; cœli eſt minimus quia nullus illo aut poteſt eſſe minor reſpectu tanti ſpatij vel æqualis, Ergo motus cœli eſt minimus abſolute, qui vt circulatio forſitan non dicetur minimus. Ex his ſequitur quód hic motus eſt velociſſimus, primo vt circulatio, quia nullũ mobile tantam vel æqualem circulationem faceret in tã breui tpe. Secundo ratione vt motus, quia proportionabiliter nihil pertranſit tm̃ vel æquale ſpatij in tam breui, in quam breui pertranſit punctus velox in cęlo datus. Tertio dicitur minimus à diſpoſitiõe magnitudinis, qm̃ magnitudo ipſa eſt ſphęrica, modo ſphærica occupat minimum locum, & multo minorem, ꝗ̃ occuparet ſi aliter eſſet vt triangula vel quadrangula, aut aliquid tale, declaratum. n. eſt in geometria ſphæricum eſſe minoris ſpatij B atq; occupationis omnibus figuris tantę vel æqualis continentiæ. Ex his patet quonã modo cœli motus eſt minimus iuſta primum argumẽtum, eſt minimus reſpectu tanti vel æqualis tẽporis, quo agitur tm̃ vel æquale ſpũ. Secundo patet cur eſt velociſſimus iuxta ſecũdam rationem, quia eſt quo punctus velox cœli pertranſit tm̃ ſpatium in tanto tempore, quo tpe tm̃ aut æquale ſpatium non pertrãſitur ab aliquo alio mobili. Tertio patet circulũ eſſe ſpatium minimum, vel lineam minorem reſpectu tantæ occupationis, eſt enim ſphæricum minoris ſpatij vel occupationis omnibus figuris tantæ vel æqualis continentiæ. Hæc mihi videntur nunc. Sed ſi aliter occurret interdum dicemus.

Sumet etiam quiſpiam ex his corporibus quæ circa medium cõſtituuntur fidem aliquã. Nam ſi aqua quidem eſt circa terram: aer autẽ circa aquam atq; ignis circa aerẽ: ſupera quoq; C corpora eadem ratione, continua quidem profecto non ſunt, ſed ſe ſe tangentia. At aquæ ſuperficies rotunda eſt: continuum ſiquidẽ ſphærico, vel circa ſphæricum motum: etiam ipſum tale eẽ neceſſarium eſt. Quare hac etiã ratione perſpicuum erit, cœlum ipſum ſphęricum eſſe.

Expoſitio.

Nunc tãgit quartam rationem, quæ ex parte ſumitur corporum elemẽtorum, & vt mihi videtur eſt hypothetica ſic, ſi aqua circa terram eſt rotunda, & aer circa aquã rotundus, & ignis circa aerem rotundus, cœlum & totũ vniuerſum ſuperum circa ignem erit rotundum. Pono antecedens, ſed aqua eſt rotunda circa terram, & conſequenter cętera alia, igitur & corpora ſupera, de ratione primo accipitur antecedens, & inquit. {Sumet etiã quiſpiam ex his corporibus, quæ circa medium conſtituuntur, fidem aliquam} & dixit fidem aliquam, quia hæc rõ eſt à poſteriori vt dicemus, nam ſi aqua eſt circa terram, D ſupple rotunda, aer autem circa aquam ſimiliter rotundus, atq; ignis circa aerem & rotũdus, hoc eſt antecedẽs, cui addit conſequens, & inquit. {Supera quoq; corpora circa hæc rotunda erunt.} Sed quia quis poſſet intelligere hęc eſſe continua vt partes, interponit quo nam modo hæc ſe continent, & inquit. {Cõtinua quidem profecto non ſunt, ſed ſeſe tangentia} & elementa inter ſe, & cœli cum elementis. Deinde accipit poſitionem antecedentis, & inquit. {At ſuperficies aquę rotunda eſt, tum q̃a eſt contigua ſphęrico vt terrę. Tum quia circa ſphęricũ, vt circa terram mouetur, & hoc inquit. {Continuũ ſiquidem ſphęricum, vel circa ſphęricum motum, etiã ipſum eſſe tale neceſſarium eſt.} ſumpſit autem hic continuũ vt dixit & ſeſe expoſuit pro tangente atq; cõtiguo. Hęc eſt poſitio antecedentis, & illius probatio. Tũc ponit cõſequẽs vt ſit in bono ſyllogiſmo hypothetico, & inquit. {Quare hac ratione ſphęricum erit cœlum. Debes ſcire

Ariſtotelem

Ariſtotelem ſuppoſuiſſe coouexum terræ eſſe rotũdũ & circa illud eſſe aquam vndiq̃, ſaltem quoad eius naturalẽ ſitum, hoc autem quia oondum probatum eſt, ſed ex li, Phy. ſumptũ, ꝓpea dixit hanc rõnẽ facere fidẽ aliquam.

Quæ Auer. cõme. 1.50. Quærit Auer. hic qñ oẽ, quã ẽt græci expoſitores totẽtant, quia videtur rõnẽ hãc nõ ſufficere, q̃a dato ꝙ aqua ſit ſphęricę figurę, ex hoc manifeſtabiť aerẽ eſſe ſphæricę figuræ quo ad eius concauum, nõ aũt quo ad eius cõuexum.

Solu. Alex. Alexãder vt narrat hic Simplicius, vult per hãc demonſtratinnem probare corpora mundi eſſe ſphęrica ſolum quoad concauum per eam autem quæ antea eſt dicta, probare hæc eſſe ſphærica quoad conuexum, & ita neutra demooſtratio ſufficit, ſed ambæ probant ſufficienter intẽtum.

Confutatio. S. T o. Defenſio. Sed huic obĳcit Simplicius & expoſitor. quia Ariſtoteles vtrãq̃ demonſtrationem ſeorſum induxit, quaſi vtraq̃ per ſe ſufficeret. Hęc tamen replica nulla eſt, nam licet ſeorſum eas inducat, non tamẽ ad candẽ cõcluſionem, ſed ad diuerſas cõcluſionis partes.

Propria ſol. Melius igitur replicari poteſt, quia tunc per primã rõnem nõ haberetur oiſi conuexum ignis eſſe rotũdũ tm̃, & per hanc ſolum concauum aquę, & ſic nõ haberetur quodlibet elementum eſſe rotundum. **F** Propterea cum Simplicio & Auer. dicendum. vbi debes ſcire ꝙ ratio Ariſtotelis fundatur in duabus ꝓpoſitionibus: prima eſt tanges ſphęricum eſt ſphæricum. Secunda ęqualiter recedens é ceotro eſt ſphęricum, ſm conuexũ. Ex his ſequitur demõſtratio Ariſt. nam ex prima habeť aquæ concauum eſſe rotundum, quia tangit rotundum, ex ſecũda habetur cõuexum aquæ eſſe rotundũ, quia æqualiter recedunt oẽs partes conuexi á centro, igitur cõuexũ aquę eſt rotũdũ, ſed circa aquam eſt aer, igitur aeris concauum rotundũ, per primã propoſitionem, & conuexum etiam aeris per ſecundam, & ſic de omoibus.

Elemẽta diſferũt a cęlo in figura. Notat tamen Auer. oõ eſſe ſimile de elementis, & de cœlis ipſis, nam de elementis non habetur ipſum eſſe ſphęricum vtraq̃ ex parte, nſi ex illis duabus propoſitionibus At de cœlo illę nõ ſunt neceſſarię, quia ſi habetur ꝙ cęli concauum quod tangit **G** ignem eſt rotundum, habeť de cõuexo, contra etiam de coouexo ſi habeť, & de concauo habebitur. & huius cã eſt, quia figura eſt accidens eſſentiale cœlo & partes cœli oẽs ſunt vnius ſpeciei, propterea ſi vna eſt ſphęrica, nẽs erunt ſphæricę, at figura non eſt eſſentiale accideos elementis, ſed ſibi cõpoteos per naturam ſuperiorẽ.


Replica. Sed replicabis per replicam Auer. ſuperius factam, quia qd̃ eſſentiale eſt alicui, noo videtur ſibi competere propter aliud, at cœlo figura ſphærica eſt eſſentiale accidens, igitur non ſibi competit propter aliud, & ita nõ propterea quia continet ignem.

Solutio. Dici poteſt oon eſſe probatum cœlo ineſſe ſphęricam figuram per hoc ꝙ continet, tanq̃ propter cauſam, vt de elementis forte eſt diceodum, ſed tãq̃ p ſignum, & ſic ratio booa eſt Nũc hęc mihi videnť.

Quod vero aquæ ſuperficies talis ſit, patebit ſuppoſitiones ſi ſumpſeris, & ex eo quia ſuapte natura aqua in magis cauũ ſp fluit locũ, & ex eo **H** ꝙ magis cauus eſt locus, q̃ cẽtro eſt ꝓpinquior.

Expoſitio. Vt diximus ad probãdum aquę ſuperficiem omni ex parte eſſe ſphęricam, duę propoſitiones erant neceſſarię: prima eſt ꝙ tangens ſphęricũ eſt ſphęricũ, & hęc quoad concauum, Secunda vero ꝙ ęqualiter recedens á centro eſt ſphęricum quoad conuexum, videtur itaq̃ mihi Ariſtoteles nunc probare ꝙ omnes aquę partes cõuexales ęqualiter recedũt à cẽtro, aut forte hoc ꝓbat de aqua, quia videtur cõtra ſenſum, cernimus enim terram aquis diſcoopertam, propterea hic probat id quod eſt naturale aquę, nam id videtur eſſe accideotale ſibi. Sumit autẽ duo primum eſt aquã ſuapte natura fluere ſemper ad locum decliuem, vel depreſſiorem, ſecundum eſt locum decliuem vel depreſſiorem eſſe eũ, qui eſt propinquior centro, Hęc duo ſunt ſenſu oota.

Ducantur igitur ab A cẽtro rectę lineæ A B, et **E** A C, producaturq̃ ex B i C linea recta B C: ad quã, vti in baſem, ab A perpẽdiculariter ducatur A D, & producatur in E; patet itaq̃ A D lineam minorem eſſe lineis A B, & A G ex centro ductis: locus igitur iſte cõcauus magis erit: quare affluet aqua quoad exequetur: at A E his æqualis eſt, quæ e centro ducebantur: quare aquam ipſam in his eſſe, quæ à centro ſunt ductę neceſſarium eſt, mox enim quieſcit: at ea quę tangit eas, quę e centro ſunt ductæ, circunferentia eſt: rotunda eſt igitur ſuperficies aquę, quę quidem eſt B E C.



Expoſitio. His ſuppoſitis procedit ad rationem, & ſumit caſum primo dicens, ducantur igitur ab A ceotro rectæ lineę A B, & A G: hęc eſt prima pars caſus. producaturq̃ ex a in C, linea recta a C, ad quã vti io baſem ab A producatur A D, producaturq̃ vſq̃ in E punctum, omnia hęc ſunt vera, q̃a é puncto ad punctum licet rectam lineã ducere. Ex iſto caſu infert primum cõſequẽs, & inquit. {Patet itaq̃ **G** a D lineam minorem eſſe lineis collateralibus a a, & A C, ex centro ductis} hoc licet pateat ſeoſibus, quod phyco ſufficit, probatum etiam. Nam linea a E, eſt maior linea a D, quia illam cõtinet, & aliqd vltra, ſed linea a e eſt ęqualis cuilibet illarum lateralium, quia protrahuntur ab eodem centro eiuſdem circuli ad circunferẽtiam, qua ratione ſunt omnes ęquales per definitinuem circuli, igitur illę laterales ſuot maiores linea a D, & ſic cõſequens verũ. Vltra, ex hoc īfertur, ꝙ locus iſte, videlicet a D decliuior erit, vt per ſuppoſitinnem patet, quia centro propingor, & hoc inquit. {Locus igitur iſte concauus ſiue decliuis magis erit.} Ex hoc vlterius infert tertium diceos, quare affluet aqua quoad exequeť redigaturq̃ ad ęqualitatẽ, & hoc per primum ſuppoſitum, vltra a E linea, his ęqualis eſt quę à centro ducebantur, vt per caſum patet Quare aquam ipſam ſi debet naturaliter quieſcere io his eſſe lineis quę á centro ſunt ductę neceſſariũ eſt & nõ in vna parte preſſior, in alia altior, nã hoc modo collocata mox **H** quieſcit. Ex his habemus aquę ſuperficiem cum naturaliter locatur eſſe terminum omoium linearũ, ęqualiũ à centro ductarum. Tunc arguit, at ea quę tangit eas oẽs lineas quę à centro ſunt ductę ęqualiter, & é qua ad centrum omnes lineę ductę ſunt ęquales, circunfereotia eſt. Adde minorem, ſed ſuperficies aquę naturaliter locatę tangit omnes lineas ductas à centro ęquales, rotunda igitur eſt ſuperficies aquę, quę quidem eſt b E c, & hoc erat propoſitum.

Syllogiſmus literæ. Ex his poteſt ſyllogiſmus ſic compooi, omne corpus, cuius ſuperficies tãgit omnes lineas ab eodem centro ductas ęquales, eſt quo ad ſui cõuexum ſphęricum: ſed aqua eſt corpus eiuſmodi, vt per tot & tanta eſt dictum, aqua igr̃ quo ad cõuexũ ſphærica eſt. hoc mõ textus hic põt reduci ad ordinẽ, licet ſit valde confuſus.

Sed quęret quiſpiam cur Ariſt. magis de aqua rẽ hanc declarat, q̃ de terra. Innuit Auer. duas cauſas, primo quia ſphęricitas coouenientior aquę videtur, non enim

in illa


in illa apparẽt mõtes & valles vti videntur in terra ipſa, A & hoc qa eſt fluxibilior, magiſq; figuris apta, terra vero ẽcõtra. Scdo, qa poſtea declarabit in fine huius hoc idẽ de terra. (Declaratio ter.) Addit quoq; Auer. hanc rationẽ de aqua tenere, ſiue terra ipſa ſupponatur eſſe ſphęrica, ſiue non, quia eſt rõ efficax omni ex caſu. Quo vero ad verba attinet, notat Auerro. quid Ariſto. velit per, κοιλότερον, hoc eſt per magis cõcauũ, & vult eſſe intelligendum de cõcauo quod habet aqua deorſum naturaliter, & nõ de concauo ſimpliciter. Imaginatur. n. Auer. concauũ ſimpliciter, & hoc vult eſſe centrum totius, & concauũ ſm quid quod eſt declimor locus aquę, intra tñ ſphęram ſuæ locationis. Vult igitur aquã nõ fluere naturaliter ad cõcauũ ſimpliciter, hoc eſt ad centrum mundi, hoc probat, quia tũc idẽ eſſet locus naturalis terræ & aq̃, & ita eſſent eiuſdẽ ſpẽi. Mouetur igitur ad magis concauũ intra ſuã regionẽ, vltra. n. ſuã regionẽ moueretur violẽter. Ex hoc patet nõ dari abiſſum, quia eſt deuenire ad centrũ mũdi terminãs longitudinem totius. Occurres fortaſſe, quia amota B terra à centro proprio, nõ ne aqua natura ſua ad cẽtrum moueretẽ dici põt q; moueretẽ ad cẽtrũ nõ per naturã propriã, per naturã. n. propriã ſolũ moueretẽ vſq; ad locũ decliuiorem ſuæ ſphære, illinc poſtea violenter, quo ad naturã ꝓpriã. Sed quo ad naturã cõem ordinẽq; vniuerſi, q eſt vt grauiora ſint ſub leuioribus, ipſa moueretẽ. nec eſt impoſſibile aliquid moueri naturaliter ſm cõem naturã, qd nõ mouetẽ nãliter ſm naturã ꝓpriã, vt alibi dictũ eſt.

Manifeſtum igitur ex his quę dicta ſunt, mũdum eſſe rotnudũ, atq; adamuſſim cõptũ adeo, vt nihil eorum quæ manu conficiunẽ, nec eorũ quæ apud nos oculis cernũtur imitabile quicq; hẽat. Nihil. n. eorum ex qbus cõſtat, tantam rotunditatem, atq; exactionem ſuſcipere põt, quã tã primi corporis circunuecti natura. Nã eam proportionem ipſum ſeruare patet, quã aqua ad terram cæteraq; elementa quæ plus remota C ſunt, atque diſtantia, ſeruabunt.

(Expoſitio.) Ex his cõcludit cęlũ eſſe rotũdiſſimũ, et addit bonã rõnẽ, & inquit. {Manifeſtũ igiẽ eſt ex his q̃ dicta ſunt mũdũ eẽ rotũdũ, atq; adamuſſim adeo cõptũ, & exacte ſphęricũ vt nihil eorũ quæ manu conficiuntur, vt aſtrolabia, & ſphærę aſtrologorũ, nec eorũ quę apud nos oculis cernuntur, vt res naturales veluti cõchę, & teſtudines & id genus imitabile quicq; hẽat, eſt igitur cõcluſio, q; eſt rotundiſſimũ, cui in rotunditate nihil eſt cõparabile, hoc perſuadet vlterius, & inquit. {Nihil. n. eorũ ex quibus cõſtat, hoc eſt nullum elemẽtorũ vel miſtorũ tantã rotũditatẽ, atq; exactionẽ ſuſcipere põt, quãtã primi corporis circunuecti natura, & quod nullũ elemtorũ tam exactã rotunditatẽ recipere poſſit, perſuadet, & inquit. Nã eam ꝓportionẽ ipſum ſeruare patet ad cętera elmta, quã aqua ad terrã cęteraq; elmta quæ plus remota atq; diſtãtia ſunt D ſeruabunt, vñ quia aqua eſt rotundior terra, quia ipſa terrã cõtinet, & aer rotũdior aqua ꝑ idẽ, & ignis aere ꝑ idẽ, cęlũ eſt rotũdiſſimũ, qa oĩa cõtinet, diſtatq; ĩ nã ab oĩb⁹.

Auer. aũt probat hoc idẽ primo, qa cętera corpa dicũtur magis & minus rotunda per hoc q; cœlo magis atq; minus aſſimilantur, igitur cœlũ maxime rotundũ. (Que Auer. commẽ. 32.) Secundo quia videmus q̃to elmtum eſt cœlo propinquius, tanto eſt rotundius alio, igitur cœlũ eſt maxime tale. Tertio videmus q; q̃to elmtum eſt à cœlo remotius, tãto minus eſt rotundum, vt terra, q̃ eſt valloſa, mõtuoſa. Addit Auer. nõ mõ hãc differentiã rotunditatis inueniri in elementis, ſed in ſtellis ipſis, atq; orbibus, nam Ariſto. in lib. de aĩalibus lunã cõparat terrę, propterea qa eſt macuoſa, & quãto orbis eſt propinquior primo mobili, tanto magis rotũdus eſt, & hoc ſignificat primum mobile eſſe rotundiſſimũ. Quarto perſuadet Auer. hoc, quia ſi cœlum non eſſet perfecte rotundum, extra ipſum eſſet aut A vacuum, aut plenum, vt deductum fuit. Ex his Auer. infert contra mathematicos non eſſe eccentricos: (Cõtra eccentricorum.) nam ſi eſſent, tunc in corporibus cæleſtibus eſſent nonnulla corpora nõ perfectę rotunditatis, nã eccẽtricus habet vnam partem tenuiorem, alteram craſſiorem, & ſic non perfecte ſphæricus. Secundo darentur corpora quædam ad replendum vacuũ inter cœlos. qd deducitur, quia quando pars tenuior moueretur cum parte tenuiori inferiori eccentrici remaneret vacuum, niſi eſſent corpora intercepta implentia vacuitates, veluti in animali datur caro ad replendum vacuitates interceptas inter oſſa. (difficile arg. pro eccentricis.) Pro parte tamen eccentrici adducit apparentiam de ecclipſi, nã videtur vna lunaris eclipſis longior, alia vero breuior. Interdum enim dimidia duratio eſt longioris, interdum breuioris tẽporis, vt in ſupputationibus aſtronomicis legitur, eclipſis vero diutior eſt quãdo terrę vmbrã plus luna ingreditur, breuior quando minus, vt declarat Ptolemeus in libro magnę conſtructionis: intrat aũt plus vel B minus in vmbram terræ, quando magis aut minus eleuatur, igitur vltra motum longitudinis habet eleuationis motum. Sed omnis motus vno orbe fit, igitur oportet eſſe orbem eccentricum, per quem nunc eleuetur, nunc deprimatur, eleuatur enim cum eſt in abſida, ſiue auge, deprimitẽ vero cũ eſt in oppoſito augis, quare eccẽtricus eſt. Ad quod dicit Auerroes hoc eſſe difficile, immo ſine eccentrico ait hoc non poſſe ſaluari, quę res fortaſſe poſtea tangetur. Hæc ſatis pro nunc.

Cum aũt in circulo bifarius mot⁹ effici poſſit: verbi cauſa, ab A vnus quidẽ B verſus, alter vero verſus C, & hos quidem nõ eſſe cõtrarios prius eſt dictũ: ſi igitur nihil in æternis fortuito aut à caſu eſſe poteſt: cœlum vero ſempiternũ eſt atq; eius cõuerſio: quã ob cauſam ad alterã & nõ ad alterã ferẽ partẽ, nã & hoc, aut eẽ principiũ, aut eſſe ipſius principium neceſſe eſt.



(Expoſitio.) Hactenus de cœli figura. Conſequenter diſputat de cauſa propter quam motus cœli ſunt magis verſus culmẽ D diurnum, quam nocturnum imum. Ante tamen quã quæſtionem erigat, ſupponit duo, primum eſt bifarium poſſe eſſe motum in circulo ab ipſo A principio, vnũ quidem B verſus, alterum vero verſus C. Secũdũ eſt tales motus q̃q̃ ad partes diuerſas tẽdẽtes, nõ eẽ cõtrarios, qa declaratũ eſt in circularibus motibus nullã eſſe cõtrarietatẽ, tunc mouet qõnẽ, addens duo alia ſuppoſita, primũ q; in ęternis nihil fortuito, aut caſu euenit. Scdm eſt cęlũ & motũ cœli eſſe æternũ, quærit igiẽ qõnẽ. d. ſi igitur nihil in ęternis fortuito, aut à caſu eſſe põt, cęlũ vero ſempiternũ eſt atq; eius conuerſio etiam ſempiterna eſt, quã ob cãm ad alterã, & nõ ad alterã ferẽ partẽ, vt cur ab ortu ꝑ meridianum culmẽ, & non ab ortu ꝑ nocturnũ imũ. (Quę Auer. cõmen. 13.) Debes ſcire q; Auerroes aliter textum inducit, refert. n. qõnem ad diuerſas cœli partes, cœlum. n. ſm vnam partẽ mouetẽ ab ortu ad occaſum videlicet, ſm ꝑmũ mobile, ſm vero aliam partẽ mouetur ab occaſu in ortũ, vtpote

ſecundum orbes planetarum, vult igitur nunc vt Ariſt. quærat, quã ob cauſam diurnus ab ortu, planetarũ vero motus ab occaſu cœperit, hæc autem expoſitio nec conuenit verbis q̃õnis, nec verbis ſolutionis, ideo ſtultũ eſt circa verba ſua confidere. Debes ſcire ꝙ rõnabilitas huius q̃õnis vt colligitur ab Auer. videt̃ ꝓpter tria, pro vt tribus modis hæc q̃õ eſſet irrationalis, eſſet.n. hęc quęſtio irrationalis, ſi cœlũ moueretur mõ q̃uo moueretur, & non poſſet intelligi aliter moueri, proprerea ſupponit in circulo poſſe eſſe motũ ab A & verſus B & verſus C, vt ſit dignum q̃õne, quare magis verſus B q̃ verſus A moueatur cęlum. Secundo eſſet irrationalis q̃õ, ſi illi motus ad partes diuerſas eſſent contrarij, vbi.n. eſſent cõtrarij, nõ pñt competere indifferenter alicui, quia duo contraria nõ cõpetunt vni naturæ, ꝓpterea ſupponit tales non eſſe cõtrarios, ſed cõpoſſibiles cęlo vel circulo, ideo eſt dignum q̃õne, ſi ſunt cõpoſſibiles cœlo, cur magis vnus q̃ alter competit. Tertio eſſet irrationabilis q̃õ, ſi motus cęli eſſet fortuitus, nã rei fortuitę nõ eſt quęrenda cã, quia eſt fortuita, ꝓpterea ſupponit talẽ motũ nõ eſſe fortuitũ, q̃a in ſempiternis nihil eſt fortuito, & cęlũ & eius motus ſunt ſempiterni, eſt igitur q̃õ rõnabiliſſima, videlicet ꝓp quid motus cęli eſt ab ortu ſup terrã, & non ſub terrã, nã cęlum vtroq; mõ põt intelligi moueri, & abſq; repugnãtia, q̃a nõ ſunt cõtrarij, eſtq; res nõ fortuita, ſed cãm hñt, hæc de rõnabilitate q̃õnis apud Auer. Ariſ. tñ rationabilitatẽ q̃õnis (vt mihi vr̃) aliter aſſignat, nã cũ cęlũ ſic moueri vt mouet̃ nõ ſit principiũ & cã, quia motus depẽdet à motore, & modus mouẽdi, ẽt rõnabile eſt q̃rere cãm cur cęlum potius hoc mouet̃ mõ, q̃ illo. Inq̃t. {nã & hoc aut eſſe pricipiũ, cuius nõ põt dari cã, aut eẽ ipſius principiũ neceſſe eſt} ſupple hoc eſſe principiũ nõ eſt verũ, q̃a & mot⁹ & modus mouẽdi habet pricipiũ & cãm, igit̃ q̃õ nõ eſt inutilis. Hæc de q̃õnis rõnabilitate.

Qualis expoſitio Aue.

De nonullis igitur eniti dicere aliquid ęqualiter, & de omnibus: nihilq; præterire ſignum eſſe videtur forſitan aut ingentis amentiæ, aut multę petulantiæ.

Expoſitio. Cõtra ſe inuehit ꝑ argumẽtũ maledici, & ſoluit, quaſi excuſationẽ ſui aſſignans, deinde ad rẽ venit. Maledicus inuehet Ariſt. eſſe vel amentẽ, vel oſtentatorẽ, in mouẽdo talẽ q̃õnẽ. Amẽs.n. is dr̃, q non diſcernit inter facile, & difficile, oſtẽtator vero q in oĩbus etiã arduis p̃ſumit. Ex his ſequitur Ariſto. circa hanc q̃õnẽ aut eſſe oſtentatorem, aut amentẽ, amentẽ quidẽ ſi nõ diſcernit q̃tũ hęc ſit facilis, aut difficilis, oſtẽtatorẽ ãt ſi hęc q̃õ difficillima fuerit, & de ipſa p̃ſumit. inquit. {De nonnullis eniti dicere aliquid æqualiter & de oĩbus, nihilq; p̃terire, ſi non diſcernit inter facile & difficile, ſignũ eſſe vr̃ ingentis amentiæ} iuxta illud ſcienti & ignoranti oĩa ſunt plana. Si vero diſcernit & p̃ſumit dicere æqualiter de facili & difficili, & de quibuſdã & oĩbus, vr̃ ſignũ multæ petulãtiæ, ſiue oſtentationis, ſiue prõpti animi. Ad alterũ horũ Ariſt. circa hanc q̃õnem occurrit, nam ſi pui facit illam, amens & ſtultus videtur, quia nõ diſcernit rẽ quæ cognitu difficillima eſt, à re quę facilis eſt. Si vero cognoſcit eẽ arduam & magnifacit illam, oſtentator & prompti animi videtur nimis, quia præſumit ad id quod eſt vltra captum humanum, hæc maledicus contra Ariſtotelem.

Verũ non oẽs iure icrepandi ſunt ęqualiter. Sed dicendi cãm q̃ nam ſit inſpicere oportet. Et quo p̃terea mõ ſe hẽr i credẽdo, humane, ne an validius. Nã cũ certiores neceſſitates aſſecutus q̃ſpiã fuerit, gr̃as tũc agere debet iuẽtorib⁹.

Expoſitio. Rñdet ad maledici argumentũ, quia vr̃ ille non iuſte increpare, prius.n. debuit videre cãm dicendi, ꝓpter quã aliquis audet dicere, nam ſi dicit veritatis amore, nõ iuſte increpatur. Præterea non iuſte increpat, ſi nõ prius

E inſpicit ea quæ quis dicit qualia ſunt, nã ſi ea q̃ dicit ſunt vltra cões hoĩum opĩones, atq; cõſuetas traditiones, nõ eſt iuſtum vt increpet̃, quia ſi non ſatisfacit ad plenũ, & alius ſucceſſor ſatisfaciet, eſt dignus gratia, quia inuentoribus ſunt agendæ gr̃æ, hi.n. aliquid cõtulerunt, vt.n. dr̃ ſecundo meta. ſi Timotheus nõ fuiſſet nõ tantã cantãdi haberemus artem, & ſi phrynis non añceſſet, nõ talis Timotheus euaſiſſet. inquit. {Verũ non oẽs iure æqualiter increpandi ſunt, quia anteq̃ maledicus increpet, ad duo reſpicer̃ debet. q̃ explicat & addit, {ſed dicẽdi cãm q̃ nã ſit inſpicere oportet, q̃a ſi fuerit veritatis cauſa, non iuſte icrepabit maledicus, hoc eſt primũ. Et quo p̃terea mõ ſe habet icredẽdo ille qui pręſumit, humane ne, hoc eſt ſm cões hoĩum traditiones, an validius cæteris. nã cũ certiores neceſſitates, vel doctrinas quiſpiã poſterior aſſecutus fuerit, gratias tunc agere debet inuentoribus. ſic igitur iuſte maledicus nõ increpabit Ariſtotelẽ, q̃a ſi ſuccedet nouus veritatẽ plus attingens, Ariſt. habendæ

F ſunt gratiæ quatenus dedit principiũ. Hæc in maledicũ.

Nunc vero id quod nobis videt̃, dicẽdũ eſt. Nã ſi natura eorum quæ factu poſſibilia ſunt, ſemper optimum facit: & eſt vt in lationibus rectilineis: ea præſtabilior: qua locũ pergitur ad ſuperũ. (Diuinior ſiquidem ſit locus ſuperus infero) ſic ea qua petitur anterius etiam pręſtabilior ea qua retrorſum itur: dextrũ ſiquidẽ etiã & ſiniſtrum ita ſeſe habent, vt dictũ eſt. Atq; dicta dubitatio cœlum habere prius poſterius vecõfiteatur: cauſa profecto hęc dubitationem diluit. Nam ſi ſe habet vt poteſt optime: hæc erit ſane cuius quod diximus cauſa. Eſt enim optimum ſimplici atq; inceſſabili motu moueri: ſi verſus præſtabilius etiam id fuerit.

G Soluit per ſyllogiſmum hypotheticum à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis hoc modo, ſi de poſſibus natura facit quod melius, & melius eſt moueri ab ortu verſus meridiem, q̃ verſus mediam noctẽ, igit̃ motus cœli debuit eſſe ab ortu verſus meridiem, & non verſus mediam noctem. Sed melius eſt moueri ab ortu verſus meridiem, quàm verſus mediam noctem, igitur motus cœli eſt ab ortu verſus meridiem magis q̃ verſus mediam noctem. Minorem videtur probare primo ꝑ ſimile in lationibus rectis, nam vt in illis motus quo ſuperius itur eſt præſtabilior, diuinior ſiquidem ſit locus ſuperus infero, ſic in lationibus cęleſtibus, ea erit præſtabilior qua itur per partem ſuperiorem terræ. Sed quia hæc ratio poteſt refelli, q̃m ad Antipodas forte per lationem ſubterraneam ibitur per ſuperius, ideo probat hoc per aliam rationem, quia à dextro motus erit præſtabilior ſi ibit ad ante, quã ſi ibit retro, at ortus eſt dextrum, cœli, meridies eſt ante eius, igitur per ante præ-

Expoſitio.

H ſtabilior erit motus, ante ſiquidem præſtabilius ſit retro ipſo. Inquit. {Nunc vero id quod nobis videtur dicendum eſt, } & hoc ſi gratiæ ſint inuentoribus habendæ. deinde ſumit antecedens, & inquit. {Nam ſi natura eorum quæ factu poſſibilia ſunt, ſemper optimum facit} hoc eſt primum, & optimum eſt moueri per locum ſupra terram, & hoc ait interponens primam rationem, & inquit. {Eeeſt vt in lationibus rectilineis ea præſtabilior, qua locum pergitur ad ſuperum (diuinior ſiquidem ſit locus ſuperus infero) ſic ea qua petitur anterius etiam præſtabilior ea qua retrorſum itur. {eſt igitur antecedẽs ſuſpenſiuum, videlicet ſi natura facit de poſſibilibus melius, & melius eſt moueri per anterius cœli quã per poſterius, & quia poſſes dicere meridiem non eſſe anterius cœli, aut quia dextrum & ſiniſtrum non ſunt vt dictũ eſt, dextrũ quidẽ in ortu, ſiniſtrũ in occaſu, q̃a tales drĩæ põnis, videlicet añ & retro nõ ſunt in cęlo, vt dicit

pithagorei

Pithagorei. Subdit hęc refellendo, dextrum ſiquidem et ſiniſtrum ita ſeſe habent vt dictum eſt, atq; dicta dubitatio cœlum habere prius & poſterius, ſiue ante & retro ꝓſupponat atq; coofiteatur, hic terminatur ſuſpenſio: quia ſi dicat, ſi hæc ita ſunt, cauſa profecto hæc, hoc eſt quia locus ſupram terram eſt pars cœli anterior, dubitationem diluit. Et reperis breuiter totum ſyllm hypotheticū ſic, ſi per locum ſuperiorem moueri eſt optimū, cęlū ſic debet moueri: ſed ſic moueri motu ſimplici & inceſſabili verſus hāc partē eſt optimū, igitur ſic debet moueri. De rōne, primo ponit maiorem, & inquit. {Nam ſi ſe habet vt pōt optime, hæc erit ſane eius quod diximus cā.} eſt igiť maior ſi per locū ſuperū moueri eſt optimū, per talē locū debet moueri, deinde dat minorem, quæ eſt poſitio aotecedentis, & inquit. {Eſt. n. optimū ſimplici atq; inceſſabili motu atq; verſus meridiem moueri, repetas poſitionem cooſequentis, videlicet igitur per talem locum

Qualis mot⁹ cœli.

debuit moueri. Hæc eſt ſolutio Ariſtote. Ex his patet hunc cęli motum propter tria eſſe diuiniorē cæteris, primo, quia ſimplex, vbi. n. miſtus eſſet ex contrarijs, eſſet cū labore, & pena, cuius cōtrarium eſt ꝓbatū. Scd'o, qa eſt inceſſabilis, et nō nūc ꝓ meridiē, nunc ꝓ mediā noctē, quia eēt cū interpollatione quietis, & ita nō eēt ꝑpetu⁹. Tertio, quia eſt verſua ꝑtē cęli pręſtabiliorem, & à parte cęli ꝓſtabiliori, vt à dextro ꝑ anterius. Nā ſi aľr eſſet, non feciſſet natura melius de poſſibus, nobilitatē. n. motus ipſe nāciſciť, & à ꝑncipio & à fine, & à medio ꝑ q̄d' ituř ī finē.

Quę Auer. dicat c. 14.

Auerroes quo ad textus ordinē nihil recte dicit, verū circa primū ſuppoſitū q̄ natura facit de poſſibilibus melius, ait hoc patere in aīalibus terrenis, vbi natura directa à diuina ſollicitudine, creaoit in illis nonnullas res nō neceſſarias, ſed tanq̄ meliores, vt oculos, quos natura non ꝑꝑ neceſſitatē creauit, cū aīal eſſe poſſit abſq; illis vt talpa, ſed ꝑꝑ melius. Quare ſi tātam ſeruat natura circa hęc aīalia terracea & caduca ſolicitudinem, q̄to magis circa

Quale meli⁹ in æternis.

aīalia illa diuina atq; immortalia. Notat tñ differre melius in ęternis, & melius in ſublunaribus. Nam in ęternis illis aīalibus ipſum melius eſt neceſſariū, poſſe. n. in illis non dr̄, niſi vt ſequiť ad neceſſariū. Et huius cā eſt, qa cęlū caret cā cōtiogentię ad vtrunq;, videlicet prima materia, In aīalibus vero terraceis, melius eſt poſſe aptū magis eſſe q̄ nō eſſe. Nā licet poſſit hō ſine oculis naſci, plerūq;

Contingētia & libertas.

cū oculis naſciť. Aladuerte tñ, vt in lib. deſtru. deſtru. declarauimus, in cœlis aīalibuſq; cęleſtibus non eſſe cōtingentiā. Sed bñ libertatē, libertas. n. & cōtingētia differūt vt dixit Auicenna, nā duplex eſt potentia, altera quidē in genere intellectilū intellectus poſſibilis, altera in genere ſenſiliū prima materia, ex potentia in genere intellectiliū proficiſcitur in aīali libertas, ex potentia vero in genere ſenſiliū, contingentia. Qua rōne euenit vt ꝑnit⁹ materialia cōtingentiā ſolā hr̄e poſſint, qa materiā hñt, intellectū nō hñt. Aīalia cęleſtia vero ſolā libertatē hr̄e pñt, & nō cōtingentiā, quia intellectū hñt, materiā vero nō, hoies vero & libertatē & cōtingētiā, quia intellectū hñt, & materiā. Hęc res dilucidius perquiſita eſt in libro

Dubō Alexander. Quæ Simpl.

D deſtru. deſtru. hęc forte Auer. Dubitat Alexan. quia Ariſtoteles prius probauit ortū eē dextrū, quia inde eſt motus pricipiū, hic vero vr̄ ꝓbare motū īde incipe, qa eſt dextrū, igiť circulus. Rn̄det Alexander Ariſt. nō probaſſe motū incipere ab ortu, quia ille eſt cęli dextrū, ſed demōſtrauit illā partē eſſe nobiliorē. Et hoc vt mihi vr̄ exponit Simplicius, volens Ariſto. non probaſſe motū cęli incipere ab ortu, quia locus ille eſt dexter, ſed q̄ ſi incipit ab illo loco, quē ſuppoſuimus eſſe cęli dextrū, debet ꝓcedere verſus meridiē, quē appellauim⁹ cęli ante, et hoc mō non eſt demrō, nec circulus, ſed rō ex ſuppoſitis, & hæc eſt veritas, loquitur. n. Ariſtote. hypothetice, vt viſum eſt. Dubitat Albertilla vtrū ſit demōſtrabile cęlū

Dubō Alb. Solutio. Albertil.

eſſe ſphęricum. Rn̄det Albertilla generatim de nullo corpore, nec de cœlo poſſe demonſtrari ſphæricitatem. Mouetur tandem ex hoc quia oppoſito conceſſo, nullū

A in naturali philoſophia ſequitur impoſſibile. Auerro. vero tertio huius cōmē. 45. tenet hoc eſſe demōſtrabile, Imo in hoc libro eſſe demōſtratum. Ad huius aūt veritatis declaratiooem eſt ſciendū mediū demōſtratioois eſſe interdū definitionem minoris, hoc eſt ſubiecti cōcluſionis, interdum maioris, hoc eſt prædicati concluſionis, quod quidem qualiter cōtingat, in noſtris cōmētatiooibus libri poſteriorum eſt dictū, & ita Ariſtot. dictam cōcluſionem tribus modis demōſtrat, primo per definitionem maioris ſiue pręedicati, ſecundo ꝑ definitionem minoris ſiue ſubiecti, tertio per impoſſibile. prima quidem proceſſit ex definitione figurę. eſt enim figura ſphærica figura ſimplex vna, & prima, vna tantō linea circa idem centrum contenta, & per hanc definitionem ꝓceſſit prima rō. Secunda vero ex definitione ſubiecti ſiue minoris hoc eſt ex definitiōe cœli, eſt, n. cœlū corp⁹ aīatū ꝑmū à ſe mobile, & per haoc proceſſit ſecunda, cæteræ rationes quibus vtebatur, erant ꝑ impoſſibile. Ex his pōt

Pō Auer. Declaratio Poſitionis Auer. Expoſitio.

B argui contra Albertillā, ois propoſitio vera atq; neceſſaria & per ſe, quæ nō patet ſolo terminorū intellectu, cui intellectus aſſeorit per definitionem aut ſubiecti, aut pręedicati eſt demonſtrabilis: talis eſt dicta quæſtio ſiue dicta propoſitio vt nūc ſuppono, igitur eſt demōſtrabilis.

Obiectio illius friuola eſt, qa dato oppoſito multa ſequuntur impoſſibilia in naturali philoſophia, vt patet intelligenti. Hæc de dubitatione.

Poſt hæc motum ipſius vniformem eſſe: minimeq; diſtormem adiungamus ad dicta oportet: atq; hoc dico de primo cęlo, deq; prima latione. In his enim quę ſub illo ſunt plures lationes conueniunt in vnum iam.

Et de vniformitate motus cœli nunc aggreditur, videtur autem hæc quæſtio neceſſaria, atq; vtilis. neceſſaria quidē quia intractando de figura cœli, ſuppoſuit motum

C cœli eſſe vniformē: quare ne nihil indeclaratū omittať, reſtat nunc & de vniformitate loqui. Vtilis vero ad qōnem proximo tractatā, nam dictum eſt cœlū moueri verſus ſuperum, quia nobilior pars eſt, poſſet quis ambigere an ſemper et vniformiter ſic mouetur, vel quodā tp̄e ſic, alio non, propterea hæc pertractatio vtilis eſt ad ſolōnem tactam. Eſt præterea vnū q̄ſitum per ſe q̄d ad hūc li. ſpectae ſumme deſiderabile, maxime ꝑꝑ aſtronomos qui videntur diſformitatē obſeruare in motibus, ꝓponit igitur iotentionē, & inquit. {Poſt hæc motum ipſius cęli vniformē eſſe, minimeq; diſformē adiungamus oportet ad dicta cōſequēter. Et qm̄ duplex eſt motus, diurn⁹ quo primum cœlū. 24. horis ab ortu in occaſum redit iterum ad ortū. Alius vagarū ſtellarū ab occaſu in ortū varijs tp̄ibus rediens ad occaſum, declarat de quo nā motu tractaturus erit, & perſtriogit intentionē ad motū diurnū, & hoc inqt. {Atq; hoc dico de primo cęlo, deq; ꝑma latione} cuius videtur cām aſſignare dicēs {in his. n. q̄ ſub illo ſunt, plures lationes conueoiūt in vnū iam} & ꝑ

D vnum, pōt intelligi vnū motum, & tunc eſt ſenſus q̄ nō vult dicere de alijs motibus, quia oēs cōueniuot in vnū, quatenus oēs orbes motu raptus moueń hoc motu diurno, & ita quicquid de illo dr̄ ēt ꝑ accidēs vr̄ eſſe dictū de alijs. Vel pōt intelligi per vnū. finem vnū, nā ſm aſtrologos ſiue dentur plures orbes coocentrici vt Calippus et Eudoxus pooūt, ſiue eccētrici et epicigli vt Ptoleme⁹, oēs cōueniūt ad vnum finē, videlicet ad deferendū vnū planetā, ꝑꝑea ſunt dimittēdi, qa numer⁹ illoꝝ tractať in prima philoſophia. Vel tertio pōt intelligi ꝑ vnū, rōnē vnā, & tūc eſt ſenſus q̄ ſpeciatim nō eſt loq̄ndū de motibus vagaꝝ, qa illi motus cōueniūt in vnā rōnē cū motu diurno, & ita q̄cq̄d de motu diurno ꝓbať, ꝑ eaſdē rōnes pōt probari de illis, ꝑpterea non eſt loquendum ſpeciatim de illis, dū in dicendo de motu diurno idem dicatur de motu illoꝝ. Hæc eſt intentio & expoſitio intētionis.

Nam ſi difformiter mouebitur, ipſum habere augmentum, ſtatum, & declinationē perſpicuum eſt: omnis enim difformis latio & declinationem, & augmentũ, & ſtatum habet. Eſt autē ſtatus, aut vnde mobile ipſum fertur, aut ibi quo fertur, aut in medio: veluti forſitan his quidem quę natura feruntur in eo ad quod mouētur. In his autem quę pręter naturam feruntur, in eo vnde mouentur, in his vero quæ proĳciũtur in medio. At circularis lationis, neque vnde, neq; quo, neq; medium eſt: quippe cum nec principium, nec finis, nec mediũ ipſius ſit prorſus. Nam & tempore eſt ſempiterna, & in longum protenſa, & inſectilis. Quare, ſi lationis ipſius non eſt ſtatus, neque difformitas erit: difformitas ſiquidem ob declinationem atque augmentum fiat.

F

Expoſitio. Propoſita intentione, nunc exequitur illam, & ſyllogizat concluſionem propoſitam hypothetice ſic. Si motus cęli eſt difformis, motus cęli habebit augmētũ, ſtatũ & declinationem, vt per definitionem motus difformis patet. Sed motus cęli non habet augmentum, ſtatum, & declinationem, igitur non eſt difformis. Minor ſyllogizatur, quia oē quod habet augmentum, ſtatum, & declinationem, habet vnde, qua, & quo: at motus cęli nō habet vñ, qua, & quo: igitur nō habet augmentũ, ſtatũ, & declinationē. minor adhuc proſyllogizať, quia omne qđ habet vnde, qua, & quo, habet principiũ, medium, & finē, principiũ. n. eſt vnde, mediũ vero qua, finis aũt quo, at motus cęli non habet principiũ, quia tpe eſt ſempiternus, non habet mediũ, quia longitudine atq; continuitate eſt productus, nō habet finem, quia eſt inſectilis, atq; nunq̃ ceſſabilis. Inquit. {Nam ſi difformiter mouebiť, ipſum habere augmentum, ſtatũ, & declinationem perſpicuũ eſt,} probat hanc conſequentiam per definitionē motus difformis, & inqt. {Ois. n. difformis latio eſt quę & declinationem, & augmentũ, & ſtatum habet} & ſic patet cōſequentia, & quia vult deſtruere cōſequēs: pmittit declarationē terminorũ, et inqt. {Eſt aũt ſtatꝰ: aut vñ mobile ipſum ferť, aut ibi quo ferť, aut qua fertur} vt in ipſo medio cuius exēplũ ſubiungit, {veluti forſitan his quæ natura ferunť} ſtatus erit in eo ad quod mouetur, dixit forſitan, quia poſterius hoc ratione declarabitur. In his quæ præter naturam feruntť, ſtatus erit vnde mouentur. In his vero quæ proĳciũtur, ſtatus erit in medio, his declaratis deſtruit conſequens, & inquit. {At circularis lationis, neq; vnde, neq; quo, neq; mediũ} hoc eſt qua, cuius cām ſubſcribit. d. {quippe cum nec principiũ, nec finis, nec mediũ ipſius ſit prorſus} & hoc rurſus declarat dicens, nam & tēpore latio cęli eſt ſempiterna, ppea non habet principiũ, & in longũ protenſa hoc eſt nō pauſans in medio, propterea caret medio, & inſectilis, hoc eſt nō deſinens in fine, ppea caret fine, non igitur habet principiũ mediũ, vel finem. Tunc quaſi epilogat vim rationis, & inquit. {Quare ſi lationis ipſius non eſt ſtatus, neque difformitas erit difformitas ſiquidem ob declinationem atq; augmentum fiat.} Hæc Ariſt.

G

H

Dubitatio. Quo vero ad verba attinet, videtur non eſſe verum omnem motum difformen habere augmentũ, ſtatũ & declinationem. Nam motus naturalis habet augmentũ, & ſtatũ & nō declinationē, motus proiectorũ habet ſtatũ, & declinationem.

Solu. Tho. S. Thomas reſpondet q; verbum illud omnis ſumitur collectiue, vt ſit ſenſus, i omnibus motibus difformibus hęc tria eſſe, non aũt in vnoquoq;.

Confutatio. Sed hęc expō peruertit textũ, exponit. n. ſingulare per plurale, propterea videť

Propria ſol. Ariſto. p augmentũ intelligere partē auctiorem, per declinationē partē remiſſiorē, p ſtatũ partē ſummã, quæ

E eſſe pōt, hęc aũt in oī motu ſunt difformi. nã in eo eſt ps remiſſior, intenſior, atq; ſumma q̃ eſſe pōt, & hoc Ariſt. ſufficit.

Scđa dubĩ. Secundo dubitatur, quia proiecta & præternaturaliter mota eadē ſunt, igitur non recte poſuit diuerſa.

Solu. Auer. & ſimplicii. Triplex mobile. Auerroes atq; Simplicius per proiecta aīalia intelligunt, quæ pro tanto dum mouentur, proĳciuntur, p quã to inſtrumenta motus proĳciunt. Propterea videntur mobilia eſſe in triplici differētia apud Auer. quædã quæ in principio accelerant, vt violēter mota. Quædã quæ in medio, vt aīalia quædam quæ in fine, vt quę mouētur motu naturali. huius aũt cā eſt, quia violenter mota mouentur ob impetũ, quē ab agente ſumunt, modo quanto propinquiora ſunt principio, à quo ſumpſerunt illum, tãto maiorē hñt impetũ. Aīalia aũt mouenť propter expãſionem ſpirituũ, qui magis in medio q̃ in principio expãdunť. Naturalia vero intenduť in fine, propterea qa plꝰ acquirũt de deſiderio ad finem, vel de qualitate motiua, quæ acquiritur ex medio & mobili vt octauo Phyſi. dř.

F Alexander vero aliter intelligit, quem vide.

Quæ Auer. cōmen. 35. De eccentricis & epiciclis. Digreditur aũt Auer. aduerſus mathematicos, & cōcludit primo de mente Ariſt. diuerſitatem quæ apparet in planetis non eſſe pp eccentricos, aut epicyclos, qa tũc ex omnibus illis motibus non fieret vnus motus numero, qm̃ eſſent circa diuerſa cētra, & ſupra diuerſos polos, cuius contrariũ dicit Ariſto. in litera. ait enim ex oībus illis fieri vnum motum, ſaltem congregatione. Tunc arguit contra mathematicos, primo cōtra epicyclos, nã ſi epicyclus eſſet, eius motus non eſſet circa centrum terræ, cuius cōtrariũ ait Ariſt. oēm motũ cęli eſſe circa mediũ mundi, oēm leuũ è medio, & oēm grauiũ ad mediũ.

Secundo cōtra eccentricos p argumentũ factũ cō. 32. quia ſi darentur, vel eſſet vacuũ, vel darenť corpora otioſa, vt ibi fuit deductũ. Secũdo ad idem, locus totius & partis in corporibus ſimplicibus idem eſt, ſed locus totiꝰ cœli eſt centrũ mundi, ſiľr locus totius ſphærę vnius planetę, igitur oīa erunt concentrica. Sed obĳcies. nam vt

G in elementis, ita in cœlis, ſed plura ſunt loca elementorũ, vt alius terrę, alius aquę, & id genus, igitur cœlorum nō eſt vnus locus. Reſpondet q; ſecus eſt de elementis, ſecus de cęlis, nã elementa locantur per extrinſeca, orbes p intrinſecũ, vtpote per centrũ intra oēs orbes cōtentum.

Tertio arguit logice contra hęc, vbi debes ſcire q; demonſtratio bona eſt, in qua cauſa conuertitur cum effectu, modo licet poſitis eccētricis & epicyclis, poſſunt ſaluari, & ſequantur apparentiæ. Non ē conuerſo apparentĳs poſitis, illi ſunt, niſi pro nũc, donec inuenitur alia cauſa melior, quæ cōuertiť cum illis, peccant igitur quia arguunt à propōne hñte plures cās veritatis ad alterã illarũ, hę. n. apparentię poſſunt p eiuſmodi ſaluari, & p alia, quę nondũ ſunt inuēta. Quarto logice arguit, quia triplex eſt demonſtratio, ſigni vt ab effectu nobis noto ad cām. Cāę tm̃, vt ipſa cã quæ p effectũ eſt inuenta ad effectũ. Cauſæ & eſſe, ſiue ſimpľr, quæ eſt per cām notam nobis et naturę, qualis eſt demōſtratio geometrica, licet igi

H tur ab apparentĳs ad epicyclos ſit proceſſus, quia è contra nullus eſt, quia procediť ab ignotis ad nota, ſunt. n. apparentiæ notæ, eccentrici, & epicycli ignoti.

Obiectio. Obĳcit aũt ſibi Auer. p argm̃ Ptolemęi. 5. magnę cōſtructionis, vt p illud qđ apparet in eclipſibus: lunaris. n. eclipſis eſt nũc breuis, nũc lōga, breuis cũ de vmbra parũ capit, longa vero, cũ multũ, hoc aũt fieri non pōt ſine eccētrico, igř eccentricũ eſt. Rñdet Auer. & imaginať lunã moueri motu titubatiōis circa quēdã pũctũ, nō deſcribēdo circulũ pfectũ, atq; ſup polis alteriꝰ orbis ſibi cōtinui, ſic. n. titubãdo pōt eē eleuatio illa ſine eccētrico, quē motũ appellat lineę leulabię, ſed qa hęc ſolo nō valet, nec eſt itelligibilis, ppea pmittit iuenire aſtronomiã bonã. Hęc ſunt cōtra aſtronomos.

Reſponſio. Pro aſtrologis. Sed p aſtronomis ſunt obſeruatiōes maximę. Prima qdē eſt, qa planeta qñq; maior, qñq; minor vř, igř qñq; nobis ppior, qñq; remotior vt pſpectiui probant, qua rōne oportet cōcedere aut eccentricos, aut epicyclos.

epicyclos. Hæc rõ eſt longius tacta à Ptolemęo vt in qn ta dictione magnæ conſtructionis capite.14.& .16. Secunda vero eſt quia perceperunt inæqualitatem motus ſolis circa medium mundi. Cum igitur motus ſolis ſit irregularis circa medium mundi, oportet vt ſit regularis circa centrum proprium, quare habet aliud centrum circa quod regulariter mouetur, & ita eccentricum, & hęc ratio laudatur à Ptolemæo in.3. dictione capite.3. Tertio Ptolemęus arguit per diuerſitatẽ eclipſiũ, quæ apparent in luna cũ eclipſatur, vt fuit deductũ. Epicyclos vero concludunt aliæ apparentiæ, prima eſt, quia obſeruata eſt luna in eadem pte eccentrici qñq; eleuata qñq; depreſſa, hoc aũt p epicyclũ ſaluatur. Secũda eſt retardatio & acceleratio in luna, & in alijs planetis directio et retrogradatio & ſtatio, quæ eſſe non pñt niſi p epicyclum. Hæc pro aſtrologis. De re iſta hæc volo ſufficiant ad hunc librum, nam in codicillo noſtro de orbibus perſuaſi hoc apertiſſimis demonſtrationibus. Confutaui etiam nonnullas vanas fictiones aliquorum, qui vt peripatetici videantur, in fabulas trudunt aniles, & demonſtraui Porphyrium philoſophũ, non minus phyſicũ q̃ mathe. declarare quatenus Ptolemæus ea quæ Ariſt. cœpit, perfecit, nunc vero vſq; intantum ſit dictum.

Pro epicyclis.

Præterea cum omne quod mouetur ab aliquo moueatur: difformitatem motionis euenire neceſſe eſt aut ex parte motoris, aut ex parte rei quæ mouetur, aut ex parte vtriuſq;. Nam ſi id quod mouet ijſdem non mouerit viribus: & ſi id quod mouetur, alteretur, & non idem permaneat: & ſi vtrunque mutetur, id quod mouetur, difformiter moueri prohibet nihil. At horũ nihil circa cœlum fieri poteſt. Nam id quod mouetur & primũ, & ſimplex, & ingenerabile: & incorruptibile: & oĩs mutationis expers demõſtratum eſt eſſe. Id etiã quod mouet, multo magis rationi conſonat tale eſſe: primi ſiquidẽ primum, & ſimplicis ſimplex: & incorruptibilis ingenerabiliſq;, incorruptibile ingenerabile ve motiuum eſt. Cum igitur id quod mouetur non permutatur, & ſi eſt corpus, id quod mouet, pfecto nõ mutabit: corpore cũ vacauerit. Quare & impoſſibile eſt lationẽ eſſe difformẽ.

Expoſitio. Secundo arguit hypothetice ſic, ſi omne quod mouetur, ab aliquo mouetur, vt in phyſicis eſt oſtẽſum, difformitatem motionis euenire neceſſe eſt, aut ex parte motoris aut ex parte rei, quæ mouet, aut ex parte vtriuſque. Sumas igr̃ maiorẽ ſic, ſi motus cœli eſt irregularis & difformis, neceſſe eſt ipſum eẽ difformẽ aut ex parte mobilis, aut motoris aut vtriuſq;, & exponat iſtud cõſequẽs: nã ſi id quod mouet, ijſdem nõ mouerit viribus, ſed nunc remiſſis nunc auctis, & ſi id quod mouetur, alteretur, & non idẽ permaneat, ſed nunc magis, nunc minus reſiſtat, & ſi vtrunq; mutetur, motor quidem ad remiſſionẽ virtutis, mobile ad auctionem reſiſtentiæ, id quod mouet, difformiter moueri, prohibet nihil, immo eſt ſimpliciter neceſſarium. Eſt igitur maior vera, q ſi motus cœli eſſet difformis, oporteat aut vt motor, aut vt mobile, aut vtrunq; permutetur. Deſtruit cõſequens & ponit minorẽ, & inquit. {At horũ nihil circa cęlũ fieri põt} qđ probat per ea quæ probata ſunt, & inquit. {Nã id quod mouet & primũ} ad quod ſtat vltima oĩum eorũ quæ mouentur deductio {& ſimplex} quia non ex elementis {& ingenerabile & incorruptibile} quia caret materia {& oĩs mutationis expers} quia caret contrario {demonſtratũ eſt eſſe.} Id ẽt quod mouet, multo magis rationi conſonat tale eſſe, primi ſiquidẽ primũ, & ſimplicis ſimplex,

A eſt incorruptibilis ingenerabiliſq;, incorruptibile, ingenerabileq; motiuũ eſt. Demũ epilogat vim rõnis & inquit. {Cum igitur id quod mouet non pmutat, & ſi eſt corp⁹, id quod mouet profecto non mutabitur, corpore cũ vacauerit.} Quare cũ nec ex pte motoris nec mobilis nec vtriuſq; aliqua ſit permutatio, ẽt impoſſ eſt lationem eẽ difformem, põt igitur ſylls categorice ſic confici, omne quod difformiter mouetur permutatur vel ex parte motoris, vel mobilis, vel vtriuſq;: cœlum nulla ex pte pmutari põt, igr̃ cęlũ nõ difformiter mouet. Hæc Ariſtotel.

Quæ Auer. cõmen.14. Auerroes aũt reducit demõſtrationem Ariſt. ad duas propõnes, ex quibus põt confici vnus ſylls, quarum prima eſt velocitas & tarditas in motu ex proportione potentię motiuę ſup reſiſtentiam proficiſcitur, nã ſtante eadem reſiſtentia et aucta potentia, motus increſcit. Silr. ſtante eadem potentia, & diminuta reſiſtentia, motus increſcit. Diminuit aũt aut diminuta potentia, & reſiſtentia non, aut aucta reſiſtentia, & potẽtia nõ. Quare forſitan nõ male ſentiunt Calculatores dicentes velocitatũ proportionẽ proficiſci ẽ proportione proportionũ potẽtiarũ mouentiũ ad reſiſtentias mobiliũ, quod etiã Auer. 7. phyſi. auſcultationis ſentire vr̃ cõmen.35. & in.4. eiuſdẽ cõmen.71. quæ res in noſtris phyſicis perquirat. Secunda propõ eſt q motores cęlorũ, cęliq; ipſi ſunt ſimpliciter inuariabiles, tũ quia ſimplices, tum quia ingenerabiles, & materia carent, tũ quia carent cõtrario. Ex his ſequitur talẽ motũ eſſe ſimplr̃ vniformẽ. Secũdo debes ſcire (vt Auer. indicat) aĩal moueri pp duo, pp inſtrumẽtum, vt pp ſpiritum qui ad membra motiua tranſmittit. Et pp deſiderium aſſequendi aliquem finem, quẽ nõ habet, hinc in aĩali motus reddit irregularis primo ex parte ſpiritus, qñq; quidẽ, n. remiſſe mouetur, quia nondũ ſpiritus expanſus eſt, qñq; celeriter, cũ ſpiritus maxime expanſus fuerit, qñq; declinat cum ſpiritus eſt reſolutus.

Quid calculatores.

Secundo ex parte deſiderij, creſcit. n. deſideriũ qñque ad motũ, vt ppter ſaluationem, veluti in lepore, cum venatici aufugit canis rapinã, qñq; decreſcit propter alias cãs. Ex his ſecunda rõ eſſe põt, quare motus cęli eſt regularis, ex parte quidem inſtrumẽti, quia nullum habet reſolubile, ex parte deſiderij, quia nullũ habet agẽdi finẽ aliquẽ quem nõ habeat, ſed conſeruandi quem hẽt. Hæc igitur ratio ex parte motoris, & mobilis ſumpta eſt.

C Inſuper etiã ſi difformis euadat, aut ipſa tota mutatur, & interdũ velocior, interdum tardior rurſus fit, aut ipſius partes: partes quidem difformes non eſſe patet, iam enim facta eſſet ſtellarum diſtantia infinito in tempore, ſi alia tardius, alia velocius moueretur: at nulla in diſtantijs aliter ſeſe habere videtur.

Expoſitio. Tertio arguit ex parte mobilis tm̃, nam ſi motus diurnus quo orbis ſtellatus mouetur apud Ariſtotelem difformiter mouetur, aut difformitate motus partium hoc eſt ſtellarum, aut difformitate totius lationis: ſed neutro modo eſſe poteſt in cœlo, vt probabitur, igitur motus cęli non eſt difformis. Primo proponit maiorem, & inquit. {Inſuper etiam ſi difformis euadat latio ipſa pma, qua ſtellatus orbis mouetur, aut ipſa tota mutatur, & exponit ſe dicens & interdũ velocior, interdũ tardior rurſus fit, vt in lepore ſpectatur, qui nunc accelerat, nũc tardat, nunc repedat; aut ipſius partes videlicet ſtellę, quæ in ipſo ſunt. Hæc eſt maior, deſtruit conſequens & addit minorem, & primo probat partes, hoc eſt ſtellas non difformiter moueri, & inquit. {Partes quidem difformes non eſſe patet. Iam enim facta eſſet ſtellarum diſtantia infinito prętcrito in tempore, ſi alia tardius, alia velocius moueretur, at nulla in diſtantijs aliter ſeſe habere videtur} aut obſeruatur, igitur ſtellæ illæ ſunt inuariabiles.

Quæ Ptolo.

Hæc ratio eſt Ptolemęi in lib. magnæ conſtructionis, probat. n. diſtantiã ſtellarũ inuariatam eſſe per obſerua-

tione Abrachis, dixit enim Abraches ſtellam in labio meridiano cancri & ſtellã lucidã quæ caput añcedit hydræ & ſtellam lucidam in cauo antecedente, fere ſm rectitudinem, niſi ꝙ media illarum tendit ad meridiem ꝑ digitum cum dimidio, & longitudines inter eas fere æquales eſſe. Amplius earũ quatuor quæ ſunt in capite leonis, duas orientales videlicet, & aliam ad caput hydræ eẽ in linea recta aſſerit, ſcripſit etiam Abraches alias, quas omitto, has Ptolemeus ſuis obſeruauit temporibus, reperitq; eas cum eiuſdem diſtantijs conſtitutas, & cum inter ipſum & Abrachen anni fluxerint circiter. 260. quas cũ tanto tempore manſiſſe viderit, concluſit eas ſemper inuariatas eſſe. Hæc Ptolemæus.

Tota vero mutari non poteſt; remiſſio nanque cuiuſq; ob imbecillitatem fit. Imbecillitas vero res eſt præter naturam: & .n. imbecillitates quæ cunctis inſunt animalibus: præter naturam accidunt. Ceu ſenectus & tabes.

F

Expoſitio. Hactenus ꝙ non ſit difformis penes partes, ꝙ non penes totum, nunc perſuadet, & primo proponit hoc, & inquit. {Tota vero mutari non põt,} vtpote ad mutationem totius cœli, cuius cãm reddit, & inquit {Remiſſio nanq; cuiuſq; aĩalis quo ad corpus ob imbecillitatem fit. Imbecillitas vero eſt res eſt præter naturam} quod exẽplo oſtendit. Et inquit {Etenim imbecillitates, quæ cunctis animalibus inſunt, præter naturam accidunt vt ſenectus, & tabes} quæ græce eſt phthiſis, vt Celſus inquit. {Hæc eſt illa, quã nonnulli medici vocant naturalẽ maciem, ſiue ſenilem hecticam, quæq; ex diminutione procedit caloris naturalis. Sic igitur habemus ſi cœlũ aliqñ debilitaretur, oporteret præter naturaliter diſponi.

Tota nanq; forſitan aĩalium cõſtitutio ex talibus conſtat, quæ proprijs differunt locis; nulla enim partium ipſius ſuo eſt in loco.

G

Expoſitio. Poſſet obijci Ariſt. ꝙ ſenectus & tabes ſunt naturales, quia cõi curſu & ineuitabiliter animali accidunt. Reſpondet hæc eſſe naturalia quo ad naturam vniuerſalem, præter naturã autem ſunt particularem. Sunt quidem ꝑter naturam particularem, quia illa intẽdit cõſeruationẽ indiuidui. Sunt vero ſm naturã vlem, quia illa intẽdit cõſeruationem vniuerſi. Inquit {tota nanq; forſitan aĩaliũ conſtitutio ex talibus conſtat, quæ proprijs differunt locis} vt ex quatuor elementis, quare ſm naturam vniuerſalem eſt illa diſſolui in propria loca proficiſcendo. Cõtra tñ naturam particularem, quatenus ad illam ſequitur deſtructio indiuidui, & ita imbecillitates quæ propter miſtionem elementorum eueniunt, præternaturales ſunt, ſaltem reſpectu indiuidui. Hæc ad cauillum.

Si igitur in his quæ prima ſunt, nihil præter naturã eſt, ſimplicia nanq; ſunt & nõ miſta, ſua quoq; in regione conſtituta: nihilq; prorſus ipſis contrarium, imbecillitas profecto nulla in ipſis erit. Quare nec remiſſio, nec intenſio: nam ſi intenſio fuerit, remiſſio etiam erit.

H

Expoſitio. Complet ſylm, qui hoc mõ eſt, ſi latio cœli difformis eſt tota, mutaĩ mutatione cœli, ſed mutatione cœli nõ mutaĩ, quia cœlũ non eſt mutabile. Et hoc probat, ſi igitur in his q̃ ꝑma ſunt, nihil ꝑter naturã eſt, ſimplicia nanq; ſunt, & nõ miſta, ſua quoq; in regione cõſtituta, nihilq; prorſus ipſis cõtrariũ, ĩbecillitas, ꝑfecto nulla in ipſis erit, quare nec remiſſio, nec intenſio, nam ſi intenſio fuerit remiſſio etiam erit, & ẽ contra, latio igitur cœli vniformis eſt.

Quæ Auer. comen. 27. Dubitatio. Auer. Auerroes autem mouet quæſtionem, quia aliquis poteſt dicere cœlo non accidere variationem ex parte mobilis, ꝑp cauſas dictas. Sed variationem ex parte motoris, qui licet in ſubſtãtia ſit inuariabilis, accidẽte põt variari, nã vt animal ſublunare accelerat & tardat motum

E

per voluntatem quæ ſequitur apprehenſionem alicuius finis, ſic & corpora cœleſtia, quæ etiam mouent per appetitum & voluntatem, quæ ſequuntur apprehenſionẽ alicuius finis. Solutio. Reſpondet aliter eſſe in animalibus illis diuinis, aliter in animalibus ſublunaribus. Hæc enim nõ mouẽt ſe, niſi moueanĩ ab appetibili extrinſeco, ẽ quo cãtur, & ſurgit cõꝑhenſio, & ita hæc aĩalia videnĩ moueri ꝑ ſciam cãtam ã rebus, diuina vero illa aĩalia mouẽt ſe, ꝑ ſciam, q̃ eſt cã rerꝫ. Replicatio Auer. Cõtra replicat Auer. nã illa nos intelligũt, & intelligẽdo gubernant nos, igiĩ voluntate intrinſeca pñt nũc accellerare, nũc tardare motũ. Et ſi non ꝑ eorꝫ neceſſitate, ſaltẽ ꝑ nrã, veluti in gubernatore exercitus euenit. Solutio. Rñdet ſciam illorꝫ eſſe in actu ſemꝑ, quia eſt eorũ ſuba, quare nihil tunc intelligunt, quin prius intellexerĩt, nihil prius qđ non nũc, hæc .n. intelligunt intelligẽdo ſe, & ꝑ eſſentiã propriã, ſuperiora vero ꝑ eſſentiã ſuperiorũ, & ſic ſcia illa eſt inuariabilis, & ita appetitus. Tu ſi vis, reſponde ad formã. P8. Auicennæ de ſenſibus cœli. Ex his refellit errorẽ Auicennæ, voluit .n. Auicẽna cœlũ de virtutibus aĩæ habere intellectũ & ſenſum, dico ſenſum interiorẽ vt eũ, quẽ græci phantaſiã vocãt, nos vero imaginationẽ, intellectũ quidẽ illis Auicẽna præbuit vt ſe ipſa ſp in actu intelligant, ſenſum vero, vt de nouo hæc perciperent, & ꝑ neceſſitate gubernent. Qua ratione adhuc qõ ſtat contra Ariſto. Confutatio Auer. Contra obijcit Auer. enthymematice, ſi cœli haberent phantaſiam, haberent inſtrumenta ſenſuum, et ſi haberent inſtrumenta ſenſus, eſſent eis tributa ob ſalutẽ, & ſi ſibi ſenſoria illa eſſent ob ſalutem tributa, poſſunt accidere eis occaſiones, & caſus. Declaraĩ hoc enthymema, nam vt dicitur in fine libri ſecundi de aĩa, phantaſiã eſt motus factus ã ſenſibus ſm actum, igiĩ ſi hñt phantaſiam, hñt ſenſus exteriorẽs, & ſi ſenſus exteriores, igiĩ ſenſoria, quæ græce organa dicunĩ ſenſuum. Hæc eſt prima cõſequentia. Secunda deducit, cũ .n. ſenſuum denĩ alij aĩalibus ob neceſſitatẽ, alij ob melius, hoc eſt ob ſalutẽ, tactus quidẽ ob neceſſitatẽ datus eſt, cæteri ob melius atq; ſalutẽ. Ex his ſequiĩ, ſi illa hñt ſenſoria, eſſe eis ſenſoria data ob ſalutẽ, nã his finis eſt, hæc de ſecunda. Tertiam deduco iterum, nam ſi ob ſalutem ſenſoria tribuit illis natura, cum contraria ſint apta fieri circa idem, igitur illis poſſunt accidere occaſiones, caſus & calamitates, veluti obcæcatio, vel fractura cilij, & id genus, aliter .n. fruſtra eſſent tributa ob ſalutem. Hæc autem ſunt obſcœna, quare animalia illa hæc nullatenus habere neceſſe eſt.

Poſſet tñ quæri hic, an cœli ſentiant, vt platonici videntur tenere, quæ res in aliud differatur tempus.

Præterea irrationabile etiam eſt, mouens ipſum infinito tempore eſſe impotens, & rurſus alio infinito potens: nihil enim tempore infinito præter naturam eſſe videtur: at imbecillitas res eſt præter naturam.

Expoſitio. Quarto arguit ex parte motoris, vbi debes ſcire motũ cœli poſſe eẽ difformẽ vno iſtorꝫ modorũ, vel intelligẽdo vno tpe infinito ipſum intẽdi ſemper, alio tẽpore infinito remitti ſp vel toto tpe infinito ã parte ante & ã parte poſt remitti ſolũ, aut intẽdi ſolũ, vel viciſſitudinaliter ipſum nunc intẽdi, nũc remitti, hocq; viciſſim infinities redire. Oñdit igitur Ariſtot. nullo horum modorũ poſſe eſſe difforme, & primo ꝙ non ſit difformis per hoc ꝙ vno tpe infinito intendiĩ ſemꝑ, vt in præterito, alio remittiĩ ſp vt in futuro, ſiue e cõtra, & arguit hypothetice ſic, ſi motus cœli vno tpe infinito intenderetur, alio vero infinito remitteretĩ, tunc mouens cœlum vno tẽpore infinito eſſet potẽs. Alio tpe eſſet impotens ac ĩbecille. Deſtruiĩ cõſequẽs primo, quia nihil ꝑter naturã põt eẽ tpe infinito, nec ã parte ante ſolũ, nec ã pte poſt ſolũ, vt fuit deductũ in primo huius: at imbecillitas res eſt præter naturã, vt in priore ratione eſt oſtenſum, igiĩ non poteſt eẽ tpe infinito ante, aut tempore infinito poſt. Dubitatio. Debes ſcire ꝙ Ariſtoteles videtur diminutus, nõ .n. ſemꝑ remiſſio

cauſatur

Solutio. cauſatur ex imbecillitate potentiæ mouentis, ſed quandoq; ex cremento reſiſtentiæ mobilis, igitur videtur diminutus. Dici poteſt vno modo q etiā hæc aucta reſiſtentia erit res præter naturam, & ſic ratio valet vt prius. Vel dici pōt in hac ratione ſupponere id quod in proxima rōne probauit, videlicet nullā poſſe eſſe variationē ex parte mobilis, nunc probat q nec à parte motoris.

Inſuper etiam nec ęquali in tēpore id quod eſt præter naturam; & id quod eſt ſecundum naturam exiſtit.

Expoſitio. Secundo idē probat, quia nō pōt æquali tempore eſſe id quod eſt præter naturam, & id quod eſt ſm naturā. Tēpus.n. permanentię rei præternaturalis minus eſt tpe permanentię rei naturalis, quia res præternaturalis eſt rarenter. Res vero naturalis vt per ſe intenta eſt plerunq;, igitur tps imbecillitatis non poteſt eſſe æquale tempori potentiæ, cum imbecillitas ſit præternaturalis, potentia vero naturalis, vt nunc ſupponendum eſt.

Itemq; nec omnino potens, vel omnino imbecille: nam, ſi remittetur motus, ipſe infinito tēpore remittatur neceſſe eſt: aut nihil aut intēdi ſemper, vel remitti retro ſemper poteſt: erit enim infinitus, indeterminatuſque ipſe motus. Sed omnem diximus & e quodam inquiddam definitum eſſe.

Expoſitio. Secundum membrum fuit imaginādo motum vel toto tempore vtraq; ex parte remitti per remiſſionem potentiæ motoris, vel toto tempore vtraq; ex parte intendi per crementum potentię motoris, hoc vult confutare, & primo proponit cōcluſionem, & inquit, Itemq; nec omnino, hoc eſt vniuerſo tēpore vtraq; ex parte potēs, vel omnino imbecille vtraq; ex parte, hoc proponit probare. Et licet illa particula vel græce ſit καὶ quod videtur habere ſonum copulatiuum, hic diſiūctiuam habet vim.

Propoſita concluſione, probat illam, & arguit hypothetice à deſtructione conſequentis dicens, nam ſi remittetur motus vniuerſo in tempore, puta à parte ante, & à parte poſt, ita vt toto tēpore ſit remiſſio, ipſe infinito tēpore remittatur neceſſe eſt. eſt igitur hypothetica ſiue maior, ſi motus toto tempore remittitur, infinito tempore remittetur. deſtruit conſequēs & ponit minorem, aut nihil aut intendi ſemper, hoc eſt tempore infinito, aut retro ſemper remitti pōt. Conclude, igitur non poteſt toto tempore remitti vel intendi. probat minorem, & inqt. Erit enim infinitus indeterminatuſq; ipſe motus. quod iterum deſtruit dicens, ſed omnem diximus & ē quodā inquiddam definitum eſſe, vt patet ſexto Phyſico. igitur non poteſt tempore infinito intendi, vel tempore infinito remitti oī ex parte. **Dubitatio.** Sed occurres, quia non eſt incōueniēs motū cęli eē īfinitū & indeterminatū, qa nō eſt ē quodā i qddā. 6. phy. **Solutio.** ſolū. n. Illud ē verū de motu recto.

Quæ Auer. comen. 38. Debes ſcire vt colligitur ab Auerroe motū eſſe terminatum, poſſe dupliciter intelligi, aut ſm quātitatem, aut ſm qualitatem. Motus quidem rectus quantitate & qualitate terminatus eſt, quātitate quidem, quia ē quodam eſt in quiddā, qualitate vero, quia eſt finite intēſus, vel finite remiſſus. Motus cœli eſt quantitate infinit⁹, quia nō eſt ē quodam in quiddam, ſed circa quoddā: qualitate vero finitus, quia finite intēſus aut finite remiſſus.

Secundo debes ſcire, q omnis intenſio vel remiſſio debet eſſe finita, quia omnis talis eſt alteratio quędam, omnis alteratio eſt ē quodam in quiddam. Tunc ad quæſtionē, patet impoſſe Ariſto. ſi enim toto tempore motus procederet remittendo, tunc tempore infinito remitteretur, & ſic remiſſio eſſet ſine termino, hoc autem eſt impoſſibile, quia oīs motus pter circularem diximus eſſe ē quodam in quiddā, & ita remiſſio cum ſit motus alterationis eſt ē quodā in qddā, & p conſequens non infinita,

Ex hoc patet q dici non pōt hanc remiſſionem eē vniformem & infinitam, quia oportet tandem venire in terminum cum ſit ipſa motus ē quodam in quiddam. Et nota q alij hunc textum non intelligunt, nam tranſlatores non perceperunt bene verba Ariſtot.

Auer. vero digrediendo probat motores orbium eſſe virtute finitos ac vigore, & potentia terminatos. **Quæ Auer. comen. 38.** Primo, quia ſi motores orbium eſſent infiniti, tunc non differrent. deducitur, quia infinitum totum occupat. vltra non differūt, igr̄ non erunt tot quot orbes, imo vnus tm̄ infinitus. Secundo, ſi quilibet eſſet infinitus, tunc motores ad ſua mobilia non haberent proportionem, igr̄ nō haberent ꝓprias, & cōſtitutas proportiōes, qb⁹ differūt, & ita omnes erunt vnus, eſt enim ablata cauſa differētię. Tertio, ſi quilibet motor eſſet infinitus, tunc motus eſſet in non tempore, nam proportio velocitatum eſt pro ꝓportione proportionū potentiarum ad ſua mobilia, quare, vt proportio infinita excedit ꝓportionē per infinitū, ita motus ꝑ infinitum excedit motū. Quarto. Ariſto. arguit infra. ſi orbi adderetur aſtrū, aut non moueretur, aut tardius moueretur. Mō, ſi motor eſſet infinitus, ſtaret oppoſitū cōſequētis cū añte. ꝓp hæc tenet Auer. motores orbiū eſſe finitos. Vbi debes ſcire, q eſſe terminatū pōt eſſe quo ad tempus, & quo ad gradum perfectionis. Terminatum tpe eſt, quod tanto tpe ꝑdurare pōt, & nullo maiore. Terminatū vero gradu eſt, quod pōt eſſe ſub gradu a, & nullo maiore. **Terminatū dupliciter.** Quare duplex terminus, et qualitatiuus, & qͣtitatiuus, **Termin⁹ duplex.** Termin⁹ qͣtitatiuus ſequit materiā. res. n. eſt in tanto tpe, & non in maiore ꝓp potentiā mąg. Terminus vero qualitatiuus ē gradus pfectiōis, & hic ſequit formā, terminus itaq; proportionū potentiarū mouentiū ad ſua mobilia ſequitur mēſurā virtutū ipſarū & formarum. Ad qōnem igitur, motores orbium cū materia careant, non ſunt tpe terminati, quia ſunt formę & differentes erunt potentiæ terminatæ, & proportiones terminatæ, quæ res eſt communis formis ſeparatis, & materialibus, quia omnes ſunt formæ. Hæc materia de infinitate motorū cœleſtium, tractat in codicillo nr̄o de infinitate primi, & quære illic multa pulchra ad ꝓpoſitū, & ſi vis videre an orbis reſiſtat motori, quære librū deſtructio deſtructionum, nam multa in illa ætate diximus, quæ nunc non egent retractatione.

Præterea idem ſequetur, ſi aliquis eſſe quoddam tps minimum ſumat: quo in minore cęlū moueri non poteſt. nam, vt neq; ambulare, neque citharizare quouis tempore aliquis poteſt, ſed cuiuſque actionis definitum eſt minimum tempus, per hoc q ipſa non exceditur, ſic nec cęlum moueri quouis in tempore poteſt. Si igitur hoc verum eſt, nō erit ſane lationis ſemper intenſio. Quòd ſi non erit intenſio, nec remiſſio erit, Similiter enim ambo erunt.

Expoſitio. Secundo idem perſuadet ſic, ſi eſt tps minimum quo cęlum mouetur, ita vt in nullo minore moueri poſſit, nō poteſt toto tpe motus cœli procedere velocitando atque velocitando. patet enim hoc, quia vbi velocitando & velocitando procederet motus, non poſſet dari tempus minimum. minuitur. n. tempus motu velocitato. Tūc pono añs, ſed datur tempus minimum quo cœlū mouetur, & ſequitur pō conſequentis, igitur non pōt infinito totoq; tpe procedere velocitando ac velocitando. Minor probatur per ſimile in omnibus alijs actionibus, in omnibus enim alijs actionibus eſt minimum tempus, quo minore nulla illarum eſſe poteſt. Inquit, pręterea ſup. idem ſequitur ſi aliquis eſſe quoddam tempus minimū ſumat, quo in minore cœlum moueri non poteſt. eſt igitur maior ſi cęlum mouetur tempore minimo, non poteſt velocitando toto tpe infinito ꝑcedere: deinde probat ꝓnem

anteccedentis p ſiſt in alijs motibus,& inquit.{Nã vt neque ambulare,neq; cytharizare quouis t pe aliquis põt. Sed cuiuſq; actionis definitum eſt minimum tps,hac videlicet definitione,q illa actio non exceditur nec in minore eſſe põt.hoc eſt ad hũc ſenſum,q in illo ſit,& in nullo minore,infert põnẽ antecedẽtis,& inquit.{Sic nec cœlum moueri quouis in tempore põt,& ita patet cœlũ tempore minimo moueri.Tunc epilogat vim rationis, et inquit.{ſi igitur hoc verũ eſt,non erit ſane lationis ſp intenſio,ſed verum ſup.eſt cœlum moueri minimo tempore,igiẽ non erit lationis ſemper intenſio.vltra,ex hoc remouet aliud membrũ.& inquit,q ſi non erit ſemper intenſio,nec erit ſemper remiſſio,reddit cãm,& inquit.{Similiter.n.ambo erunt,intẽſio quidẽ in minimo tpe, remiſſio in maximo,vt igitur non eſt minus ipſius minimo,ſic nõ eſt maius maximo,& ita ambo ſimiliter ſunt in certo conſtituto tpe.Hęc eſt ratio vt mihi videtur.

Eritq; alterũ ſi & eadẽ quidẽ velocitate,aut maiore intenditur,& tempus fuerit infinitum. F

Expoſitio. Non imperite Expoſitor ſentit circa hunc textũ,vult enim Ariſt.per hunc ſermonem remouere cauillum. nã poſſet cauillator fingere motũ cœli procedere creſcendo per partes proportionales minoribus,& minoribus verſus futurum,quæ auctio nunq̃ tñ augetur,vt ſit in minore tpe minimo. Verbi cã poſſum fingere cœlũ ab ęterno cępiſſe moueri velocitate vt duo,deinde creuiſſe p velocitatem,quæ eſt vt vnũ illi priori addita ita vt tota excreſceret ad velocitatẽ vt tria,deinde creuiſſe,per dimidium eidẽ additũ,ita vt tota excreſcat ad tria cum dimidio,deinde p dimidiũ,dimidij eidem additũ,ita vt tota ſit vt tria cũ dimidio & dimidio dimidij,et ſic in infinitũ. Quo quidẽ in caſu motus procederet velocitando,& tẽpus minorando,nõ tñ ita minorabitur tps vt ſit deueniręad minus minimo,quia additio ſit p partes proportionales minoribus & minoribus,quæ nunq̃ facient vnam velocitatem vltra quatuor,& ſic ſemper erit,& nunquã vltra minimũ tẽpus. G Huic igitur cauillo,rñdet Ariſtot. dictũ argumẽtũ valere,ſi fiat additio p ptes ęquales priori vel maiores,vt ſi motus fuerit velocitatis vt duo,addatur tanta velocitas,vel maior,ſic.n.ſequitur eſſe deueniẽdũ ad tps in infinitũ minus,& per conſequens non dari minimũ.Inquit.{Eritq; alterũ.i.intenſio in tpe in infinitũ minore ſi & eadẽ vel ęquali velocitate,vel maiore motus ille augendo intenditur,pcedatq;,& tẽpus illius augmenti fuerit infinitũ à parte ante & à parte poſt,vt dictũ erat,nam ſic non eſt dubium non eſſe deueniendũ ad tps minimũ.

Replica. Et ſi dices,igitur Ariſt.non habet motũ cęli eſſe vniformẽ,quia ſaltem põt intelligi ipſum procedere velocitando p additionẽ partiũ proportionalium minoribus procedentibus verſus futurum.

Solutio. Dici põt nõ haberi concluſionẽ perfecte p hanc probationẽ,ppea eſt recurrendum ad alias rões,tunc enim nihil deerit.

Ratio calculatorum. Ex his põt rõ calculatorum tolli,qua probant dari infinitũ velocem motũ,arguunt.n.ſigneẽ primũ momentũ ſiue H primũ inſtans non eſſe calefactionis,& arguunt in hoc inſtanti non eſt calefactio,cum ſit primum calefactũ eſſe, & immediate ante hoc fuit calefactio,igiẽ immediate ante hoc fuit infinitus velox aliquis motus,qm̃ nullũ fuit inſtans ante hoc,quin inter illud,& hoc fuerit aliquis motus,igitur in infinitũ velox fuit aliquis motus.

Solutio. per verba Ariſt.patet ſolutio,non.n.eſt impoſſibile infinitũ velocem fuiſſe aliquem motũ non per certã velocitatẽ,ſed ad intellectũ datũ,hoc eſt ſyncategorice vt dicunt. Debes ſcire q illam conſequentiam,ſi non erit intenſio,nec remiſſio erit,nam ſimiliter ambo erunt.

Quæ Alex. & Simpli. Alexan.& Simplicius velle videnẽ Ariſt.arguere ſic,ſi motus cœli põt velocitari ſp,põt debilitari ſemper,& ẽ cõtra:igiẽ,ſi non põt velocitari ſemper,nec tardari ſemper poterit.primã vero conſequentiã probant,quia velocitas dicitur reſpectu tarditatis,& ẽ contra.

E Auerroes vero probat per hoc,quia vna eſt oppoſitorum potentia,quia ſi vnum eſt poſſibile & alterũ eſt poſſibile,& ſi vnũ eſt impoſſibile,etiam alterum,vt Secũdo topicorũ diciẽ.ſed in textu aliter deduximus,vt patuit.

Auer. comment. 39. Auerro.præterea probat aliter,q motus cęlẽ non poſſit tardari in infinitũ,nec augeri. Primo,quia tam potentia motoris,q potentia mobilis eſt finita & terminata.Secundo per impoſſe,quia ſi potentia motoris remittetur,veniet ad tantam remiſſionem vt mouere nõ poſſit amplius,et ſi intendetur,veniet ad tantam intenſionẽ vt moueat per infinitũ modicũ tps,& ſic ad nõ tempus, & ita non erit motus.Hæc Auerro.

Dubitatio. Occurret iunior, nam tempus quo mouetur cęlum videtur maximũ,eo quia in illo mouetur,& in nullo minore:igitur ſi eſt maximum,non poteſt eſſe minimum.

Solutio. Dici põt illud eſſe maximũ & minimum,nam aliter eſt in ſempiternis,aliter in corruptibilibus.In ſempiternis.n.priuilegio imutabilitatis,omnis motus eſt in maximo & minimo tẽpore,ſed reſpectu diuerſorum. F eſt.n.maximũ quo non põt eſſe maius,eſt vero minimũ,quo nõ põt eſſe minus.Hęc aũt ſunt,quia motus ille eſt imutabilis & vniformis. In rebus vero corruptibilibus quæ mouentur motu difformi,nõ eſt ſic,vt patet in ſexto Phyſicorũ.Hęc de dubio.

Reliquum igiẽ eſt,vt dicamus motui ipſi velocitatem viciſſim atq; tarditatẽ ineſſe,ſed hoc ratione prorſus caret:eſtq; figmento ſimile.Prętereа rationi etiam magis accedit,id ipſum ſi ſit, nos nõ latere:ea ſiquidẽ,quæ iuxta ſe ponunẽ, facilius ſenſu diſcernunẽ.Cęlum igitur vnũ eẽ, hocq; ingenitum atq; ſempiternum,itẽq; vniformi ſp motu ferri,intantũ ſit nobis dictum.

Expoſitio. Tertium nunc membrũ refellit,& probat cœlum non moueri difformiter p viciſſitudinariam crementi,& decrementi difformitatem.primo,quia vr̃ abſq; ratione & G figmentum.Secundo,quia ſenſu percipitur oppoſitum, inquit:{Reliquum igitur eſt vt dicamus motui ipſi velocitatem viciſſim atq; tarditatem ineſſe,hoc enim fuit tertium mẽbrum.Contra obijcit,& inquit,{Sed hoc ratione prorſus caret,& quia nihil correſpondet ſibi in re, erit figmento ſimile.Secũdo obijcit,quia cõtra ſenſum, & inquit.{Præterea rationi ẽt magis accedit idipſum ſi ſit,nos non latere,ea ſiquidem quæ iuxta ſe ponuntur,facilius ſenſu diſcernũtur.Vnde,cum hoc anno ſit velocitas,alio tarditas,& ſic viciſſim iuxta ſe hæ ponantur,facile ſenſu diſcernemus,oppoſita enim iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.cæterum epilogat omnia quæ dixit de toto cęlo,quia vult tranſire ad partes eius.

Quæſtio.

An Motus cœli ſit Regularis & uniformis.

QVærũt,vtrũ motus cęli ſit regularis.vr̃ q nõ,quia ille eſt cũ reſiſtentia:igitur irregularis.antecedens H patet,cęlũ.n.reſiſtit motori,vt Auer.probat hic p multa verba,cõſequẽtia tenet p id qđ videmus in aĩali.corpus .n.qa reſiſtit aĩę,ppea motus aĩalis eſt difformis.Ariſ.vero,pbauit oppoſitũ p multas rões.

Põ Albertilla. Albertilla facit differẽtiã inter motũ regularẽ,& vniformẽ,ppea concedit motũ cęli eſſe difformẽ:nã ptes iuxta polos tardius,ptes vero iuxta ęqnoctiũ celerius ferunẽ:nõ tñ cõcedit ipſum eſſe irregularẽ,imo regularẽ,qa nõ certo tpe velociorẽ, certo tardiorẽ.

Confutatio Propria ſol. Sed cõtra hãc ſolonẽ eſt.nã Ariſt.pbat hunc motũ eſſe vniformẽ,verbũ.n.illud ὁμαλὸς græce,latine ſonat vniformis:ppea dicerẽ motũ cęli eſſe vniformem. Vbi animaduertione dignũ motũ cœli eſſe vniformem rõne pũcti velociſſime moti:vt ratione capitis arietis vel librę,qui eſt in ſectione zodiaci & æquinoctialis. quia igitur hic punctus ſemper vniformiter mouetur,vt in.24.horis,ideo totus motus diciẽ vniformis,penes vero motũ cęterarum ptium,nec vniformis,nec difformis

eſt

eſt denoiandus, quia penes illum nō dr̄ velox vel tardus.

Solu. Ioan.

Ad rationem reſpondet Ioannes, mobile reſiſtere motori, & cœlum reſiſtere motori, poſſe bifariam intelligi, vno modo per inclinationem naturalem ad alium motū illi contrarium, ad quem mouet, veluti corpus animalis reſiſtit animæ, quia graue vel id genus, & hoc modo reſiſtere irregularitatem efficit. alio modo propter potentiam mobilis ad actum diuerſam, quia mobile eſt potentia tale qualis eſt motor in actu, quæ reſiſtentia eſt in omni motu neceſſaria, & hoc modo cœlum reſiſtit motori. nam cœlum eſt in potentia ad aliquod vbi, & ad oppoſitum vbi, ad quod motor intendit.

Confutatio.

Sed hæc ſolutio nulla eſt, quia cum infinita velocitate poteſt ſtare hęc reſiſtētia diuerſorum vbi, poteſt enim cœlum moueri in duplo velocius, & habere adhuc potentiā ad diuerſa vbi, & rurſus in triplo velocius, & habere eandem, & ita in infinitum, & ſic nulla eſſet cauſa, quare tanta velocitate moueatur, niſi voluntas motoris.

Propria ſol. Deſtructio.

Et licet de hac materia multa dixerim in lib. Deſtructio Deſtructionum, dico nunc cœlū reſiſtere motori poſſe intelligi dupliciter, vno modo reſpectu termini, alio modo reſpectu motus. cœlum reſiſtit motori reſpectu termini, quia non permittit vt inducatur ita cito in terminum ad quem, vt motor intēdit, ſed ſolum. 24. horis. non autem reſpectu motus, quia nō inclinatur ad contrarium motū illi quo mouetur, & propter hoc eſt vniformis. Hæc de quæſtione.

De his vero quæ ſtellæ nuncupantur, conſequens eſt nunc dicere, & ex quibus cōſtent. & quas figuras habeant, & q̄ ipſarū ſint motus.

Expoſitio.

Tria nunc de his cœli partibus, quæ græce aſtra dicuntur, latine ſtellæ, proponit dicere, videlicet cuius naturę ſint, quaſq; habeant figuras, & qui ipſarum motus ſint, hæc. n. tria de toto cœlo ſunt determinata, ꝓpterea reſtat nunc eadem de partibus determinari.

Ordo q̄ſtōis Ratio quæſtionis.

Ordo quæſtionis eſt. quia totum ſemper eſt parte notius, vt. 6. topico. ait Ariſtoteles, propterea tractatus de toto cœlo ꝓcedit tractatum de partibus. Rationabilitas vero quæſtionis eſt, quia videmus non ſemper partem ſequi naturam totius. In animali enim partes et inter ſe, & à toto differunt ſpecie, propterea poſſet idem cenſeri de partibus cęli, & ad totū cęlum, & ad ſe, quæſtio igitur non caret ratione.

Conſentaneum itaq; maxime rationi eſt, & ea quę dicta ſunt conſequitur, vnamquamque ſtellarum profiteri ex hoc corpore eſſe, in quo lationem habet: dicebamus nanq; aliquid eſſe, quod circunferri aptum eſt.

Expoſitio.

Propoſita intētione, nūc proſequit̄, & primo de ſubſtantia, & ponit talem concluſionem, videlicet ſtella eſt de natura eius cœli, ad cuius motum ipſa circunfertur, hoc dicit, & eſſe ad dicta ſequens, maxime rationabile, probat ꝙ ſit maxime rationabile hoc modo, quæcunq; vna eademq; motus ſpecie mouentur, hæc ſunt vnius naturæ: cœlum & eius ſtella vna & eadē motus ſpecie mouentur: igitur cœlum & ſtella vnius ſunt naturæ. Inquit, {Conſentaneum itaq; maxime rationi eſt, & ea quæ dicta ſunt, ſequitur vnamquamq; ſtellarum ꝓfiteri ex hoc corpe eē, in quo lationē habet. {Declarat quo mō maxime rationabile, & prætermittit, quo mō ad dicta ſequit̄, & inquit. Dicebamus nam aliquid eſſe, quod circunferri aptum eſt: quare cum ſtella ſit circūferri apta, videtur vt ſit ipſa etiam de natura cœli. Videtur etiam hoc ſequi ad dicta, licet ipſe nō declarat, quia dictum eſt partem & totum eſſe eiuſdem naturæ, quādo tale totū eſt ſimplex atq; ſimilare, veluti de igne dixit in primo cœli: at cū cœlum ſit ſimplex atq; ſimilare, ſtellaq; illius pars, erunt igitur eiuſdem naturæ.

Præterea, vt qui dicunt igneas eſſe, ideo dicūt quia ſuperum corpus ignem eſſe aſſerunt: nam

A rationi accedit vnūquodq; ex his cōſtare, in quibus eſt vnumquodq;: ſic quoq; nos dicimus.

Expoſitio.

Hoc iterum probat per id quod dixerunt veteres. illi enim ſtellas poſuerunt eſſe eius naturæ, cuius cęlum eſſe dicebant, veluti qui cœlum ignem fatebantur, hi quoq; ſtellas igneas etiam dixerunt. Igitur eodem modo, ſi nos cœlum eſſe dicamus naturæ quintę, etiā ſtellas eſſe eiuſmodi naturæ dicēdū erit, ſunt igr̄ cœlicæ naturę. hęc Ari.

Quō Auer. cōmen. 41.

Ex verbis Auerrois colliguntur differentiæ inter ſtellam et orbem. Prima eſt, quia orbis ipſe nō eſt per ſe ſenſilis, cum careat luce, ſtella vero viſilis eſt, quia lucet, & propterea cœlum eſſe eſt demonſtratum, quia videmus ſtellā moueri, cum enim ſtella videatur moueri, nec moueri poſſit, vt auis in aere, & vt piſcis in mari, mouebitur ad motum orbis, hinc ſcimus orbē eſſe. Secunda differentia eſt, quia ſtella eſt nobilior pars orbis, quia lucet & calefacit, cæterum ipſius orbis non. Ex his ſyllogizat Auerro. omnis pars eſt de natura totius, ſtella eſt pars cęli, B igitur ſtella eſt de natura cœli. Hæc Auerroes.

Prima q̄ſtio De cōtrarietate partium cœli.

Quærit expoſitor vtrum ſtella & pars cœli non ſtellata ſint contrariæ. Reſpondet inter illas non eſſe cōtrarietatem. Tum primo, quia illis non competit ratio contrarietatis. Tū ſecūdo, quia qualitates ſunt in cœlo veluti in cauſa vniuerſali, quomodo vniuerſalia ſunt in intellectu, & ita cōcedit illas eſſe diuerſas, non tm̄ contrarias.

Replicę.

Sed replicabis ꝑmo, q̄a ſaltē diſpoſitiue vn̄r cōtrarię, quia dr̄nt penes rarū & denſum, penes lucidū et tenebroſum. ſcd'o agūt effectus contrarios, igitur ſunt contrarię.

Defenſio. Paraphraſ.

Defendi poteſt poſitio illa. nā Auer. in paraphraſi libri. meteoro. ait tales partes ſolum differre per magis & minus, quælibet enim eſt lucida, quælibet etiam perſpicua. Verum quædam eſt adeo parum lucida, ꝙ non poteſt viſum terminare, propterea dicitur tenebroſa. quælibet quoq; perſpicua, atq; paruia, licet ſit à dominio lucida, & ſic patet ad primum. Ad ſecundum negatur aſſumptū, forte enim ad effectum non concurrit reliquum orbis, niſi C ſolum per motum, & hoc modo non differunt. Verū de hoc ſuperius vidimus.

Sc̄da q̄ſtio De differentia ſtellę ad ſio orbis. Pō Tho.

Secundo quærit, vtrum pars, ſtellata & non ſtellata quæ peruia eſt, ſint ſpecie differentes. Tenet Thomas ꝙ ſpecie differunt, genere tamen conueniunt, & hoc quia differunt denſitate & raritate, luce, & tenebra, quæ arguunt ſpecificam differentiā naturarum. Sed hæc poſitio non videtur peripatetica, vt dicemus in cō. 49. quia non differunt forma, non materia, non motu. forma quidem non differunt, quia vna eſt anima ſpecie, & numero paruię partis & ſtellatæ. materia, minime quia omnes ſunt ex quinta eſſentia, quæ nec eſt grauis, nec leuis. Motu quoq; nequaquam, vt Ariſt. arguit, igitur peruia pars & ſtellata non poſſunt differre ſpecie.

Cōfutatio

Ratio Thomæ non concludit, quia omnes diſpoſitiones ſunt in vna & altera, licet ſecūdum magis & minus vt dixit Auer. Sed de re hac forſitan repetemus.

Caliditas autē ab ipſis, atq; lumē fit, propterea, quia aer ab illarum latione conteritur. D Motus enim & ligna, & lapides, & ferrum aptus eſt intēdere. Conſentaneum igitur magis eſt rationi id ignire, q̄d eſt igni propinquius: propinquius autem eſt aer.

Expoſitio.

Omnes conueniunt in hoc ꝙ Ariſto. refellit cauillos, vel perſuaſiones, quibus ſtellas eſſe igneas veteres conceſſerunt, erat autem primus, omne calefaciens & lucidum eſt ignis vel igneum: ſtelle calefaciunt, & ſunt lucide. igitur igneæ: probabant maiorem ſic, omnis ignis calefacit atq; lucet, igitur per conuerſionem in terminis, omne calefaciens & lucens eſt igneum vel ignis. Ad hanc perſuaſionem reſpondebat Ariſtoteles, & videtur innuere diſtinctionem talem ꝙ aliquid poteſt dupliciter calefacere. Vno modo per eſſentiā, quo modo ignis vel igneum calefacit. Alio modo per diſpoſitionem ſiuē

qualitatem

qualitatem in alio receptã, et hoc modo ſtellę calefaciũt, quia per diſpoſitionem quandam receptã in aęre, & nõ per diſpoſitionem, atq; qualitatẽ in ipſis contentã, inqt. {Caliditas autem ab ipſis, atq; lumen fit quia aer ab illarum latione conteritur, igitur non per eſſentiam, ſed per diſpoſitionem illam quæ eſt attritio, in aere receptã. Hęc eſt ſolutio. Deinde probat ſolutionem, primo per locum à minori ad maius, ſic, minus videtur motum & attritionem poſſe ignire ligna, lapides, & ferrũ, q̃ aerẽ, & ignit, igitur ſi illa ab attratione & motu igniũtur, aer maxime ignietur. Inquit. {Motus.n. & ligna, & lapides, & ferrũ, aptus eſt incendere, conſentaneum igitur magis eſt rõni, id ignire quod ſm naturã, et locũ eſt igni propinquius, ꝓpinquius autẽ igni eſt aer. Immo aer eſt fere ignis ipſe differẽs parum per locũ & parũ per alterã ſolã qualitatẽ.

Veluti & in ipſis quæ proijciuntur ſagittis: hę nãq; ipſę adeo igniuntur, vt eliqueſcat plumbum: quod in ipſis eſt. Et cum hę igniantur: etiã aer q ipſas circundat hoc idẽ patiat̃ neceſſe eſt. **F**

Expoſitio. Apud Alexandrum & Simplicium dictam ſolutionẽ probat nunc Ariſtoteles per exemplum, & forte põt eẽ ratio probans maiorem proximę rationis, accepit enim motum & attritionem ignire lapidem, lignum, & ferrũ, hoc itaq; probat per exẽplum, & inquit. {Veluti & in ipſis quæ proijciuntur ſagittis, hę nãq; ipſę ſagittæ adeo igniuntur, vt eliqueſcat plumbum, quod in ipſis eſt, hoc eſt exemplum probationis, deinde quaſi epilogat rationem, & inquit. {Et cum hæ igniantur, etiam aer, qui ipſas circũdat, hoc idem patiatur neceſſe eſt, vt patuit per locum à minore ad magis. Hæc eſt vis rationis. Alex. expõ. Debes ſcire Alexandrum voluiſſe hoc argumentum eſſe per locum à minori quaſi ab effectu, hoc mõ, ſi ſagittæ igniunt̃, igitur aer ipſas circundans ignitur, quia minus videtur illas igniri q̃ aerẽ. Simplicij expoſitio. Simplicius vero argumẽtũ vult eſſe à cauſa ſic, quia ſaggitę calefiunt, igitur aer calefit, calefit enim ratione fricationis factæ à ſaggitis, quare locus eſt à cauſa. **G** Expoſitor laudat Alexandrum. Quæ expoſitor. Quę Auctor. Ego vero cum Simplicio ſentio, primo, quia aliter exemplum non eſſet ad propoſitum. Ariſtoteles enim per confricationẽ quam ſagittæ faciũt in aere, & per quam calefit aer vult probare ſtellas confricando aerem calefacere. Si enim vidẽmus aerem calefieri à confricatione quæ fit à ſagittis; igit̃ aer eſt calefactibilis à cõfricatione, & ita ſtellæ poſſunt calefacere confricando. Secundo, quia dubitatio quæ ſequitur non eſſet ad propoſitum, ſupponit.n. aerẽ calefieri à ſagittis per confricationem, & ſagittas calefieri à confricato aere, igitur ſimiliter ſtellę confricando aerem calefaciunt illũ, & ab illo calefient, niſi igitur expoſitio Simplicij eſſet, hæc dubitatio non eſſet ad ꝓpoſitum.

Hę igitur ipſę ideo calefiũt: quia in aere ipſo feruntur: qui ob percuſſionẽ motione fit ignis, ſuperiorum autem corporum vnumquodque **H** in ſphęra fertur: vt ipſa quidem non igniantur: aer autem cum ſub ſphęram ſit corporis circunuecti, illius oblationem neceſſario calefit.

Obijcit aliquis Ariſtoteli contra ſolutionem, nam ſi lamina ſagittarum ſeſe habent ad aerem, quemadmodũ ſtellæ, igitur vt illa lamina calefaciunt conterẽdo aerem, & calefiũt ab attrito aere, ſic ſtellæ aerem conterendo calefacient, & ab illo calefient. Videtur reſpondere nõ eſſe ſimile, quia lamina feruntur in aere, propterea calefiunt ab illo, at ſtellę conterunt aerem, non autem ab illo calefiunt, quia non in ipſo feruntur, ſed proprijs in ſphæris. Etiam dico in corporibus corruptibilibus eſſe actionem & reactionem, at ſtellę ſunt corpora ęterna, & propterea dato q̀ in aere ferrerentur non propterea calefierent, inquit. {Ariſto. hæ igitur ipſę ſagittæ ideo calefiũt, **E** quia in aere ipſo feruntur, qui ob percuſſionem, quã aer recipit à ſagittis ipſius motione fit ignis, at ſuperiorum corporum vnumquodq; in ſphæra fertur, & non in aere, ita vt ipſa hæc corpora non igniantur, quia in ſphæra feruntur, & ſic negatur ſimilitudo, nam ſagittę per aerem, illæ ſtellæ per ſphæras feruntur. Forſitan dixeris quonã pacto ſtellæ illæ poſſunt aerem conterere, cũ procul ſint, quaſi reſpectus, inquit. {Aer autem cum ſub ſphæra ſit corporis circũuecti, illius oblationem, & ob motum raptus neceſſario calefit, rapit̃ enim vſq; ad cacumina mõtium. Ignis enim, & aer motu diurno feruntur, vt qui ꝑ motum cometarum depræhenditur, & per hãc viam raptus motu conteritur. Quo vero ad verba græca attinet verbũ illud percuſſio græce eſt, πλαγὰν, latine etiam plagam, plaga vero percuſſio eſt, vt poeta, plagiſq; perẽptum, Tunſa per integram ſoluuntur viſcera pellem. Et ita per plagam videtur intelligere percuſſionem quã ſagittæ agunt in aerem.

F Et maxime hac in qua ſol eſt infixus, quapropter cum propius iam acceſſerit: ac exoritur: & ſuper nos eſt fit caliditas. Ipſas igit̃ neq; igneas eſſe, neque in igne ferri, de ipſis hæc à nobis ſint dicta.

Adhuc poſſet Ariſtoteli obijci, quia tunc omni tempore eſſet calor æqualis, quia ſemper eſt aeris attritio facta ęqualiter à ſtellis. Expoſitio. Reſpondet & videtur velle merito motus eſſe ſemper calorem ęqualem, non autem merito luminis, propterea inquit, & maxime aer, & nos caleſimus hac ſphęra in qua ſol eſt infixus, quia plus alijs lucet. Affert ſignum.d. quapropter cũ propius iam acceſſerit, vt quando venit ad apicem capitum noſtrorum, videlicet quando ingreditur cancrum & exoritur, & ſup nos in meridiano fuerit, fit caliditas maxima, quæ eſt ęſtiua, demum epilogat, & ſermo patet.

G

Quæſtio prima.

An Sol & ſtellæ calefaciant aerem ipſum conterendo.

MOuet autem Auerroes quæſtionem vtrũ ſol et ſtellæ aerem calafaciant cõterendo ipſum, & arguit q̀ non, quia non tangunt aerem, igitur non conterunt ipſum. Quæ Auer. com. 42. Solu. Alex. Reſpondet Alexander non eſſe neceſſe corpus extremum quod in aliquid agit mediante alio transmutare illud, veluti de piſce, qui torpedo dicitur, hic enim manus mortificat piſcatoris mediãtibus retibus, retia tamẽ non mortificat. Obiectio. Themi. contra Alexan. Contra obijcit Themiſtius, quia exemplum non eſt bonum, nam retia patiuntur à ſtupore quãuis non paſſione ea qua manus patitur, & ita oportet vt orbes patiantur à ſtella ſolis aliqua paſſione, & ſi non ſit ſimilis paſſioni aeris. Modo nõ videtur quæ ſit hæc paſſio. Obiectio Auer. Secundo arguit Auer. quia nihil poteſt moueri localiter ab aliquo corpore mediãte corpore aliquo, & corpus illud medium non moueri à primo mouente, igitur **H** ſi aliqua pars aeris mouetur à ſole mediante parte orbiũ inferiorum, partem illorum neceſſe eſt moueri ab illo localiter, quod non apparet. Propterea reſpõdet Auer. Solu. Auer. & ſumit quędam. Quorum primum eſt, q̀ partes cœli in agendo in aerem, vel ignem differunt penes differentiã denſi & rari, ita vt quanto cœli pars fuerit denſior, tanto agentior erit. Obiectio. Solutio. Quod ſi dicas in cœlo non eſſe denſum nec rarum, ſoluit Auerroes in cœlo non eſſe denſum & rarum vniuoce cum denſo & raro in elementis. In elementis enim hæc conſequuntur calidum, & frigidum, in cœlo denſum eſt, cuius partes propinquius iacẽt, rarum vero cuius partes remotius iacent. Secundum eſt, q̀ corpus non agit in corpus ſolum per virtutem quæ eſt in ſuperficie, ſed per virtutem quæ eſt in profundo extenſam ſecundum extenſionem profunditatis. Hoc Auerroes probat duobus ſignis. primum eſt, quia ſi ſint duo corpora æque calida, quorum vnum altero eſt profundius q̃q̃

in ſuperficie

in ſuperficie æqualia ſint, vt ſi ambo pedalia id quod eſt ſpiſſius alijs paribus fortius agit, & hoc per fortiorẽ virtutem quæ eſt gratia maioris profunditatis, quod quidẽ ſignificat corpus non modo agere per virtutem exiſtentem in ſuperficie, ſed in profundo. Secundum eſt, quia ſi ſint duo corpora æqualia quantitate & cõtinentia, ſemper denſius cæteris paribus eſt agentius, vt ferrũ plus q̃ lignum, & hoc quia in profundo denſius eſt, virtus enim vnita fortius agit ſeipſa diſperſa. Ex his ſequit̃ primo ꝙ in orbe pars ſtellata eſt agẽtior nõ ſtellata, qa ſpiſſior. Secundo ꝙ inter ſtellas maxime ſol eſt actiuus, qa maior & ſpiſſior omnibus. Tertium principale eſt ſolem & ſtellas eſſe totius vniuerſi partes integrales, nam vniuerſum quod ex omnibus orbibus conſtituitur videtur eſſe vt vnum animal colligatum ex pluribus membris, cuius animalis eſt vnus motus vniuerſalis vt diurnus, & plures partiales pro ratione partiũ. Ex his vlterius ſeqtur, vt infert Auerroes, partem illam aeris quę eſt in directo ſolis & cuiuſuis ſtellæ fortius pati contériq; magis, tantoq; magis à ſtellata q̃ à non ſtellata quanto ſtellata eſt actiuior, atq; magis conteritiua q̃ ſit non ſtellata, tãtoq; à ſole magis q̃ ab alijs, quanto ſol eſt maior & ſpiſſior.

A

B

Diſtinctio.

His præmiſſis pro ſolutione videtur innuere talẽ diſtinctionem, ꝙ ſolem vel ſtellas calefacere continẽs nos, põt intelligi dupliciter. Vno modo ſingulariter & diuiſim ſine alijs partibus quæ ſunt mediæ, & hoc modo ſol non calefacit, qa ſic deberet tangere ignem vel aerem ipſum, quæ ſingulariter calefaceret. Alio modo poteſt intelligi ꝙ ſol calefacit pro tãto, quia vniuerſum cœlũ in cuiꝰ profundo eſt ſol, habet principaliter calefacere virtute ſolis, et hoc modo calefacit, hæc enim virtus à ꝓfundo concaui totius aggregati verſus nos vſq; ad conuexum vbi ſol eſt vſq; etiam ad vltimũ cœli vltimi calefacit per virtutem in profundo. Imaginandum igitur in medio totius aggregati eſſe ſolem veluti in medio animalis cor, et à virtute profundi cordis calefieri omne extra cœlum ab illo contentum, veluti à corde animalis calefiũt linteamina, & vt non oportet cætera membra iuxta cor calefieri, ſi debeant linteamina calefieri, ſic nõ oportet orbes inferos & ſuperos qui ſolem circundant calefieri. Et nõ oportet linteamina tangi à corde, ſed ſolũ ab aliqua parte corporis, in cuius profundo eſt cor, ſic non oportet continẽs nos tangi à ſole, ſed ſatis eſt vt tangatur ab aliqua parte corporis in cuius profundo eſt ſol, & virtus ſolis, qua ratione fit vt totum aggregatum principaliter calefaciat ꝑ virtutem ſolis, quæ eſt in eius profundo, & ſol non niſi vt pars calefacit, ꝓpterea non oportet vt tangatur continẽs à ſole, ſed à cœlo, & ſic tangit tale corpus calefaciẽs ignẽ, & ignis poſtea tactus tangit aerem vſq; ad nos.

C

Ex his patent duo, primum ꝙ principale alterans eſt totum cœlum per virtutem in profundo, & non ſol per ſe, & ſingulariter, vt Alexan. credebat. Secundum eſt, ꝙ tale vniuerſum cœlum aerem, vel ignem calefacit ratione luminis vt dicemus ratiõe motus, quo eos rapit. Et tertio virtute ſolis & ſtellarum exiſtentium in profundo calefacit aerem, & ignem conterendo, quæ contritio eſt in aere, & igne inſenſibilis quo ad nos, nos enim ſentimus calorẽ, contertitionem vero nõ ſentimus.

D

Replica. Simplicij.

Sed contra Auer. arguitur per rationes Simplicij, qui licet præceſſit Auerroem, hæc etiam poſitio Auerrois fuit antiqua. Primo, quia tunc valles eſſent minus calidæ q̃ mõtes, quia in eis minor eſt conteritio, quia plus à cœlo remouentur. Secundo, quia terra eſt vt punctum reſpectu totius cęli, ſed omne agens æqualiter ageret in punctum, igitur non totum cęlum, ſed ſtella agit, reſpectu cuius terra non eſt vt punctum. Tertio quia tunc ęqualis deberet eſſe calor in locis vmbroſis, & luminoſis, quia vbiq; æqualis eſt cõteritio.

Põ Tho.

Thomas negare videtur hanc contritionem, & concedit ſtellas & cœlum agere lumine & motu, nõ quidem conterendo, ſed mouendo, ad hoc enim verba Ariſtotelis accõmodari poſſunt optime, quia forte per conteritionem non vult niſi motum raptus, vt in textu diximus, & tunc concedit æqualem eſſe calorem merito motus raptus vbiq; & ſemper, variari tamen merito luminis.

Quæ Auer.

Auerroes autem cõcedit cœlum tribus modis mutare continens ad calorem, lumine vt dicemus, motus raptus, vt dixit Thomas, & conteritione. Et tunc concedit merito motus ſemper eſſe æqualem calorem, non autem merito luminis, nec cõteritiõis. Primo, quia atteritio fit principaliter à toto cœlo ratione partis ſtellatæ, ſed ſtella non ſemper eſt nobis ęqualiter proxima. Secundo, quia non ſemper ęqualiter applicata, nam nunc eſt recta, nũc obliqua, nunc aliter conſtituta. Præterea concurrunt ẽt aliæ ſtellæ alijs virtutibus, vt dicemus, hac ratione fit vt atteritio ipſa nõ ſit ĩ vniuerſo aere ęqualis, ſed hic magis illic minus.

Solu. rõnũ.

Tunc ad rationes, ad primam conceditur valles & partes remotiores à cœlo eẽ minus calidas quo ad attritionem, ſed quo ad radiorum reflexionẽ calidiores eſſe. Ad ſecundum dico, ꝙ licet à cœlo toto ęquidiſtet terra, nõ tñ à ſtella ratione cuius cœlũ conterit aerẽ. Ad tertium patet ſol. poteſt enim concedi merito motus alijs partibus eſſe ęqualem, non tamen merito luminis, atq; conteritionis. Hæc de mente Auer. concederẽ, & non video ſequi aliquod impoſſibile, & conſonat verbis Ariſt.

Dubitatio in oppoſitione Auerro.

Sed ambiges vnde cœlũ vel ſol habeat vim hanc attritiuam. Ariſto. enim inquit caliditatem effici, quia aer ab illa tum latione atteritur, igitur conterit per motum raptus, & ita cœlum calefacit motu raptus, & ꝑ conſequens non videtur differre motus raptus ab attritione.

Solutio.

Concederem ſolem vim habere attritiuã, & totum cœlum, verum maxime ſolem, quia eſt denſior atq; profundior, hanc tamẽ vim dicerem efficere attritionẽ, mediante motu raptus, non tamen eſſe motum raptus, ſed aliqd vltra. Tu cõſidera. qm̃ hoc eſt intẽtatũ ab alijs.

Quæſtio ſecunda.

An motus, ac lumen calefaciant.

C

SEcundo quærit Auerroes, vtrum motus & lumen calefaciant, & arguit ꝙ non. Primo, omne calefaciẽs ꝑ ſe eſt corpus & calidum. Sed motus & lumen non ſunt corpora calida, igitur non calefaciunt. Secundo, oẽ qđ fit generatur à ſibi ſimili, vt in metaphyſica dictum eſt, at motus & lumen nõ ſunt calida ſimilia in ſpecie.

Solu. Auer.

Reſpondet Auer. ad ſecundum, & ad primum inſimul, & vult calorem effici poſſe è non calore, nec è corpore calido. Item nec eſſe verum generatim ſimile fieri à ſimili, hoc enim in ſubſtantijs tenet, & non in accidentibus. verbi cauſa, nigredo fit interdum à calore, interdum à frigiditate, quare & calor quandoq; à calore, quandoq; à non calore, vt à motu & lumine fit, ſic igitur Auerroes vult in ſubſtantijs habere locum verba Ariſt.

Replicæ cõtra Auerro.

Sed videtur nec in ſubſtantijs habere locum authoritate, Ariſto. primo, quia mures generari poſſunt à non mure, ſed à calore ſolis diffuſo in aere vel aqua. 12. meta. cõmen. 18. Secundo, tertio cœli cõmẽ. 56. dicit Auerroes, ignem effici quandoq; à motu locali, quandoq; ab alteratione, quandoq; ab igne.

D

Solu. ꝓ aue.

Nonnulli pro Auer. reſpondent, dictum Auerrois eſſe intelligendum de vniuoco virtuali. Sic. n. omnes generationes fiunt ab vniuoco in virtute, & hoc mõ mus & ignis fiunt ab vniuoco in virtute.

Confutatio.

Sed hæc defenſio friuola eſt, primo, quia hoc modo accidens etiã ab vniuoco in virtute fit, non enim fit niſi ab eo in cuius virtute eſt. Secundo, nihil Ariſtoteles haberet contra Platonem in metaphyſica, nam idea eſſet ſaltem in virtute ſimilis genito.

Propria ſol.

Melius igitur dicerem dictum Auer. eſſe intelligendum per excluſionem, hoc pacto, ꝙ tantũ in ſubſtantijs generatio eſt ab vniuoco, quia in ſubſtãtijs & in nullis non ſubſtantijs, ex hoc tamen non ſequitur, vt in omni ſubſtantia fiat generatio ab vniuoco, ab excluſiua enim non ſequitur vniuerſalis, niſi de terminis tranſpoſitis, & ſic patet ad obiectiones.

Quæſtio

Quæſtio tertia.

Solutio

Quo nam modo motus calefacere habeat,

VLterius quærit Auerroes, quis motus calefacit, & quo modo calefacit. Reſpnndet Auer. talem motum eſſe localem, & non alterationem, niſi quatenus alterario eſt calefactio, nec auctionem, nec generationem, niſi quatenus generatio eſt rei calidæ. Probat, quia talis motus eſt veluti vita. 8. phyſicorum. Secũdo, quia videmus ignem per motum augeri, & per quietẽ extingui. Ad ſecundum reſpondet motum eſſe perfectionẽ corporis calidi, & hoe modo motus calefacit, veluti calidi corporis ꝑfectio.

Replicatio. Tho.

Sed huic rñſioni obĳcit Sãctus Thomas intelligens motum eſſe proprietatem corporis calidi. Primo quia motus non eſt proprium calido, cum omnibus corporibus naturalibus competat. Secundo, nullũ poſterius eſt cauſa prioris. Si igitur moueri ſit proprium calido, magis erit calor cauſa motus, ꝗ̃ cõtra, motus cauſa caloris.

Pδ Tho.

Propter hæc tenet Sanctus Thomas motũ calefacere, quia eſt primus. Nam primum in vnoquoq; genere ſemper eſt cauſa aliorum quæ ſunt in illo.

Obiectiões. Ioannis.

Sed poſitioni Sancti Thomæ obĳcit Ioannes, primo, quia ſi ita eſſet, non eſſet magis cauſa caliditatis, ꝗ̃ frigiditatis, eſt enim frigefactio motus vt calefactio ipſa. Secundo ſi motus localis vt primus calefaceret, tunc motus poſteriores vt motus violentus quo ſagitta mouetur, non calefacerent.

Defenſio. Auer.

Sed rationes Thomæ nõ valent cõtra Auer. nec illæ Ioannes contra Thomam. Illæ Thomæ quidem non valent, quia Auerroes nõ dicit motum eſſe proprietatem calidi corporis, ſed perfectionem corporis calidi. Modo prima perfectio alicuius ſubiecti eſt cauſa omniũ eorum, quæ accidunt illi ſubiecto, veluti anima quæ eſt prima corporis viui perfectio, eſt cauſa omnium accidentium corporis animati, ita in ꝓpoſito quia motus eſt prima perfectio corporis calidi, eſt cauſa eorũ quæ accidũt corpori calido, & ita eſt cauſa caloris, qui accidit illi. Et hoc inquit. Cum igitur corpus calidum fuerit motum erit in vltima ſua perfectione, et cum fuerit in vltima ſua perfectione, tunc calor erit in eo vltima perfectione, veluti in re exiſtunt omnia accidentia quæ conſequuntur formam poſt aduentum formæ, & ita Auerroes velle videtur motum comparari ad calorem vt anima aut forma ad accidentia propria quę conſequuntur formam. Si igitur hoc modo Auerroes intelligit, obiectiones Thomæ non procedunt.

Replicatio.

Sed adhuc replicabis, quia motus eſt prima perfectio cœli, & tamen non calefacit cęlũ. Secundo, motus eſt prima perfectio aquæ quæ mouetur, et tamen aqua non calefacit. Dici poteſt Auerroem velle ad motum ſequi calorem in ſubiecto apto nato quale nec cœlum, nec aqua eſt. Illæ vero Ioannis minime, prima quidem non, quoniam primum in genere ſolum eſt cauſa eorum quæ ſunt in illo genere per ſe primo, atque intenta. Modo calefactio eſt per ſe in genere motuum vt per ſe primo intenta, frigefactio per accidens, propterea latio eſt per ſe cauſa calefactionis, per accidẽs frigefactionis interdum. Secũdum minime, quia etiã motus violẽtus eſt primus in genere motuum, reſpectu alterationum & id genus, licet nõ ſit primus reſpectu lationum, & hoc ſufficit ad hoc vt ille alterationẽ efficiat, verum vtrum poſitio Auerro. ſit vera, in fine dicemus.

Quæſtio quarta.

An lumen calefaciat, & quomodo.

QVarto quærunt vtrum lumen calefacit. Dicendũ per ſe patere lumen calefacere. Tum quia loca vmbroſa videntur frigida reſpectiue. Tum ſecundo quia videmus plenilunia eſſe calidiora, calefacit igitur, & magis cum reflectitur radius ad perpendiculare, duplicatur enim tunc radius. Adhuc magis cum radĳ congregãtur vt apparet in ſpeculis cõcauis, nemo igitur dubitat ꝙ calefaciat. Sed de modo eſt dubiũ, cui reſpondet Auer-

E roes & dicit primo, ꝙ ſicut motus non per ſe calefacit, ſic nec lumen. Dicit ſecũdo vt motus calefacit quatenus eſt prima perfectio corporis calidi ad quam ſequitur calor vt accidens proprium, ſic lumen eſt prima perfectio corporis calidi, ad quam ſequitur per ſe ipſe calor. Aliter reſpondet imaginando ſtellas eſſe formaliter calidas, vt dicit in libro de ſubſtantia orbis, & tunc cum lumine miſcetur calor ſtellarum, & ducit ad nos, venit enim lumẽ cõmixtum calori. perſuadet hoc primo, quia ſtellæ & orbes cõicant in lumine, & tranſparentia, igitur non inconuenit cõicare in calore. Secundo authoritate Ariſtotelis, nam luna eſt ſimilis terræ in opacitate & difformitate, igit̃ ſol ſimilis igni in luce & calore. Tertio autoritate aſtrologorum, nam hi poſuerũt aliquas ſtellas calidas, aliquas ſiccas formaliter.

Quæſtio quinta.

An ſtellæ cauſent frigiditatem per ſe.

F QVinto quærunt vtrum ſtellę cauſent frigiditatem per ſe. Reſpondet Aue. corrigendo dictũ aſtronomorum, & vult ſtellas per ſe propriæ oẽs eſſe calidas humectare vero, frigefacere, & exiccare per reſpectum.

Perſuadet hoc, quia ſi aliqua ſtella eſſet frigida maxime eſſet luna, modo Ariſto. ait noctes in plenilunio eſſe calidas, & in hoc errat Auicenna, qui tenet ſtellas per ſe frigefacere, exiccare aliquas, humectare aliquas, hæc ex cõmẽ. Sed videtur mihi primo circa hæc quædam dubitanda, quædam reprobanda, quædam corrigẽda.

Circa dicta Auerrois.

Primo dubitatur, quia dixit primo motum per ſe calefacere quatenus eſt prima perfectio calidi. Deinde dicit motum & lumen per accidens calefacere. Ecce euidens cõtradictio eſt. Videtur etiam falſum, quia omnis cauſa per accidens eſt, aut cauſalis, aut remouens prohibens, aut coniuncta cauſæ per ſe, quarum nulla poteſt eſſe motus, vel lumen. Defendi poteſt Auerroes, nam dicitur cauſa per accidens vno modo, quia non agit per vniuocationem rationis & nominis, & ſic, omnis cauſa æquiuoca eſt cauſa per accidens. & hoc modo intelligit Auerro.

G Defenſio.

Alio modo dicitur per accidens vt diſtinguitur contra cauſam quæ agit ſm naturam, & hoc modo vult eſſe cauſam per ſe, quia ſua natura motus, et lumẽ calorẽ agunt, & ſic patet ſolutio ad rationem.

Sc̃da dubĩ.

Secũdo dubitatur, ꝗa ſi ſtellę eſſent formaliter calidæ, tunc ſtellæ contrariæ eſſent elementis frigidis. Secundo eſſe formaliter calidũ videtur eſſe ignis. Dici poteſt ſtellas eſſe formaliter calidas, non quidem calore elemẽtario, ſed calore per ęquiuocationem nominis, qui eſt veluti vita omnium naturalium rerum, quare ceſſat prima obiectio, hic enim calor nulli contrariatur, cum non ſit elementarius: Ceſſat etiã ſecunda, eſt enim ſtella calida non per calorem elementarium, ideo nõ eſt ignis.

Rep̃henſio. Auerrois.

Sed reprehendẽdus eſt Auer. in eo quod ait lumen calefacere nos, quia venit cõmixtũ calido ſtellarum, hoc enim eſſe non poteſt, niſi lumẽ eẽt corpus, quod ſibi calorẽ illum incorporaret, & veheret

H eum ad nos, vnum enim accidens non poteſt alteri miſceri vt in libro de generatione dicitur. Propterea hic ſecundus modus, quo lumen calefacit eſt impoſſibilis, niſi aliter intelligatur. Ideo melius eſt dicere iuxta primũ modum ꝙ lumen ſit caliditas virtualiter, quę in ſubiecto apto nato extrahit caliditatem formaliter de potentia ad actum. Nec eſt credendum lumen efficere hanc caliditatem, vt agens, quia accidens non eſt per ſe agens, ſicut nec per ſe ens, ſed vt inſtrumentum ſtellarum, quæ virtualiter ſunt calidæ. Quo etiam modo non eſt dicendum attritionem vel motum efficere per ſe calorem in aere, vel igne, nam cũ motus nõ ſit per ſe ens, nõ põt eſſe per ſe cauſa, ſed eſt imaginandum calorem effici à coelo, ſtelliſq; calidis virtualiter per attritionem vti per inſtrumentum. Amplius non eſt imaginandum exhalationẽ inflammari à motu, nec animal dum mouetur calefieri ꝑ ſe à motu, quia nec motus hoc efficere poteſt quatenus

eſt

eſt fluxus formæ, qa ſic eſt reſpectus, nec ꝑ forma fluente, quia ſic eſt ipſa vbi fluẽtia, quę ſunt quantitas, & quãtitas non eſt de principiis actiuis. Propterea eſt dicendũ exhalationem inflammari à motu veluti ab inſtrumẽto, per ſe vero à continente, in quo mouetur. Animal etiam effici calidum effectiue principaliter ab ipſa ſui anima, à motu vero per accidens pro quanto facit partes fricari, & ita forma rei mobilis per ſe efficit calorem. Motus vero eſt diſpoſitio quędam mediante qua calor efficitur.

Quæſtio ſexta.

An aliquæ ſtellarum infrigident.

VLterius circa hæc dubitant vtrum aliquæ ſtellæ infrigident, aliquę humectent, aliquę exiccent, quemadmodum aliquę calefaciunt. Tenet Auer. ꝙ oẽs calefaciunt, primo, quia oẽs mouentur & lucent, igitur oẽs calefaciunt, videtur hæc ratio Ariſt. primo meteororũ. Secundo, quia frigiditas & ſiccitas nõ ingrediũtur opus naturæ, igitur cum ſtellæ maxime nos conſeruent, non debent eſſe frigidæ nec ſiccę. Tertio mouetur ex refluxu maris, nam per ſex horas creſcit inſequendo lunam, per ſex decreſcit. Hoc pro tanto phyſici aiunt, quia aqua in principio ortus lunę rareſit à calore lunæ, & ita caleſit deinde condenſatur & frigeſit. igitur luna calefacit, quæ minus videtur calefacere. Quarto Ioannes arguit pro Auer. quia ſi ſtellæ frigefacerent: maxime ignem frigefa-

Obiectiões. Thomę. cerent, quia agens naturale fortius agit in propinquum ꝗ̃ in remotum. Obiicit autẽ Sanctus Tho. contra hãc poſitionem, primo, quia tunc cæterę qualitates eſſent ꝑ accidens in vniuerſo, quia non per ſe eſſent intentæ à cœlo. Secundo, quia formæ elementorũ ſunt virtutes cœli, igitur & qualitates, dans enim formam dat conſequentia per ſe ad formam. Tertio, mundus iſte inferior regitur ab illo ſuperiori, hoc autẽ non eſt niſi, quia quecũq; hic fiunt dependent ab illo, aliter non eſſet cauſa vniuerſalis omnium. Quarto, oẽs formę continentur actu in

C primo motore, & potẽtia in prima materia, vt dicit ipſemet Auerro. 12. meta. cõm. 18. Modo primus motor hęc efficere non põt niſi mediante cœlo, vt. 8. phyſi. auſcultationis dicit ipſe cõmen. 15. Vltimo Ariſto. ſecũdo de generatione, inquit, oẽs formas has cõtineri in terminis, vocat autem terminos corpora cœleſtia, vbi expoſuimꝰ,

Solutio aliquorum. qa in illis eſt terminus cuiuslibet rei naturalis. Reſpõdent nonnulli, cœlum hæc omnia agere mediãte calore, oẽs enim formę fiunt à cœlo mediante calore, quia frigiditas fit propter magnam diſtãtiam à fonte caloris vt in terra, & aqua, humiditas in aere & aqua propter aliquã approximationem, calor vero propter vicinitatem, oĩa enim pro ratione ſitus ad calorem videntur in ſuis qualitatibus à ſtellis depẽdere, vt Auer. videtur dicere in lib. Deſtructio deſtructionum, diſpu. prima in ſolutione dubii. 12. Imaginandum enim eſt calorem oẽs efficere qualitates diuerſimode ſumptum, vt enim in regione ignis conſtituitur in tanta ad cœlum diſtantia calorem & ſiccitatem efficit, vt vero in regione aeris calorem & humo-

D rem, quia maior eſt diſtantia, vt in regione aquę adhuc in maiore diſtantia humorẽ & frigiditatem, vt in regione recipitur terrę frigiditatem et ſiccitatem, eſt enim tũc maxime diſtãs, & ſic omnia facit calor diuerſimode ſum-

Solu. ꝓpria. ptus. Nos vero ſolebamus dicere, cœlum poſſe intelligi eſſe cauſam qualitatum vno modo per ſe vt cauſa immediata, & hoc modo ſolius caloris eſt cauſa ꝑ ſe, qm̃ per illum cuncta conſeruat. Secundo vt cauſa vniuerſalis, & ſic cũ cauſis particularibus efficit diuerſas qualitates, frigiditatem quidem cum aqua, humiditatem cum aere,

Confutatio. veluti hominem cum homine, ſol. n. & hõ hominem generant. Nunc vero hęc Auer. poſitio videtur mihi erronea, primo contra primam ſolutionẽ, quia calor per ſe nõ efficit niſi calorem. vnum enim agens naturale nõ facit niſi vnum, per accidens aũt põt efficere contrarium, igitur ſolum elementa calida eſſent per ſe intẽta à calore

A cœli, ſtelliſq; ipſis, elementa frigida per accidens, ſicut ꝑ accidens à calore proficiſcuntur. Contra ſecundam vero ſolutionem, quia tunc cœlum cauſa eſſet calidorũ elementorum dupliciter, generalis & particularis, cęterorũ vero non niſi generalis cauſa: modo hoc non videtur, qa omnia ſunt de perfectione vniuerſi, & mũdo neceſſaria. Contra omnes vero eſt obſeruatio aſtrologorum; quia videmus in vno eodemq; die eſſe calorẽ intenſum & frigus intenſum, immo in eadem hora ventum moueri frigidum & ſtatim ceſſare ad calidũ, hoc autem non poteſt eſſe niſi cęterę ſtellę habeant dominiũ in die, merito quarum, ꝑpter diuerſitatem ꝑdñiorum, efficiatur nũc caliditas, nunc frigiditas. Aſtronomi enim obſeruarunt qñ Saturnus in anno habet dominium, facere annũ generatim frigidum, qñ in quarta anni, facere quartam frigidã, quãdo in menſe, facere menſem frigidum, qñ in ſeptimana, facere ſeptimanam frigidam, quando in die, facere diem

B frigidum, quãdo in hora, facere horam frigidam. Et plus obſeruarunt in ortu diei plerunq; factam eſſe caliditatẽ, in meridie frigiditatem. Modo talis difformitas non poteſt eſſe à ſolis lumine, & motu tm̃, nec ſi oẽs calefacerẽt, quia ab vniformi non prouenit difforme, igitur in mane calor fit propter dominiũ Martis. In meridie frigus ꝑꝑ Saturnũ, igitur aliquę ſtellę calefaciunt, aliquę exiccãt, aliquę humectant, aliquę frigefaciunt. Et hæc eſt poſi- Põ ptolemei

tio vera Ptolemei qui Saturno frigiditatem & ſiccitatẽ prębuit. Ioui tẽperiem, Marti vredinem, Soli calorem, Veneri temperiem, Mercurio vtrunq;. Lunę humorẽ. Solu. rõnum.

Tunc ad rationes pro Auer. factas reſpondeo ꝙ non oẽs ꝑ lucẽ calefaciunt, qa licet lumen vt lumen calefaciat, tñ vt tale lumen videlicet Saturnium vel Martium non calefacit. Sic de motu dico, licet motus vt motus calefaciat, non tamen vt motus talis planetę cum tali configuratione, vt enim continuum vt continuum eſt diuiſibile in infinitum, non autem vt ligneum vel cereum, ſic lumen vt lumen eſt calefactiuum, vt vero Saturnium, eſt

C frigefactiuum, vt Iouium temperatiuum, vt Martium vſtiuum, & vt alterius atq; alterius ſtellę inſtrumentũ, alterius atq; alterius qualitatis effectiuum. ſic quoq; motus, vt enim motus eſt calefactiuus, vt talis ſtellę cum talis planeta cõſtitutus, eſt frigefactiuus, vel calefactiuus, vel natura ſtellę cuius eſt & ad quã eſt qualitatis effectiuus, & hoc modo nos non ponimus influentiam aliam à Albert. opio

motu & lumine. Albertilla vero concedit lumẽ & motum calefacere, ſed recurrit ad influentiã, quę poteſt per ſe frigefacere. Ad ſecundum dici poteſt frigiditatem & ſiccitatem non ingredi opus naturę quo ad vitam, nõ autem quo ad alia, multa enim bona ex his emergunt. Ad tertium de luna aſtronomi reducũt motum illum ad ſimilitudinem occultam, vel forte ad lumen lunę, & motum eius, quia tale eſt. Ad quartum dico non maxime ignem frigefieri, quia adſuot plures cãę cõſeruationis eiꝰ illic, quales nõ ſunt in his īferioribus. Ex his patet Aue. non intellexiſſe Ariſtotelem, Ariſto. enim vt puto non

D differt à principe mathematicorum Ptolemeo. Ariſtoteles enim non plus dixit, niſi ꝙ cœlum calefaciat continens nos motu, & lumine, ex hoc non habetur, niſi ꝙ lumen vt lumen eſt effectiuum caloris, ſimiliter motus vt motus, cum quo tamen ſtat lumen, vt Saturniũ, eſſe frigefactiuum, vt martium eſſe exiccatiuum, vt deniq; inſtrumentum alterius & alterius ſtellę eſſe alterius & alterius qualitatis effectiuum. Similiter & de motu cenſendum, vt enim ſtella differt ſpecie à ſtella vt dicemus, ſic lumen à lumine & motus à motu. Auerro. aũt non faciens differentiam inter per ſe, & per accidẽs, generatim voluit omne lumen quatenus lumen, & hoc lumen quatenus hoc lumen, & oẽm motum quatenus motus eſt, & hunc motum, quatenus hic motus calefacere. & non eſt ita, eſt enim verum per ſe, & falſum per accidens vt ipſe ait in multis ſexto Phyſicę auſcultationis. commen. 15. Peruenit autem Ptolemeus ad hãc rem ex obſeruatiõe,

quam

quã rerũ cœleſtiũ obſeruatores fecerunt circa ſtellarum affectiones, vt docet in primo apoteleſmatũ, circa lunæ cum ſole configurationes. Preterea, anonymus quidã Ptolemei interpres, & Prophyrius Philoſophus in eruditionibus docent hoc eſſe obſeruatum multis & multis ſeculis Saturnum & Iouem quando cum ſole cõmeãt in aquario hyemem efficere tẽperaram. Cum vero Mars per Cancrum & Leonem, æſtatem facere æſtuoſam, & in alijs id genus ſimili obſeruatione diu compertum eſt.

Hæc autem non ſunt contra Ariſto. quia vltra motũ & lumen nõ ponunt influentiam, immo ſunt additiones & declarationes eius quod Ariſtote. clam ſcripſit. Ptolemeus enim non minus peripateticus, quam mathematicus perhibetur ab omnibus. Hæc de quæſtione.

Cum autem & ſtellæ ipſæ transferri videantur, & cœlum totũ: aut vtriſq; quieſcentibus, aut vtriſq; commotis, aut altero quieſcente, altero commoto, fieri translationem neceſſe eſt. F

Expoſitio. Tria de ſtellis pertractare propoſuit, ſubſtantiam, ſiue naturam, motus illarum, & figuras, egit de ſubſtantia & natura, nunc & de motibus quibus mouentur proponit diſputare. Ars inueniendi. Animad uerſione dignum Ariſtotelem rem hanc nanciſci arte inueniendi, quam & in poſterioribus, & in ſexto topicorum docuit. In arte vero inueniẽdi, vt dicit Philoponus poſteriorum ſecundo, & primo, eſt aliquid vt conceſſum, & aliquid vt quæſitum, id igitur qđ in præſenti quæſtione eſt conceſſum, eſt cœlum, & ſtellas apparere moueri, hoc enim vt conceſſum ſupponit, quæſitum vero eſt, quonã modo illud eſſe poſſit. Tribus enim modis fingi poteſt, aut imaginando cœlum & aſtra quieſcere, motu tñ apparere quodã extrinſeco moto vt dicemus, aut imaginãdo vtraq; proprijs inceſſibus, atq; motibus moueri, ſeruata tamẽ quadã regula. Aut imaginando vnum quieſcere, alterum moueri, quod quidem eſſe poteſt vt aſtrum quieſcat, & cœlum moueatur, vel ècontra vt cœlum moueatur quieſcatq; aſtrum, omnibus enim his modis apparentia motus illorum ſaluari videtur, propterea quæſitum eſt quonam horum modorum apparentia illa fiat. G Dubiũ primum. Sed dubitatur primo, quia videtur hæc quæſtio ex dictis ſoluta, igitur nũc inutilis. dictum eſt enim ſtellam eſſe denſiorem ſui orbis partẽ veluti illius nodum. Ex veritate hac ſequitur ſtellam moueri ad motum orbis. veluti nodum ad motum tabulæ.

Quæ Auer. com. 43. Indicat Auer. ſolutionem, nam q̃ſtio eſt ſoluta quaſi per accidens, & de ſecundaria intentione, nunc vult ſoluere pricipaliter, id enim quod proprijs principijs declarari poteſt, eſt melius ſi per ſe declaretur. Secũda dub. Secundo dubitatur circa conceſſum, ſupponit enim cœlum & ſtellã apparere mota, vnde in græco ſcribitur φαίνεται, quod latine eſt videntur. Sed dictum eſt ſtella ſolum videri moueri, non orbem, quum non ſit per ſe ſenſilis. Solutio. Reſpondet Auerro. in eodem commen. ſtellas apparere motas per ſenſum, cęlum per exiſtimationem, ſiue coniecturã, & hoc ſatis eſt ꝓ cõceſſo. H Vel referri poteſt hoc ad duplicem motum quem vagæ ſtellæ habent, diurnum videlicet & proprium, & ſic argumento ſenſus haberi poteſt ſtellas pluribus motibus moueri, & de hoc eſt quæſitum propter quid eſt.

Ambo igitur quieſcere terra ipſe quieſcẽte, impoſſibile eſt: nõ enim fierent quæ apparent: at ſupponatur terram quieſcere.

Expoſitio. Nunc incipit deſtruere membra, quia ſyllogiſmus eſt diuiſiuus à deſtructione membrorum impoſſibiliũ ſufficienter enumeratorum ad alterius membri poſitionem. Debes ſcire vt Auer. inq̃t ſophiſtas vt heraclitanos opinatos eſſe hæc ſublunaria omnia eſſe in continuo motu, illa vero cœleſtia eſſe firma, & ſemper quieſcẽtia, & tunc apparentiam per quam videntur ſtellæ moueri ab ortu in occaſum enitebantur ſoluere per motum terræ, dicen E tes ita de ſtella contigere vt de motu ripæ quãdo homo mouetur in naui propter motum viſorij in quo viſio ipſa perficitur, vt etiam narrat Ariſto. in li. de ſonno & vigi. Hoc etiam confirmari poteſt per ſimile in ebrio, cui circunſtantia omnia moueri apparent, propter vertiginem ſpirituum oculi vt docet Philoſophus in tertia particu. problematũ, problemate. 9. Ariſto. igitur reprobat hunc ſyllogiſmo hypothetico ſic, ſi terra quieſcit impoſſibile eſt illa quieſcentia eſſe & videri mota, ſed ſupponatur nunc terram quieſcere, quia infra probabitur, igitur impoſſibile eſt illa quieſcẽtia videri mota. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire Ariſtote. adieciſſe. Nõ enim fierent, q̃ apparent. Ex quo verbo vt ſumit Auer. poteſt formari ratio abſoluta. Nam dato ꝙ de terræ quiete aliquis dubitaret, adhuc habemus argumentum, nam coniunctiones ſtellarum, oppoſitiones, directiones, & retrogradatiões, & cętera id genus per motum terræ ſaluari non poſſunt, propterea adiecit. Neq; enim fierent quæ F apparent ſup. dato ꝙ terra moueretur. Hæc Ariſtote.

Reſtat igitur aut ambo moueri, aut alterum quieſcere, alterum moueri. Si igitur ambo mouentur, abſurdum emerget: ſtellarum videlicet & orbium velocitates pares eẽ: vnaquæque. n. ęque velox erit, atq; orbis in quo fertur. Simul ſiquidem cum orbibus in idem rurſus redire videntur. Accidit igitur ſtellam ſuo in orbe circulum deſcripſiſſe, & orbem lationem ſuam peregiſſe, atq; ſuam circunferentiam deſcripſiſſe.

Expoſitio. Secundo probat ꝙ non poteſt fingi orbem & ſtellam motibꝰ proprijs ſeorſum moueri, & arguit ſic, ſi ſtella & orbis proprijs ſeorſum motibus mouerentur, tunc paribus velocitatibus æquales circunferentias deſcriberent. Deducitur hæc cõditionalis ſiue maior, nam in quanto tempore ſtella ab vno puncto imaginario, verbi gratia, G ab ortu circunferentiam deſcribendo totam redit ad ortum, in tanto tempore orbis deſcribendo circunferentiã redit ad eundem punctum, & ſic paribus velocitatibus mouent̃. Primo ꝓponit id qđ reſtat diſputãdũ, et inquit. ¶ Reſtat igit̃ aut ambo moueri, aut alterũ q̃eſcere, alterũ moueri. Quod quidem ambo non mouentur, probat, & inquit. ¶ Si igitur ambo mouentur, abſurdum emerget, videlicet ſtellarum & orbium velocitates pares eſſe. deducit, vnaquæq; enim æque velox erit, atq; orbis in quo fertur, probat hoc dicẽs, ſimul ſiquidem cum orbibus in idem rurſus redire videntur, ſtellã videlicet per ſenſum, orbem per exiſtimationẽ, igitur pariter mouebuntur & æque celeriter, propterea dat totam hipotheticam, & inquit. ¶ Accidit igitur ſtellam in ſuo orbe circulum deſcripſiſſe, et orbem lationem ſuam peregiſſe, atq; ſuam circũferentiam deſcripſiſſe, ita vt paribus velocitatibus mota ſint. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire ꝙ à cõi translatione mutati nonnulla verba, nam græce verba H illa, ſuo in orbe circulũ deſcripſiſſe, ſunt ἄςρον διεληλυθέναι τὸν κύκλον, vt verbum verbo reddam eſt, ſtellam circulum tranſiuiſſe, quod cum minus ſonet illo pacto tranſtulimus, nam verbum illud διεληλυθέναι, etiam, pro deſcripſiſſe legimus quandoq;. Cætera patent.

Quæ Auer. comen. 44. Diſputat autem Auer. de quo motu loquitur, cũ probat ſequi ſtellam pari velocitate moueri cũ ſuo orbe. Et vr̃ mihi qõ ſupflua, qm̃ intelligi põt de vagis. & de fixis. Alexand. de ipſis vagis. Simplicius vero de fixis intelligit, ſed ratio Ariſ. habet locum in omnibus, nam comparat ſtellam ad ſuum orbem, modo quęcunq; ſit ratio eſt eadem. Dubitatio. Sed videtur rationem hanc qua Ariſto. deducit conſequentiam eſſe nullam, nam cum orbis non videtur, poſſum fingere ipſum moueri proprio motu, & ſtellam proprio, ſed diſparibus velocitatibus, quia vel orbis celerius vel ſtella celerius intelligi põt, nec ratio valet, ſupponit enim eſſe motum pari velocitate orbẽ deſcribere

bere

bere circunſerentiam, & ſtellam, hoc enim cum non videtur, negabitur. Dici poteſt & bene, hoc nō poſſe fingi, primo, quia eſt ſuppoſitum ea in .24. horis moueri. (Solutio.) Scd'o, qa, vt deduceretur orbis diuideref, vel rareſieret, vbi enim ſtella tardius moueretur, & orbis velocius, neceſſario ſtella finderet orbem, vel rareſaceret ipſum, ē cōtra et ſi ſtella celerius mouebitur. Ariſtote. igitur hanc partem non deſtruxit, quia per ea, quę dicturus eſt, relinquætur confutata. hæc res non fuit mihi leuis.

Non eſt autem rationi conueniens, vt velocitates ſtellarum, & magnitudines orbium eandem habeant rationem. Nā quamuis orbes velocitates eius proportionis habere quam & magnitudines habent, nō ſit abſurdum, immo neceſſarium, vnamquamq; tamen ſtellarum, quę in his ſunt nullaten⁹ habere rationi cōſentaneū eſt. Nam ſi illa neceſſario ſit velocior, quæ per maiorem orbem fertur, ſtellæ ſi orbes ſuos mutuo commutabunt, alteram velociorem, alterā tardiorem fore perſpicuum eſt: qua ratiōe nullum motum habebunt proprium, ſed ab ipſis orbibus ferrentur. **B**

(Expoſitio.) Nunc vult deſtruere cōſequēs, & ita ponit quaſi minorē, debes ſcire q orbes ſiue circuli qui græce cycli dñr habent velocitates magnitudinibus proportionatas, qa maior orbis in eodem, vel æquali tpe velocius mouetur, & ita maior velocitas eſt ī maiore magnitudine, & licet velocitates ſint in orbibus ſm proportionem magnitudinum, hoc non eſt in ſtellis, ita vt ſtellæ habeant in velocitatibus proportionem, ſm proportionem magnitudinum orbium, ita q ſtella habeat in velocitate proportionem ad aliam, quam orbis ſuus habeat in magnitudine ad orbē alterius ſtellę. Eſt igitur intentio probare vnā ſtellam nō habere in velocitate talem proportionem ad aliam, qualem ſuus orbis habet ad orbē alterius, qua ratione euenit vt ipſa non moueatur neceſſario pari velocitate cum ſuo orbe. Nam orbis ad orbem ſemper in velocitate proportionem ſeruat, non autem ſtella ad ſtellā. Hoc proponit, & inquit. {Non eſt autem rationi conueniens vt velocitates ſtellarum & magnitudines orbium eandem habeant rationem, hoc eſt non eſt rationi conſonum, vt ita ſe habeat ſtella ad ſtellam in velocitate, ſicut orbis eius ad orbem alterius in magnitudine. Nam quāuis orbes velocitates eius proportionis habere quam & magnitudines habent non ſit abſurdum, immo neceſſarium, vnamquamq; tamen ſtellarum, quę in his orbibus ſunt habere nullatenus rationi conſentaneum eſt, eſt igitur hæc concluſio, nō oportet vt qualis ſit proportio magnitudinis orbis ad magnitudinē orbis, talis ſit ſtellæ in velocitate ad ſtellam. Verbi cauſa, non oportet vt qualis eſt proportio orbis Mercurij ad orbem Lunæ in magnitudine, talis ſit proportio Mercurij ad Lunam in velocitate. Et hoc probat, quia tunc Mercurius qui eſt in orbe maiori erit velocior Luna, quæ eſt in orbe minore, aut igitur eſt naturale, & neceſſario, vel caſuale, non naturale, quia ſi fieret tranſlatio ſtellarum de orbe ad orbē, ita vt Mercurius ſaltaret in orbem Lunæ, & Luna in orbem Mercurij, tunc Mercurius efficeretur tardior, & luna velocior, igitur non neceſſario naturaliter. Inquit. {Nam ſi illa neceſſario ſit velocior, quæ per maiorē orbem fertur, ſtellæ ſi orbes ſuos mutuo cōmutabunt, alteram velociorem, alteram tardiorem fore perſpicuū eſt, cuius cōtrarium erat ante cōmutationē orbium, qua ratione nullum motum habebunt proprium, ſed ab ipſis orbibus ferrētur, quod eſt propoſitum. Debes ſcire q hæc concluſio non ſequitur præciſe ex nunc dictis, ſed addita eſt, quia poſterius cōplebitur. (Obiectio.) Obijcies fortaſſe caſum non eſſe poſſibilem, videlicet q fieri poſſit orbium tranſpoſitio. **A** Sol. patet, orbium enim tranſpoſitio pro tanto eſt impoſſibilis, pro quāto ſtella eſt pars ſui orbis illi continua. (Solutio.) Vbi autem ſit pars diſcontinua, & p ſe proprium habeat motū, caſus eſt imaginarius, & poſſibilis, quia motus vnius non dependet ex motu alterius, & ſic erit poſſibile vnum tranſponi in alio, & hoc modo valet id quod Ariſtoteles ait.

Sin autem caſu id accidit: non erit profecto rationi conſonū vt in omnibus orbis ſit maior: ſimul atq; latio ſtellæ quæ in ipſo eſt velocior: vnam enim vel duas hoc pacto ſeſe habere, nō eſt abſurdum, omnes vero ſimiliter ſeſe habere figmento ſimile eſt. Præterea etiam in his quæ natura ſunt, nihil fortuito euenit. Inſuper etiam id quod vbiq;, & in omnibus eſt, â fortuna nō proficiſcitur.

B (Expoſitio.) Hactenus q nō ſit naturale ſtellā in velocitate ſeſe habere ad ſtellam, vt orbis ad orbem in magnitudine probatum eſt. Quod vero nec caſuale, tribus rōnibus probat. primo, quia quæ caſu eueniunt, in paucioribus contingunt, at in illis hoc eſt in omnibus. Secūdo, cauſale non eſt in his quæ ſunt â natura, ſtellæ & orbes ſunt â natura. Tertio, caſuale nō eſt vbiq; & ſemper, at hęc ſunt vbiq; & ſemper. Quare non eſt caſuale. Ex his poteſt haberi q non quali proportione orbes ſeſe habent in magnitudinibus, tali ſtellæ ſe habent in velocitate, & tunc habebitur ſtellam nō moueri pari velocitate cum ſuo orbe, quia tunc ſemper haberet velocitatem proportionatam magnitudini orbis, quod eſt nunc deſtructū. (Dubitatio.) Sed ambiges, nam Ariſt. videtur cōcedere caſum in vna, vel duabus ſtellis, & negat illum in omnibus, igitur cōcedit caſum in cęleſtibus. (Solutio.) Solui poteſt vt Auer. innuit Ari. non eſſe locutum aſſertiue, ſed hypothetice. q. d. nō eſſe contra naturam caſus, vt in vna, vel duabus id eſſet.

C Atqui ſi orbes quieſcunt, & ſtellæ mouētur, eadem rurſus abſurda, & ſimiliter erunt. Eueniet. n. eas velocius moueri: quæ ſunt extra: & velocitates eſſe pro orbium magnitudinibus.


(Expoſitio.) Tertium membrum erat alterum imaginando quieſcere, alterum moueri, hoc autem eſſe poteſt, imaginando vel orbes quieſcere, & ſtellas moueri per illos, vel cōtra orbes moueri & ſtellas qeſcere in eis. Reprobat primum, & inquit. Atqui ſi orbes quieſcāt, & ſtellæ mouētur, eadem rurſus abſurda, & ſimiliter erunt, eueniet. n. eas ſtellas velocius moueri quæ ſunt extra, hoc eſt ī exteriori orbe, vt mercurium velocius luna moueri, qui eſt in orbe exteriori, & velocitates eſſe pro orbium magnitudinibus, quia ſemper mercurius mouebitur in .24. horis in tanta proportione velocius luna, in quanta eius orbis eſt maior orbe lunæ. (Prima dubitatio. Auer. cōmen. 41.) Ambigit Auer. quia licet illud impoſſibile ſequatur ſi orbes & ſtellæ proprijs motibus & ſeorſum mouentur, non tamen ſequi videtur vbi **D** cœlum quieſcit & ſtella ſola per ſe mouetur. (Reſponſio.) Reſpondet Auer. illud ſequi pro tanto, quia omnes ſtellæ mouētur motu diurno atq; in æquali tpe, cum enim in æquali tpe circumeāt, illa ſtella quæ in maiore eſt orbe, velocius mouebitur & quæ in maiore tardius, quare velocitates proportionabuntur. (Secunda dubitatio.) Secundo magis ad rem dubitabis, nam cauillator poſſet dicere mercurium & Lunā non in diuerſis orbibus moueri, ſed vnum eſſe cœlum oīum, in quo mouentur circulariter veluti piſcis in mari, vel auis in aere. Dici poteſt quòd, Ariſt. ſupponit duò, primū eſt, ipſos ſaltem deſcribere circulos imaginarios in .24. horis. Et ſecūdū eſt, circulū mercurij eſſe maiorem, q patet, quia mercurius mouet ſupra Lunā, quia Luna eclipſat mercurium & non econtra, & tunc idem ſequitur, ac ſi eſſent veri orbes.

Cum

E Cum igitur neq; vtraq;, neq; ſtellã dũtaxat moueri ſit rationi conſentaneum: reſtat orbes quidẽ moueri, ſtellas vero quieſcere, & infixas in ipſis orbibus ferri: hoc.n.modo tantum, nullum abſurdũ euenit: velociorẽ enim eſſe maioris circuli celeritatem cõſentaneum eſt rationi, ſi orbes circa idem centrum ſint cõſtituti: quẽadmodum enim in cæteris corpus maius velocius latione propria fertur, ſic & in orbicularibus: nam earum portionum quæ ab eodem auferuntur cẽtro, maioris orbis maior portio eſt. Quare ęquali ĩ tpe maior orbis iure circũferet̃.

Expoſitio. Ex his concludit membrum quæſitum, & inquit. Cũ igitur neq; vtraq;, neq; ſtellam dumtaxat moueri ſit rationi conſentaneum, reſtat orbes quidem moueri, ſtellas vero qeſcere ſupple à ꝓprijs motibus, & infixas in ipſis F orbibus ferri. Quo vero ad verba attinet infixas gręce eſt. ἐνδεδεμένα, latine, ſiue illxas, ſiue firmatas, ſiue cõſtitutas, quęq; nõ ſunt vt claui, ſed vt nodi ĩ tabulis. Hoc eſt membrum quæſitum. Deinde probat hoc ꝑ id qđ ad ipſum nullum ſequitur repugnans. Primo, cum veritate huius membri ſtat orbem maiorem, vt illũ Mercurij celerius ferri orbe lunæ & Mercurium in ſuo orbe in eodem tpe, verbi cauſa, in hora maiorẽ arcum deſcribere. Mercurius enim per motum diurnum ad motum ſui orbis deſcribit in certo tpe arcum ab ortu in culmẽ A B. Luna vero in eodem tpe ab ortu in culmen arcum D C: igitur mercurius, velocius ſm ſui orbem fertur, inquit.

Illigatas religatas adnexas. Hoc enim modo, tm̃ nullum abſurdum euenit, velociorẽ.n.eſſe maioris circuli celeritatẽ ſiue motũ cõſentaneum eſt rationi, ſi orbes circa idem centrum ſunt cõſtituti, quod ſaltem verũ eſt quo ad motum diurnum, de quo loquimur. Et hoc probat à ſimili in corporib⁹ rectis, & inquit. Quemadmodũ



G enim in cæteris vt in corporibus rectis velocius propria latinne fertur, ſup.corpore minore, ſi tẽpore æquali ambo ferũtur, ſic & in orbicularibus, nam earum partium, ſiue portionum, ſiue arcuum quæ ab eodem auferuntur centro, ſiue ſuper eodem deſcribuntur cẽtro, maioris orbis maior portio, ſiue arc⁹ eſt, vt arcus A B orbis Mercurij maior eſt arcu D C in orbe lunę, ſi videlicet deſcribant ſuper centro M ſm eãdem longitudinẽ, videlicet ab ortu in culmen, quo motu ferri ſupponũtur eodem in tempore, & ita motus mercurij deſcribens arcum A B celerior erit motu lunæ deſcribentis arcum D C. apponit concluſionem, & quod dicit patet.

H Inſuper cęlum accidet nõ diuelli: & propter hoc ipſum: & etiam qa declaratum eſt totum ipſum eſſe continuum.


Expoſitio. Secundo oſtendit nõ ſequi ſm impoſſibile, & inquit. {Inſuper coelum accidet non diuelli vt in illo mẽbro accidebat, & ꝓpter hoc ipſum, quod nunc diximus, videlicet, quia ſtella mouetur ad motum orbis, & etiam quia declaratum eſt, totum ipſum coelũ eſſe continuum.

Dubitatio. Forſitan dices Ariſtoteli impoſſibile ſequi quando ſtella moueretur per profundum coeli, ſed qñ mouetur per ſuperficiem quia aĩal mouetur per ſuperficiem terrę, & nõ diuellit terram. Sed bene talpa quę ſub terra fertur, terrã diuellit.

Solutio. Dici poteſt Ariſtotelem ſuppoſuiſſe ſtellam moueri per profundum, nam ſi moueretur in ſuperficie inter orbem & orbem relinqueret poſt ſe vacuum.

E Præterea cum ſtellę ipſæ rotundę ſint: quẽadmodum & cæteri ſentiunt: & nos qui ex illo corpore in quo ſunt, illas facimus: cõuenienter cõcedimus rotũdi quoque ipſius duo ſint per ſe motus: rotatio & cõuerſio: ſi ſtellæ per ſe mouebũtur: altera harum motionum mouebunt̃.

Expoſitio. Prima ratio ſumpta erat per comparationem ſtellarũ ad orbes, hæc ſumitur ex parte figuræ ſtellarum, ſupponit autem duo. Primum eſt, oẽs ſtellas eſſe rotundas, qđ probat, tum auctoritate cęterorum, tum per ea quæ dixit, dixit enim ſtellas eſſe de natura coeli, igitur erunt de figura coeli, quæcunq;.n.conueniunt in natura, etiam in figura & accidentibus eſſentialibus conuenire videntur, inquit. {Cum ſtellę ipſę rotundæ ſint, quemadmodũ & cęteri ſentiunt, & nos dicimus conuenienter ad dicta noſtra, q ſtellas facimus ex natura eius corporis in quo eſt. Hęc eſt ꝑma ſuppõ, q̃ eſt legẽda cũ nota ſuſpẽſionis. F Secũda eſt, vnũquodoq; rotundũ, verbi cauſa, lunã poſſe intelligi moueri duob⁹ modis, aut rotatione, aut cõuerſiõe: rotaret enim luna, ſi à centro terræ per cẽtrum lunæ vſq; ad conuexum vltimum octaui coeli traheretur vna axis perpendiculariter, quæ ſit A B, & circa hanc axem ſuper illos polos perpetuo volueretur, veluti rota molẽdini circa centrum proprium. Conuerteretur aũt ſi ſuper nos circa centrum M volueretur ab ipſo C in D redeundo in C ad modũ quo veges vel rota carri circumuoluitur. Hæc eſt ſecunda ſuppoſitio.



Deinde ponit conſequens, ſi inquam ita eſt, vt ſtellæ per ſe moueantur, ex quo ſunt rotundę, altera harum motionum mouebuntur.

Dubitatio. Sed occurres, nam veges poteſt moueri defluendo, & per conuerſionem, igitur poteſt adhuc intelligi ſtella moueri defluendo, cuius nihil meminit Ariſtoteles.

Solutio. Dici poteſt talem defluxionis motum eſſe rectum, a rotundis per ſe non competit motus rectus maxime his rotundis, quæ ſunt alterius naturę ab elementis, elementarijſq; rebus, propterea Ariſt. omiſit.

H At neutra moueri vidẽtur. Nam ſi rotabũt; in eodem profecto manebũt, & locum nõ mutabũt: vnt̃ aũt locum mutare, vt ẽt oẽs dicunt.

Expoſitio. Facta diuiſione oſtendit illas non moueri motu rotationis, nam quęcunq; motu rationis mouentur, manent in eodem ſitu, & locum ſm ſubiectum non mutant, veluti de rota molendini dictum eſt, at ſtellæ videntur locũ mutare cum diſcurrant ab ortu in occaſum, vt etiam alij oẽs concedunt. Inquit. {At neutra motione moueri videntur, primo q; non rotatione, nam rotabunt in eodem profecto ſitu reſpectu polorum & cẽtri mũdi manebũt, & locum non mutabunt ſm materiam, at videntur locum mutare, vt diſcurrere ab ortu in occaſum, vt etiam omnes alij dicunt, igitur ſtellæ non mouentur motu rotationis.

Cauillus. Solutio. Fortaſſe cauillabis aſſerens illas rotari cum aliqua defluxione verſus occaſum. Hoc profecto ablatum eſt, nam defluxus competit his, quæ recto motu mouentur, quatenus coeleſtia moueri non poſſunt.

Inſuper

A Inſuper etiam omnes quidem cõſentaneũ eſt ratiõi eodem motu rotare, at ſol ſtellarum ſolus hoc facere videtur, cum exoritur, atque occidit. Et hic non per ſe, ſed ob diſtantiam à noſtro viſu, viſus enim longè ſeſe extendens ob imbecillitatem vacillat. Qui quidem forſitan cauſa eſt, vt etiam ſtellæ fixæ micare uideãtur, vagæ vero non micare, Vagæ namq; ſtellæ quia propè ſunt, viſus ſui compos ad ipſas pertingit. At fixas vero longè valde diffuſus vibrat. Tremor autẽ ipſius facit vt hæc vibratio, ſtellæ ipſius videatur. Nam differt nihil viſus, an res quæ cernitur vacillet.

Secundo idem videtur perſuadere per locum à maiori ad minus. B Nam ſi ſtellæ rotarent, maxime Sol rotaret. Declaratur, quia ſol ſtellarum ſolus hoc facere videt cũ exoritur atq; occidit, at ſol non rotar, quia hic non per ſe apparet rotare, ſed ob diſtantiam a noſtro viſu. Declaratur, nam viſus longe ſeſe extendens & profuſus ob imbecillitatem quam in conatu conſequitur vacillar. huius ſignum eſt, quia idem viſus forſitan cauſa eſt vt etiam ſtellæ fixæ micare videntor, vagæ vero non micare, vagę nãque ſtellæ quia prope ſunt, viſus potẽs & ſui compos ad ipſas pertĩgit. Ad fixas vero lõge valde diffuſus vibrat, quæ vibratio viſus apparet eſſe ſtellæ, nam quo ad vibrationem differet nihil viſus an res quæ cernitur vacillet. Sic igitur apparet ſolem ipſum non rotare, & tamen maxime rotare videtur, igitur nulla ſtella rotat, hæc Ariſto. Dubitat Auerro. quia nõ videtur ſol ſcintillare ob diſtantiam, nam ſol propior eſt Ioue, & maior, & Iupiter non ſcintillat, igitur nec ſol ob diſtantiã ſcintillare debet. Reſpondet Auer. & concedit ſolem non ſcintillare ob diſtantiam vt ratio cogit. C Sed ob lucis potentiã, & excellentiam, ſignum huius eſt, quia in ortu & culmine ſcintillat atq; occaſu. In meridie namq; ſolum ob lucis exceſſum ſcĩtillat. In ortu vero rotare videtur, & ſcintillare ob lucis exceſſum, & medij craſſitudinem, atq; turbulentiam, eſt enim tũc aer vaporibus plenus, qui in nocte exhalauerunt, atque inſpiſſati erant, & ſic cõcedit ipſe rationem. Sed hæc ſolutio eſt de directo contra textum, ait enim Ariſto. ſolem ſcintillare ob diſtantiam. Alex. ait ſolem vibrare, ſiue titubare in ortu propter apparentiam duorum motuum, qui tunc videntur. Nec hæc ſolutio eſt ad textum, nec vera in ſe, vt omnibus credo eſſe notum, Dicendum igitur ad talem ſolis titubationem oĉcurrere medij craſſitudinem, vt in ortu, & humidi in oculo exiſtentis ob lucis præſtantiam, eliquarionem, ſiue reſolutionem, & inordinatum motum ſpirituum. Principaliter concurrit diſtantia & lucis præſtantia. Et tunc dico Ariſto. accepiſſe diſtantiam pro cauſa, quia lucis præſtantiam eſſe cauſam, nemo dubitat. D Ad illud de Ioue, dico quòd non ſunt cætera paria, quia tanta diſtantia ſolis a noſtris oculis cum tanta lucis excellentia ſufficit eliqueſcere humidum oculi, & facere inordinatum motum ſpirituum, at tanta Iouis diſtantia cũ tanta luce non ſufficit. Et hoc Auerr. ignorauit. Amplius, dubitatur, quia Mercurius eſt prope, & paruæ lucis, & tamen ſcintillat, propter quod græce ſtilbon a micatu appellatur, vt dicit Simpl. Dici poteſt hoc ſibi accidere a vicinitate quam cum ſole habet, ipſe enim ſemper ante ſolem exoritur, vel occidit non elõgatus plus vno ſigno, & ſic videtur ſemper prope diem vel in noctis principio cum adhuc dies eſt, & inde id euenire poteſt accedẽte ad hoc etiam eius paruitate. Nam tanta diſtantia quãta eſt Mercurij ad oculos noſtros, cum tanta eius paruitate ſufficiens eſt ad ſcintillatum Mercurij.

A Atqui nec conuerti ſtellas perſpicuum eſt, id enim quod conuertitur, voluitur, at id Lunæ quod facies appellatur, ſemper ſpectatur. Quare cum ea quæ per ſe mouentur, proprijs motibus per ſe moueri æquum ſit, his aũt moueri nõ vñr, pſpicuũ eſt ipſas p ſe nõ moueri.

Hactenus q ſtellæ non mouenẽ motu rotationis, nũc q non mouenẽ motu conuerſionis, proponit, & ſyllogizat ſic, quæcunq; mouenẽ motu cõuerſionis, voluũtur. Sed ſtellæ non voluunẽ, vt patet in Luna, q nõ voluitur, ppea quia ſp eius facies nobis apparet. Hoc etiam cõfirmari põt, propterea quia veges quæ voluiẽ, aliquo mõ recto motu mouetur, ſi debeat locũ mutare ſm materiã, & ſubſtantiam, at ſtellæ non mouenẽ motu recto, vt diximus, ppea epilogãdo ſyllogizat dicẽs, quare cũ ea quę B per ſe mouentur proprijs motibus per ſe moueri ęquum ſit, his aũt proprijs motibus ſtellæ moueri non videntur, perſpicuum eſt ipſas per ſe non moueri.

Digreditur vero Auer. in com. primo de macula, quæ ſit, & rñdet maculã illam apparere ob partium lunaris corporis difformitatem, eſt enim de Luna quẽadmodũ de ipſa terra putandũ. Nã vt terra eſt in ptibus difformis rarior quidẽ in aliqua parte, dẽſior in alia, ita Luna in parte eſt peruia & tranſparens, in parte opaca, qua quidem e partium difformitate reſultat illa quã faciẽ dñt, lumen n. ex ipſo ſole ſuſceptũ non vniformiter penetrat, pp partium Lunæ drĩam. Perſuadet Auer. hoc primo, quia in ſtellis ſiue cęleſtibus ſunt extrema, videlicet peruium, & opacũ, puiũ eſt pars orbis nõ ſtellata, opacũ vero eſt ea Lunæ pars quæ nõ eſt penetrabilis, igitur oportet eẽ mediũ, & hæc eſt ps maculoſa Lunæ. Scdo idẽ probat auctoritate Ariſt. qui Lunã cõparat terræ, quia vt terra ab igne illuminaẽ, ſic Luna a Sole, & vt terra difformitate C ptiũ difformiter illuminaẽ, ſic luna, q vero ptes clariores quæ obſcuriores uideanẽ, pbabile eſt rñdere tuo mõ, vel vt Albertilla ſatisfacit. Sed nunc occurres quonã mõ Luna lumen e Sole ipſo mutuet, ipſumq; quonã mõ nobis emittat. Rñdet Auer. lumen poſſe recipi & emitti ſm fractionẽ, ſiue reflexionẽ, & ſm penetrationẽ. Scdm reflexionẽ quidẽ recipiẽ veluti in ſpeculo chalybeaceo, ſm penetrationẽ vero vt ſi lumen p ſingulã pfundi ptẽ penetrauerit. Tenet igitur Auer. Lunã recipere lumẽ per penetrationẽ, & nõ p reflexionẽ, primo auctoritate Auẽpacis in trac. ſuo de re hac. Scdo, qꝛ ſi p reflexionẽ reciperet, non fieret illuminatio vñs totius nři hemiſphęrij, ſed tãti dũtaxat ſpatij, quãta eſſet Lunæ magnitudo, vt in ſpeculo chalybeaceo videri põt, qd quidẽ tñ præciſe illuminat qñtũ eſt. Tertio, qꝛ in diminutionibus ſuis cũ ipſa eſſet nõ mitteret lumẽ ad terrã, veluti cũ eẽt cornicularis. Sed forte cõtra Auer. facit, qꝛ ſi lumẽ reciperẽ p penetrationẽ ſp appareret plena, nam ſp lumen oẽs Lunæ partes illuſtraret, verũ ſume tpſ ad cõſultũ. hæc de luD minis receptione. De macula ẽt narrat Auer. aſs põnes, prima eſt, maculã illã pueníre ob interpõnem cuiuſdã corporis, qd inter nos interponiẽ & Lunã, phibens nos videre totalẽ Lunæ claritatẽ. Cõtra obijcit, quia nõ vbiq; eodẽ modo appareret, non. n. eodẽ mõ corpus illud in omni terræ regione interpoſitũ videreẽ, veluti eclypſis ſolis nõ eſt vbiq; eadẽ, licet ſit ob interpõnẽ Lunę. Scda põ eſt, maculã illã eſſe vmbrã ſiue ſiſtudinẽ mõtiũ, vel quorundã mariũ ceu in ſpeculo appet ſpẽs. Obijcit ãt Auerr. p idẽ, quia tunc non oĩbus habitãtibus vbiq; appareret eadẽ. vel forſitã non eſt remotũ dicere Lunæ partes eſſe diuerſas, veluti ſunt ptes terræ, quarũ alię ſunt valloſę, alię mõtuoſę, ex quarũ drĩa effici põt facies illa Lunæ, nec ẽ rõni diſſonũ. nã Luna eſt corpus iperfecte ſphęricum, cũ ſit maxime ab vltimo cœlo elongatũ, vt ſupra dixit Ariſto. tu vero in hoc non dedigneris conſiderare. Sed qrit Alex. propter quid fuit illa partiũ differentia in luna me

rito cuius macula appareret. Rñdet, vt mihi vr̃, q̧ illa quæ ſunt in inſerioribus diſperſa, in ſupinribus ſunt vnita, & quæ in ſuperiori natura vnita, in inſerioribus diſpſa: luna igitur ex ea parte, qua eſt ſuper elemẽtis, meruit lumen vnitũ, qua uero eſt infima ſtellarum, meruit illud aliqua ex parte diſperſum. Hinc fuit neceſſariũ ptes non eſſe conſilr diſpoſitas. Fortaſſe dicendũ q̧ ſicut nulla eſt quærenda cã quare terra eſt diffnrmis, niſi quia terra, ſic ipſius lunæ nulla eſt cã quare eſt difformis, niſi quia luna, hæc de macula. Secundo diſputãdum eſt, an orbes omnes ſint eiuſdẽ ſpeciei. Rñdet Auic. vt narrat Aue. ſtellas differre ſpecie, veluti & orbes differũt, & tũc vult Ariſt. fuiſſe locutum exẽplariter, non. n. vult hr̃e, q̧ quia luna nnn mnuetur, igitur nulla mouet̃, vt hoc ſit pro tanto, quia omnes ſunt eiuſdẽ ſpeciei. Nam hoc eſt loco exẽpli nnn demonſtrationis. Et ppea concedit Auic. ſtellas ſiue orbes eſſe eiuſdem generis, & differre ſpecie. Perſuadet hoc primo, quia motus differunt ſpẽ, igitur et orbes. antecedens patet, quia motus diurnus, & motus ꝓprius vagarum ſtellarũ differunt ſpẽ, ſunt. n. à terminis contrarijs in contrarios terminns ſupra diuerſos polos. Secũdo, quia centra nrbiũ differunt ſpẽ, maxime ſi ſint eccentrici & epicicli. Hæc eſt poſitio Auicẽnę. Obijcit aũt huic. Auer. ſic, ſi orbes eſſent ſpecie differentes, & generẽ conuenientes, eſſent cõpoſiti ex materia & fnrma, & ſi cõpoſiti ex materia & forma igitur generabiles & corruptibiles, & ſi generabiles & corruptibiles, igit̃ eſſet aliquod corpus cœln prius, & ita orbes non eſſent ṗma corpora. Iuninres deducunt primã conſequentiã per hoc, quia quæcunq; ſunt in genere ſunt contraria, & oĩa contraria cõponuntur ex materia & forma. Tertiam conſequentiã declarãt, quia oĩs reſolutio eſt ad corpus, & ita ante cœlum eſſet corpus. Sed hæc friuola ſunt, prima .n. deductio nulla eſt, quia ſic omne hñs contrarium cõponeretur ex materia & forma, quod nõ eſt verũ, niſi in ſubſtantia, albedo. n. & nigredo contrariæ ſunt, & tamẽ nulla illarũ ex materia & forma componitur. Præterea falſum eſt quæcunq; ſunt in genere eſſe contraria, nã ſpẽs numerorũ ſunt in genere, & non ſunt contrariæ. Secũda deductio friuola ẽt eſt, non. n. omne quod reſoluit̃ reſoluit̃ in corpus, non. n. elementum in corpns reſoluitur, ſed in primã materiam. Propterea aliter deduci põt, primo quidem, quia generaliſsimũ apud Aue. in paraphraſe Porphyrij præſenti ſubſtantiæ eſt corpus generabile, & ita ſequitur, ſi orbes ſint eiuſdem generis ſubſtantiæ, oẽs erũt corpora generabilia. Sed iſtud eſt petere. Propterea ſolemus dicere Auer. ſuppoſuiſſe differentiam ſumi ab actualitate formæ, genus ab ipſius materiæ potentialitate, propterea ſequitur omne per ſe in genere eẽ cõpoſitũ ex materia & forma, nec obſtat id q̄d de nigredine dr̃, quæ eſt in genere, & tñ non componitur ex materia & forma. Nam nigrũ eſt in genere, & non nigredo, vt Ariſt. in topicis ait. Tertia conſequentia deduci põt, primo, quia generatio vnius corporis eſt corruptio alterius corporis prioris, quare ſi orbes fuerunt geniti, aliq̄d corpus prius fuit. Scd̃o, quia omne q̄d generatur, extrahitur de potentia materiæ virtute agentis corporei, oẽ. n. extrahens eſt corpus. 7. meta. cõ. 31. Tunc Aue. rñdet ad rõnes Auic. ad primam rñdet cœlum eſſe veluti vnũ animal, cuius primus motus eſt diurnus. Motus vero econtra eſt non primus, ſed veluti motus mẽbrorũ. In vno. n. aĩali vnus eſt primus motus, pñt tamen plures eſſe non primi vt qui à dextris fit in ſiniſtrũ, vel econtra. Sic igit̃ ea mobilia differunt ſpecie, quorũ motus primi differunt ſpecie, at motus primus oĩm orbiũ eſt vnus videlicet diurnus, cæteri ſunt ꝑ accidẽs, abſolute. n. negãdum eſt dr̃iam motuũ facere differentiam ſpecificam, nã in vno aĩali numero poſſunt eſſe diuerſi motus ſpecie, vt dicit, quorũ vnus eſt à dextris in ſiniſtrum, alius ecõtra. Ad ſecundũ rñdet oẽs orbes eſſe concentricos, nã apparentiæ ſaluari pñt per motum leuab. vt ſupra fuit dictum. Sed tunc dubitares, nam ſi orbes ſunt eiuſdem ſpeciei, erunt tunc indiuidua contenta ſub eadem ſpecie.

Quæſtio an ſtellæ differunt ſpecie. Põ Auicẽ.

Solu. rõnum Auicennę.

E

Rñdet q̧ ſunt eiuſdem ſpeciei ſm prius & poſterius. vbi debes ſcire q̧ aliqua eſſe eiuſdem ſpeciei eſt dupliciter reductione ad vnam primã eſſentiam ordine quodã, & hoc mõ nmnia mẽbra animalis ſunt eiuſdẽ ſpeciei, qa oĩa reducuntur ad vnã eſſentiã animæ, & ad vnam eſſentiam primi mẽbri, puta ad cor, ordine tñ quodam ſm ꝑfectius & imperfectius, nnbile & ignobile, & hoc modo oẽs orbes ſunt vnius ſpeciei, reducunt̃. n. oẽs ad vnã primam eſſentiã, videlicet deum, qui eſt anima prima & cõmunis oĩbus, & ad vnũ primum membrũ, videlicet ad orbem ſtellaꝝ fixarum ordine quodam ſm perfectius & imperfectius, nobile & ignobile. Alio mõ aliqua dicuntur eſſe eiuſdem ſpeciei participatione eiuſdem rationis & definitionis, quo mõ Socrates & Platn, & vr̃ indiuidua eiuſdem ſpeciei prędicabilis de ipſis vniuoce, ſunt eiuſdem ſpẽi, & hoc mõ orbes non ſunt eiuſdem ſpeciei.

F

Nam natura cuiuslibet indiuidui corũ eſt alia à natura alterius aliquo mõ, & naturæ, quæ mouent ea, ſunt conuenientes eiuſmodi conueniẽtia & differentes huius differentia. Sed contra hãc Aue. poſitionẽ multipliciter poteſt obijci. primo, quia tunc motus vagarũ non eſſet ꝑ ſe primus vagarũ ſtellarum. Hoc eſt falſum, quia eſt à ꝑ ſe anima, & à per ſe corpore illarũ, eſt etiam per ſe intentus & neceſſarius generationi, veluti ẽt motus diurnus. Secundo, ſi inter ſe orbes nnn differunt ſpecie, & cõueniũt ſpecie & genere, igitur redit in poſitionem Auic. q̧ erũt cõpoſiti ex materia & forma. Tertio, in ęternis nõ eſt plus vno indiuiduo in ſpẽ, primo huius con. 90. vñ Aue. in lib. deſtructio deſtructionũ, diſputa. prima, in ſolutione dubij. 11. inquit, orbes nõ ſunt vnũ in ſpecie, multi in numero, immo multi in ſpecie, q̃uis non inuentatur de illa ſpecie niſi vnũ indiuiduum. Quarto, plus differt ſtella vnius orbis à ſtella alterius orbis q̃ ſtella eiuſdem orbis à ſtella eiuſdem orbis, vel q̃ pars ſtellata à non ſtellata.

G

Sed ſtella vnius orbis à ſtella eiuſdem differt virtute, & numero, igit̃ ſtellæ diuerſorũ orbium differũt ſpecie.

Quinto, motores differunt ſpecie ſm oẽs, igitur, & orbes. Sexto, ſtellæ differunt in accidentibus proprijs vt aſtrologi dicunt, igitur ſpẽ. Septimo, ſi orbes differũt ſicut membra, tunc nõ erũt, vel nõ oportet eſſe eiuſdem figuræ, veluti non oportet oĩa mẽbra aĩalis eſſe eiuſdẽ figuræ. Octauo, tunc rõ Ariſt. nulla. non. n. oportet ea q̃ differunt vt membra moueri vno motu, alio. n. motu mouetur cor, alio cerebrum. Nono, Ariſt. in lib. de ꝓprietatibus elementorũ expreſſe ait ſolem ſpecie differre ab alijs ſtellis. De hac qõne non eſt dubium quo ad ſtellas eiuſdem orbis, oẽs. n. ſunt eiuſdem ſpeciei cum orbe, non differentes niſi ſm magis, & minus vt fuit dictum.

Quid vocet hic in dubiũ & quid non.

Sed eſt dubitatio de ſtellis diuerſorum orbium an ſpecie differant, habent. n. motus diuerſos maxime ſecundũ aſtrologos ponentes eccentricos, & ſm Ariſto. ponentẽ eos fieri ſuper polos diuerſos, & motores ſpecie differentes, & igitur orbes differunt ſpecie.

H

Hæc qõ non eſt leuis, accedit ad hoc auctoritas Ptolomæi, qui virtutes ſpecifice differentes tribuit ſtellis, & ſexus diuerſos, & conditiones diuerſas, & lumina ſiue luces diuerſas temperationes ſiue complexiones diuerſas, quæ res non eſt leuis determinationis. Ad ſolutionis igitur euidentiam debes ſcire. Primum q̧ genus, ſpecies, & indiuiduum. poſſunt ſumi prædicamẽtaliter, & tranſcendenter. Prædicamentaliter enim quæcunq; in genere, ſpecie, vel indiuiduo ſunt, corruptibilia ſunt & compoſita ex materia & forma mediate, vel immediate, aut fundata in compoſitis ex materia & forma. ea enim omnia quæ ſunt in genere ſubſtantiæ ſunt per ſe compoſita ex materia & forma, at cætera aliorum generum ſunt fundata in compoſitis ex materia & forma. huius autem cauſa eſt, quia genus eſt ſumptum à potentiali, omne autem potentiale eſt tandem propter materiam, differentia vero ab actuali, &

Põ ꝓpria.

li, &

li,& omne actuale eſt forma, propterea in accidentibus
album eſt io genere,non albedo, album ſed ooo corpus
album propter multiplicem ſignificatum, quia album
eſt quod componitur ex genere & differentia, ex poten
tiali & actuali, & oon albedo,vbi autem dicitur albedi-
nem eſſe in genere,intellige vt dicitur animam eſſe in ge
nere. Tranſcendēter vero eſſe poteſt aliquod genus cō-
mune ſecundum aliquam rationem, ſimiliter ſpecies, ſi-
mul indiuiduum,quali ratione dicimos in ęternis vnum
indiuiduum eſſe tantum in ſpecie,ibi enim geous & ſpe
cies æquiuoce,hoc eſt tranſcendenter dicuntur, iuxta il-
lud Auer.10.Meta.& in libro de Subſtantia orbis,æter-
nis, & corruptibilibus nihil eſt commune vniuocum.
Secūdo debes ſcire,ꝙ aliqua eſſe diuerſa ſpecie, ſiue præ
dicamētalr,ſiue tranſcēdenter dupliciter eſt. Totaliter
& partialiter. Totaliter quidem,vt homo & æquus,hęc
enim differunt ſpecie totaliter,quia differunt ſpecie, &
nullius totius ſunt partes,nec teducūtur ad aliquod vnū
B primum, ratione cuius poſſunr capere aliquam conue-
nientiam. Partialiter vero & non totaliter differunt ſpe
cie membra vnius animalis,vt cerebrum, iecur,lien, &
cætera id geous,quia ſunt partes complexiooe, & fortaſ
ſe forma,& influxu,& operationes differentes, oon au-
rem totaliter, quia reducuntur omnes ad vnum mem-
brum ſecundum prius & poſterius, ad vnam formam,
atq; ad vnam principalem operationem, reducuntur.o.
ad cor, ad animam, quæ cordis primo, deinde cætero-
rum eſt forma, & ad vnam principalem operationem,
quæ eſt hominis propria,quam omnes illæ partes inten-
dunr,ob quam ſunt,& ad cuius ſeruitium ſunt coostitu-
tę, propterea licet partialiter ſpecie differunt, non tota-
liter,immo fortaſſe conueniūt in vno numero totaliter,
& differunt inter ſe partialiter, maxime ſi tenetur ani-
mam eſſe vnicam omnibus,& roram in vniuerſo anima
li,& totam in quolibet animalis membro. His viſis, di
co primo de mente Auerrois, & Ariſtotelis,orbes, ſiue
C ſtellas,nec differre ſpecie,nec genere, nec numero, nec
conuenire genere,nec ſpecie,nec numero, loquendo de
ſpecie,genere,& indiuiduo prædicameotalibus, quia in
æternis non eſt genus,nec ſpecies,oec indiuiduum, nec
penitus quicq̃ commune voiuoce cum rebus ſublunari-
bus. Ex hoc appater differentia Auerrois ab Auicen-
na. Auicenoa enim voluit orbes eſſe indiuidua ſpecie
differentia,& genere conuenientia prædicamentaliter.
Et contra ipſum valent rationes Auerrois: erunt enim
compoſiti ex materia & forma,& generabiles,& corru-
ptibiles,& ita aliquod corpus erit illos præcedens,& hu
ius ratio eſt,quia omne quod eſt in genere,ſpecie, vel in-
diuiduo prædicamētaliter, eſt cpoſitum ex materia, &
forma, vel fundatum in compoſito ex materia,et forma.
Secundo dico,ꝙ loquendo de genere,& ſpecie,& indiui
duo tranſcendeñter, eo videlicet modo quo in æternis
eſſe poſſunt orbes ſiue ſtellæ diuerſorum orbium, par-
tialirer quidem ſpecie differunt, totaliter veto noo. de-
D claratur,quia cœlum totum eſt vnum animal magnum,
veluti homo paruum,cuius membra ſunt orbes ſiue ſtel
læ, vt igitur in homine membra differunt ſpecie partiali-
ter,propter differētiam complexionum, & operatioonū,
& partialium formarum,ſic orbes & ſtellæ differunr par
tialiter complexiooe, vt declarat Ptolemæus:operatio-
nibus,quia vnumquodq; illorum proprio, & peculiari
motu mouetur:atque formis, quia quilibet orbis à pro-
pria forma perficitur,atq; io ſpecie reponitur. Et vt oēs
hominis partes reducuntur ad vnum primum membrū
ad vnam primam operationem,atq; ad vnam cōem, &
primam formam,ſic omoes orbes ad vnum primum mē
brum teducuntur,videlicet ad orbem ſtelliferum à quo
continentur,ad vnam primam operationem, vtpote ad
vnum cōem motum diurnū,quo oēs mouentur, & quē
oēs intendunt primo & principaliter, atq; ad vnam pri-
mam et cōem formam,videlicet primum motorem,qui

A qui vniuerſi eſt prima forma, orbium vero ſecūdū prius
& poſterius. Et hoc eſt quod voluit dicere Auerroes cū
dixit,ſed tamen debemus intelligere cū diximus ea con-
uenientia in ſpecie,ipſa eſſe conuenientia in ſpecie ſecun
dum prius & poſterius,& non ſecundum vniuocationē,
hoc eſt æqualiter: nam licet membra animalis cœleſtis
conueniant in vna prima actione, vna prima forma, &
in vno primo membro,cōueniunt in illis ordine quodā,
veluti & membra hoīs:nam nonnulli per prius & imme
diatius attinguot illa tria,nonnulli remotius, alii remo-
tiſsime,& ita non differunt ſpecie totaliter, ſed bene par
tialiter. Hoc idem vult dicere Auer.dum inquit. {Di
uerſitas autem motuum non facit diuerſitatem formarū
ſpecificarum,qm̄ diuerſitas motuum eſt ex modo diuer-
ſitatis aīalis in parte dextra & ſiniſtra,& manifeſtum eſt
ꝙ iſtæ diuerſitates inueniuntur in eadem ſpecie aīalis,vi
delicet in hoīe.q.d. vnum eſſe primū aīalis cœlici motū,
diurnum videlicet,qui eſt oīum primo & per ſe, cæteri
B vero ſunt partiales,vt motus membrorum, qui non fa-
ciunt differentiam ſpecificam totalem, quia ſunt com-
poſsibiles in vna ſpecie,immo in voo indiuiduo,ſed be-
ne faciuot differentiam ſpecificam membralem,ſiue par
tialem,quo modo concedendum eſt orbes differre ſpe-
cie. Simili ratione ſtat concedere orbes moueri circa di
uerſa cētra: ſatis.n.eſt vt oēs moueantur circa ceotrū ſm
cōem motum,qui primo oībus competit: cæteri.n. non
totalem,ſed partialem drīam ſpecificam faciunt. Et hæc
poſitio ſic intellecta non habet calumnias, nec aliquid
mali contra ſe,nec ante me inueni aliquem, qui eam de-
clarauerit. Tunc ad rationes cootra Auer. ad primam
dico vagas per ſe primo & principalr moueri motu diur
no,quia ob illum ſunt,à motore quoq; illius proficiſcun-
rur primo. Mouentur vero propriis partialibus motib⁹
membratim nō per ſe primo,ſed ad ſeruitium primi, qa
ſine illo primus motus nō attingeret finem,ſicut ſine mo
tu cordis aīa non attingit finem in aīali. Ad ſecundam
C patet quo modo poſitio Auer. differt ab illa Auic.per ea
quæ præmiſimus,& per idem patet cōcordia dictorum
Auer.quā ignari non aīaduertunr. Ad tertiā iā patuit
ſolo, ſtellæ.n.eiuſdem orbis,vel ſtella & pars non ſtella-
ta eiuſdem orbis non ſpecie differunr, ſed ſm magis, &
minus, propterea omnes ſtellę cœli octaui ſunt eiuſdem
ſpēi,ſed differuot ſm magis & minus. Propterea Ptolo
mæus in lib.1.Apoteleſmatum oō dicit abſolute aliquas
ſtellarū eſſe martias,aliquas venereas,& id genus, ſed oēs
eſſe eiuſdē ſpecificæ idiotropiæ,atq; peculiaritatis, ver-
gere tñ noonullas ad martias qualitates,nonnullas ad ve
nereas,& id genus. Ad quintā dicendum motores dif-
ferre ſpecie partialiter, coouenire tñ in voo primo vt ad
vnum finem, ad vnam formam, primus enim motor eſt
intellectiuum quidem, cœlorum forma intentionalis, or
bium vero forma realis. Ad ſeptimā pater ſolutio, quia
cum hac orbium conuenientia ſtat drīa membrorum in
cōplexione, operatione, & forma, & in hoc Ptolomæus
D poteſt cum Philoſophis concordari, vt pater per ea quæ
diximus. Ad octauam dico,ꝙ ſenſus eſt in mēbris ani-
malis ſimplicis,& animalis miſti ex elementis. In anima
li ſimplici totum & omne membrū principale debet ha-
bere conſimilem figuram,quia ob ſimplicitatem eſt ſimi
lare in toto & qualibet parte, veluti videmus aquam to
tam vergere ad rotunditatem, & guttam vnam ſimili-
ter. In animali vero commiſto ex membris diuerſæ mi-
ſtionis,nō oportet. Per idem ad nonam,patet.n omnia
membra cōuenire in vno motu communi, veluti in vna
forma,& differre in motibus propriis, verum in anima-
li ſimplici,& ſimilari membra conueniunt io vno motu
communi,& quaſi in ſpecie motuum propriorum, pro-
pter totius et partium ſimplicitatem. Ad decimā patet
ſolutio. Sol.n. differt ſpecie & ſtellæ oēs inter ſe non to-
taliter,ſed partialiter. Hęc de quæſtiooe, quę tene cordi,
nam alii oon bene perceperunt veritatem.

Quæſtio.

Quæ nam ſtellarum primo ſit lucida.

Prima pō. CONſequenter quærunt quæ ſtellarum eſt primo lucida, Dixerunt noſtri coætanei primo lucidū eſſe cœlum ſtelliſerum: nam vt in animali cor eſt primum viuens, quod omnibus alijs præbet vitam, ſic cœlū octauū eſt primum viuens quod omnibus aliis præbet vitam, vita autem datur calore, calor autē lumine & motu, quare primum lucidum eſt cœlum ſtelliſerum. Sed hæc poſitio, nec quo ad rem, nec quo ad concluſionis rationem valet. Quo ad rem quidem non valet, quia primum in vnoquoq; genere eſt cauſa omnium aliorum in illo genere, at cœlum ſtelliſerum non reddit lucem aliis, vt nemo eſt qui dubitat, quia in eclipſi Lunæ, Luna non amitteret lumen. Quo vero ad rationem dicēdum membrum primum non debere eſſe primum ſecundum omnia: cor enim eſt primum apud Galenum, non tamen eſt primū principium niſi vitæ, non autem ſenſuum & motuum. Sic dico cœlum ſtelliſerum eſſe primum cœlici animalis membrum, non propterea quia ſibi competat omnis ratio primitatis: ſufficit. n. vt ſibi inſit prima cœlorū actio, quæ eſt motus diurnus, quē oēs intendunt, & ad quē oēs orbes reducuntur, et hęc primitas facit ipſum eſſe primū membrum ſimpliciter inter membra cœlici animalis, & ita ratio non valet.

Secunda pō Ptolemæi. Alii abſolute protulerunt Solē eſſe primo lucidū: et propterea nō lucem ſuſcepit ab aliquo, & ipſe eſt præbens lucē oībus ſtellis. Et hæc poſitio eſt Ptolemæi in libro Apoteleſmatum. Et tunc ſi tenetr motus ſtellarū fixarū ſingulis. 36. millibus annorū ſemel fieri, ad mentem Ptolemæi oportet dicere Deum eſſe principaliter in Sole vti in medio, mouereq; vniuerſum animal cœlum motu diurno, principaliter Solē, ad cuius motum diurnum mouentur omnia reliqua membra cœli. Singulum vero membrum moueri à ſuo motore, vt ſtelliſerum ſingulis. 36. millibus annorū, alii orbes propriis motibus. Qua ratione non oportet ponere nonū cœlum quod primo moueatur, ad cuius motū cæteri orbes mo- G uentur, & maxime ſi non detur trepidatio tebith Aſtronomi. Qua ratione orbis Solis erit primus ſimpliciter, & motu & luce, q̄ res nō eſt aliena à fundamentis Ariſt. maxime ſi daretur motus octauæ ſphæræ, & hoc modo orbis Solis principaliter à motore cōi mouebitur motu diurno, partiali vero motore mouebitur motu proprio. Et ꝙ Sol ſit primo lucidus, patet per verba Ariſt. in Libello de Proprietatibus elementorum, ſi ille eſt ſuus. Secundo, oē accn̄s quod pluribus cōpetit oportet vt primo competat vni, rōne cuius cæteris competat per regulam poſterioriſticam, & cū lux omnibus ſtellis cōpetat, oportet vt vni primo cōpetat, at non videtr eſſe aliud niſi Sol. Sed hæc poſitio ſic principaliter, & abſolute relata non valet, maxime ſi velit auferre oēm lucē ab aliis ſtellis. Primo, quia in ſimplicibus corporibus lux videtur eſſe eſſentialiter conſequens naturam, quare cum ſtellæ ſint aliquo modo vnius naturæ, videntur eſſe oēs eiuſdē pro- H prietatis. Secūdo, Sol non eſt lucidiſsimus, niſi quia denſiſsimus, vt dicunt Philoſophi, ſed oēs ſtellæ ſunt denſæ: ſunt, n. denſiores partes ſui orbis. Tertio, omne peruiū cum condenſatur lucet, veluti de albumine oui patet, qd' magis videtur, quando magis denſatur: ſed ſtellæ ſunt denſiores partes in corpore peruio, igitur omnes lucent. Propter hæc videtur mihi eſſe dicendum, lucem poſſe ſumi pro qualitate viſibili conſequente abſolute denſum peruium: et hoc modo omnes lucent, quia omnes ſunt in peruio denſiones, ſiue denſiores partes. Alio modo pro qualitate viſibili conſequente peruium dēſum, quod poteſt notabiliter qualitatem illam viſilem cauſare, & hoc modo oēs ſunt illuminatæ à Sole, quia licet merito denſitatis ſuæ ſtella haberet aliquam lucem, non tamen notabilem, propterea recipiunt lucem à Sole notabiliorem, & per hoc patet, quare luces ſtellarum ſunt diuerſę pro- E prietatis. Nam licet vigorentur à luce Solis, tamen lux Solis vt efficitur ſaturnia aliam habet affectionē, & aliā vt eſt martia. Et hoc modo loquitur Ptolemæus: nam quæ dicit Ptolemæus ſunt omnia ad mentem Ariſt. Pro ſolutione tamen & concordia dictorum debes ſcire, vt Auer. innuit in paraphraſe lib. Meteor. lucē poſſe ſumi vno modo in aptitudine, alio modo in actu. Primo modo dicitur luciditas, quę eſt aptitudo ad lucem, & ſic eſt eſſentiale, & primum accidens cœlo in eo quod cœlum, & cæterorum, vt ſunt membra cœli, quo modo lux non eſt intenſibilis, nec remiſsibilis, nec Sol erit primo talis, nec orbis ſtelliferus. Secundo vero modo lux eſt maxime in Sole: & in cæteris aliqua ex parte propter denſitatem earum, notabiliter tamen effecta ab illa Solis, et hoc Auer. ait ibidem, cum ait, omne accidens cōueniens pluribus eiuſdem ſpeciei, eſt natum conuenire illis ſecundū magis & minus, vtpote pro ratione recipiētium. Ex his ſequitur in animali cœlico eſſe duo membra principalia, Solem videlicet, & ſtelliſerum cœlum. Solem quidē prę- F ſtantia lucis, ſtelliſerum cœlum præſtantia motus, abſolute tamen primum eſt ſtelliſerum cœlum. Secundū vero Ptolemæum qui ſtelliſero cœlo obſeruauit motū proprium membralem, Sol erit primum ſimpliciter, lucis & motus exceſſu, vt diximus, hæc de quæſtione.

Inſuper etiam à ratione alienum eſt, nullū ipſis inſtrm̄ naturam ad motū tribuiſſe, natura ſiquidem nihil caſu facit, neque æquum eſt animalia quidem hæc ipſi curæ fuiſſe, illa vero adeo præſtabilia cōtempſiſſe. Sed videtur tanq̄ de induſtria factum, ea cuncta auferre, quibus per ſe procedere ipſa poſſent, propterea, quia & ipſa plurimum ab his ſemouit, quæ inſtrumenta habuerunt ad motum.

Quia aliquis obiicere poſſet ſtellas proceſsiuo motu ferri, ideo tertio arguit, hoc non conuenire bonitati na- G turę, & inquit. {Inſuper etiam à ratione alienum eſt nullum ipſis ſtellis inſtrumentum naturam ad motum tribuiſſe, veluti pedes, aut ſcardas, alas, & id genus, natura ſiquidem nihil caſu facit, nec mancū. Confirmat. d. neq; æquum eſt animalia quidem hęc ipſi naturæ curę fuiſſe, illi animalia adeo præſtabilia contempſiſſe. Sed videtur tanq̄ de induſtria eſſe factum ea inſtrumenta cuncta auferre, quibus per ſe procedere ipſa poſſent, vt pedes, & id genus, hac videlicet ratione, quia & ipſa cœlica aīalia pſm ab his caducis ſemouit, quę inſtrumēta habuerūt ad motū. Et ita qa illa cœlica aīalia ſunt elōgata ab his & in natura, & motu, ſtudio factum eſt, vt nō habeant inſtrumenta ad motum. Hęc Ariſt. de motu ſtellarum.

Quæſtio.

An ſtellæ propriis moueantur motibus.

H QVærunt vtrum ſtellæ propriis motibus moueantur. Simplicius de mente Platonis vult omnes ſtellas moueri motu rotationis in propriis concauitatibus. Perſuaſit rem hanc. Primo, quia ſtellæ ſunt corpora naturalia, igitur meruerunt aliquem motum. Secundo ſunt animata & per ſe viua, igitur à ſeipſis mouentr vt in octauo Phyſicæ auſcultationis eſt dictum. Tertio, quia ſunt ſphærica, igitur aptiſsima motui. (Pō Simplicii.) Albertilla vero de Luna opinatur cum Simplicio, quia non potuit ſaluare vniformem apparitionem illius maculæ, ſiue faciei per omnem cœli regionem: aliter enim appareret in ortu, aliter in meridie, & aliter in occaſu, niſi imago illa rotaret regulariter cum motu Lunæ. (Poſitio Albertillæ.) Et tunc Simplicius ait, poſitionem hanc non eſſe contra Ariſtotelem. Ariſtoteles enim probauit motum ſtellarum, qui apparet ab ortu in occaſum, non eſſe rotationem nec conuerſionem: propterea videtur Ariſtoteles probaſſe

ſtellas

ſtellas moueri ad motum orbium per cœli regiones, non tamen negaſſe rotationem, & ita negauit volutionẽ, ſiue conuerſionem, & ſtellas non moueri regionatim per rotationem, & ita poſſunt ſtare hæc. Sed hæc poſitio licet poſsit ſtare cũ dictis, & rationibus Ariſtotelis hic, nõ autem cum fundamentis ſuis. Ariſtoteles.n. ſupra dũ cauſam pluralitatis motuũ nactus eſt, & ex conſeruatione vniuerſi, ſtellis viſus eſt ſolum duos motus tribuiſſe, videlicet diurnum & obliquum. nec aliquẽ alium cognouit. Secundo Ariſtoteles omnem motum circularẽ poſuit circa medium mundi. Tertio omnes rõnes Auer. de eccentricis, & epicyclis ſunt contra hanc poſitionem. Propterea tenendum eſt peripatetice ſtellas moueri ſolum duobus modis, videlicet cõmuni motu diurno, videlicet & proprio obliquo. Sed ſi damus motum octauo orbi, hunc non oportet dare alicui ſtellæ in ſua cõcauitate. Ad rationes, ad primam dicerem ſtellam nõ eſſe corpus naturale ſolitarie & ſeorſum, ſed eſt pars corporis naturalis, licet denſior pars, propterea & nõ cõpetit motus, niſi ratione totius. Ad ſecundam per idem: non.n. ſtella eſt animata per ſe, & ſeorſum, ſed vt pars alicuius totius primo animati, & propterea ſi motus alius à toto non cõpetit. Ad tertiam dici poteſt, figuram non eſſe aptam motui, niſi ſit corporis ſeorſum ſumpti quale non eſt ſtella. Sunt qui dicunt motorem primo, & per ſe ſtellam mouere, per accidens orbem ad motum ſtellæ. Verũ hoc eget conſideratione: nam Ariſt. videtur cõtrariũ dicere. Fortaſſe.n. motor primo mouet ſtellam primitate intentionis, non autem primitate virtutis, quia ſua virtus primò eſt totius cœli. Tu vero referas re ad tempus. Ad rationem Albertillæ dici poteſt, maculam illam eſſe centralem (quia vt dicebat Auer. Luna videtur opaca circa cẽtrum: propterea circa partes medias centrales Luna illuminari non poteſt, veluti circa exteriores partes illuminatur à Sole, hinc macula cẽtralis eſt, & quia id quod eſt in medio rei viſibilis (vt docent peſpectiui) vndiq; videt̃ æqualiter imprimere, veluti patet in multis figuris depictis humanis, quæ ſemper ex omni ſitu videntur reſpicere eodem modo: propterea quia pupilla in earum oculis exiſtens, collocata eſt in medio, ideo Lunæ macula ſecũdum eundem ſitũ imprimit in oculũ in ortu, & occaſu, et culmine conſtituta: propterea ſm eundẽ modũ apparet imago, & ita non eſt neceſsitas ad vniformem apparitionem, vt Luna regulariter rotet. Hæc de quæſtione.

Quocirca cum ratione videbitur profectò, & totum cœlum eſſe rotundum, & vnaquæq; ſtellarum. Sphæra ſiquidem præ cæteris figuris commodiſſima eſt ad eum motum, qui eodẽ in loco fit: ſic.n. & velociſſime ferri, & eundem maxime locum occupare poteſt. Inſuper etiã ad eum motum, quo vltra pergitur maxime inutilis eſt. Eſt.n. minime ſimilis his, quæ per ſe ipſa apta ſunt moueri: quippe cùm nihil habeat ſubmiſſum, nihil eminens ceu rectilinea figura. Sed plurimum è corporibus, his quæ progrediuntur in figura diſtat. Cum igitur cœlũ eo motu moueri oportet, qui in eodem fit loco: ſtellas autem non per ſeipſas procedere: iure profecto vtrumq; rotundum æditum eſt: hoc enim pacto alterum quidem mouebitur, alterum vero quieſcet.

Tria promiſit, ſubſtantiam ſtellarum, & motum, & figuram explanare, declarauit ſubſtantiam, & motum, nunc figuram explanat. Vbi debes ſcire Ariſtotelẽ non procedere demonſtratiue hic, quia ſatis ex declaratis demonſtratio habetur: cum enim probatum ſit nobiliſsimo corpori conuenire nobiliſsimam figuram, qualis eſt

E ſphærica, iam habetur omnem ſtellam eſſe ſphæricam, quæ eſt potior pars orbis. Sed hic procedit per colores q̃ à fine ſolent colligi, nam cœlo competit velociſsime ferri, atq; ſemper eſſe in eodem loco, quia q̃cito vna pars recedit, alia ſuccedit. Inſuper etiã tam cœlo q̃ ſtellæ competit non gradiri verſus anteriorem partem, vt cætera animalia pergunt, hæc tria præcipue ſphæræ competunt: eſt.n. aptiſsima motui, vt probatum eſt, nec apta vt ſic, è loco in quo eſt vel circa quem mouetur, recedere, eſt inſuper penitus inutilis progreſsioni, quare arte & ratione cœlum, & quælibet ſtella rotunda æditur. Hic eſt color veritatis, & quia omnes iſti colores ex his quæ proxime dixit, ſequuntur, inquit. {Quocirca cũ ratione videtur profecto & totum cœlum eſſe rotundum, & vnaquæq; ſtellarum, & explanat colores, & inquit. {Sphæra ſiquidem præ cæteris figuris commodiſsima eſt ad eũ motum, qui in eodem loco fit. Hæc vtilitas declaratur, quia ſic & velociſsime ferri, & eundem maxime locum

F occupare poteſt, & ita ſphęræ ſunt duæ vtilitates. Addit tertiam.d. inſuper etiam ad eum motum quo vltra, ſiue per partem anteriorem pergitur, vt animalia gradiũtur, maxime inutilis eſt: eſt.n. minime ſimilis his, quę per ſeipſa apta ſunt moueri, cuiuſmodi ſunt aĩalia: quippe cũ nihil habeat ſubmiſſum, nihil eminens ceu rectilinea figura. Sed plurimum ſphæra ipſa è corporibus his, quæ progrediuntur in figura diſtat. Deinde epilogat, & inquit. {Cum igitur cœlum eo motu moueri oportet, qui in eodem ſit loco, ſtellas autem non per ſeipſas, iure profecto vtrunq; rotundum æditur. Hoc enim pacto alterum quidem mouebitur, videlicet cœlum, alterum vero quieſcet à motu proceſsiuo, ſtella. Et poteſt ſyllogiſmus eſſe, omne quod in ſeipſo mouetur, & omne quod non procedit, ſphæricum eſt, cœlum in ſeipſo mouetur, & ſtella non procedit, igitur cœlum et ſtella eſt ſphęrica. Hæc Ariſt. de ſubſtantia, deq; motu, atq; figura ſtellarũ. Animaduerte q; ea quæ dicit Auer. non ſunt ad propoſi- Auer.cõ.ro

G tũ, quia nec fixas eſſe ſtellas per ſphæricas eſſe, nec ſphæricas per fixas eſſe Ariſtoteles declarauit, ſed variis, vt viſum eſt mediis, propterea nihil neceſſarii habent, quę Auerroes inquit.

Quæſtio.

An ſtellæ moueantur per cœlum, vti piſces per aquam, et an ſtellæ ſint animalia.

QVæꝛunt vtrum ſtellæ moueãtur per cœlum, vti piſces per aquam, vel auis per aerem. Secũdo, vtrũ ſtellæ ſint animalia, vel orbes ipſi. Ad primam quæſtionem reſpondent quidam regionem illam cœleſtem eſſe plenam æthereo corpore multo tenuiore igne, qua ratione volunt illud eſſe plus rarefactibile & condenſabile igne, immo nõ eſſe niſi igneum corpus vel purius q̃d. Quod vero ſit rarefactibile perſuadent, quia ſiquis eſſet prope orbem Lunæ ita vt poſſet manum extendere, certum eſt q; extendẽdo brachium cœlum depelleret, quia

H vel reſiſteret, vel non, ſi non, igitur depelleret, & ita condenſaret illud. Si reſiſteret, igitur eſſet durum, quod cœlo non conuenit. Hoc ſtante volunt ſtellas moueri motu animalis per æthereum illud corpus deſcribendo circa centrum mundi circulos imaginarios. Ego vero non intelligo opinionem. nã Ariſtoteles in littera diſtinguit, ſi hæ ſtellæ mouentur, eſſe non poteſt, niſi vel motu rotationis, vel reuolutionis, vel proceſsiuo motu, rotatione quidem non, quia videntur moueri è loco ad locum, vel ab ortu in occaſum, quæ vero rotant, non mutant ſitũ, quia ſi mutarent, reuolutio eſſet, nec reuolui poſſunt, quia videmus Lunam ſemper conſeruare faciem à parte noſtri aſpectus, motu proceſsiuo moueri nõ poſſunt, q̃a omne quod mouet̃ motu proceſsiuo vtitur inſtr̃o, at natura nullũ illis p̃buit inſtr̃m. Secũdo Ariſt. probauit ſtellas nõ poſſe moueri propriis motibus cœlo quieſcẽte, q̃a cũ vna ſit ſupra aliã, vt eclipſis docet, vna maiorẽ circu-

lum deſcriberet in eodem tempore q̃ altera, & cum ima
ginabile ſit illas tranſponi, non videntur perpetuo ſerua
re vniformen velocitatem. Tertio, tunc cœlum rareſie
ret, & condenſaretur, quod eſt impoſsibile, quia eſſet di-
uiſibile, & ita corruptibile ſecundũ quid. Quarto, tunc
eadem ſtella per ſe moueretur motibus diuerſis, quia Sol
eodem tempore mouetur motu diurno deſcribendo pa-
ralellum diurnum. Et motu obliquo ab occaſu in ortũ,
vt docet obſeruatio, & hoc non eſt merito orbiũ, ad quo
rum motum fertur, igitur per ſe motibꝰ diuerſis. Quin
to, tanta motuum diuerſitas, quantam obſeruarũt Aſtro
logi eſſe non poteſt in ſtella, niſi ponantur plures orbes:
accideret.n. ſæpe quies media in retrogradationibus, &
alus differentus, quas Aſtronomi obſeruarunt. Ad id
vero quod dicunt cœlum nõ reſiſtere pręmenti, dico ali-
quid reſiſtere poſſe eſſe poſitiue, ob videlicet qualitatẽ
contrariam, quo modo terra reſiſtit ob duritiẽ, & hac re-
ſiſtentia cœlum non reſiſtit, quia nõ eſt durum, nec mol-
le qualitatiue: aut negatiue per hoc, quia non eſt aptum
alicui mutationi, propter eſſe æternum, & inalterabile:
& hoc modo non reſiſtit per duritiem, ſed per hoc, quia
non eſt aptum alicui mutationi peregrinæ, hęc dicerem,
vt peripateticus. Ad ſecundã quæſtionem Alexander
Aphrodiſieus tenet cœlũ eſſe animatum, nõ tamen aĩal,
cui Expoſitor noſter conſentit. Vtitur autem breui ra-
tione, quia Gręci animal nihil aiunt eſſe, niſi per ſenſum:
non.n. volunt aliquid Zoon, ſiue zodion eſſe dicendum
niſi per ſenſum, et non per oẽm ſenſum, ſed ad hoc, vt ani
matum quicq̃ zodiõ, ſiue aĩal dicatur, ſufficit tactus, qui
eſt primus & cõis ſenſus. Fauent Alex. multa Ariſt. ver
ba, nam Ariſt. aĩal vult eſſe corpus mixtũ, & inſtrumen
tarium 3. de Aĩa. Amplius videtur prębere aĩali ſomnũ
& vigiliam, mortem, et vitam, quę cœlo non competũt.
Simplicius autẽ tenet cœlum eſſe dicendũ aĩal, & per ſen
ſum, videlicet tactum, & viſum, & auditum: tactum qui
dem illis præbet, quia cũ ſeſe tangant, non eſt fas, vt non
ſentiant. Infœlix.n. eſſet aĩal tam beatum, diuinum cor-
pus tangere, & non ſentire illud. Auditũ vero & viſum,
quia ſenſus ſunt perfectionis, nõ vtilitatis, propterea ma
gis cœlo tribuẽdi, cũ ſit optimum, cui nihil deeſſe debet,
quod de perfectione ſit animalis mortalis. Præterea cũ
cœli hæc gubernent, non eſt fas hæc non cognoſcere, vi-
detur autẽ per intellectũ hæc cognoſci non poſſe: intelle
ctus.n. ſingularia non apprehendit, niſi mediante ſenſu,
qua ratione Auic. tribuit illis vim ſenſitiuam interiorẽ,
quam appellant imaginatiuã, quod forte concedere cogi
tur Simplicius. Sed hęc poſitio Simplicii ſtare non põt.
Primo, vt bene obiecit Auer. contra Auic. quia tũc cœ-
lum haberet ſenſoria vt oculos, vel aures, & id genus: te
net argumentum, quia ſenſus eſt virtus particularis: oĩs
autem virtus particularis eſt organica, ſiue inſtrumenta
ria. In hoc.n. Ariſt. ponit differentiã inter ſenſum & in-
tellectum, quia intellectum nullius particulæ actum po-
nit, nec vti particula aliqua corporis: intellectus.n. potẽ-
tia eſt ſine materia. At ſenſus & exterior & interior vti-
tur: talia autem organa, ſiue ſenſoria cœlo nõ conueniũt:
eſt.n. corpus conforme, atq̃ penitus ſimilare. Secũdo,
vt recte arguit Expoſitor ex verbis Ariſt. cœlo ex ſenſu
nihil et melius euenit, nam ad curam rerum ſublimarum
ſufficit cognitio vniuerſalis, quæ eſſe poteſt per eſſentiã
illorum, quatenus cauſæ ſunt illarum. ad motum nõ eſt
cognitio ſituũ, per quos mouent, neceſſaria, vt autumat
Auic. ſufficit cognitio illorum vl̃is per intellectus eſſen-
tiam, qui eſt cauſa motus. Ad perfectionẽ eorũ nõ ſunt
neceſſarii ſenſus, quia quicquid cœlũ p̱ ſenſus cognoſce-
ret, perfectius per intellectum depræhendit, immo ſi cœ
li hæc terrena viderent, mœrore nonnunq̃ afficerentur,
aut non recte gubernarent: non.n. eſt fas diuinitati illorũ
exacta rerum harum cura: ſufficit.n. vl̃e regimen: quare
cum nec neceſsitatẽ, nec vtilitatem inde nanciſcãtur, nul
lo pacto ſunt ſibi tribuendi. Auer. vero cũ Alex. tenet

E cœlos non habere de aĩæ virtutibus niſi intellectũ, appe-
titum, & motum, & vult cœlos eſſe aĩalia, tum, quia ha-
bent dextrum, ſiniſtrũ, et cęteras põnis partes, tum, quia
mouentur à ſeipſis, quod propriũ eſt aĩalibus, etiam quia
hñt aĩas & corpora: aĩal.n. ex aĩa videtur & corpore cõfe
ctum. Ptolemæus vero & cæteri Aſtronomi nõ modo
orbes aiunt eſſe aĩalia, ſed ſignũ cœleſte, quod eſt globus
ſtellarũ aĩal eſſe dicunt, vnde & zodiacus dictus eſt, quia
circulus eſt aĩalium. Ariſto. quoq̃ appellat cœlos aĩalia
ſæpe & Porphyrius, & Platonici. Mihi videtur qõnẽ
eſſe de noĩe, nã Alex. qui cœlos negat eſſe dicẽda aĩalia,
nihil remouet de virtutibus aĩæ, quas Auer. illis tribuit.
Auerroes autẽ qui cœlos aĩalia vocat nihil plus tribuit il
lis, q̃ Alexander tribuerit, ideo qõ eſt de noĩe, Græci ve
ro q̃ nomen aĩalis impoſuerunt à ſenſu (vt diximus) quia
zodion aĩal eſt per ſenſum, coguntur aut à cœlo remoue-
re nomen aĩalis, aut tribuere illi ſenſus, vt fecit Simpli-
cius. Arabes vero qui animalis nomen tribuũt à ſenſu,
F vel virtute nobiliori ſenſu, vt ab intellectu ſiue apprehẽ
ſione & motu cœlum aĩal nuncupare coguntur, quia co
gnoſcit, & à ſe mouetur, igitur qõ eſt de noĩe. Qua rõne
Ariſt. appellat cœlos aĩalia nonnunq̃ more Platonico,
ſecutus nomen, non rem. Plato.n. cœlos animalia appel-
lat, quia ſenſus illis dedit, vt Simplicius auctor eſt. Ariſt.
itaq̃ illos aĩalia vocat, non à re ſenſus, ſed à noĩe tantum.
Nonnunq̃ & plerũq̃ more ſuo vocat illos viua & aĩata
corpora: propterea ſibi dextrũ tribuit, & motũ à ſeipſis,
& alia quæ viuis vita optima conueniunt, et hic loquen-
di modus eſt peripateticus. Quæ vero Simplicius aſſe-
rit, ſunt Platonica, nec rõnes cogũt: nam ſenſus illi dicũt
imperfectionẽ aliquã, licet nõnihil p̱fectionis, ideo ab il-
lis diuinis corporibus ſunt delendi. Tactus vero quo ſeſe
ſentiat nõ cõpetit, quia ſeſe p̱ eſſentias cognoſcunt. Intel
lectus ſiquidẽ inferioris cœli intelligit p̱ eſſentiã ſuperio
ris, & ſuperior inferiorẽ, vt illius eſt cauſa, & forma. Hęc
ſunt peripatetice dicenda, & in hoc S. Thomas ſapide vt
G bonus peripateticus ſentit cum Alexandro.

Patet autem & ex his id, quod ab aliquibus
dictum eſt, latione, videlicet horum cõcentũ
fieri, ex eo quia ſonitus conſoni emergũt, bel-
le quidem omne atq̃ tumide eſſe dictum: nõ
tamen ita ſeſe habere in veritate. Sunt.n. qui-
dam quibus videtur neceſſarium eſſe tantorũ
corporum latione fieri ſonum. Eorum ſiqui-
dem & corporum latione quę apud nos ſunt,
neq̃ mollẽ habentium ęqualem, neq̃ talẽ mo
tus velocitatem, qualis in Sole Lunaq̃ eſt, ſo-
nus efficiatur. Præterea, cùm tot multitudi-
ne, tantæq̃ magnitudine ſtellę, tanta velocita
te lationis ferãtur, impoſſibile eſt tali latione
ſonum valde grandem non effici.

H Quia ſonus ex motu proficiſcit̃, vt in libro de Aĩa eſt
explicatũ, poſt tractatum de ſtellarũ motu, reſtat diſpu-
tare, an ſtellæ ſuis lationibus ſonos efficiant. Nam ſunt q
dicunt illas & efficere ſonos, & harmonicos, veluti Py-
thagorei, atq̃ vulgus putant, qui angelos citharis & cãti
cis beari coram Deo autumant. Mouebantur autẽ Py
thagorei loco à minore, & argumento à cauſa ipſius ſoni.
loco quidẽ à minore, quia videmus corpora quæ hic ad-
ſunt mole parua, celeritate lenta ſonos edere, quãto ma-
gis illa, quæ & mole, & magnitudine hæc excellunt.
Argumento vero à cauſa ipſius ſoni: nam ſonus è motu
impetuoſo proficiſcitur accedente ad illius magnitudine
& corporum mole, & motuum celeritate. Modo ſtellæ
& multitudine, maxime illæ octaui, & mole, & celerita
te nimis valent, quæ res docet in eis effici ſonum & val-
de grandem. Hæc Pythagorei, atq̃ vulgus.

De concẽtu cœlorũ: lege Ciceronẽ de Somnio Scipionis.

Hæc

Hæc autem cum ſuppoſuerint, & inſuper velocitates ex iterualllis rationes concentuũ habere, harmonicam effici vocem ſtellarum conuerſione perſuadent.

His autem ſuppoſitis addunt, ſonos cœlicos eſſe harmonicos. Vbi animaduerſione dignum ſonum acutum velocitate atq; fortitudine motus effici, grauem vero tarditate, atq; imbecillitate, medium autem ratione media in velocitate & tarditate, fortitudine, atq; imbecillitate. Amplius, Muſici dicunt proportionem ſonorum cõſiſtere in proportione inter grauem & acutum ſonos, quibus perſuaſerũt cœlicum cantum eſſe harmonicum, nã in cęlicis motibus reperitur proportio motuũ in velocitate & tarditate, quippe cum aliud velocius, aliud tardius, aliud mediocriter feratur, & in certa celeritate vnum aliud excellit pro ratione interuallorũ quæ inter ſe habent. Sed per hæc dicebamus cõſiſtere proportionem in acutie et grauitate ſonorum, quare vox illorum harmonica eſt. Sic igitur vidẽtes velocitates proportionari proportione interuallorum vnius ab altero, dixerunt ſonum effici harmonicum.

Verum cum ſine ratione videretur nos ſonum hunc non audire, cauſam rei huius attulerunt ſonũ hunc continuo eſſe cum orimur, vt non ſit ad contrarium ſilentium manifeſtum: vocis enim & ſilentij dijudicationẽ viciſſitudine fieri dicunt. Quare vt malleatoribus ob cõſuetudinem videtur intereſſe nihil, ſic hominibus idem euenire aiunt.

Soluerunt problema, videlicet, quam ob cauſam ſonos illos nõ percipimus, et dixerunt hoc euenire ex connata aſſuetudine, veluti malleatoribus accidit. Nã cum ſonus ille nobiſcum naſcatur, nunquam ſilentium illi contrarium percepimus, & inde dijudicare non poſſumus inter ſonum & ſilentium.

Hoc autem (vt prius diximus) lepide quidem atq; muſice dictum eſt: impoſſibile autem eſt ita ſeſe habere. Non enim ſolum nihil nos audire abſurdum eſt, cuius cauſam ſoluendi aſſumpſerunt. Sed etiam nihil pati; ſine ſenſu. Exuperantes ſiquidem ſoni & inanimatorum corporum moles colliduntur, ceu tonitrui lapides diſſipant, atque validiſsima corpora. Quod ſi tanta feruntur corpora, & ſonus ſonum excellit pro ratione qua magnitudo, quæ fertur magnitudinem quæ fertur exuperat, huc perfectum ſonum illorum peruenire, atque illius ingentis violentię huc robur attingere neceſſarium eſt: at neque audimus nos, neque violenti qui trina corpora quæ hic ſunt, patiuntur hac ratione quia ſtellæ non ſonant.

Refellit poſitionem, tam etſi illam lepide, & colorate eſſe dictum velit. Vbi debes ſcire ex parte ſenſilis rei duo eſſe, virtutem perficiendi ſenſorium, ſiquidem ſenſile ſit tale actu; quale ſenſorium poteſtate: & vim deſtruendi, offendendiq; ipſum ſi nimis exuperauerit, prima quidem eſſe non poteſt ſine ſecunda, bene autem ſecunda ſine prima: ſenſile enim bene poteſt ſenſorium lędere, cum nimis increuerit, & ſi non ſentiatur, nã agens naturale paſſo ſufficienter applicatum, & in bona diſtantia neceſſario agit, licet non percipiatur eius actio. Ex hoc arguitur, licet ſoni cœlici propter cõſuetudinem nõ perciperentur, cum ſint agentes naturaliter in auditoriũ, &

A auditorium aptũ eſt pati ab illis, & ſint in debita diſtantia, igitur neceſſario auditorium offenderent. Huius ſignũ eſt, quia audit illa multo minus id agũt vt tonitrua, propterea addit, q̃ ſi tanta feruntur corpora, et ſonus ſonum excellit pro ratione qua magnitudo quæ fertur magnitudinem quæ fertur exuperat. Sonus enim paruæ magnitudinis cum parua velocitate motæ paruus eſt, magnæ vero magnus, ſi ita eſt, & ſonus parui corporis vt lapidis qui per tonitruum ducitur, peruenit ad nos, & lędit auditorium, hunc profecto ſonum illorum peruenire atq; illius ingentis violentiæ robur huc attingere neceſſe eẽ. Deſtruit conſequens, & inquit. At neque audimus nos, neq; violenti quicq̃ corpora quæ hic ſunt patiuntur hac ratione quia ſtellę non ſonant, igitur oppoſitum antecedentis, videlicet ſtellæ non ſonant, cõſequentia vero patuit, quia ſunt illa magnitudine, & celeritate exuperantia lapidem tonitrui. Reſpondet Themiſtius pro pythagoreis, B volens ſonos illorum non lædere nos, nimia quam hñt ad nos intercapedine. Contra obijcit Auer. Auer.cõ.15. & ſupponit, magnitudinem illorum eſſe multo maioris ſpatij, q̃ ſit ab illis ad nos intercapedo. Tunc arguit, magnitudo eſt maior ſpatio, igitur ſonus illius poteſt ptranſire ſpatium minus ea. Secũdo, magnitudo minor ſpatio, vt illa lapidis tonitrui diſsipat, igitur magnitudo maior ſpatio multo magis diſsipabit. Fortaſſe reſpondebis ſonos à ſtellis effici, non ab orbibus, modo ſtellæ ſunt paruæ, quo ſit vt non perueniat ad nos illatum ſonus. Contra obijcit & ſupponit tria, primum nonnullas ſtellas eſſe maiores tota terra. Secundum, eas moueri per ſe & velocius in maiore orbe & tardius in minore. Tertium eſt illas non poſſe moueri per ſe, niſi ſcindendo orbes. Ex his ſequitur earum ſonum ad nos venire partim magnitudine illarũ, partim velocitate, partim fractione. Secũdo idẽ põt perſuaderi de ſtellis octaui orbis, quę ſunt magnitudine, & velocitate, & fractio- C ne validę. Tertio ab illis ad nos mittitur calor, igit̃ & ſonus. tenet conſequẽtia, q̃a calor eſt materialior ſono: ſonus ſpiritalis res, & res ſpiritales longius multiplicãtur, vt tn.2. de Aĩa eſt dictũ, hęc Auer. contra Themiſtium.

Inſuper etiam & horũ cauſa patebit, ſimul atq; his rationibus quas diximus aſtipulabitur, quòd veræ ſint. dubium ſiquidem quod & compullit Pythagoreos dicere latione corporum fieri concentum, nobis argumentum erit, quæ nanq; per ſe feruntur, ea ſonum percuſſionemq; faciunt, at quæ in eo, quod fertur, infixa ſunt, aut inſunt, veluti in naui partes, ea ſonum efficere nequeunt, neque nauis ipſa ſi in fluuio feratur.

Secũdo arguit ex prius dictis, & ſyllogiſmus eſt, omne quod ſonũ efficit, per ſe mouetur, & plagam ſiue ictũ D efficit, at (vt dictum eſt) ſtellæ nec per ſe mouentur, nec efficiunt ictum, igitur non efficiunt ſonum. Inquit. {Inſuper etiam & horum cauſa patebit ſimul atq; his rationibus quas diximus aſtipulabitur quòd vere ſint. q.d. id quod diximus de ſtellis q̃ mouẽtur ad motum orbium, erit nobis manifeſta cauſa, quòd non faciũt ſonum. Et è contra, quia non efficiunt ſonum, erit verificatio de ſtellis q̃ non per ſe mouentur, & hoc quia dubitatum quod compulit pythagoreos dicere ſtellas ſonare, eſt nobis argumentum. arguebant. n. illas ſonos efficere, quia frangunt cœlum per ſe mouendo, igit̃ ſi ita eſt, cum nos probauimus ipſas non moueri per ſe cœlum findendo, habebimus ipſas non efficere ſonũ. Sumatur igitur à poſitione Pythagoricorum hæc maior, oẽ quod ſonũ efficit, & p ſe mouet̃, & ictũ facit: hęc. n. eſt maior Pythagoricorum. at ſtellę non p ſe mouent̃, nec ictũ agunt; vt fuit pbatũ: igit̃ ſtellæ non agunt ſonũ. Maior eſt Pythagoricorum, &

& patet ratione, q̄a videmus partes infixas nauigio non efficere ſonum, nec nauim ipſam, quando in fluuio mouetur, & hoc quia nō frangit aquam. Et ego credo quód ſtellas non ſonare per nihil melius probari poteſt, quàm per dicta, videlicet quia non per ſe mouentur, nec ſcindunt quicquam in ſuis motibus.

Licebit autem, & per eaſdem rationes abſurdū eſſe dicere ſi tātę nauis malus, atq; puppis, aut etiam nauis ipſa latione ſonum magnum non efficiat: quippe cum id quod fertur non propter aliud quod fertur, facit ſonū; id vero quod continuo fertur ob aliud quod fertur, niſi percuſſionem fecerit, id efficere ſonum, impoſſibile eſt.

Ni fallor, videtur mihi Ariſtotelē obijcere ſibi, quia dicere poſſet cauillator, nonne malus & puppis ſonū efficiunt, dum nauis mouetur, licet nō magnum, & tamen ſunt membra nauis: ſic ſtellæ poſſunt ſonum efficere ad motum orbium, licet paruum, licet ſint partes orbium. Obijcit Ariſtote. quia id quod ſe ſolo fertur, & non ad motum alterius, per ſe ſonum facit, quia per ſe ictum efficit. at id quod per aliud mouetur atq; ad motum alterius, niſi percuſsionem fecerit aliquam aut ratione ſua, aut pro quāto defertur ab alto, impoſsibile eſt ſonum efficere. Inquit. {Licebit autem & per eaſdē rationes abſurdum eſſe dicere ſi tantæ nauis malus atq; puppis, aut nauis etiam ipſa latione ſonum magnum nō efficiat, ſed ſupple paruum & tamē ſunt partes. Ad hos. n. ſic dicentes opponit dicens, quippe cum id quod fertur, per ſe ſolum et non propter aliud quod fertur facit ſonū ictu ſuo, & p ſe percuſsionē agendo, id vero quod cōtinuo & coniuncte alteri fertur ob aliud quod fertur, niſi percuſsionē aliquam fecerit, ſaltem rōne delatoris, id efficere ſonum impoſsibile eſt. & ita dici non pōt ſtellas facere debilem ſonū, q̄a mouenť ad motū alterius. q̄a ſiue per ſe ſiue per aliud moueať, oē quod ſonat oportet ictum aliquem efficere, & hæc eſt ꝓpoſitio vera, vbi debemus conſiſtere.

Quare dicendum hic eſt, ſi ſtellarum corpora ſiue in aeris, ſiue in ignis amplitudine vniuerſim fuſa feruntur (vt omnes aiunt) ſonum immenſum efficiāt neceſſarium eſt, qui quidem & huc perueniat, & hęc offendat corpora. Sed cum hoc euenire non cernamus, neque animantis motu, neque violento vlla ſtellarum ferretur, quaſi de futuris prouidente natura. Nam ſi hoc modo non ſeſe haberet illarum motus, nihil profecto circa hunc locum eſſet, quod ſimili modo ſeſe haberet: ſtellas igitur rotundas eſſe, & per ſeipſas non moueri ſatis diximus.

Epilogat nunc rationem & poteſt ſic cōponi, ſi ſtellæ ferantur in aeris regione ſm opinionem dicentium coelos eſſe de natura aeris, vel in ignis regione ſm opinionem dicentium coelos eſſe de natura ignis, neceſſe eſt vt in hunc noſtrum mundum ſonum efficiant, qui in ipſum perueniat, & hæc offendat corpora. Sed cum hoc euenire non cernamus, igitur neq; animantis motu neq; violento vlla ſtellarum ferretur, & hoc vt addit recte fecit natura, quaſi ſagax prouidēs de futuris. Nam ſi hoc modo non ſeſe haberet illarum motus, nihil profecto circa hunc locum eſſet, q̄ ſimili modo ſeſe haberet: immo corrumperetur, & nihil ſtabile eſſet, ob motū & ſonū validū ſtellaꝝ. Hęc de ſubſtantia, motu, & figura ſtellarum.

Auer. cō. 46 Aduerte ex verbis Auer. colligi tres cauſas, quare ſtellæ non mouēťur per ſe, ſed ad motum orbium, prima ex parte materiæ, q̄a ipſæ non ſunt aptæ moueri aliquo

E motu. Secūda effectiua, quia creator agit ſm diſpoſitionem ſubiecti: propterea talem motum non ſibi tribuit. Tertia finalis vt hæc aīalia ſaluarentur. deſtrueretur. n. ſono fractiuo illarum. Dubitatur quia videtur Ariſt. facere hanc conuerſiuam conſequentiā, videlicet ſi ſtellæ per ſe mouerenť, ſonum efficerent: igitur ſi ſtellę ſonū nō efficiūt: ſtellæ non mouenť per ſe. Modo hoc non videtur verum, quia vt dicit Themiſt. nec prima, nec ſecunda conſequentia valet. Prima quidem non, quia poſſunt quædam per ſe moueri, & ſonū non efficere, vt orbes ipſi: hi. n. per ſe mouentur, & tñ ſonum non efficiūt. Secunda vero minime, q̄a orbes non efficiunt ſonum, & tñ mouentur per ſe, & ita illa conuerſio è contrario nulla videť. hæc eſt dubitatio. Dubō. Auerroes reſpondet, conſequentiam valere per accidens de materia, q̄a ſolum in ſtellis, ex eo quia ſunt magnæ & veloces. Sol. Auer. Sed hæc ſolutio Auer. nō ſufficit, quia ſtat oppoſitum vtriuſq; conſequentis cum vtroq; antecedente: ſtat. n. eſſe quædam Replica. F magna vt orbes per ſe moueri, & ſonum non efficere, & ſtat aliqua magna ſonum non efficere & per ſe moueri, vt orbes, & ita adhuc ſtat ratio Themiſtij. Propterea Propria ſol. dici poteſt, q̄ non ſic arguit Ariſtoteles vt Auerroes & Themiſtius ſumunt, ſed ait Ariſtoteles ſi ſtellæ p ſe mouentur in aere vel igne, ſonum efficerent: quare cum ſonum non efficiant, igitur non per ſe mouēťur in aere vel igne, & hoc modo cauillus Themiſtij nullus, & reſponſio Auerro. non eſt ad propoſitum. Ex his quæ dixit Ariſtoteles ſumitur Deum habere rerum prouidētiam, vt dicit Alexan. et hoc eſt verum, vt in libro Deſtructio deſtructionum diſputauimus. Quod Deus habet prouidentiam.

Circa dicta quæſtiones multæ.

Circa dicta emergit prima dubitatio, vtrū ſtellæ ſuis motibus efficiant ſonos. Secundo dato q̄ efficerent, vtrum ſentirentur. Tertio quonam modo poteſt reduci in bonum pythagorica poſitio. Quarto vtrum oīa quæ ſunt in coelo ſint ſubſtantiæ. Circa primam Plato & Prima qō an ſtellæ cauſent ſonum. Pythagorei & multi Poetæ, & Oratores, vt Cicero & G Macrobius, & Simplicius videntur velle coelos ſuis motibus & proportionibus efficere ſonum & harmonicū, vnde vt Macrobius narrat, illic nouē ſunt muſæ pro numero nouem orbium, nouemq; ſyrenes, vt Plato ait. Signum affert Cicero ex delectatione quam anima habet in cantu: hoc. n. eſt quia meminit muſicæ coeleſtis, vbi ipſa ſterit. Huic vulgus maxime hæret, credens angelos canere, & ſonare, eſſeq; eorum beatitudinem harmoniā.

Sed Ariſto. noluit fabellas, atq; colores, omnia. n. in naturali philoſophia vult eſſe proprie dicta. & non compoſite, & tenet orbes quidem in motibus proportionē ſeruare, non autem ſonoram. Pō Ariſt. Et videtur mihi q̄ res Ari. Rō Ariſt. in duabus propoſitionibus cōſiſtat. Prima, q̄ orbes ſunt alterius naturę ab elītis, hoc eſt ab igne & aere. Secunda, nihil ſonum efficere poteſt niſi ī aere, vel igne, hoc eſt niſi ictum in aere vel igne fecerit. ex his ſequitur nec orbes ſonare, nec ſtellas, q̄a regio illa ſuprema non eſt igne vel aere plena, ſed corpore alterius naturę ab elementis, H vt dicit prima propoſitio, & per ſecundam nihil ſonum efficit, niſi aerem vel ignem percutiat. Quare cum ſtellæ vel orbes aerem vel ignem non percutiant, iure non ſonant. hæc demonſtratio illis ſtantibus: ſed an illæ ſtent, in toto hoc libro eſt diſputatum, cæteræ vero Ariſtotelis rationes valent propoſitis illis propoſitionibus. De Quæſtio. 2. an ſi ſonent ſtellæ, ſonus auditur. ſecunda quæſtione Albertilla ait poſſe defendi ſtellas & orbes ſonum efficere & non peruenire ad aures noſtras, & hoc quia aer propinquus corporibus coeleſtibus non Pō Alber. tremit, qua ratione ſpecies illius ſoni non poteſt per ipſum ad nos multiplicari: orbes enim non mouent aerem motu tremulo. Sed hæc euaſio friuola eſt, quia licet in Confutatio. multiplicatiōe reali ipſius ſoni neceſſarius ſit motus tremulus aeris, non tamen in multiplicatione intentionali, vt declarat Ariſtoteles in. 2. de Anima. Poteſt igitur ſonus realiter multiplicari per totam regionē coeleſtem, & deinde noſtram intentionaliter. Secundo ſi cogitur Confutatio.

ponere

ponere ſonum realem in regione cœleſti, cogitur ponere ibi fractionem aeris, & ita totam illam regionem plenam aere, & ita tremulum ibi motum.

Euaſio Sim.

Simplicius vero aliter euadit, vult enim primo ſonos illos non eſſe audibiles à nobis propter improportionem ſenſorii noſtri ad illos, nõ enim ſenſorium mouetur ab omni ſenſili ſui generis. Olfactorium enim humanũ multos percipit odores, quos canes non percipiunt, canes autem multos, quos nos percipere nõ poſſumus: hoc. n. eſt quia illi odores ſunt olfactorio noſtro proportionati, alii vero olfactorio canum. Secundo ait illos non eſſe diſſipatiuos, ſed perfectiuos, atq; conſeruatiuos, velut ſunt motus & lumen cœli, qua ratione euenit, vt ſi non audiantur, non diſſipent.

Replicę contra Simpli.

Contra poſitionem Simplicii obiicit Expoſitor. Primo, quia nõ omnia cœleſtia ſunt perfectiua, nam fulgor corrumpit oculum, igitur pari ratione ſonus. Secũdo intellectus eſt omnium intellectibilum, igitur ſolum ſenſilium ſenſus. Tertio, tunc natura feciſſet aliquod ſenſile, quod à nullo ſenſu ſentiretur, & ita ocioſum, vt deducit Auer. 2. Meta. cõm. 1. Quarto, accidentia cõmunia cœlorum percipiuntur, igitur & propria. antecedẽs patet, quia percipiuntur motus, magnitudo, & figura, & lux. conſequentia vero declaratur, quia accidẽtia propria percipi poſſunt mediantibus cõmunibus. 2. de Anima, & ita ſoni, ſiue ſint propria, ſiue communia accidentia ſemper percipi poterunt. Quinto arguebat Auer. calor cœleſtis percipitur tactu, igitur ſonus, nã ſonus multiplicat ſe in maiore diſtantia, q̃ tactile. Hæc contra Simplicium.

Defenſio.

Pro defenſione Simplicij, vno modo dici poſſet illos ſonos non eſſe audibiles ab auditu corruptibili, ſolum autem ab auditu cœlorum, quia cœli apud Simplicium habent auditum, viſum, & tactum. Secundo dici poteſt magis peripatetice. vbi debes ſcire Simplicium velle ſonos illos poſſe ſentiri, immo à Pythagora fuiſſe auditos, ſed non in quauis diſpoſitione. auditoriũ enim cum materiale ſit, niſi immaterialitatem aliquam nanciſcatur, nõ poteſt ſonos illos cœleſtes percipere, redditur autem immaterialis à ſilẽtio turpium audibilium; ſignum autem, quia omnes religiones pręcipiunt ſilentium, in quo religioſi teſtantur ſe audiuiſſe voces angelicas, quas audire nõ potuiſſent, niſi purum habuiſſent auditorium, alienumq; ab audibilibus corporeis, & turpibus. Tunc ad rationes dico. Ad primum q; fulgor corrumpit oculum, quatenus recipitur in regione hac inferiora, in qua nanciſcitur vim corruptiuam. Sonus autẽ ille hanc ſortiri non poteſt, quia ſeſe intentionaliter multiplicabit. Ad ſecundum concedo aliquem ſenſum eſſe illorum, vt auditum purificatũ, & ſic non datur aliquod audibile, quod non percipitur ab aliquo auditu. Ad quartum patet ſolutio, illa enim accidentia propria ſunt audibilia, non tamen ab omni auditu, ſed purificato. Ad quintum patet ſolutio, ille enim cauſatur in hac noſtra regione motu, & attritione, & reflexione radiorum, quo modo nõ poteſt ſonus multiplicari, & ſic poteſt Simplicius defendi.

Expõ opi. Pythago.

De tertio dici poteſt, & reduci ad ſenſum peripateticum, q; Pythagoras per harmoniam cœleſtem voluit proportionem velocitatum in motibus, & hoc quia omnia hic & illic per æquiuocationem dicuntur. Huius autem color eſſe poteſt, quia harmonia ſonora duo dicit, videlicet qualitatem audibilem, & proportionem velocitatum motuum, & tũc diceret Pythagoras voluiſſe illic eſſe ſonos, quoad materiam, hoc eſt quoad velocitatum proportionem, non autem quoad formam, hoc eſt quoad qualitatem audibilem, & hoc modo Pythagoras rectè ſentit, & forte dixit illa ſub illo colore ad ſuadendum auditores in bonũ.

An accidentia in cœlo ſint ſubſtæ. Põ Sim.

De quarto, Simplicius videtur velle quæcunq; ſunt in cœlo eſſe ſubſtantias, nihilq; in illis accidere. Amplius, omnia dici per æquiuocationem. Nam quę ſunt in his accidentia, in illis ſunt virtutes, & quoniam ſenſus non percipiunt niſi accidentia, ideo volunt ſenſus nõ percipere illa, vt propria obiecta, dicit. n.

A nos percipere non magnitudines illorũ, non motus, non figuras, nec ſtellas ipſas, ſed quædam quæ ad illa conſequuntur, vt fulgores, & id genus. Sed huic obiicit quidam. primo, quia Ariſtoteles. 2. de Anima ponit diaphanum eſſe communem cœlo, & igni, atq; aeri. Secundo, magnitudines & figuræ ſunt rationes abſtractæ à materia, igitur illis & his communes. Tertio, ſi motus magnitudo, & ſtella non viderentur omnis ſpeculatio Aſtronomica periret. Quarto, imperfectum non eſt ſubſtãtia perfecti, at motus eſt imperfectum quid, igitur nõ ſubſtantia cœli. Quinto, tunc idem in ſole eſſet figura & lumen. Sed hæc non cogunt contra Simplicium. vbi debes ſcire Simplicium & Alexandrum omnia cœli accidentia voluiſſe eſſe propria, ac eſſentialia, vt etiã Auer. dixit ex hoc, quia carent materia, contra ſunt accidentia horum, quæ accidunt ab extrinſeco propter materiam his. Simplicius igitur vult cœlorum accidentia non eſſe dicenda accidentia ab accidẽdo extrinſecus, ſed eſſe ſubſtantias, hoc eſt propria & eſſentialia, ideo æquiuoce illis, & his competunt, & per idem vult illa non percipi
B ſenſu penitus, ſed cum aliquo diſcurſu, & hoc modo intelligendo opinionem Simplicii, rationes illius non valent. Hæc de ſonis.

De ordine vero Ipſarum quonam modo vnaquæq; diſpoſita ſit, vt quædam ſint priores, quædam poſteriores, & quonam modo ſeſe habent interuallis, ex his quæ in Aſtrologia dicuntur, contemplemur, dicitur enim ibi ſufficienter.

Aggreſſurus Ariſt. de ordine ſtellarum, atq; ſitu, hac in parte præmittit argumentum ad dicenda, & inquit. De ordine vero ipſarum quonam modo vnaquęq; ipſarum mora fuerit, vt in Gręco legitur, vel diſpoſita fuerit, & verbum ſonat, ita vt quædam ſint priores, quædã poſteriores, hoc eſt vt aliquæ ſint ſuperiores, aliquæ inferiores, & quonã modo ſeſe habent in interuallis, hoc eſt
C quanta intercapedine altera ab altera diſtauerit, ex iis quæ in Aſtrologia dicuntur contemplemur, dicitur. n. ibi ſufficienter. Cuius cauſam aſsignat Simplicius, quia hęc deprehendi non poſſunt per principia naturalis Philoſophiæ, ſed per proportiones magnitudinum, quæ ad Mathematicum ſpectant, vnde Anaximander primo fertur magnitudines ſtellarum adinueniſſe. Pythagoras ordinem ſtellarum, & coniunctiones ſolis & lunæ. Hyparcus etiam Metapontinus, & poſt ipſum Ptolemæus multo diligentius hæc & plura adinuenerunt. Debes ſcire, vt Auerroes innuit, Aſtronomiam, et Naturalem differre in conſiderando ſtellas. Primo, quia Aſtrologus in talibus quæſtionibus aſſignat ipſum quia eſt tantum, Naturalis autẽ ipſum propter quid. Secũdo, quia Aſtrologus omnia illa conſiderat in ordine ad quantitates motuum, aut diſtãtiarum, aut ſituum, Naturalis autem abſolute, vt mouentur tantum, & ſic habetur differentia:
D primo vero Męta, cõm. 19. videtur Auer. idem dicere.

Auer. cõ. 67

Accidit autem pro ratione, quę eſt in interuallis, motus fieri ſingularum, vt alii ſint velociores, alii tardiores. Nam cùm ſupponatur vltimam cœli circulationem ſimplicem, atq; velociſsimam eſſe, cæteras vero tardiores, atque plures, quippe cùm vnaquæq; ſuo in orbe cœlo contrafertur: æquum iam erit, eã quę proxima eſt ſimplici, primæq; conuerſioni, plurimo in tempore ſuum orbem peragrare: eam vero, quæ longiſsime abeſt, in minimo, cæterarum vero ſemper eam quæ eſt propinquiori in maiore, eam quæ eſt remotior, in minore,

nore, proxima namq; maxime exuperatur, remotiſsima autem minime omnium, ob diſtãtiam, at media pro ratione diſtantiæ iam, veluti etiam Mathematici oſtendunt.

Propoſita co[n]tentione, nunc accedit ad rem. Et primo proponit veritatem quæſtionis. Secundo explanat quid velit dicere. Tertio probat quod propoſuit. de primo inquit. { Accidit autẽ pro ratione quæ eſt in interuallis motus fieri ſingularum ſtellarum, eſt igitur veritas quæſtionis, qualis eſt proportio diſtantiarum ſtellarum à prima ſphæra, & à centro, talis eſt motuum illarum in velocitate. Expono quid dico, ſphæra prima mouetur ſimplici motu, & velociſsimo ab ortu in occaſum, cæteræ omnes e contra ab occaſu in ortum feruntur hoc modo, vt quæ eſt primæ ſphæræ proxima proprio motu tardiſſime mouetur, vt Saturnus ſingulis 30. annis quæ ab eadem eſt remotiſsima velociſsime, vt luna ſingulo menſe, quæ autem in media diſtãtia, medijs temporibus, inquit. { Nam cum ſupponatur vltimam cœli circulationem ſimplicem, atque velociſsimam eſſe, ſimplicem quidem, quia regulariſsima eſt, uelociſsimam uero, quia 24. horis, cæteras vero tardiores, atq; plures, & hoc quo ad earum motus, tardiores quidẽ, quia omnes excedunt ſpatium diei, plures, nõ ſolum quo ad diuerſos planetas, ſed etiã vnus planeta pluribus motibus mouetur, quippe cum vnaquæq; ſuo in orbe cœlo, videlicet primo, cõtrafertur. ex his concludit quid voluit ipſe dicere dum dixit motuum velocitates eſſe pro ratione interuallorũ, & inquit. { Aequum eſt iam eam quæ proxima eſt ſimplici primæq; lationi, ſiue primæ cõuerſioni plurimo in tempore ſuum orbem peragrare, eam vero quæ longiſsime abeſt in minimo, cæterarum vero ſemper eam quæ eſt propinquior in maiore, eam quæ eſt remotior in minore. Hęc eſt expoſitio eius, quod voluit dicere. Talem expoſitionem, ſiue veritatem perſuadet, & vt mihi videtur ſupponit duo: quorum primũ eſt orbes inferos propter raptum quo mouentur ab ortu in occaſum 24. horis, impediri ſuis in proprijs motibus, hoc patet pro tanto, quia proprii ſtellarum motus, aut ſunt contrarii motui diurno, aut aduerſi ſaltem. Secũdum eſt, ea, quæ impediuntur à proprio motu propriaq; operatione quanto magis prope ſunt impedimentum magis tardant illum, quanto vero remotiora, tanto accelerãt, quaſi minus impedita. Ex his ſoluitur problema, videlicet propter quid aliquæ ſtellæ tardius, aliquæ velocius, aliquæ mediocriter feruntur, patet ſolutio: nam quæ proximæ ſunt tardius mouentur, quia vis impeditiua in illis maxime viget pp appropinquationẽ, q̃ remotiſsimę, tardiſsime, quia ipſa impeditiua vis minus impedit, quę autem in medio erunt mediocriter celeres, pp impedimentũ mediocre.

Auer.cõ.18. Et in hoc apparet error Auer. qui voluit intelligere Ariſt. de motu diurno, quo omnes mouentur: penes. n. hunc voluit Ariſto. intelligere dum dixit aliquas ſtellas tardius, aliquas velocius ferri, hoc enim eſt contra expoſitionem eius quod propoſuit, & cõtra rationem quam aſsignat Ariſt. vt patet intelligenti, & propterea ipſe cogitur exponere modo, quo nos expoſuimus. Secundo patet non eſſe neceſſarium Solem eſſe immediate ſupra Lunam, ſi exponatur, vt nos diximus, quia Sol proprio motu tardius ferť Venere & Mercurio, licet motu medio ſit ſemper eorum coniunctio, vt in magna compoſitione docuit Ptolemæus. Verũ de hoc poſtea dicemus. Sed quia Auer. expoſuit Ariſt. velle Solem eſſe immediatum ſupra Lunam: & hoc propterea, quia credit Solem moueri celerius Venere & Mercurio, cum res hæc de ſitu ſtellarum ſit contra Aſtronomos, propterea excuſat Ariſt. & vult dictum Ariſt. videlicet q; qualis eſt proportio diſtantiæ à primo talis eſt velocitatũ in proprijs motibus, non eſſe verum per ſe, niſi de extremis, vt pote de Saturno & Luna. Saturnus quidem tardiſsime, E quia proximus primo mobili, Luna velociſsime, quia remotiſsima, de medijs vero vult eſſe dictum accidentaliter, q; moueantur medijs velocitatibus, quia non præciſe ſecundum proportionem diſtantiarum; & ſic cum dicto Ariſt. ſtat ſolẽ eſſe in medio, præcipue ſi quis imaginetur ex omnibus intermedijs effici vnum, quaſi medium inter Lunam & Saturnum, nõ quidem vniforme, ſed difforme: & hac ratione Saturnus tardiſsime mouebitur, quia primo proximus, Luna velociſsime, quia remotiſsima, medium quod eſt aggregatum ex cæteris, mediocriter. hæc Auer. in defenſione ſuæ expoſitionis ad mentem Ariſt. Sed an hæc vera ſint, ſtatim dicemus.

Sed circa hæc quæ Ariſt. inquit, occurrit non parua dubitatio, quia ex verbis Ariſt. videtur ſequi in motibus cœlorum eſſe cõtrarietatem, et violentiam. ait enim Saturnum tardiſsime moueri, quia eſt proximus violentanti, & quia magis in illo præualet vis primi mobilis, Luna tardiſsime, quia in illa minime præualet, igitur videtur violentia in illis. Dubitatio. F Soluit Auer. & Alexan. & prę ſupponunt duo: quorum primum eſt motores ordinari ſecundum ordinem orbium, ita vt quanto orbis eſt propinquior primo mobili, tanto eius motor eſt perfectior, propterea motor Saturni perfectior eſt motore Lunæ. Solutio Alexandr. & Auer. Secundum eſt, omnes motores naturaliter appetere aſsimilari primo quantum poſſunt, quia propter hoc mouent. ex his ſoluitur quæſtio, q; Ariſt. per magis præualere in proximo q̃ in extremo intelligit magis præualere in vi ſimilitudinis deſiderij, & per minus præualere, intelligit minus præualere vim ſimilitudinis deſiderij, propterea ſequitur Saturnum tardius moueri, quia motor Saturni eſt vicinior primo motori, ideo in deſiderio eſt illi ſimilior, & per cõſequens in motu. Motus autem eius ſimilior eſt diurno, ſi tardiſsimus fuerit, quia minus tendit ad contrarium, vt igitur ſeruaret motor Saturni ſimilitudinem deſiderij ad primum retardauit motum, vt illius tarditate appropinquet primo quãtum poteſt. G Contra vero, quanto eſt magis remotus, tãto in deſiderio minus ſimilis eſt primo, & ſic in motu minus ſimilis, quare velocitabit. Sed hic obijcit Thomas & Simplicius, quia Ariſt. abſolute poſuit maius corpus velocius moueri proprio motu q̃ moueatur corpus minus, quia in maiore quanto, maior eſt virtus. Secundo, proximum ſummo videtur eſſe magis tale, ſed Saturnus eſt proximus ſummo, igitur debet eſſe velociſsimus. Tertio, motor Saturni eſt alijs perfectior, igitur mouet velocius. Quarto, non videtur ordinis conſequentia ſeruari; quia non videtur medios moueri medio motu. Quinto, proportio diſtantiæ planetarum ad primum mobile & ad centrum eſt vniformis, & nõ proportio velocitatũ. Ad hæc dici poteſt, vt ex verbis Simplicij colligitur. Primo, q; ſecus eſt loqui de motu planetarum, & ſecus de circulatione illorum. Secundo, q; aliter eſt loquendum de his motibus, vt naturales ſunt, & vt voluntarij, atq; per præcognitionem. Dicendum igitur ad primũ, concedendum Saturnus velocius moueri, non tamen velocius circuire, H penes enim aliud ſumitur velocitas motus, & velocitas circulationis, vt diximus ſuperius, & p idem ad ſecundum & tertium, cõcludunt enim motum eſſe celeriorem, non autem circulationem. Ad quartũ & quintum dicendum ordinem conſequentiæ debuiſſe ſeruari quatenus naturali motu mouerentur, nõ autem ſeruatus fuit, quatenus mouentur voluntario motu, hęc pro Alexan. dici poſſunt. Sed circa hæc de ſitu ſolis eſt dubium. Auer. n. credens Solem moueri velocius proprio motu, q̃ moueatur Venus & Mercurius cogebať vno modo ponere Solem ſupra Lunam. In alia reſponſione defendit Ariſt. fingendo Ariſt. intelligere per mediũ omnes planetas exceptis Saturno & Luna, qui ſunt extremi. Sunt igitur propter hoc qui ad mentem Ariſt. voluĩt Solem eſſe ſupra Lunam, et Mercurium, et Venerem, & ita Ptolemæum cum Ariſt. ſentire. Sed videtur

detur

detur mihi Auer. primo errare de motibus: nam Venus A
& Mercurius velocius mouentur ſuis proprijs motibus
ipſo Sole, licet motib⁹ medijs ſemper ſit media Veneris
& Mercurij, atq; Solis coniunctio, vt Aſtronomi obſer
uarunt. Secundo errat, quia Ariſt. expreſſe in libro de
Mundo ponens ordinem planetarum, Solem iuxta Lu-
nam collocauit. Amplius infra in prima q̄one difficilli-
ma, ſupponit Solem & Lunam eſſe proxima, aliter quæ
ſtio non haberet locum, vt videbitur cōm. 60. De veri
tate igitur rei quo ad tres primos, non eſt dubium illos
eſſe ſupra Solē hoc modo, vt Saturnus ſit primus, ſecun-
dus Iuppiter, tertius Mars, de cæteris an ſint ſub Sole,
aut ſupra, Ptolemæus videtur varius: nam in 9. Magnæ
compoſitionis ſectione, aſſerit ſe non potuiſſe diſcernere
an ſupra Solem, vel ſub Sole ſint, quia non valet nō ab-
ſcondunt Solem, igitur ſunt ſupra, quia ſtat illos nunq̄
diametrari inter Solē & noſtros oculos, veluti videmus
in Luna, quæ ſæpe cum Sole coit, & nō ſemper obſcurat
Solem. Dixit Ptolemæus ſtat illos nūq̄ diametrari in-
ter Solem & oculos noſtros, quod intellige apud proter-
uos, qui velint defendere oppoſitum, quia ſecundum ve B
ritatem ipſe in eodem lib. Sectione. 3. oſtendit demōſtra
tionibus Venerem & Mercurium concurrere cū Sole
in eadem linea. Propterea Albertilla & alij, plures cau-
ſas aſsignant, quare nō eclipſant Solem tam & ſi ſint ſub
Sole, hoc enim eſſe aiunt, quia ſunt nimis lucidi, modo
lumen interpoſitum inter oculos & lumen, non eclipſat
illud. Alij aūt eſſe propter eorum diaphanitatem. Alij
ex paruitate corporis, alij aſsignant cauſam ex diſtantia
à terra volentes conum vmbræ non pertingere ad mediā
aeris regionem. Quicquid ſit de re, tādem Ptolemæus
vbiq; tenet Solem eſſe in medio olum, et licet de his mul
ta diximus in lib. Erudiſionum aſtronomicarum, quan-
tum tamen ad propoſitum, ex duobus potiſsimum Ma-
thematici talem ſitum perceperunt. Primo, quia inuene
runt diſtantiam Mercurij à terra eſſe maiorem illa Lunę
per inſtrumenta Coſmetriæ, et minorem illam Veneris
& Solis. Itemq; ſimiliter in Venere reſpectu Solis. Secū C
do, quia ſumptis diuerſis inſtrumentis & exactiſsimis p
diuerſitate aſpectuum deprehendēda ſimul tempore in
diuerſis locis in latitudine multum remotis apparuit di-
uerſitas aſpectus notabilior in Luna q̄ in Mercurio, &
in Mercurio q̄ in Venere, et in Venere q̄ in Sole, quod
eſſe non poterat, niſi quia Luna eſt terræ propinquior,
et Mercurius poſt ipſam, et Venus poſt Mercurium, et
Sol poſt Venerem. Quæ vero dicenda ſunt pro Ariſt.
videtur mihi ſaluare ipſum, quia Aſtrologia nō erat cō-
pleta, quoniam Ptolemæus compleuit. Hæc de ſitu.


Figuram autem cuiuſq; ſtellarum non in-
iuria quiſpiam maxime arbitrabitur rotundā
eſſe. Nā cū oſtenſum eſt ſtellas ipſas nō aptas
eſſe p ſe moueri, atq; naturā ipſam nihil teme-
re nihil fruſtra efficere: patet etiā eā figurā i-
pſis imobilibus tribuiſſe, quæ minime eſt mo D
tiua. Minime autē motiua eſt rotūda, quate-
nus nullum ad motū inſtrumentū habet, qua-
re patet ſtellarum molē rotundam eſſe.

Et de figura ſtellarum nunc repetit: nā vt recte Auer.
inquit. ❴ De figura ſtellarum dictum eſt per accidens,
quatenus ſequebatur ad dicta, nunc vero per ſe loquitur
vt promiſit. Probat igitur ſingulam ſtellam eſſe rotun
dam primo ſyllogiſmo ſumpto à fine, & componitur ſic,
omne quod nec per ſe mouetur, nec aptū eſt moueri mo
tu recto, omne tale eſt rotundum. hæc maior patet pro
tanto, quia vbi haberet figuram rectam, natura temere
& fruſtra egiſſet. Sed ſtellæ nec per ſe mouentur, nec p
ſe ſunt moueri aptæ: igitur oēs ſunt rotūdæ. Hæc Ariſt.
Dubitauit autē Auer. ſuperius de circulatiōe demōſtra-
tionis, & dubitat Alex. hic, q̄ oīa fuerunt dicta tunc.

A Præterea ſiſt ſeſe hn̄t oēs atq; vna: at Luna
per ea quæ circa viſum accidunt, rotunda eſſe
oſtenditur: non. n. in ſuiipſius luminis auctio
ne, atq; in minutione fieret pluries nunc qui-
dem falcata, aut gibboroſa, nunc diuidua.

Secundo idem probat per argumentū à ſimili hoc mo
do, Luna eſt rotunda, igitur cæteræ ſtellę, & hic locus eſt
eſſentialis, quia in his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, quicqd
per ſe cōpetit vni indiuiduo illius ſpeciei, competit oīb⁹
indiuiduis eiuſdem, & cum omnes ſtellæ ſint eiuſdē ſpe-
ciei, igitur ſi Luna eſt rotunda, omnes alię erunt rotūdę.
Quod vero Luna ſit rotunda, probat primo per appa-
rentiam illuſtrationis, quam recipit à Sole poſt coniun-
ctionem, quia vt dicit niſi Luna eſſet rotunda, non fieret
nunc quidem falcata ſiue in forma falculæ, nunc diuidua
ſiue ſemiplena, nunc prætumida, ſiue gibboroſa, demū
plena, & tota rotunda. Animaduerſione dignum, vt in
codicillo de criticis diximus, & in lib. erudiſionum, Lu-
B nam cū Sole habere 11. figurationes in quarū ſingula lu-
minis variationem ſortitur, & à diuerſis apparitionibus
diuerſa nomina habet: cum. n. Luna cum Sole coiuerit,
Lunæ tunc cum Sole ſynodus eſt latine coniunctio: &
hæc eſt prima luminis variatio. ſecunda eſt Lunæ appa-
ritio ſiue ortus, qui græce eſt anatole, q tunc eſt cū Luna
videri poteſt, poſt Solē p diſtantiā partium circiter. 12.


Lunæ apparitiones diuerſæ ſecundum gradus diſtinctæ ex Aſtronomia deſcriptæ.




Tertia eſt apparitio luminis, qua Luna græce dicitur
conoides, latine cornicularis, ſiue menoides, ſiue falcata
quæ tunc eſt cum Luna à Sole diſtauerit partibus circi-
ter. 45. Quarta eſt apparitio, qua Luna dicitur dichoto
ma, latine ſemiplena, ſiue diuidua, & eſt quando Luna è
Sole diſtat partibus. 90. Quinta eſt apparitio, qua Luna
gręce dicitur amphicirta, hoc eſt gibboroſa ſiue prętumi
da, & eſt cum Luna è Sole ipſo diſtat partibus. 135. Sexta
eſt qua Luna dicitur panſelena, hoc eſt plenilunium, & eſt
cum diſtat à Sole per dimidium totius circuli, videlicet
per 180. partes, redit autem Luna poſt hoc ad gibboroſi-
tatem, & ad diuidualitatem, & ad cornicularitatem, &
falculationem, & ad occultationē, demum ad ſynodum,
& ita omnes variationes ſunt numero 11. Ariſt. autem
enumerauit falcationē, gibboroſitatē, & diuidualitatē.

Declarat

Declarat autem Auer. anatole, ſiue apparitionem, ſiue ortum, & ait tunc eſſe eum Luna exit à Solis cõiunctione, ſiue ſynodo: tunc.n. fiunt duæ pyramides, quarũ vna eſt à Sole, cuius conus eſt in Luna, terminatus ad minimum arcum luminis, baſis vero in Sole: Altera eſt à parte Lunę vacua ad oculũ maior prima, in qua quidem conus eſt in oculo, baſis in vacuo Lunæ. Hoc autẽ eſſe non poſſet, niſi Luna eſſet rotunda, & ſic patet ratio Ariſt.



Inſuper etiam & per ea quæ in Aſtrologia dicuntur, idem demonſtrari poteſt: propterea quia non eſſent Solis deliquia falcata, quare ſi ſtella vna eſt talis: cæteras omnes etiã rotundas eſſe perſpicuum eſt.



Secunda ratio ſic cõponi poteſt; de Luna & Sole inſimul omnia ea, ad quæ in accretione luminis ſequitẽ communis arcualis ſectio ſunt rotunda: Sol & Luna ſunt, ad quæ in accretione luminum ſequitur ſectio communis arcualis, ſiue falcata: igitur rotunda. quid vero ſit ſectio communis, debes ſcire, ꝙ quando eclipſatur Sol per interpoſitionem Lunę inter Solem & oculum noſtrum, vt quando ſunt in capite vel cauda ambo, tunc nec Sol, nec Luna apparet, ſed cũ Sol incipit apparere, videntur ambo ſub quadã portione circuli, videlicet vel a, vel b, quæ eſt ambobus communis, vt in eclipſibus clare cernitur, hoc autem non eſſet, niſi ambo eſſent rotundi. Hæc de ſphæricitate ſtellarum habemus ab Ariſtotele.

Cùm autem duæ ſint dubitationes, de quibus quiuis non iniuria dubitauerit: enitemur id dicere quod nobis videtur, arbitrati prõptitudinẽ potius dignã eſſe veneratione ꝙ̃ temeritate, ſiquis ob philoſophiæ ſitim exiguas in his rebus facultates diligat, de quibus maximas dubitationes habemus.

E Tractaturus Ariſt. duas arduas dubitationes, antea præmittit ſui excuſationem, & reſponſionem ad detractorem: poſſet.n. detractor incuſare Ariſt. de petulantia ſiue nimia prõptitudine, in hoc ꝙ vult ponere os in cœlo, pertractando tales quęſtiones, quę ſunt vltra captum humanum. Cui reſpõdet ꝙ ſiquis ob philoſophiæ ſitim exiguas in his rebus facultates diligat, de quibus maximas dubitationes habemus, promptitudinem huius arbitrari potius dignã eſſe veneratione ꝙ̃ temeritate, enitemur dicere id quod nobis videtur, & in hoc non videbimur arrogãtes, igitur de his qõnibus difficillimis proponit dicere euitando arrogãtiam, tũ quia vult dicere id quod videtur, nõ id quod eſt. tũ q̃a eſt arbitratus prõtitudinẽ talis hoĩs potius laude, ꝙ̃ vituperio dignam.

Præterea cùm plures ſint tales, non minus admirabilis eſt, quam ob cauſam non ſemper ſtellæ, quæ plus è prima diſtant latione, pluribus motibus mouentur, ſed mediæ pluribus?

F Etenim cõſentaneum rationi videtur primo corpore vnicã lationem ſubeunte, proximũ minimis motibus moueri, vt duobus, id autẽ quod ad hoc conſequitur, tribus, aut aliquo alio ordine tali. At nũc contrariũ accidit, paucioribus enim Sol & Luna motibus mouentur, ꝙ̃ nonnulli planetarum, qui longius è medio ipſo diſtant, & propinquiores ſunt ei corpori, quod eſt ipſorum primum.

Quærit nunc quæſtionem Ariſtoteles, vbi debet ſcire Aſtrologos qui fuerunt tẽporibus Ariſtotelis & Platonis, vt Eudoxus, & Calippus. In quinq; ſuperioribus, videlicet Saturno, Ioue, Marte, Venere, & Mercurio, obſeruarunt multas motus differentias: concedentes.n. illos moueri motu cõmuni, videlicet diurno, et proprio,

G videlicet ab occaſu in ortum, deprehẽderunt in motu illorum proprio multas differentias, vt progreſſionẽ, repedationem, ſtationem, celeritatem, tarditatem. In Luna vero & in Sole motum communem & obliquum, & duas tantum motus differentias, videlicet velocitatẽ, & tarditatẽ: & ſic in quinq; ſuperioribus vltra motus duos communem & proprium perceperunt quinq; differentias. In Sole vero & Luna inferiorib⁹, vltra motus duos communem & proprium ſolum differentias duas. Propterea quærit Ariſtoteles, præterea cũ plures ſint tales dubitationes difficiles, non minus admirabilis dubitatio eſt, quam ob cauſam non ſemper ſtellæ, quæ plus è prima diſtant latione pluribus motibus mouentur, ſed mediæ pluribus, reddit cauſam quæſtionis, & inquit. {Et enim conſentaneum rationi videtur primo corpore vnicam lationem ſubeunte, proximũ minimis motibus moueri, vt duobus, id autem quod cõſequitur ad hoc trib⁹, aut aliquo alio ordine tali, ratio eſt, quia quanto aliquid

H eſt propinquius primo, tanto magis debet illi aſſimilari, at nunc contrarium accidit, paucioribus enim Sol & Luna motibus mouentur ꝙ̃ nonnulli planetarum, qui longius è medio ipſo mundi diſtant, & propinquiores ſunt ei corpori, quod eſt ipſorum primũ. Veluti ſunt quinq; planetarum. In quibus verbis clare patet (vt Auer. ait.) Ariſtotelem Solem collocaſſe immediate ſupra Lunã. Hæc eſt quæſtio prima difficillima. Notat Auer. hic nõ *Auer. cõm. 60.* eſſe communiter dictũ illud quod Ariſtoteles ait de motibus ſtellarum, nam in Luna Ptolemæus percepit vltra motum communẽ & proprium duos alios: quorũ vnus dicitur diſtantia duplicata, vt tarditas, & velocitas, quas differentias cõſequitur Luna per hoc quod mouetur in diſtantia duplicata, hoc eſt in dupliciauge, eccentrici videlicet, & epicycli, & in oppoſito vtriuſq; augis. Secundus dicitur motus Lunæ in capite vel cauda: percepit.n. Ptolemæus punctum capitis moueri: & per conſequens differenter

differenter Lunã intrare caput vel caudam, quę res apud Peripateticos oon eſt famoſa, licet ſit apud Ptolomæum obſeruata inſtrumentis. Sed quicquid velit Ptolomęus, ait Auer. qđnē fundari in duobus, videlicet ꝙ ordo ſtellarũ eſt, vt dictũ eſt, ꝙ videlicet Sol ſit īmediatus ſupra Lunã: & ꝙ drię motus ſunt tot, & illæ. Hæc Auer.

Patefactum autem fuit hoc nobis et de quibuſdam per viſum: Lunam enim vidimus diuiduam: Martis ſtellam ſubiiſſe, quæ celata fuit, & in ipſius parte nigra, egreſſa vero perlucidam, & illuſtratã. ſilr & de cęteris ſtellis dicũt Aegyptii & Babylonii, qui plurimis iam annis ante hæc obſeruarunt, & à quibus multa fide digna de ſingulis ſtellis accepimus.

Suppoſuit ordinem planetarum eſſe hoc modo, vt Luna ſit infima, & Sol ſupra Lunam, probat hoc, præſertim de Luna per ſuam, & aliorum obſeruationem: obſeruauit eoim ipſe propriis oculis Lunam dum fuiſſet ſemiplena, ſiue diuidua, Martis ſtellam ſubiiſſe, fuiſſeꝗ inter illã & oculos interpoſitam, vbi vidit Martis ſtellam celari in parte Lunæ obſcura, & quia Luna eſt velocior ipſo Marte, videt ſtellam Martis exiiſſe per partem clarã & lucidam, & de cęteris idem teſtantur Aegyptii & Babylonii. Quę res eſſe non poſſet, niſi Luna fuiſſet infima, de Sole vero nihil aſſerit, ſed ſupponit ita eſſe,

Inſuper etiã iure hoc idem dubitauerit quiſpiam, quã & ob cauſam in prima quidē latione tanta eſt ſtellarũ multitudo, vt vniuerſus ordo inumerabilis eſſe videatur: in cæteris vero vna ſeorſum eſt ſtella, duæ autem aut plures eadem in latione non videantur eſſe infixæ, de his itaꝗ bene ſe habet dubitare, quo & maior excitetur intelligentia: nã et ſi paruas occaſiones habeamus, & in tanta remotione diſtantes ab his quæ illis accidunt: ſi tamē ex talibus contemplemur, non videbitur abſurdum eſſe id quod nunc addubitatum eſt.

Secunda quæſtio eſt propter quid tot ſtellæ fuerunt in prima latione, vt io orbe octauo, tot quot oumerare nemo poteſt. In cæteris vero vna ſeorſum eſt ſtella, dųę autem aut plures eadem in latiooe ſiue ſphæra ooo vidētur eſſe iofixæ, Approbat autem Ariſt. quæſtionem haoc quo per ipſam maior excreſcat cognitio de illis: nam & ſi paruas occaſiones habeamus hic reperibiles, & illæ paruæ, quas habemus, in tanta remotiooe diſtent ab his quę illis accidunt, diſtant dico loco, & natura, nihil enim eſt hic per quod iſtæ quæſtiones poſſunt ſolui, ſi tamen ex talibus contemplemur, quæ hic apparent, & quæ illic videmus, non videbitur abſurdum eſſe id, quod nunc addubitatum eſt, nec abſurda ſolutio, quæ ad illud dubium aſsignabitur.

Sed nos de his penitus cogitamus, ac ſi & corpora eſſent duntaxat vnitatum ordinem habentia, & inanima: Oportet autem putare ipſa tanquam vitæ & actionis participantia eſſe. Sic enim id quod accidit non videbitur eſſe alienum à ratione.

Soluit Ariſt. quæſtiones: & primo primam, & primo narrat quo modo dicta quæſtio eſt difficilis, & quo modo poteſt ſolui, & ait quæſtionem eſſe difficilem pro tanto, quia in dicta quæſtione videtur eſſe ſuppoſitum corpora cœleſtia eſſe corpora duntaxat habentia ordinē vnitatum & inanima: nam hoc modo videtur eſſe ordo motuum ſecũdum ordinem numerorum, et ſecundũ ſitum

A corporum, vt in elementis Plato poſuit, qui ordinauit elementa ſecũdum ordioem numerorum: poſuit. n. igni, & terræ correſpondere duos numeros cubicos, igoi quidem cubicum binarii, videlicet octonarium numerum: terræ vero cubicum ternarium, videlicet. 27. media poſuit ſecundum proportiooem. 18. &. 17. & ſic collocauit elementa ſecũdum proportiooem ſexquialteram. Si igitur cœli eſſent corpora raotum, vt Empedocles ſentit, & alii, qui noo norunt ſubſtantias ſeparatas, oportet locare illos pro ratiooe oumerorum & ſitu corporum: & hoc pacto quæſtio eſt difficilis. Expedit igitur ſi quæſtio debet ſolui putare ipſa participantia eſſe vitæ & actionis, hoc eſt ꝙ viua ſint, & quicquid agunt agant per præconceptiooem finis, & non ex impetu naturæ, vt elementa agunt: & hoc pacto id quod accidit de ordine motuũ & multitudine illorum noo videbitur eſſe alienum à ratione, quia ſtat intermedia moueri pluribus motibus, extrema vero paucioribus præconceptione finis, vt dicemus.

B Hæc de facilitate & difficultate quæſtionis primæ.

Auer. vero innuit tres rationes ad probandum cœlos eſſe animatos, atꝗ viuos. Primo, quia cœli ſunt præſtantiores animatis, igitur ſunt animati, quia non animatum non eſt animato præſtantius. Secundo, quia omoe quod habet figuram terminatam, & motum à ſe de parte terminata in partem terminatam eſt animatum, tale eſt cœlum. Tertio, motor corporis cœleſtis non eſt in materia, igitur eſt intellectus, & ita cœlum eſt intelligens & animatum. Cõfirmatur per Ariſt. 12. Meta. vbi probat cœlum moueri per intellectum & voluntatē, igitur eſt animatum & agens propter finem. Solet quæri vtrum cœlum circunſcripta intelligentia ſit perfectius aliquo animato, vt muſca, ſi dicitur ꝙ ſic, ratio Auer. nõ valuit: nã ſic inaoimatum eſt pręſtantius animato, ſi dicitur ꝙ oõ, hoc videtur erroneum, quia illud eſt corpus æternum & immortale, Ioanoes ſecundo Phyſicorum tenet, ꝙ cœlum circunſcripta anima adhuc eſt præſtantius viuo ali-

Auer. cõ. 61

Quæſtio de nobilitate cœli.

Põ Ioan.

C quo, vt muſca, & id genus, quia eſt æternum, diuioum, & id genus. Sed hæc poſitio errat. Primo, quia reddit rationem primam Auer. imbecillam. Secundo, quia tertio de Anima Ariſtoteles pro ratione operationum docet diiudicare rerum oaturas, dicens id eſſe nobilius, cuius prima operatio eſt oobilior, modo prima operatio viui, vt muſcæ eſt præſtabilior prima operatione cœli circunſcripta intelligentia, immo cœlo, vt ſic, nulla competit operatio. Præterea tenerem cœlum circunſcripta intelligentia nullam habere perfectionem, immo nõ eſſe, niſi ens in anima, & ſic patet ſolutio.

Nam ei quidē qđ optime ſeſe habet, ipſum bonũ ſine actione videtur ineſſe; illi vero qđ eſt illi proximum, per paruam, ac vnam, at his quæ longius abſunt, per plures. Veluti in corporibꝰ. Aliud enim ſine exercitio bene ſe habet. Aliud leui facta deambulatione. Aliud &

D luctatione, & curſu, & puluere īdiget. Alii rurſus neꝗ quouis ſeſe exercenti modo hoc vnquam inerit bonum, ſed aliud tale.

Propoſuit Ariſt. ſoluere dubitationem primam. Nũc proſequitur, & præmittit tria, vt mihi videtur. Primũ eſt, ꝙ eſſe poteſt aliqua latitudo entium ad optimum finem ordinatorum, quæ habet gradus ſecundum plus & minus participare actionis. Exemplum in corporibus. nam poteſt eſſe corpus, ꝙ eſt ſanum nullo egens. Aliud in ſecundo gradu erit corpus ꝙ leui deãbulatione eget ad eſſe ſanum, vt ſi fuerit in ſtomacho aliqua indigeſtio parua. In tertio eſt corpus, ꝙ multis indiget ad eſſe ſanũ vt luctatione, & curſu, & puluere, ſiue magna agitatione & exercitio, quæ fiebãt in arena, ſiue puluere. In quarto eſt corpus ægrum quod ſanitatem adipiſci non poteſt per aliquod ingenium. Sed conſequitur aliquid, tale, veluti

luti aliquid ſimile. Lege literam ſic cum prima continuã non videtur abſurdum eſſe id, quod nunc addubitatum eſt: nam ei quidem quod optime ſeſe habet, ipſum bonũ ſine actione videtur ineſſe, & hic eſt primus rerum gradus. Illi vero quod eſt illi proximũ, per paruam ac vnã, & hic eſt ſecundus gradus: at his quæ lõgius abſunt, per plures videtur ineſſe bonum ipſum. Hic eſt tertius gradus. Deinde exemplificat in corporibus ordinatis ad ſanitatem, & addit quartũ gradum, & inquit. {Veluti in corporibus, aliud enim ſine vllo exercitio bene ſeſe habet, vt id quod eſt actu ſanũ, & hoc eſt primo gradu corporum. Aliud leui facta deambulatione, vt corpus parum lapſum in ſtomacho, vel capite, quod dicitur neutrum recuperabile, & à medicis dicitur neutrũ decidentiæ: nam niſi leuiter inambulet ægrotabit actu: & hoc ponitur in ſecundo gradu. Aliud & luctatione, & curſu, & puluere indiget, vt corpus actu ægrotum, verbum illud puluere Græce eſt κονίσεως latine puluere, & apud alios pugna, quod ad idem venit: nam pugna in arena & puluere fiebat, hoc enim modo corpora actu ægrota veteres curabant ante cognitionem herbarum, & cęterorum in medicina ſcriptorum: propterea corpora actu ægrota in tertio gradu ponuntur. Alii rurſus neq; quouis ſeſe exercenti modo, hoc vnquam inerit bonum, ſed aliud tale, vt quædam mitigatio, veluti in podagricis, & ſpaſmaticis, & id genus, quæ morbo incurabili laborant: hęc enim per vnam vel plures actiones nõ ſanitatem, ſed aliquid ſimile acquirunt, vt mitigationem, & hoc corpus eſt in gradu quarto. Poteſt addi quintus gradus, vt poſtea dicetur, qui eſt eorum corporum, quæ nec ſanitatem, nec mitigationem per actionem vnam vel plures adipiſci poſſunt.

κονίσεως, exercitatio, in puluere, ſeu pugna, & lucta, quaſi pulueratio ac ſordatio, & cõſperſio pulueris.

Corporum ac rerum latitudo per gradus diſtincta, apud Peripateticos.

Hæc corporum latitudo per gradus, ſequenti figura, ac ſerie cõſpicitur.

Corporis ſani gradus primus.	Hominis perfecti gradua primus.
Corpus actu ſanum.	Homo ſimpliciter fęlix.
II.	II.
Corpus neutrum.	Homo ſapiens.
III.	III.
Corpus actu ægrotum.	Homo diſciplinabilis.
IIII.	IIII.
Corpus peſsime ægrum.	Animalia & plantæ.
V.	V.
Corpua mortiſerum.	Elementa.

Apud Galenum vero in primo & ſecundo libro Technæ aliter corporum latitudo conſtituta eſt, quæ res cũ noſtrum propoſitum egrediatur ſufficiat te ſcire corporum latitudinem apud Ariſtotelem hoc modo eſſe cõſtituendam. Hæc igitur eſt prima ſuppoſitio.

Recte autem agere, aut multa, aut ſæpe difficile eſt. Vt talos coos iacere plures difficile eſt. Sed vnum vel duos, facile, & rurſus cum hoc quidem illius gratia, opus eſt facere, illud autem ob aliud, & illud item ob aliud, in vno quidem duobusve facilius quiſpiam finem aſſequetur, at quo per plura procedit eo illum difficilius nanciſcetur.

Secunda ſuppoſitio eſt, quod agere multa, aut vnum per multas actiones difficilius eſt, quam agere vnum per vnam actionem, vel per paucas actiones, probat exemplo ludorum, qui apud coum celebrabantur, & inquit. {Recte autem agere aut multa, aut ſæpe difficile eſt, hoc eſt dicere recte agere multos effectus, aut vnũ per multas actiones difficile eſt. Primo probat, quod agere multa eſt difficile per exemplum, & inquit. {Vt talos coos iacere plu-

E res, difficile eſt, qui tali græce dicuntur aſtragali, nonnulli volunt eſſe genus enſium, nonnulli alia genera, quibus vtebantur ciues coi ſuis in ludis, alii genus ludorum, ſed hoc nihil ad rem, ſat ſit quod vnum talũ proiicere, vel duos facile eſt, multos tamen difficile. Quod quidem multa agere ſit difficile, hoc exemplo patet. Quod vero vnum agere multis actionibus ſit etiã difficile, oſtendit per exẽplum in eis quæ agunt vnum pluribus modis, vt dux, & medicus: ambo.n. vnum agunt, dux quidẽ victoriam per multas actiones, medicus vero ſanitatem: ambo.n. agũt per multa media: quorum vnũ eſt gratia alterius, vt tandem ad vnum finem veniant, inquit. {Et rurſus cũ hoc quidem illius gratia opus eſt facere, vt in curatione, & bello, illud autem ob aliud, & illud item ob aliud in vno quidem duobus ve facilius quiſpiam finem aſſequetur, & quo per plura procedit, eo illum finem difficilius nanciſcetur: & ita patet difficile eſſe vnum effectum attingere pluribus actionibus, & ſic habetur ſecũda ſuppoſitio.

F Et quia per hoc vult habere Ariſt. eum motorem cœleſtem qui pluribus agit difficilius agere, Et eũ qui paucioribus agit facilius agere. Ideo quærit Auer. & dubitat in cœlo non poſſe eſſe difficultatem, nec facilitatem, quia tunc motus ille eſſet cum labore. Et ſua ſolutio tandem eſt Ariſtotelem per facilitatem & difficultatẽ in illis velle proportionem, & reſiſtentiam, qua mobile debita proportione reſiſtit motori. Et tu debes ſcire, vt ſuperius diximus, duplicem eſſe reſiſtentiam, alteram quidẽ ad motum, quam habet graue ipſum cum trahitur vi ſurſum, & talis reſiſtentia non reperitur in corpore cœleſti. Alteram vero eſſe ad terminum motus, qua habet omne mobile ne ſubito trahatur in terminum ad quem, et hæc prouenit ex debita proportione motoris ad mobile, & hæc eſt in cœlo, quod hoc ſigno patet, quia non quilibet motor cœleſtis mouet quodlibet mobile. Amplius, ſi nõ haberet hãc proportionẽ finitã moueret in nõ tẽpore, ut ſuperius fuit deductum, et ſic patet in cœlo eſſe difficultatẽ

G quaſi æquiuoce dictam. Hæc ex Auer. trahi poſſunt.

Quocirca etiã ſtellarum actionẽ talem arbitrari oportet, qualis eſt animalium, ac ſtirpiũ: etenim hic hoĩs actiones plurimæ ſunt. Multa enim bona, vt conſequi poſſit, multa agit etiã aliorum gratia. Ei vero, qui optime ſe habet, nõ eſt opus actione. Ineſt enim ipſi id gratia cuius cætera agunt: actio vero ſemper in duobus conſiſtit, quando & id gratia cuius agitur, & id quod huius gratia agitur. At cæterorum animalium pauciores ſunt, & plantarum parua quædam eſt & forſitan vna. Nam aut vnum eſt quod cõſequi poſſunt, veluti & homo ipſe, aut & ipſa multa omnia antecedũt ad ipſum optimum aſſequendum.

H Hæc eſt tertia ſuppõ, in qua Ariſt. ponit ſecundã latitudinem rerũ, quæ beatitudinis participant, & in primo gradu huius latitudinis ponet hõ actu fœlix, q.p fœlicitate nullo eget, quia actu habet copulationẽ intellectus agẽtis cũ poſſibili, hic.n. nullo eget, quia iam finia eſt, vel ad finem peruenit. In ſecundo gradu eſt hõ, qui per multas actiones ad fœlicitatem enititur: nã ad hoc, vt hõ pertingat ad fœlicitatẽ primo requirit vitę longæuitas, quia nõ ſubito hõ beatur, et ita requiritur vita. Secũdo ſenſibiliũ apprehẽſio, tertio vniuerſalium omnium intellectilium intelligẽtia, ſic igitur in ſecundo gradu eſt homo perfectibilis per fœlicitatem. In tertio ſunt animalia & plantæ, quæ felicitatem attingunt nõ in ſe, ſed quatenus attingunt ſenſum & vitam, quæ ſunt requiſita ad fœlicitatem. In quarto ponuntur ea quæ nec fœlicitatem nec requiſita attingũt, vt forſitan ſunt elementa. Sed hic deficit illud quod attingit

Vide in ſuperiori rerũ, ac corporũ deſcripta ſerie.

git fœlicitatem per paucam actionem, propterea cõpleri poteſt latitudo animantium ad fœlicitatem ordinatorum vt in primo gradu ſit homo perfectus actu fœlix. In ſecundo ſit homo cui parum deeſt, vt perfectus per omnia ſenſilia, non autem per omnia intelligibilia. In tertio eſt homo imperfectus. In quarto animalia & plantæ. In quinto elementa, & cætera quæ nihil fœlicitatis habent.

Ex his apparet hanc latitudinem poſſe cõuenire cum prima, ſi ſic intelligatur, fortaſſe enim vt indicat Simpl. hæc non eſt tertia ſuppoſitio, ſed exemplum ſecundũ primæ latitudinis, primum enim exemplum fuit in corporibus, hoc eſt exemplum in viuentibus, quod magis ad propoſitum eſt, quia vt bene accepit Ariſt. oportet arbitrari ita eſſe de ipſis cœlis vt de animantibus.

Hæc autem expoſitio non diſconuenit verbis Ariſto.

Ideo lege, quo circa & ſtellarum actionem talem arbitrari oportet qualis eſt animalium, & ſtirpium, & ita vt animalia & ſtirpes & cætera corpora ponuntur in quinque ordinibus, ſic & corpora diuina, deinde diſponit latitudinem animalium & ſtirpium, & cæterorum. Et incipit à tertio gradu, deinde redit ad primum gradum, & inquit. Etenim hic hominis actiones, qui penitus à fœlicitate eſt aliena plurimæ ſunt actiones, multa enim bona, vt conſequi poſſit, multa etiam agit aliorum gratia, hoc eſt tandem vt omnia ad vnum finem reducantur, & hic eſt tertius gradus latitudinis, deinde ponit primum gradum, & inquit. Ei vero homini ſupple qui optime ſe habet non eſt opus actiõe. Ineſt enim ipſi id gratia cuius cætera agunt vt beatitudo. Sed obijcis videtur homini fœlici non ineſſe id gratia cuius cætera agunt, quia animalia, plantæ, & elementa non agunt gratia beatitudinis.

Obiectios

Reſpondet ꝙ in omni fine attingendo ſunt duo, finis ipſe, & medium, vult igitur omnia eſſe gratia beatitudinis, quę homini ineſt fœlici, quia aut propter illam vt homo, aut propter requiſita vt animalia & plantæ, & ideo inquit. {Actio vero ſemper in duobus conſiſtit quando & id gratia cuius agitur vt eſt finis, & id quod huius gratia agitur vt medium, ſiue requiſitum, animalia igitur & plantæ ſunt ſaltem gratia illius quatenus ſunt attingentia requiſita ad illam, et hic eſt primus gradus latitudinis & tu ſubintellige ſecundum, videlicet hominem, qui parum deeſt à beatitudine. Hæc enim dedit intelligere Ariſto. & per primã latitudinem, & per hoc quod dedit extrema, inter quæ innuitur ſemper medium. Et in hoc apparet Auer. non intellexiſſe hunc locum, laborauit. n. concordare latitudinem hanc cum prima per dicta Themiſtij, & Alex. & non potuit, quia non percepit ordinẽ Ariſt, nec pace quorundam dixerim bene intelligit ipſe id quod optime ſe habet, retulit enim hoc ad deum, qđ ſtare non poteſt, in latitudine enim viuentium & rerum mortalium atque corruptibiliũ non poteſt cadere deus, niſi Ariſto. non fecerit latitudinem. Sic igitur patent tres gradus, quorum primus eſt hominis perfecti ex toto, qui gradus correſpondet prĩo gradui latitudinis corporum. Secundus eſt hominis ſapientis, cui parum deeſt ad fœlicitatem, qui correſpondet ſecundo gradui primę, vtpote corpori neutro. Tertius eſt hominis capacis diſciplinæ nondum diſciplinati, qui correſpõdet tertio gradui primæ vtpotę corpi actu ægroto. Deinde ponit quartum Ariſto. & inquit. {At cæterorum animalium pauciores ſunt, & plantarum parua quædam eſt, & forſitan vna, hæc tamen non finem attingũt, ſed requiſita, et hoc ſubdit: nam aut vnum & idem eſt quod conſequi pñt, veluti & homo ipſe, aut ſi non finem vnum attingunt, ſaltem pertingunt ad ipſa multa, quæ omnia antecedũt ad ipſum optimum aſſequẽdum, & hic eſt quartus gradus. Cui adde quintũ, qui eſt eorũ, quę nec finem, nec reqſita ad finẽ attingunt, vt elementa & oĩa alia inanimata, corrñdet autem gradus quartus, qui eſt aĩalium & plantarũ quarto gradui primæ qui fuit corporum peſſime ægrorum. Quintus autem qui eſt elementorum, correſpon

Solutio.

Contra aſt. contra quoſdam.

Qvinq; gradus.

A det quinto illius, qui eſt corporum quæ omnino moritura ſunt, & in hoc apparet concordia latitudinum, quam Auerr. & expoſitores ignorarunt. Sed obijcies, quia non videtur poſſe diuerſa genera collocari in eadem latitudine, vt homines animalia & alia. Iam dici põt, hoc eſſe diuerſa genere in ſe conſiderata. Sed vt ordinantur ad vnum habent rationem communem, penes quã poſſunt collocari in eadem latitudine.

Vide hos gradus in ſuperiori figura.

Dubiũ.

Solutio.

Aliud igitur habet optimum: & ipſum particeps eſt ipſius. Aliud per pauca propè peruenit. Aliud per multa. Aliud non aggredit̃: ſed ſatis prope vltimum accedit: veluti ſi ſanitas ſit finis. Aliud ſemper ſanũ eſt: aliud attenuatum: aliud currens & attenuatum: aliud & aliquid aliud agẽs ipſius gratia curſus: vt huius ſint plures motiones. Aliud ad ſanitatem per-
B uenire non poteſt. Sed ad curſum dũtaxat aut ad ipſam attenuationem: quorum eſt, & alterum per ſe finis.

His ſuppoſitis cõſtruit ordinem in orbibus, vt habeatur ſolutio ad formam quæſtionis, vbi debes ſcire quòd omnes orbes ponuntur in latitudine quinq; graduum, veluti corpora, & viua, quæ latitudo attẽditur penes attingere finem, quod eſt optimum, tale autem eſt permanentia. Qua ratione fit vt illa ſint in primo latitudinis gradu quæ permanentiã attingunt ſine actiõe. Illa vero in ſecũdo latitudinis gradu, quæ permanentiam attingunt per paucas actiones. Illa in tertio, quæ per multas, illa in quarto quæ non permanentiam, ſed aliquid prope permanentiam. Illa in quinto, quæ nec permanentiam nec aliquid prope permanentiam attingunt. Cuius exemplum repetit de ſanis, dicens, veluti ſit ſanitas ſit finis, aliud ſemper ſanum eſt, aliud attẽuationum ſolũ. Aliud
C currens et attenuatum, quia currens gratia attenuatiõis. Aliud & aliquid aliud agens ipſius gratia curſus, ita vt huius ſint plures motiones, aliud ad ſanitatem peruenire non poteſt, ſed ad curſum dumtaxat, aut ad ipſam attenuationem, quæ ſunt rurſus propter aliquem alium finẽ vt propter ſanitatem. Tacuit autem quintum gradũ, videlicet qui eſt eorum, quæ nec finem, nec ordinatum in finem attingunt, quia per ſe ex dictis patet. Quæ vero ſunt illa quæ in his quinq; gradibus collocantur, dicetur poſtea. Quid vero Ariſtote. intelligat per id quod habet optimum & particeps eſt ipſius, poſtea dicetur.

Expõ.

Nam maximè quidem omnibus optimum eſt illum conſequi finem, at ſi hoc non fiat, tantò aliquid ſemper melius eſt, quantò id attingit: quod optimo propinquius fuerit.

Quæres forſitã, quonam modo poteſt dici bonum at-
D tingere quod non finem, ſed medium attingit, vt quonã modo poteſt curſus dici bonus, ſi non ſanitatem, ſed attenuationem attingit. Reſpondet ꝙ ambo hæc bona ſunt, quia aliquo modo ambo finem attingũt, attenuatio quidem per ſe ſanitatem, curſus in attingendo illud qđ attingit ſanitatem, & propterea inquit. {Nam maxime quidem omnibus optimum eſt illum finem conſequi vtpote ſanitatem, vel finem proprium, at ſi hoc fieri non põt, tanto aliquid ſemper melius eſt, quanto id attingit quod optimo propinquius fuerit vt melior curſus, ꝗ præparatio ad currendum, nam curſus attingit attenuationem ꝓpe finem. Præparatio vero curſum, qui longè eſt à fine, hæc generatim de rerum ordine.

Expõ.

Quocirca & terra quidem non mouet̃ omnino, propinqua autem paucis motibus mouentur: non enim ad ipſum vltimum pertin-

gunt

gũt:ſed quouſq; diuiniſſimum ipſum principium conſequi poſſunt. Primum autem cœlũ ſtatim per vnum motũ illud aſſequitur, at ea quæ in medio primi & vltimorum ſunt, attingunt quidem, per plures tamen motus attingunt.

Orbium latitudo, & eorum quæ optimum attingũt quinque gradibus contenta.

Gradus	1	Deus
	2	Primum mobile
	3	Tres ſuperiores planetę
	4	Quatuor inferiores
	5	Elementa

Expoſitio.

Vt dicebatur latitudo orbium conſtituitur penes attingere permanentiam, quare in primo gradu ponetur F deus, qui permanentiam attingit ſine actione, & hoc voluit intelligere ſuperius dum dixit eſſe aliud quod optimum habet, atq; ipſius particeps eſt. Quidam enim retulit ad deum & ad reliquas intelligentias, quia deus optimum habet per eſſentiam, eſt enim per eſſentiam pmanens, intelligentiæ per participationem. Quod ſtare non poteſt, quia Ariſto. hic ponit deum abſq; orbæ. Nõ autem intelligẽtias ponit abſq; orbibus. Immo in numerando orbes intelligit intelligentias, ſunt enim orbes animalia diuina, & ſic per id quod habet optimum, & participat optimum ſolum primum ens intelligit, quia p participare intelligit poſſidere, μετέχω particeps ſum, poſſideo enim græce etiam poſſiden eſt latine. In ſecũdo gradu eſt orbis ſtellatus, qui apud Ariſto. eſt primum mobile atq; viuens & animal per ſe: hoc enim permanentiam attingit vnica actione, quia ſolum per motum diurnum eſt cauſa aliorum quare permaneant, & ipſum in cauſando G permanentiam aliorum attingit per vnã ſolam actionem permanentiam primi. In tertio ſunt tres ſuperiores planetæ, vt Saturnus, & Iupiter, & Mars, nam iſti attingunt permanentiam ipſam per plures motus, per quos per ſe agunt in rebus permanentiam & fixionẽ. In quarto ſunt quatuor inferiores, qui non per ſe attingunt permanentiam per hoc q; ſunt cauſæ per ſe pmanẽtiæ, ſed p hoc q; ſunt cauſæ generationis & corruptionis, quæ non ſunt permanentia, ſed ordinatæ ad permanẽtiam. Calippus enim & Eudoxus permanentias, & grãdes effectus tribuerunt tribus ſuperioribus, veluti Albumaſar etiam in libro de magnis coniunctionibus. Soli & duobus alijs effectus annos. Lunæ menſtruos, & ſic attingunt permanentiam non proprie, ſed quatenus diſponunt ad permanentiam. In quinto ordine ſiue gradu eſt terra cũ tribus alijs elementis, quæ nec permanentiam attingunt p vnã nec per plures actiones, nec aliquid ad permanẽtiam ordinatum.

Quæſtionis ſolutiõis ad formam.

Ex his patet ſolutio ad formam dubitatiõis, concedo enim illud eſſe perfectius quod attingit finẽ per H pauciores actiones, at quatuor inferiores non attingunt finem, ſed media in finem, attingunt enim permanentiã attingendo generationem, & rerum mutationes, quanquam enim animalia attingant quod attingunt de fœlicitate per pauciores actiones quia per ſenſus, & plantæ per vnam vt per nutritionem, tamen dicuntur imperfecta, quia non finem, ſed media attingunt, inquit. {Quocirca & terra quidem & ſupple alia elementa non mouẽtur omnino, ideo ſunt in gradu quinto, propinqua autẽ, vt quatuor inferiores planetę paucis motibus mouẽtur. non enim ad ipſum vltimum pertingunt, quia non pmanent quatenus per ſe ſint cauſæ permanentiæ, ſed quatenus cauſæ ſunt requiſitæ ad permanentiam. Primum autem cœlum ſtatim per vnum motum illud aſſequit̃, quia eſt permanens per hoc q; ſolo motu diurno eſt cauſa rerum permanentiæ. At ea quæ in medio primi & vl-

E timorum ſunt vt tres ſuperiores, attingunt quidem, per plures tamen motus attingunt, omiſit primum gradum in quo ponitur id quod attingit ſine actione. Ex his patet ad formam dubitationis, & cauſam problematis.

Auerroes autem diſponit ordinem rerum in quatuor gradus, quorum quilibet latitudinem habet, & in primo ponit ea quæ ſine actione permanentiam, & optimum attingunt, vt deus & ſubſtantiæ ſeparatæ. In ſecundo ponuntur ea quæ attingunt permanentiam, & optimã operationem per actionem, in quo & cœli omnes, qui per paucam operationem, & homines qui per multam operationem attingunt, collocantur. In tertio ponuntur elementa quæ non permanentiam in numero acquirunt, licet per paruas actiones, ſed in ſpecie. In quarto ponitur terra, quæ attingit quietem centri abſq; omni motu, cætera elemẽta ſua loca per aliquem motum, vt aqua attingit cõcauum aeris per motum lunarem, aer per motum ab igne, ignis per motum diurnum.

Replica. contra iſtam,

Sed hunc ordinem F recte quidam reprehendit, nam per hunc non habemus ſolutionem ad quæſtionem, quia ex quo in ſecundo ponuntur orbes & homines, ſol & luna qui in ſecundo ordine attingunt perpetuitatem, & optimum paucioribus motibus, erunt in ſecundo ordine præſtabiliores, quod Ariſto. adduxit in dubitatione. Præterea homines nõ ponũtur in latitudine æternorum, poſuit enim homines in latitudine viuorum.

Sol. cuiuſdã. Confutatio,

Propterea quidam diſponit quinque gradus, & in primo ponit deum & ſubſtantias ſeparatas. In ſecundo primum mobile. In tertio tres ſuperiores. In quarto quatuor inferiores. In quinto terram.

Sed pace ſua hæc diſpoſitio non valet, primo, quia cæteri intellectus ſeparati non ponuntur ſine orbibus, ſunt enim animæ orbium, atq; formæ modo formæ ordinantur cum ſuis ſubiectis. Secundo, præterit tria elementa, non enim minus illa ſunt in tali ordine, quàm terra, ſunt enim orbicularia corpora vt terra. Tertiõ ex hoc G ordine adhuc dubitatio habet locum, quia in tertio ordine ponuntur quatuor inferiores, qui nõ finem, ſed requiſitum ad finem attingunt, modo in illo ordine Sol & luna paucioribus motibus attingunt q̃ Venus & Mercurius, Venus enim ſm aſtrologiã Eudoxi & Calippi octo motibus mouet̃. Mercurius nouem. Sol & Luna paucioribus. Res igitur eſt ſatis obſcura.

Propria ſolutio.

Iden ſi aſtrologia Eudoxi & Calippi eſt vera, quam Ariſt. hic & in meta. ſectatur, oportet cõſtituere quatuor fines, tribus ordinatis ad vnum, primus eſt permanentiam attingere perfecte, & tunc quod attingit hanc per ſe nihil agendo eſt in primo gradu, vt deus, qui attingit hanc non agendo, ſed quatenus eſt finis agentium. Quod vero attingit hanc agendo per paruam actiõem eſt primum mobile, quod mouetur motu diurno. Quod attigit per multos motus attingendo illam per ſe, & dando rebus permanentiam per ſe ſunt tres ſuperiores. Hæc de primo ordine. Amplius, ſecundus finis eſt diſponere ad perpetuitatem præbendo diſpoſitiones diuturniores, & hoc modo Venus & Mercurius attingunt, tribuit enim venus amorem ſiue H appetitum, Mercurius induſtriam, ſine quibus eẽ nõ poteſt perpetuitas. Sol & Luna attingunt pręparãdo ad diſpoſitionem quia adminiſtrant generationem & corruptionem, quibus mediantibus generatur diſpoſitio pmanentiæ. & propterea licet hæc quatuor ponantur in quarto gradu, Venus & Mercurius tenent primam partem huius gradus, quia per ſe diſponunt ad permanentiam. Sol & Luna diſponũt ad diſpoſitionem. In quinto ponuntur elementa, hæc enim intelligit per terram, vtitur enim terra pro omnibus, quia ſenſibilior apparet.

Diſſolutio problematis

Et ſic patet ſolutio ad problema, non enim abſolute valet, omne id eſſe nobilius quod paucioribus motibus fertur, niſi reſpectu ſui ordinis, & eiuſdẽ finis, oportet enim imaginari omnia hæc attingere permanentiam, & ſecundum gradus attingentiæ ita poni in latitudine, gradus autem attingentiæ ſunt ignoti. Sed in hoc patent, quia Sa-

turnus

turnus illum attingit perfectiori modo q̃ Iupiter, quia id quod attingit Saturnus pręparat magis ad id, quod attingit primum mobile, q̃ id quod attingit Iupiter, & id q̃d attingit ſuis motibus Iupiter adhuc magis præparat quã id quod attingit mars ſuis motibus, & hoc modo diſponuntur in ordine tertio ipſi tres ſuperiores, qui cum ſint ignoti quo ad gradus attingentiæ, collocãtur in tertio ordine inſimul, tanta enim exacta cognitio attingendi eſt ignota Ariſt. & aſtrologis, ſufficiat autem generatim ſcire eos attingere immediatius permanentiam quàm quatuor inferi attingant, q gradus attingendi ſunt pro ordine ſitus & loci, & diſtantias a primo. Simili ratione de quarto ordine, ſat enim eſt ſcire Venerem & Mercuriũ ſi ponuntur ſopra ſolem attingere immediatius illam pmanentiam præparando q̃ Sol & Luna, & pro ordine ſitus eſſe gradus attingendi, & ſic nõ a pluralitate vel paucitate motuum argui poteſt nobilitas vel ignobilitas. ſed reſpectu vnius & eiuſdem finis, & reſpectu eiuſdem gradus finis, non enim valet Mercurius & Sol attingunt eũdem finem, & Sol paucioribus motibus, igitur Sol eſt nobilior, ſed oportet addere, q ambo attingant eundem finem ſm eundem gradum. Modo ſi Mercurius ponitur ſupra Solem attingit eundem finem ſm gradum perfectiorem, quem ignoramus, & ſi econtra Sol ponitur ſupra Lunam & Venerem & Mercurium eſt dicendum econtra. hæc ſunt dicenda ſm aſtronomiam quam ſectatus eſt Ariſt. ſunt igitur quinq; gradus, quorum quilibet

Dub. 8. 14. latitudinem habet. Sed contra rationem Ariſt. eſt dubitatio, quia ſupra voluit motum obliquum, qui eſt vagarum, eſſe propter generationem, & corruptionem. Diurnum vero propter conſeruationem, hic videtur oppoſitum ſentire, nam tres ſuperos ponit attingere permanen-

Solutio. tiam per ſe, inferos vero diſponere. Dici poteſt motum obliquum qui eſt vagarum eſſe propter generatiõem & corruptionem, tamen tres ſuperi diſponunt generatiões ad maiorem durationem, ideo immediatius attingunt p-

Sola dubit. manentiam, & hoc ſufficit Ariſt. Amplius, ambigere poteſt quiſpiam, quia Ariſtot. loquitur ita de planetis ac ſi moueantur ab vno motore pluribus motibus, mõ hoc eſt contra eum in. 12. meta. vbi voluit tot eſſe orbes, & motores reſpectu vnius cœli atq; vnius ſtellæ quot ſunt differentiæ motuum perceptæ in illo planeta, vt quia in Mercurio. 9. differentiæ ſunt perceptæ, etiam nouem or-

Solutio. bes totidemq; motores eſſe oportet. Dici poteſt ſtellã eſſe finem omnium motuum & cæteros orbes conſtituere vnum cęlum veluti multa membra vnum membrum inſtrumentarium, quæ membra omnia ſunt ppter vnũ, veluti caro, Muſculi, lacerti, & cætera, quæ coxam conſtituunt, omnia ſunt propter coxam & ad motum coxæ.

Tunc diceret Ariſto. eſſe intelligendum non de partibus membri comparationem, ſed de ſtella & toto cœlo, quod licet moueatur pluribus motoribus, tamen ex omnibus illis intelligitur fieri vna virtus mouens congregatum ex particulis & orbibus, & de illa intelligitur latitudo & gradus latitudinis, ponũtur enim partes in eodem gradu latitudinis in quo ponitur totum ipſum cuius ſunt

Tertia dub. partes. hæc ad ſecundam. Amplius tertio dubitabis, quia vbiq; Ariſtoteles poſuit primum motorem mouere aggregatum ex omnibus cœlis vt vnum animal. Hic ponit eum ſeparatum & ſine actione attingere finem.

Solutio. Dici poteſt, primum eſſe abſq; actione, quia ipſe nõ eſt principaliter propter actionem vt ſunt cæteri motores, ſed agit propter ſe, & nõ propter aliud, dr̃ igitur attingere bonum abſq; actione, pro quanto ſua actio non eſt cauſa attingendi, & propterea primus poteſt conſiderari vt finis & vt agens, & vt finis eſt ſeparatus, vt agens autem eſt coniunctus, cæteri autem non ſic, omnes enim agunt propter actionem, quia propter actionem conſeruantur

Quę Ioann. & quæ Pto. & hoc non intellexit Ioannes, propterea poſuit deum eſſe finem tantum. Hæc Ariſtoteles iuxta aſtrologiam Eudoxi & Calippi. Ptolomæus autem vbiq; Solẽ & Lu-

A nam facit principes atq; primarias vniuerſi ſtellas. Primo, quia augent & minuunt, & tollunt cæteris ſtellis actiones, & ipſi a nullis impediuntur, dicuntur enim ſtellæ cõbuſtę, nunc fortes quia lucanæ, nunc debiles quia occiduę & veſpertinę, nunc alĳs modis affectę pro alĳs cum Sole cõfigurationibus, at Saturnus ſi cum Sole eſt, nihil oſtendit, quia eſt ſimilis mortuo, vt vbiq; ait Ptolemęus.

Secundo, motus cæterorum regulãtur pro motibus Solis, eſt. n. ſolis motus regula cæterorum, vt norũt aſtronomi & ſupputatores. Tertio, actio in rebus maniſeſte pficiſcitur a Sole & Luna, a cæteris proficiſci nõ eſt deprehenſum, niſi per reſpectum ad lumina, vt docet Ptole. in prĩo Apoteſmatũ, ppea Ptol. Solẽ, & Lunam vſes atq; pricipales efficit cãs, cęteras ſtellas inſtrũtas, atq; ſubminiſtras, veluti pręfectus & centuriones, nec habere actiones niſi ſuppoſita actione Solis & Lunæ, qua non ſuppoſita id quod agunt friuolum eſt & leue. Id vero quod de-

B cepit Albumaſarem, Eudoxum, Calippum, & Ari. qui hos ſecutus eſt, videtur tarditas effectus, & perduratio, quæ tribus ſuperis tribuitur. Amplius, Solem & Lunam poſuerunt vltimos in loco. & illi crediderunt pro ſitu, & loco effici plus & minus nobiles, hęc omnia ſunt remota a veritate. Nam tarditas effectus, & perduratio, non faciunt ad nobilitatem actionis, niſi reſpectu actiõis maioris, cæteris. n. paribus eſt verum, datis. n. duabus actionibus æqualiter pollentibus, quæ eſt diuturnior eſt maior, modo licet actio illorum trium ſit diuturnior, tamen eſt parua, & nõ habens vim niſi aut ſuppoſita actione luminum, aut addita. Amplius, ſitus ſolis non facit ipſum eſſe ignobiliorem tribus, primo, quia nõ eſt de ratione ſphærici cõtineri, & propterea dato q ſuperi contineant, non propterea ſunt nobiliores. Secũdo, quia nõ magnitudo, non. n. ſemper maius corpus eſt perfectius, niſi virtus eius ſit perfectior, modo motus Saturni eſt tardior illo Lunæ & Solis, actio quoq; in rebus minor. Ter-

C tio vt recte Auerr. 12. meta. cõ. 44. ait & Simplicius hic, ex ſitu non eſt indicanda nobilitas & ignobilitas niſi ſm quid, & ſic ſtat Saturnum Sole eſſe nobiliorem ſm quid, qui ſimpliciter eſt ignobilior. De his multa diximus in libro de noſtrarum calamitatum cauſis, & in libro eruditionum, nunc vero hæc ſat ſint. hæc de prima q̃one.

De ambiguitate uero quæ fuit, quare in prima quidem latione tãta exiſtit ſtellarum multitudo, cæterarum autem ſeorſum ſingula ꝓprios ſumpſit motus, ob vnum quidem primo quiſpiam iure eſſe putabit, nam cuiuſque vitæ primæ atq; primi principĳ ad cætera, magnum exceſſum intelligere oportet.

Nunc accedit ad ſecundam dubitationem, primo repetit illam, & inquit. {De ambiguitate vero quæ fuit, quare in prima quidem latione tanta exiſtit ſtellarũ multitudo. Singula aut cæterarum ſtellarũ ſeorſum proprios

D ſumpſit motus, vt ſtella Saturni ſuos, illa Iouis ſuos, illa etiam Martis ſuos, & ſic ſingula ſuos. Hæc eſt dubitatio vbi per lationem corpus latum intelligit, nam mathematici lationem pro cœlo ſumunt. Cui dubitationi reſpõdet, & inquit. {Ob vnum quidem primo quiſpiam iure eſſe putabit, quod explicat, & inquit. {Nam cuiuſq; vitæ primæ atq; primi principĳ ad cæteras vitas ſecundas, cæteraq; principia ſecunda magnum exceſſum intelligere oportet, cum igitur prima latio ſiue primum mobile primo viuat, atq; ſit primum pricipium, cæteri orbes viuant vita ſecunda, atq; ſint ſecũda principia, & quaſi ſubminiſtra illi primo, iure primum mobile excellit valde illos, exceſſus autem eſſe non poteſt niſi quo ad numerum ſtellarum, quare multas meruit ſtellas, tãto quidem plures, quanto in vitæ ratione, atq; principĳ efficacia cæteros orbes excellit, hæc Ariſto. Auer. autem ob malas quas habet translationes indicat ad mentem Ariſt. ſtel- Quæ Auer. com. 67.

las fixas tribus differentijs motus moueri, & ab ortu in occaſum redeundo ad ortum, & proprio motu ab occaſu in ortum ſingulis centenis annis parte vna, & motu progreſſionis & repedationis, quē babylonij obſeruarūt ſingulis ſeptē millibus annorū cōpleri quibus verificatis, oportet concedere .10. ſphæras .10. quidē per cuius motū oēs aliæ ab ortu repiant in occaſum .9. vero per cuius motum ſaluet progreſſio & repedatio fixarū .8. aūt per cuius motū ſtellæ ipſe ferant ſingulis centenis annis parte vna. Animaduerte tñ nonnullos voluiſſe per motū .9. effici motū ſtellarum ſingulis centenis annis parte vna per .8. vero motū effici titubatiōis, ſed hoc ad mathematicos omitto. Hæc res non eſt vt Auerr. dicit, Ariſt. n. ſtellas fixas non percepit moueri niſi vnico motu ab ortu in occaſum tñ, quā rōne orbem ſtellarum primā lationem ſiue primū mobile vbiq; appellat, & iuxta hoc fundamentum vr dirigere omnes rōnes primæ & ſecundæ dubitationis.

De ratione Ariſt.

Sed quonā mō valeat hæc Ariſt. rō, agamus & primo ſupponamus primū mobile eſſe rerū cauſam, qd quidem multis rōnibus ſupra eſt declaratū. Scdo ſupponamus primū mobile eē cām vlem oīum rerum. Ex his ſequitur prima pars ſolutionis, ex eo. n. quia primū mobile eſt cā, meruit ſtellā, orbis. n. non agit niſi pp ſtellam, pars. n. actiua cœli eſt ſtella ipſa, ex eo vero quia vniuerſalis eſt oīm cauſa, atq; prima, meruit tot innumeras ſtellas, vt per quaſdam ſtellarū ſit cā quarundā rerū, & p quaſdam alias ſit cā aliarū, & p omnes ſit cā oīm, iuxta illud hermetis, nullū eſt granum arenarū in terra, quin ppriū obtineat ſydus in cœlo ſuſcitans ad eius incrementum, ſic igitur quia eſt cā, & prima cā atq; vlis meruit tot ſtellas. Secunda pars rōnis declarat etiam, quia primū mobile quatenus eſt vlis cā oīm viuorum, imo cæterorū orbiū, meruit pręſtabiliorē vitam, vita præſtabilior eſt per præſtabiliorem aīam, aīa præſtabilior eſt pollentior motrix, pollentior motrix meruit corpus maioris reſiſtētiæ, corpus plurīū ſtellarū maioris eſt reſiſtentiæ corpe paucarum ſtellarū vt dicetur, igitur meruit orbē plurīū ſtellarū. Amplius, præſtabilior vita meruit præſtabilius corpus, præſtabilius eſt cœlum plurium ſtellarū q̃ ſit cœlum paucarū ſtellarum.

Quæ Auer. sem 48.

Hęc igitur eſt prima cā problematis, vt ex verbis Auerr. colligi pōt, qui rē hanc authoritate babyloniorū confirmat, babylonij. n. ſtellis primi mobilis tribuerunt duplicē agēdi modū, cōem videlicet & propriū: ppriū quidem quatenus primū mobile per eas ſtellas quæ arietem figurāt arietibus præeſt & aīalibus id genus, & per ſtellas quæ taurū claudūt, tauris & cæteris id genus fauet, & per cæteras ſtellati orbis imagines cæteris aīalibus & rebus adminiſtrat. Cōmunē vero quatenus ſtellæ oīm imaginum cōcurrunt generatim vt effectrices cāæ ad oīa ea, ad quæ planetæ ipſi concurrūt, huius rei cā eſt, quia planetis dederunt ſpāles vires non ſolū erga aīalia, plantas, mineralia, ſed ēt erga elementaria corpora, tribuerunt. n. Saturno bonā conſideratiuā. Sua. n. vi vel melāchnlica magnū prębet momentū in cōſiderationibus, & artiū inuentionibus, melancholia. n. fauet ſcientiæ, vt in libro problematū parte .30. docet Ariſto. tribuunt Saturno alia multa, et Ioui & Marti alia, q̃ eſſet longū narrare, ſed nos diximus in libro eruditionū, ad propoſitum igitur ſtellę primi mobilis generatim ad oīa hæc concurrunt, ad quæ ſpeciatim ſeptē planetæ concurrunt. Addit tñ Auerr. hæc oīa eſſe confutata in libro quem Ariſt. ſcripſit de regiminibus cœleſtibus, quē nos non vidimus nec in græco, nec in latino. Animaduerſione dignū Ariſ. per hanc rōnem, ſolum cām deduſe de multitudine ſtellarū ſm genus, hoc eſt quare primū mobile meruit plures ſtellas, determinatū vero numerū, vt qui mille. & .22. ſtellæ, vel alium id genus per hanc rōnē nō explicauit, ſufficit. n. philoſopho rō gñalis multitudinis, ſpālis vero ratio non cōpetit philoſopho. Scdo animaduerſione dignū aſtronomos in cęlo ſtellato obſeruaſſe mille & .22. ſtellas, & has in .48. imaginibus collocarūt vt in lib. eruditionum ſcripſimus. Cæteras vero non obſeruarunt, quia non inuenerunt illas hr̄e actionem in rebus, partim quia nonnullę illarū nimis paruę ſunt, ita vt earū virtus ad nos nō poſſit venire, cū. n. vix viſum moueant, quanto minus tactum mouebunt, omne. n. ſenſile maiorem ſphæram viſionis efficit, q̃ tactionis, vt declarauit Ariſt. in lib. de aīa, partim quia nonnullæ viſu notabiles nimis declināt ab apice noſtrorū capitum, ita vt radij veniant tranſuerſales, & in noſtra regione non imprimunt, propter hæc videt mihi rō Ariſto. non arguere niſi de mille & .22. alter rō nulla eſt, niſi forte temporibus Ariſt. fuerit famoſum ſtellatum orbem agere p oēs, quod temporibus Ptolemæi fuit correptum.

Dubitatio.

Quęres forſitan vtrū dato motu ſtellarū fixarum proprio, & motu titubatiōis, quos obſeruarunt aſtronomi poſteriores, ratio hæc Ariſt. habeat locum.

Solutio.

Dici poteſt q dātis tribus differentijs motus in ſtellis fixis, verbi cā dato q cor leonis moueat motu diurno, & motu proprio ſingulis cētenis annis gradu vno, & motu acceſſus & receſſus & iuniores aſtrologi autumant, adhuc rō Ariſt. poteſt habere locū. Vbi debes ſcire q pro his tribus differentijs motus ſufficit vnum cœlum, veluti pro omnibus differētijs motus obſeruatis in Sole ſufficit vnum cœlum, & vt pro motus ſolis differentijs ſunt requiſiti tres orbes, ſic pro differentijs motus, quibus mouetur cor leonis ſufficiunt tres orbes, qui vnum cœlū conſtituunt vnitati finis, erūt igitur tres orbes requiſiti ad motum fixarū, & vnum cœlum. Quo vero modo hi orbes ſint collocati, non eſt ad rem nunc explicare, ſat igitur ſit rationi Ariſto. cœlū ſtellatum eſſe vnum, in quo ſunt plures ſtellæ requiſitæ pro bono & conſeruatione vniuerſi, ſiue illud cœlum ſit vnum ab vnitate finis, ſiue vnum vnitate continuitatis. Hæc Ariſto. & hæc iuniores aſtronomi.

Inſuper etiam hoc accidere uidetur per hāc quoq; rationem. Nam prima quidē latio vno eſt, plura tamē diuina corpora fert, cæteræ autem multæ quidem ſunt, vnum tamē vnaqueque dumtaxat vehit corpus, ſtellarum. n. quælibet pluribus fertur lationibus, hoc igitur pacto natura ipſa coæquat atq; ordinem efficit quēdā, vni quidem lationi multa corpora tribuendo, vni vero corpori multa lationes.

Nunc Ariſt. aſſignat ſecundam cauſam, & vult naturam recte tribuiſſe primo mobili plures ſtellas, & vnum motū, cæteris orbibus vnam ſtellā & plures motus, nā ſic ſeruauit ordinem, quia quod de motu defecit i primo mobili ſuppleuit p ſtellas, & qd de ſtellis defecit in cæteris orbibus ſuppleuit per motus. Sed vnde ſumatur huius cauſæ congruentia, non facile apparet. Ex verbis expoſitoris & Simpl. colligitur hæc cā, quæ in duobus fundamentis conſiſtit, quorum primū eſt planetas eſſe tanq̃ inſtrm̄a primi mobilis, primum vero mobile vt principale agens. Scdm eſt principale agens ſemper agere p propriam virtutem atq; formā. Inſtrm̄ vero per influētiam receptā a primo, hoc eſt inquantum motum a primo. Ex his patet color ſecūdæ cauſæ. Nam in eo q primum mobile eſt principale agens, atq; multifariam influens, meruit plures formas atq; virtutes, quibus agat atq; īfluat. In eo vero, quia orbes planetarum ſunt inſtrumenta adæquata primo mobili, meruerunt moueri pluribus motibus, qui dirigūtur ab illo primo, & hoc modo ſeruatur æqualitas inter inſtrumentum, & principale agens.

Replica.

Sed replicabis, nam & per motum, & per ſtellas poteſt multiplicari influentia. Ideo quæritur, quare orbis primus meruit potius plures ſtellas, q̃ plures motus, ex quo per motus, & per ſtellas influere poteſt.

Defenſio.

Dici poteſt, primum mobile meruiſſe plures ſtellas & vnicum motū quia ſic ſeruat ſuam dignitatem, vbi namq; pluribus motibus

tibus moueretur, attingeret finem viliori modo, vt diximus, & ideo orbes planetarũ veluti indigniores meruerunt plures motus & vnam ſtellam, quia ſic ſeruant gradum nobilitatis, qui ſibi competit. Ariſtoteles igitur primo reſumit duo, & inquit. {Inſuper etiam hoc accidere videtur per hanc quoq; rationem. Nam prima quidem latio vna eſt, plura tamen diuina corpora fertur, quæ dicuntur aſtra, ſiue ſtellæ, cæteræ autem multę quidẽ ſunt, ſunt enim .7. cœli, vnum tamẽ vnaquæq; ſphæra, ſiue cœlum duntaxat vehit corpus, vt cœlum Saturni ſolũ ſtellã Saturni, licet plures habeat orbes ad illam ſubſeruiẽtes, cuius cauſam affert. d. ſtellarum .n. quælibet pluribꝰ ſerẽ lationibus. Sic igitur patent hæc duo, & ꝙ primum mobile vna latione fertur, & plures vehit ſtellas, cæteri cœli pluribus lationibus mouentur, & vnam vehunt ſtellã. Ex his infert ſolutionem ſecundam, & inquit. {Hoc igitur pacto natura ipſa coæquat, atq; ordinem efficit quendã vni quidẽ lationi multa corpora tribuendo, vni vero corpori multas lationes. Hæc eſt ſecũda problematis cã.

Præterea & cæteræ lationes ob hoc vnũ habent corpus, quia plura corpora mouẽt, ſunt autem hæ quæ & prope vltimam ſunt vnam ſtellam habentem. Sub multis enim ſphæris, vltima ſphæra alligata fertur: vnaquæq; autẽ ſphæra corpus eſt. Erit igitur commune opus illius profecto, nã vnaquęq; latio alia quidem per naturã ꝓpria erit: alia autem ac ſi adiaceat, vniuerſi autẽ finiti corporis ad finitũ virtus finita eſt. Sed de ſtellis quidem quæ in orbẽ feruntur, quales nã ſubſtantia ſunt, atq; figura, & de loco ipſarum, deq; ordine dictum eſt.

: Videtur aſsignare tertiam cauſam, quæ eſt ex neceſsitate ſumpta: nam vbi cœlum erraticũ haberet plures ſtellas, aut non moueretur, aut tardius moueretur. Pro huius tñ declaratione, primo debes ſcire apud Ariſt. differre cœlum, & orbem: cœlum .n. græce οὐρανός, orbis vero ſphæra eſt, cœlum autem qñq; pro mundo, qñq; pro aggregato ex multis orbibus ad vnam ſtellam deſeruientibus conſueuit ſumi, orbis autem ſemper apud Ptolemęũ & Ariſtotelem pro vna ſphæra vel parte deſeruiente ad motum ſtellæ, quo modo dicimus cœlũ Solis habere tres orbes eccentricum & duos deferentes. Ex hoc dixerunt Aſtrologi qui obſeruarunt temporibus Ariſt. vnum cœlum ordinatum ad vnum planetam eſſe veluti vnũ mẽbrum, cuius ſunt plures particulæ, vt in coxa eſt caro, eſt os, eſt neruus, & id genus, ſic in cœlo Solis eſt eccẽtricus apud Ptolemæum, & duo deferẽtes, apud illos ſunt tres vel quatuor concentrici, qui vnõ cœlũ efficiũt vnitate finis. Secundo debes ſcire Aſtrologos ſuorum tẽporũ collocaſſe orbem qui defert ſtellã ſemper in vltimo verſus nos, cæteros concentricos ſuperius. Nã per vltimũ ſtella fertur proprio inceſſu ab occaſu in ortum, per cęteros ſuperiores fertur ſecundũ alias differẽtias motus, qui ideo ſurſum ſunt, vt rapiant vltimum: propterea ab illis vltimus orbis quaſi ligatus fertur, quia mouetur ad motum cæterorum, cæteri vero quaſi ſoluti per ſe mouentur, qa non ad motum inferioris: ſemper .n. contentus orbis ad motũ continentis fertur, & nõ econtra. Tertio debes ſcire, ꝙ licet orbes vnius cœli variis motibus mouentur, totum tñ cœlum ex illis aggregatũ mouetur quaſi ab vna virtute ex oĩbus virtutibus aggregata, quæ mouet vniuerſum certa ꝓportione, ita vt addita vna ſtella rollatur ꝓportio, & ſublata ſiſt. Et ex his patet tertia cauſa, ſi .n. cœlum erraticum plures haberet ſtellas aut non moueretur, aut tardius moueretẽ, qa deſtrueretur ꝓportio, inqt. {Præterea & cæteræ lationes, videlicet citra primũ mobile contentæ ob hoc vnũ hñt corpus .ſ. vnã ſtellã, qa plura corpora, hoc eſt plures orbes mouẽt, ſupple ob vnum

A finẽ, merito cuius vnum orbem conſtituunt, & exponit quæ ſunt hæ lationes, quæ vnum corpus mouent, & inquit. {Sunt autem hæ .ſ. concentricæ, quæ & prope vltimam deferentẽ ſtellã ſunt collocatæ: hæ .n. mouent vnũ corpus, ꝑ plura corpora, quia mouent vnã ſtellã ꝑ plures ſphæras, & huius expõnem addit, dicẽs. {Sub multis .n. ſphæricis concentricis vltima ſphæra alligata fertur, vt dcm̃ eſt, vnaquæq; autem ſphæra corpus eſt: ꝓpea recte dictum eſt ſphæram eſſe corpus. Ex his quaſi concludit ſuppõnem, & inquit. {Erit igitur cõe opus illius ſtellæ profecto. Nam vnaquæq; latio de ſuperioribus alia quidem per naturã propriã erit, hoc eſt libera & ſoluta, quia non mouetur ad motũ contentæ, alia autẽ, vt vltima mouetur ac ſi adiaceat, quia nõ tm̃ motu ꝓprio, ſed motu ſuperiorum fertur, veluti alligata illis. Vniuerſi autem ex oĩbus congregati, quod eſt finitum corpus ad finitũ virtus finita eſt. Et ita patet ad formam: nã ſi virtus eſt finita, nõ põt mouere niſi vnã ſtellã: nã vbi plures moueret,
B deſtrueretur proportio. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire ꝙ Ariſt. dixit lationem mouere vnũ corpus, nõ quia latio mouet, ſed quia eſt id quo mobile fertur, demum epilogat & res patet. *Verborum obſeruatio*

Sed videamus quæ dixit Ariſt. hic & an vera ſint, & dicamus non eſſe opinionẽ ſuã de ſtellis fixis cõem apud oẽs: ipſe .n. voluit ſtellas fixas eſſe primo viuentes, & cauſas eſſe oĩum viuentium. Quod non eſt ſm opinionẽ Ptolomæi, & verorũ Aſtronomorum, veri .n. Aſtronomi vt narrauit Ptolomęus in lib. 3. Apoteleſmatũ voluerũt Solem, & Lunam eſſe vitæ, & annorum datores, qui græce aphetæ dicuntur, cætera autẽ ſi præbent annos atq; vitã, nõ niſi ꝑꝑ cõditiones quas cũ Sole, vel Luna hñt. dat. n. Sol vitam & annos his qui de die exoriuntur, Luna vero his, qui de nocte. Hanc opinionẽ etiã (vt Porphyrius inquit) Neocepſus & Petoſiris & Dorotheus obſeruarunt multis temporibus, & inuenerunt veram. Præterea id *Dubiũ cõtra Ariſt.*
C quod Ariſt. ait de motu non eſt ſm opinionẽ Ptolomæi. Ariſt. n. tribuit motũ diurnũ primo cœlo ad cuius raptũ voluit cæteros orbes moueri: at Ptolomæus voluit motum diurnum eſſe cõem oĩbus, & principaliter cõuenire Soli, qui ſui præſentia diẽ efficit, ſui abſentia facit noctẽ. Ex his ſequitur Solem eſſe cãm principalẽ & Lunã, cæteras ſtellas eſſe cãs inſtrumentarias, patet qa cœlũ agit in nos lumine & motu. Sol autem luce quidem oẽs excellit ſtellas. Motu vero quia diurnus motus licet cõiter oĩbus orbibus cõpetat, principaliſr tñ Soli, q̃ res eſt cõtraria penitus opinioni Ariſt. Res iſta Aſtronomorũ cõfirmatur, qa ſtellæ vires hñt habitudine ad Solẽ, creſcũt .n. ſtellarũ vires & mutantur pro alia, atq; alia habitudine ad Solẽ, & ad Lunã, ſtellæ .n. ipſe fixæ cũ primũ lucanæ fiunt, vires ſibi cõparant pollentes, cũ autẽ occultantur, vel in alio ſitu ponuntur ad Solẽ, alias vires nanciſcũtur. Idẽ et de vagis ſcribit Ptolom. Hęc .n. res apud Aſtronomos manifeſta eſt. Amplius, cæteræ ſtellæ non agunt,
D niſi vt directæ vel affectæ à Sole & Luna, quia vt declarauimus in lib. noſtrarũ Calamitatũ, & in lib. Eruditionũ, niſi aliæ conſiderationes, ſiue configurationes cæterarũ ſtellarũ fuerint admiſtę luminibus non agunt in nos, admiſcentur autem multis modis, vt diximus, quia vel per aſpectũ, vel ꝑ peragrationẽ factã in figura ſexdecãgula, vel ꝑ hoc ꝙ cõtingunt in domicilijs Solis, vel Lunæ, vel in altitudinibus illorũ, aut triangulis illoꝝ, aut in finibus illorum: nã fines Solis ſunt dimidiũ ſignoꝝ, vtpote ſex ſigna æſtiua, & Lunæ ſex alia brumalia, vt diximus in eruditionibꝰ, & breuiter nõ p̄ſuppoſita actione vel affectione luminũ cæteræ cõſtellationes nõ agerẽt, ſed quia non pñt accidere niſi in locis & poteſtatibus alterius luminaris, ideo actio luminariũ eſt vlis & principalis, cæterarũ vero vt inſtrumẽtaria & ſubminiſtra, & ſic patet ea quæ Ariſt. dixit nõ eſſe vera ſm obſeruationẽ Aſtronomorũ verorũ. Signum autẽ eſt eius quod Aſtronomi dicunt, quia cũ cõſtellationes cõtigerint, ſi cũ eis fuerit plurima

luminũ miſtio, pollẽtes effectus pertẽdũt: ſi vero parua, debiles & imbecillos agunt. Secundo quoq; Ariſt. rõ ẽt his modis confutaẽ, non. n. orbis ſtellatus ſimplicẽ motu moueẽ primo & p ſe, ſed totũ aggregatũ, immo principaliter Sol, & ſecũdario cæteri. Amplius plus valet ipſe Sol q̃ oẽs aliæ quis ſtellæ, cũ nis virtus ab eo defluat, ppea Ptolomæus præbet vires primas Soli & Lunæ, ſecũdas

Sol. q̃õnis quam Ariſt. mouit ſcḋm Ptolem.

ſeptẽ planetis, tertias vires tribuit fixis. Melius igitur ſoluerẽ q̃õnem ſm Aſtronomiã Ptolomæi, & dicerem, motus & ſtellas principaliter fuiſſe pp ſe, ſecundario pp nos, & ita orbis ſtellatus meruit tot ſtellas, quia aliter nõ potuiſſet cõcurrere ad bonũ vniuerſi. Cæteri meruerunt vnã tm̃, quia per illã ſufficiunt ꝓportione ſua gubernare vniuerſum. Hæc de coelo ipſo habemus ab Ariſt.

Digreſsio Auer. cõ. vi

Digreditur autẽ hic Auer. ipſe ſatis ſubtilr̃, & mouet duas dubõnes. Prima ẽ, qa Ariſt. ait ſi cælo adderẽt aſtrũ, aut nõ moueret aut tardi⁹ moueret, obiicit Auer. qa hoc veritatẽ nõ hẽt, niſi cœlũ moueaẽ cũ labore: nã ſi nõ mouetur cũ labore, tunc additis quotuis ſtellis, nunq̃ laborabit in ſui motu. F Secunda dubõ eſt, qa Ariſt. ſuperius et in trãſlationibus ſuis hic innuit orbẽ ſupremũ rapere oẽs alios ad ſui motũ, quod primo aſpectu vr̃ impoſſe. Primo quia raptus motus ſine tactu nõ fit: modo conſtat orbes nõ poſſe ſe tãgere: oĩs. n. tactus eſt inter corpora actiua et paſsiua. Secũdo oẽ mouens raptu, alia mouet violenter. Quod autẽ violenter mouet, nõ mouet ſempiterno motu, ſed finito tpe, quare motus cœli nõ eſſet ĩfinitus.

Sol. Auer. et Alex.

Inducit Auer. ſolutionẽ Alex. & Auic. quæ eſt etiã Philoponi: iſti. n. cõceſſerũt motũ cœli ſui natura eſſe finitũ in tpe, & cœlũ oẽ eſſe generabile & corruptibile, atq; ideo finitũ in tpe. Dicunt tñ hæc habuiſſe æternitatẽ à motore perpetuo, qui eſt potẽtiæ infinitæ.

Confutatio.

Refellit autẽ hãc ſolutionẽ Auer. quia tunc cõtingeret, vt aliquid ſit poſſe corrũpi, quod nũq̃ corrũpetur, cuius cõtrariũ eſt cõcluſum primo cæl.

Sol. Ioan. Grãmatici.

Ioan. vero Grammaticus (vt narrauit Auer.) cõceſsit in cœlo eſſe potentiã finitã in tpe, merito cuius dixit cœlũ eſſe corruptibile cum Platone, & cõtra G Ariſt. ait tñ cœlũ nactũ eſſe æternitatẽ à potentia ĩfinita. Hoc autẽ ꝓbauit Ioan. p quandã q̃õnẽ, quã dedit contra Peripateticos, quã hic Auerroes nõ explicat, ſed in. 12. Meta. cõ. 41. & in. 8. Phy. cõ. 79. & alibi. fuit autẽ q̃õ, qa oẽ finitũ in magnitudine eſt finitũ in potẽtia, & quod eſt finitũ in potẽtia eſt finitũ in tpe, tale autẽ eſt corruptibile.

Confutatio.

Sed obiicit huic Auer. & recte, qm̃ ſi illic ſunt duæ potentiæ, finita. ſ. in ipſa magnitudine, infinita vero in motore ſeparato, tunc idẽ eſſet corruptibile & incorruptibile: nã ſm finitã erit corruptibile, ſm autẽ infinitã erit incorruptibile.

Sol. primæ q̃õ. ſecundũ Auer.

Cõfutatis his ſolutionibus, Rñdet ad primã, & eius ſolutio cõſiſtit ĩ hoc, ꝙ labor vno modo ſumi põt pro ſolutione ſpirituũ, qua rõne & ipſa aĩalia ſuis in motibus laborant. Alio modo pro diminuta velocitate, ſiue hæc proficiſcatur à reſolutione ſpirituũ, ſiue ab additione reſiſtentiæ, ſiue ab ipſa ꝓportionis variatione. Sic igitur conceditur ibi eſſe laborem ſecundo modo, & hoc in caſu ſi adderetur aſtrum. H Et probatur in cœlo non eſſe laborẽ primo modo, quia ſi ibi eſſet labor primo modo, vtpote ex reſolutione virtutis proficiſcens, tunc eius motus eſſet proprie violentus, & ita non æternus, & addit eſſe econtra illis: nam ſi cœlum nõ moueretur motu æterno, tunc laboraret. tenet enim hæc conſequentia in animalibus: oẽ. n. aĩal quod moueẽ motu finito mouetur cũ labore, & reſolutione virtutis. In nõ aĩatis vero ſecus eſt vt diximus in. 3. cõ. huius ſecũdi. Hæc de prima dubõne.

Sol ſecũdæ q̃õnis.

Ad ſecundã q̃õnẽ rñdet Auer. ſatis ſubtiliter & imaginaẽ orbes eſſe partes atq; vt mẽbra vnius aĩalis cœleſtis, cuius prima forma eſt primus motor, qui eſt prĩcipaliter in primo mẽbro totius aggregati, quod q̃dẽ apud Ariſt. eſt primũ mobile, vt cœlũ ſtellatũ, apud Ptolomæum eſt Sol, & rõne illius eſt forma cæterorũ. Differt autẽ tale cœlicũ aĩal ab aĩali morticino. Primo, qa aĩal morticinũ eſt ex mẽbris cõpoſitũ diſsimilarib⁹, cœlicũ aĩal ex ſimi- E laribus. Secundo, qa aĩal morticinũ eſt vnũ ingenioſe p villos & lacertos, cœlicũ autẽ eſt aĩal vnũ & verius, vnũ p potentiã ſpiritalẽ, hoc eſt rõne formæ totius, quæ eſt primus motor, qui eſt totus in toto, & totus in oĩ parte. Ex his ad formam, non. n. primũ mouet reliquos raptu, ſed p ſe vniuerſum, & cæteros vt partes illius. Motores vero particulares mouent illos orbes propriis motibus. Et ſic p raptũ nõ attractionẽ intellexit Ariſt. ſic. n. orbes ſeſe tangerent, ſed ſequelã: nã prima forma primo mouet cõgregatũ, principaliter vero primũ mobile, & p viã ſequelæ cũctos alios, qa alii minus principaliter mouenẽ, et ſic nec p raptũ intelligit violẽtiã, vt de raptu Proſerpinæ dicũt poetæ, ſed intelligũt cõcomitationẽ ipſi Peripatetici, & ſic patet ſolo ad ambas rõnes, verũ de re hac multa diximus in lib. Deſtru. deſtru. diſputat. 3. in fol. 12. dubii. Hæc de. 2. q̃õne.

Sol q. Ioan. Grãmatici.

Soluit tertiã q̃õnẽ quã dedit Ioan. Grãmaticus, & ſolutio eius cõſiſtit in hoc, ꝙ cœli pñt cõſiderari vt corpora, & hoc pacto ſunt finiti in velocitate motus, & vigore, atq; potentia mouẽdi, et in hoc cõueniunt F cũ corporibus generabilibus & corruptibilibus. Nã finitudo vigoris cõpetit corpori in eo ꝙ corpus, & ita oĩ corpori. Alio modo vt ſunt corpora ſimplicia, & ſic ſunt infinitæ potẽtiæ in duratione, cãæ. n. corruptionis ſunt materia & cõtrariũ, & corpus cœleſte eſt ab his abſolutum: at quia corpora generabilia ſunt materiæ, & cõtrario admiſta, ideo ſunt finitæ potẽtiæ in tpe, quare oĩa corpa in rõne corpis vigore finita ſunt. In rõne autẽ talis corpis, vt cœlũ in rõne ſimplicis corporis eſt infinitũ ĩ tpe. Hæc corpa autẽ in rõne qua cõpoſita, ſunt generabilia, hæc ad q̃õnẽ Ioan. Sed replicabis, qa Ariſt. primo huius dixit, cœlũ eſſe finitũ, igiẽ & magnitudine, & vi erit finitũ, & ita nõ æternũ. Rñdet Auer. dictũ Ariſt. eſſe audiendũ de finitate q̃ cõſequiẽ corpus in eo ꝙ corpus, hoc eſt de finitate potẽtiæ actiuæ, nõ autẽ de finitate q̃ cõſequiẽ corpus in eo ꝙ cõpoſitũ, qđ quidẽ ignorantes deducti ſunt in perplexionẽ, erit igiẽ cœlũ tpe quidẽ infinitũ p priua- G tionẽ atq; carẽtiã materiæ & cõtrarii, finitũ autẽ in qualitate motus p hoc ꝙ eſt corpus. Ex his verificat Auer. tria. Primũ, ꝙ cœlũ eſt ſimplex nõ cõpoſitũ ex materia, & forma Phyſicis, & hoc, qa eſt æternũ. Secundũ, ꝙ forma cœli nõ eſt mãlis, hoc eſt educta de potẽtia materiæ, ſed ſeparata ab ipſius cœli materia, dãs tñ cœlo cõſtitutionẽ. Tertiũ eſt quonã mõ intelligiẽ Ariſt. cõſequẽtiã, videlicet ꝙ ſi orbi adderẽ ſtella, aut nõ moueret, aut tardius moueret: hoc. n. p tãto verũ eſt p quãto deſtruitur portio qa creſcit reſiſtẽtia, de quo ſatis cõ. 63. dixit. Hæc Auer. in digreſsione. Circa q̃ poſſẽ multa dicere, ſed qm̃ de his in multis locis diximus, vt in lib. 8. Auſcultationis Phy. in 12. Meta. & in lib. de Subſt. orb. nolo nũc obtere re tps in accũtalr̃ atq; ubeter dictis, vt vẽtoſi faciunt, qui multa in digreſsionibus cõponunt, pauca autẽ ad textũ.

Reſtat vt de terra dicamus vbinã collocata ſit, & vtrum ex his ſit quæ quieſcunt, an ex H his quæ mouentur, deq; etiam ipſius figura.

Hactenus de cœlo deq; ſtellis dixit quatenus mouenẽ, & quia nõ mouentur niſi circa terrã, ideo p viam conſequentiæ ſequitur nunc de terra dicere, nõ quidẽ inquantum eſt vnũ elẽtorũ, ſed quatenus eſt cẽtrũ mundi, ppea dixit reſtat, vt de terra dicamus, notans præſentẽ conſiderationem ſequi ad dicta p viã cõſequẽtiæ, proponit dicere de poſitione, de motu, atq; quiete, & de figura.

De ſitu igiẽ ipſius nõ oẽs eodem modo ſentiunt. Nam plurimi quidẽ ipſam in medio collocarunt, qui cœlũ ipſum finitũ inquiunt eſſe.

Proſequitur, & primo de ſitu eius, de quo ait non oẽs eodem modo conſentire: nam plurimi quidem ipſam in medio collocarũt, hi autẽ ſunt qui cœlum & vniuerſum mundum finitũ faciunt, vt Anaximãder, Anaximenes, Anaxagoras, Empedocles, & Pla. adiecit aũt notãter q

coelum

A

cœlum ipſum finitum eſſe inquiunt:nã qui faciũt ipſum infinitum, vt Parmenides, & Meliſſus, non ponuot eam in medio, nec in latere: infinitum.n.medio caret principio & fine. Hęc eſt de ſitu terræ prima poſitio.

Alii vero qui Italiam incolunt, & Pythagorei dicuntur, contrarium ſentiunt; nam in medio quidem ignem eſſe aiunt, terram autem vnam eſſe ſtellam, ferriq́ in orbem circa medium: atq; hoc modo diem, & noctẽ efficere. Inſuper etiam aliã huic contrariã terrã conſtituunt, quam terram aduerſam nuncupant.

Secunda poſitio eſt Pythagoricorum, qui dixerunt in medio eſſe ignem, terram vero eſſe ſtellam quæ circa ignem illum perpetuo circunſertur, per cuius motũ occupando ouoc oobis Solem, nunc manifeſtando, diẽ nobis ac noctem efficit, adiiciunt rurſus terram aliam huic contrariam, quam grę co verbo antichthonam appellãt, latioe aduerſam & huic cõtrapoſitã, hanc nos oõ videre aſſerunt, quia inter oos & illam mediat terra hæc ooſtra. Hæc eſt ſecunda poſitio de ſitu terræ, atq; eius motu.

B

Non quidem ad ea quæ apparent, rationes & cauſas accommodantes, ſed ad quaſdã opiniones, ipſorumq́; rationes apparentia reducentes, ornare profecto enituntur.

Docet nunc ſecundum quem Philoſophandi modum hæc poſitio fluxit: fueruot.n.duo præcipui philoſophandi modi: vnus quidem ex ſenſilibus, quo Philoſophandi modo peripatetici philoſophati ſunt. nã hi rationes intellectiles verificabaot per expetimenta ſenſata: dicebãt enim experimẽtum verorum ſermonum eſſe quatenus cooformãtur ſenſatis, & ita ex ſenſilibus philoſophia defluxit. Alius philoſophandi modus fuit ab intellectilibus, quo Pythagoras & Plato, & alii multi philoſophati ſunt: hi eoim ſenſilia reducebant ad intellectilia, & pro

C

tanto vera eſſe ſenſibilia aſſerebant, pro quanto intellectilibus cõueniebant, & propterea Ariſtoteles, inquit. {Non quidem ad ea quæ apparẽt rationes & cauſas inquirẽtes, ſed ad quaſdam opiniones ipſorumq; rationes apparentia reducentes ornare profecto enituntur. Hæc de poſitiooe Pythagorę. Circa quam animaduerſione eſt dignum Simplicium haoc Pythagorę opinionem interpretaſſe hoc modo: dixit enim Pythagoram appellaſſe ignem calotem Solis, & ſtellarum circa medium terrę penetrantem, terram autem hãc materiam vocauit ſtellam, quateous ſua ad Solem habitudine eſt cauſa diei, & noctis, appellans hanc moueri quatenus habitudine ad Solem variatur, terram huic oppoſitam voluiſſe eſſe lunam: eſt enim luna terra cœlica. Hęc ooſtra terra eſt elementaria, quæ huic cõtrapoſita eſt, quia illa ſurſum, hæc deorſum eſt. Dicitur quoq; occulta, quia non ſemper viſibilis, propterea quia diſcurrit per imũ terrę quandoq;, hoc modo ſimplicius reducit poſitionem hãc in bonum.

Quæ Simpl. de põne Pythagorę.

D

Catholici vero aliter reduxerunt: oam hanc terram poſuerunt circa ignem ioſernum perpetua variatione mutari: poſuerunt enim infernum in abyſſo terrę, in quo loco Pythagoras animas cruciari, aut eorum qui male vixerunt, & ad timorem illarum fieri tonitrua, & tempeſtates, vt Ariſtoteles narrat ſecuodo Poſteriorum, terrã huic aduerſam dixerunt eſſe ſenſualem appetitum, qui coopertus mole hac terrea et corporea noo cognoſcitur, ideo mouetur pro ratione corporis, & voluptatis corporeæ. Sunt igitur duę terræ, altera quę circa infernum ſemper variatur, & hęc eſt illa in qua incolimus. Alia quæ ex hac proceſſit, qua corpus noſtrum procreatũ eſt, huic aduerſa, quatenus illa ſub hæc ſupratendit pro motu appetitus, & ambæ cõformiter variantur. Hæc de poſitione pythagoræ ſecundũ theologos. Auer.aũt de mẽte pythagoræ ponit duas terras, hanc quã incolimus circa

Quæ catholici de põne Pythagoræ.

Auer.cõ. 72

A

ignẽ collocatã, motã quidẽ alteratione, nõ autẽ latione. Alteram quæ circa nos reuoluitur atq; capita noſtra, quæ quãdo peruenit ad apicẽ alicuius regionis efficit illi noctem, & per eius interpoſitionem facit eclipſes. Hæc Auer. tam & ſi iſte color Auer. ſit apertè mendax, propterea dic aut vt Simplicius dixit, aut vt catholici.

Compluribus etiam aliis videri poterit locum medium non eſſe terrę accõmodãdum, non ex his quę apparent fidem ſumentibus, ſed ex rationibus potius; pręſtabiliſſimo enĩ corpori pręſtabiliſſimũ locũ conuenire oportere arbitrantur: atq; ignem quidem terra pręſtantiorem: finem autem ipſis mediis: (vltimum enim & medium fines ſunt:) quare ex his ratiocinantes non ipſam in medio ſphęrę, ſed potius ignem collocari contendunt.

B

Præterea pythagorei cum & id maximè cõſeruari deceat: quod in vniuerſo eſt pręcipuũ: ſitq́; id quod eſt in medio tale: ideo ignẽ qui hunc locũ tenet, Iouis cuſtodiam appellant.

Nunc propoſitione Pythagoticorum vult argumentari. Et primo propooit quid per talcs rationes accidere poſſet, & inquit. {Compluribus autem aliis qui nondũ philoſophati ſunt videri poterit locum medium non eſſe terræ accommodandum, oon ex his quæ apparent, & memotiis, ſenſibus, & experientiis fidem ſumentibus, veluti petipatetici philoſophantur, ſed ex rationibus intelligibilibus potius. Sic igitur per rationes dicendas poterit alicui poſtero videri terrã non eſſe in medio. Dixit autẽ Ariſto. alicui poſtero, quia nemo ante ipſum rẽ hanc prodĩt, niſi pythagoras, poſt autẽ ipſum quidã philoſophus qui Archidimius dicitur opiniooem hãc his et aliis rationibus ſecutus eſt, vt Simplicius ait. Deide ex-

C

plicat duas rationes, & prima eſt enthymematica, in cuius antecedente ſumit primo, p̃ſtabiliſſimo corpoti cõpetere locum p̃ſtabiliſſimum. Nam locus locato ſimilis eſt. Secundo ſumit ignem eſſe p̃ſtantiorem terra, quod patet lucis p̃ſtantia, efficacia agendi, & ſua ſpiritualitate. Sumit tertio, finẽ eſſe ſemper locum præſtabiliorem locis ioter mediis, & quia appellauit medium mundi finẽ, addit, vltimum enim vt concauum cœli & mediũ mundi fines ſunt ſaltem motuum rectorũ. Ex his tribus quaſi diſcurrentes inferunt ooo terram in medio muodi, ſed ignem eſſe collocandum. Hæc eſt prima ratio, quæ ſumitur à loci præſtantia, atq; corporis nobilitate. Secunda ratio etiam enthymematica eſt: & ſumit primo in antecedente ignem etiam veluti Iouis theſaurum propter eius præcioſitatem. Sumit ſecundo theſaurum eſſe collocandum ſemper in loco abſconſo, talis eſt mediũ terræ, ppea ignem qui hunc locũ tenet Iouis cuſtodiã, ſiue theſaurum vocant, & alibi Pythagoras vocauit locũ illũ

D

cuſtodiam ſiue carcerem aliam ob cauſam, quia ibi aĩas malorum cogit perpetuis mœrotibus affligi, quę poſitio eſt conſona veritati ooſtrorum Theologorum.

Quaſi medium ſimpliciter diceretur, & medium magnitudinis, & rei medium eſſet, atque naturæ: vt enim in animalibus non eſt idem animalis, & corporis medium, ſic profecto & magis circa ipſum vniuerſum cœlum eſt putandũ: igitur hanc ob cauſam non oportet ipſos circa vniuerſum perturbari, neq; cuſtodiam ad cẽtrum ipſum reducere, ſed illud quærere mediũ quale quid eſt, & vbi eſt aptũ eſſe: eſt.n.hoc modo medium principium, & precioſum: at medium loci videtur magis ſi-

mile eſſe vltimo ꝙ principio. Medium enim terminatur: at terminus eſt ipſe finis, præcioſius autem eſt continens & finis, ꝙ contentū, ſiquidem hoc ſit materia, illud ſubſtantia conſtitutionis. Hæc de terræ loco opinantur.

Reſpondet nunc Ariſtoteles ad rationem, & diſtinguit medium eſſe duplex, magnitudinis & naturæ, eſt medium magnitudinis illud è quo lineæ ductæ ſunt ęquales, vt vmbilicus in animali, medium naturæ eſt, in quo eſt virtus conſeruatiua totius, ſiue ſit in ſitu medio, ſiue ſit in extremo, & hoc modo cor eſt medium, quia in eo eſt virtus conſeruatiua totius. Et ita in cœlo duplex eſt medium, magnitudinis quidem, vt centrum terræ è quo ad circunferentiam omnes lineæ ductæ ſunt æquales. Naturæ vero eſt illud, in quo maxime viget virtus conſeruatiua vniuerſi, & hoc apud Ariſtotelem eſt cœlum ſtellatum, apud Ptolomęum eſt Sol ipſe, inquit. ❬Quaſi medium ſimpliciter diceretur, ita vt medium magnitudinis ſit medium rei & naturæ, & non eſt ita, vt enim in animalibus non eſt idem animalis & corporis medium: nam animalis medium eſt cor, corporis autem vmbilicus, ſic profecto & magis circa ipſum vniuerſum cœlum eſt putandum, ꝙ aliud ſit corporis medium, vt cētrum, & aliud animalis cœlici, vt Sol, vel orbis ſtellatus. Tunc ex his reſpondetur ad rationes. Ad primam dico non ſemper medium magnitudinis eſſe nobilius: ſemper.n. medium naturæ eſt nobilius, & per conſequens nō oportet ignem collocare in medio mundi tanquā in loco nobili. Sed dices ſaltem debet collocari in medio naturę, dicendum propter hoc ignem non eſſe corpus præſtantiſſimum, ſed cœlum ſtellatum, vel Sol eſt tale. Ad ſecundam patet ſolutio etiam per idem, quia ignis non eſt cuſtodia & theſaurus Iouis, cum non ſit corporum præſtabiliſſimum, nec locus centri eſt nobiliſſimum. Inquit, igitur hanc ob cauſam non oportet ipſos circa ordinem vniuerſi perturbari, & hoc quo ad primam rationē, neq; cuſtodiam, ſiue theſaurum ad ipſum centrum reducere, & hoc quo ad ſecundam rationem, ſed oportet quærere illud eſſe medium, quod eſt quale, hoc eſt multæ virtutis, & quid, hoc eſt magnæ ſubſtantię, & hoc vbicūq; fuerit, & de tali medio rationes fuiſſent efficaces, tale nāq; medium non eſt centrum mundi, & propterea ponit differentias inter medium magnitudinis, & medium naturæ, & inquit. ❬Eſt.n. hoc modo mediū quod dicitur naturæ, præcioſum & principium: principium quidē, quia vniuerſum conſeruat, præcioſum vero, quia in eo eſt oīs virtus totius. At medium loci, ſiue magnitudinis eſt magis ſimile vili & vltimo, vltimum quidem, quia continetur & terminatur, vile vero, quia magis materiæ ꝙ formæ comparatur. Ex his patet quāta ſit inter media hęc differentia, & per conſequens illos vſos eſſe ſophiſtico ſyllogiſmo, quia acceperunt mediū multiplex, ac ſi vno modo diceretur. Hæc ad rationes. Sed mouet Auerroes contra Ariſt. dubitationem: nam in lib. de Animalibus Ariſt. vult cor ipſum eſſe in medio, vt rex in medio regni. Hic autem ait non eſſe de ratione medii naturæ debere collocari in medio, ſed in extremo. Soluit Auer. & bene, aliter eſſe in animali magno, & animali paruo. In animali magno pars nobilior eſt circunferentialis, ſiue extrema, quia illa cōtinet totum, & propterea illic debet eſſe id, quod eſt medium naturæ: at in animali paruo concauitas pectoris eſt nobiliſſima pars, & ideo illic meruit eſſe cor, & ſic loquendo de animali communiter ad cœlicum & morticinum, non eſt de ratione eius, vt illius medium ſit in medio, vel in extremo, ſed ſolum eſſe in loco nobiliori quicquid ſit illud: at in animali cœlico de ratione medii naturæ eſt, vt ſit in extremo. In animali vero morticino de rōne medii eſt, vt ſit ī pectore. Hæc Auer. & recte. Circa quę debes ſcire in ſphæricis corporibus, & incorruptibilibus eſſe de perfectione cōtinere, et pro-

Auer. cō. 7.

E pterea quanto corpus erit magis è terra remotum, tanto erit perfectius, quia tanto erit magis continens, & ſic in animali magno medium naturæ, ſiue virtutis meruit locum altiorem. In rectis vero corporibus, & corruptibilibus non eſt de perfectione continere, quia poſſunt eſſe perfecta & cōtineri, vt cerebrum eſt craneo perfectius, ꝙꝙ à craneo contineatur, quia craneum eſt factum pro ſcuto eius, atq; defenſiuo illius, quo non egeret, ſi eſſet incorruptibile, & ita in ipſis poteſt medium naturæ, ſiue uirtutis eſſe in medio, vt in medio pectoris, quia ponitur illic, vt clauſum & abſconſum ne lædatur à multis, talis autem læſio cum non poſsit accidere medio virtutis in ſphæricis corporibꝰ, ideo pōt eſſe mediū virtutis, et renete extremū pfectiſsimū magnitudinis, et ſic recte Auer.

Et de quiete atq; moto ſimiliter nō omnes quidem eodem modo putant. Nam qui eam in medio non eſſe aſſerunt, circa medium illā F moueri inquiunt, & non modo hanc, ſed etiā aduerſam, vt prius dictum eſt. Quidam vero plura etiam talia corpora ferri poſſe circa medium exiſtimarunt, nobis autem immanifeſta ob terræ huius obiectionem.

Hæc de ipſius terræ loco, & de quiete atq; motu eius proponit non omnes eodem modo ſentire, quemadmodum nec de loco. Nam alii, vt quidam Pythagorei eam non ponunt in medio, ſed ignem in medio, & illam circa medium, & hi ipſam circa medium perpetua agitatione torqueri, atq; circunferri ſemper autumant, & non modo hanc, quam nos incolimus, quam gen vocant, ſed illā terram, quam appellarunt antichthonam, id eſt huic aduerſam, etiam moueri circa medium ignem voluerunt. Hæc eſt prima poſitio Pythagoricorum quorundam. Alii imaginati ſunt in medio eſſe ignem, & circa ignem eſſe plures glebas magnas, & illas moueri cōtinuo circa G ignē, & iterū circa illas glebas moueri hāc noſtram quæ ſua interpoſitione occultat glebas illas. Sic igitur ambæ. iſtæ poſitiones ſunt Pythagoricæ, & ambæ terram moueri circa ignem volunt, licet prima poſitio duas tātum terras concedat, gen videlicet & antichthonam. Secūda has duas, & adhuc alias interclufas. Animaduerte tamē ꝙ melius hæc ſecunda poſitio intelligitur, ponendo illas plures terras eſſe antichthonas, & exteras, huic tamē annexas, & omnes moueri circa medium ignem. Et hoc cōſonat rationi dicendæ, & literæ non diſconuenit: dicit.n. quidam vero plura etiam talia corpora fieri poſſe circa medium exiſtimarunt, nobis tamen immanifeſta, ob terræ noſtræ interpoſitionē, qa ſunt nobis antipodes oēs, tñ mouentur, vt annexæ huic noſtræ. Et hęc expō debet teneri, quia nō diſſonat textui, & rationi proximæ conuenit. De interpretatione vero huius ſecundæ pōnis, dicī poteſt, vt de prima, quam omitto breuitatis cauſa.

Qua ratione & lunares deliquationes plu- H res fieri dicunt, ꝙ ſolares: quippe cùm nō tantum terra hæc ſeſe obiiciat, ſed vnumquodq; eorum quæ feruntur corporum.

Ponit motiuum ſecundæ poſitionis: nam motiuū primæ eſt tactū dum de loco dixit, vbi debes ſcire Solis eclipſim fieri interuentu Lunæ inter oculos noſtros & Solē, defectus vero Lunæ fit interuentu terræ inter Solem & Lunam, & quia videmus plures lunares defectus, ꝙ ſolares, hoc ſignificat eſſe plures terras, per quarum interpoſitionem frequentius Luna deficit, quia nūc vna, nūc alia interuenit, at ſolares rariores efficientur, quia Luna eſt vna. Eſt igitur vis rationis plures ſunt eclipſes lunares ꝙ ſolares, igitur plures ſunt terræ ꝙ Lunæ. Sed Luna eſt vna, igit̄ terræ ſunt plures. Sed debes ſcire rationem hanc non valere, Aſtronomi.n. obſeruarunt nō effici lunarem eclipſim, niſi per interuentum huius noſtræ terræ,


Solis ac Lunæ defectus, vnde orial.

Sol. rōnis Pythagoricorum.

terræ,quia tunc luna vmbram intrat, & non recipit lumen à Sole:ratio igitur hæc non plures eſſe terras, ſed eiuſdem terræ plures fieri interuentiones ſignificat, q̃ ſint interuentiones Lunæ inter nos & Solem. Huius autem frequentioris interuentionis,hęc eſt ratio,quia Luna frequentius caput,vel caudam draconis intrat: at illius raræ interuentionis cauſa eſt diuerſitas aſpectuum, vt dicunt Aſtronomi,& ita licet Luna & Sol coniugantur in capite vel cauda,propter diuerſitatem aſpectuum poteſt eſſe non eclipſis Solis:nam in eclipſi Lunæ quę fit interuētu terræ,nihil operatur aſpectus noſter: at in eclipſibus Solis operatur,& ſic ratio eorum nulla.

Et cum terra centrum nō ſit, ſed per ipſius totum hemiſphærium diſtet, nihil prohibere arbitrantur apparentias accidere.

Soluit contra ſe obiectiones,quia hæc poſitio videtur contra apparentias,quia ſi terra non eſſet in medio, non ſemper medietas Zodiaci nobis appareret, & ita plura q̃ ſex ſigna eſſent ſupra orizōtem noſtrum. Hoc autem eſt contra Aſtronomos,qui dicūt tam in die breuiſsimo q̃ longiſsimo eſſe ſemper ſex ſigna ſupra terram, & ſex ſub terram,cōſequentia patet, quia vbi terra eſſet extra medium,ita vt ſuperficies terræ cōuexa nobis antipoda eſſet extra centrū,tunc ipſa eſſet vni cœli medietati propinquior,alii remotior,& ſic ſequitur plura q̃ ſex ſigna apparere,quia eleuatione ſua à centro diſcooperiret nobis plus q̃ cœli dimidium. Debes ſcire,ꝙ hæc ratio maxime valet ponendo terram eſſe eccentricam: ſic.n. vni cœli dimidio eſſet propinquior, alteri remotior, & hoc modo rō habet colorē. Exemplū huius patet hac figura.



Reſpondet itaq; Ariſto. & dicit duo. Primo, ꝙ terra non eſt centrum mundi,& hoc forte, quia cētrum debet eſſe indiuiſibile:at terra eſt magnæ dimenſionis. Immo maior Luna,& multis aliis ſtellis. Secundo dicit terram non eſſe concentricam mundo. Immo eccentricam,quia diſtat à centro mundi per totum hemiſphærium atq; diametrum.x.n. His duobus voluit eſſe addēdum tertium, ꝙ q̃q̃ terra multum diſtet à medio mundi, talis tamen diſtantia non prohibet veritatem apparentiæ prædictæ. Primo quia terra eſt inſenſibilis quantitatis reſpectu firmamenti. Secundo etiā illa diſtantia eſt inſenſibilis reſpectu diſtātię ipſius à cœlo,& ſic rō,et apparentia ſaluatur.

Nam ſicut ſi terra eſſet in medio, & nos ſimiliter in centro non habitaremus,nihil profecto nunc magis oſtēderetur per dimidium diametri nobis diſtantibus, quàm tunc, ſic quoque & modo.

A Reducit rationem illam in contrarium, vt reduxerunt Pythagorici:erat enim ratio,ſi terra non eſſet in medio,ſed eccentrica,tunc nō ſemper medietas zodiaci nobis appareret, Pythagorici autem ſic reducebant illam in contrarium,dato ꝙ terra eſſet concentrica, & in medio,& nos ſuperficiem illius incolimus, tunc etiam non dimidium cœli appareret. tenet conſequentia per ſimilem rationem: nam plus diſtat centrum à concauo cœli, q̃ ſuperficies terræ ab eodem: & propterea pro veritate vtriuſq; partis dicendum eſt talem diſtantiam eſſe inſenſibilem fere reſpectu vniuerſi. Quo vero ad verba attinet, in Græco leguntur verba valde obſcura, quæ cum minime intelligibilia ſint, ego modo hoc tranſtuli, nihilq; addidi non neceſſarium, nihilq; omiſi vtile, ideo inquit. Nam ſicut ſi terra eſſet in medio, & nos ſimiliter in centro non habitaremus,ſed in ſuperficie, nihil profecto nunc magis de cœlo oſtenderetur nobis diſtantibus à centro per dimidium diametri, q̃ ſupple tunc,vbi cen-
B trum habitaremus, & ſuppleui in Græco ſic quoq; modo, vbi teneamus terram eſſe eccentricam, & ſic patet ſolutio pro vtraq; parte.

Alii vero & ipſam in centro collocatā moueri aſſerunt circa polū,qui per vniuerſum extenditur,veluti in Timæo ſcriptum eſt.

Nunc narrat poſitionem aliorum,& inquit. {Alii vero & ipſam in centro collocatam moueri aſſerunt circa polum qui per vniuerſum extenditur, veluti in Timæo ſcriptum eſt.} dixit circa polum qui per vniuerſum extenditur, quia polus poteſt ſumi pro puncto, ſiue vertice,qui axem terminat,& pro ipſa axe, quæ à vertice ad verticem extenditur,propterea addit circa polū,qui per vniuerſum extenditur, ad denotandum polum hic eſſe ſumptum pro ipſa axe,circa quam cœlum reuoluitur, & ipſa terra etiam:axis enim cœli per centrum terræ trāſit. Sed tunc eſt dubitatio,an hæc ſit poſitio Platonis, vt ap- *Dubū circa pōnem Platonis de motu terræ.*
C paret primo aſpectu. Ad hanc quæſtionem reſpondet Simplicius non eſſe hanc mentem Platonis, quia in phædrone aſſerit terram in medio quieſcere, vt alligatā centro, & non eſt conſonum Platonem ſibi contradicere. *Pō Simpl.* Ad verba Timęi ait Platonem dixiſſe terram ἰλλέσθαι circa polum,modo ileo per iotam ſignificat alligationem. Ariſtoteles vero legit εἰλλέσθαι per ei diphthongon,quod ſignificat idem quod verto. Et ſic ex Timæo nihil habetur. Alexander vero excuſat Ariſtotelem:& dicit primo Ariſtotelem non dixiſſe hanc eſſe mentem Platonis,ſed eſſe ſcriptum in Timæo, modo ſiue Plato dicat contrarium alibi,ſiue non,ad opinionem Ariſtotelis nihil facit. Dicit ſecundo,ꝙ ſiue ileo ſcriptum ſit cum iota, ſiue cum ei diphthongo,ſemper intelligitur metaphorice pro tranſlatione,quæ poteſt verſionem ſignificare. Sed replicat Simplicius,quia non videtur hæc poſitio Timæi,quia Timæus ſibi aſſerit terram eſſe in centro firmatam. Secundo,quia ileo ſcribitur per iotam, & ita ſignifi-
D cat alligationem. Tertio dato, ꝙ ſcriberetur per ei diphthongum,et ſignificaret verſionem,adhuc verſio ipſa non ſemper ſignificat motum: nam dicuntur figuræ circulares conuerſæ,ideſt ad omnem partem verſæ etiam ſi ſint quieſcētes. Quarto cum dictio illa multa ſignificat, ſemper debet trahi in bonum. Hæc contra Alexandrū. *Quæ contra Simpliciū.* Sed profecto Simplicius temere loquitur: nam in contradicendo Alexandro incuſat Ariſtotelem de liuore, & de ignauia Grammaticæ: & propterea ipſe conatur excuſare Ariſtotelem,vt legi poteſt ab eo. Ego vero cū Alexandro conſentio, qui fuit fidus & ſummus Peripateticus. Ad primum dicerem Alexandrum non dixiſſe hanc eſſe opinionem Timæi,vel Platonis, ſed eſſe ſcriptum in Timæo,quicquid velint Timæus & Plato:hæc enim fuit poſitio,vt dicit Heracliti Pontici. Ad ſecundum dici poteſt,ꝙ verbum ileo,quouis modo ſcribatur, ſemper metaphorice ſumi poteſt pro motu verſiuo,ſal-

tem. Ad tertium licet non ſemper verſio ſignificat ipſum motum, in propoſito tamen motum ſignificare videtur. Ad quartum, ſi ibi dictio multa ſignificaret, iam Plato eſſet vſus æquiuocatione: & propterea dici debet illic verbum illud non ſignificare, niſi vnum tantum, & vt Ariſtoteles dixit. Hæc igitur dici poſſunt pro Ariſtotele & Platone.

Ita prope modum & de figura ipſius ambigitur: nam aliis rotunda, aliis plana perinde, vt tympani figura videtur eſſe, hanc coniecturam ſecutis: nam cum exoritur, atque occidit Sol, rectam & non curuam ab ipſa terra occultationem facere videtur: oporteret.n. ſi rotunda eſſet terra, curuam fieri diuiſionem.




Terra.

Nunc etiam de figura vult ponere opiniones, & aſſerit alios poſuiſſe terram rotũdam, alios poſuiſſe planam, ſaltem quo ad eam partem, quam nos incolimus ad modum tympani. Et pro ſecunda poſitione ponit rationem primam, quæ poteſt ad enthymema ſic reduci, Sol cum occidit vel oritur ortum & occaſum facit ſecundum interſectionem rectam, igitur vel terra, vel ambo ſunt recta. tenet conſequentia ex. 3. Geometriæ lib. vbi dicitur quoties duo circuli ſeſe interſecant, eorum interſectio debet circularis eſſe, veluti etiam patet in Solis & Lunę defectibus: nam Luna Solem interſecat per lineam circularem, quod patet ad ſenſum: nã ſit Sol a, terra b, & occultet ſe Sol ad occaſum noſtræ regionis, apparet linea c d, quæ ſit ex Solis & terræ interſectione, recta, & non curua.

Non animaduertentes Solis ad terrã intercapedinem, neq; ambitus magnitudinẽ, quomodo parui circuli ſi longe diſtauerint, ad rectam lineam videntur interſecti: propter igitur hanc apparentiam non oportet ipſos terræ molem opinari rotundam non eſſe.

Reſpondet Ariſtoteles huic rationi, quia non ſunt cætera paria in corporibus rotundis valde diſtantibus, & parum diſtantibus, ſimiliter paruis & magnis. Sunt igitur duę cauſæ illius apparentiæ in occultatione Solis. Prima eſt Solis ad terram magna intercapedo. Secunda eſt magnitudo ambitus terræ ad Solis apparentem magnitudinem. Signum autem affert Ariſtoteles in paruis circulis, vtpote a c b, & a d b: Nam ſi hi valde diſtant, ſectio eorum apparebit recta, vtpote per lineã a b: quare & in occultatione, Solis etiam recta videbitur ſectio, tãto magis, quanto ipſa terra maior ipſo Sole apparuerit. Et ideo Ariſtoteles ait, Igitur propter hanc apparentiã nõ oportet ipſos terræ molem opinari rotundam non eſſe.

E



Et hoc declarat Auerroes bene, & inquit. ¶ Eſſe determinatum in Aſtrologia propter remotionem Solis à terra, & à noſtris oculis maximam, apparere circulũ in- Auer. c8. 7.
F terſectionis adeo paruum, vt non videatur: eſt. n. terra magna reſpectu Solis, & Sol paruus reſpectu terræ, ideo comparatione terræ, arcus ille eſt paruus, & propterea videtur recta ſectio. Secus eſt in eclipſi Solis: nam Luna eſt prope Solem, & apparet magna reſpectu Solis, propterea ſectio illa eſt notabilis, & ita apparet arcus ſectionis notabiliter. Sic igitur arcus ſectionis, qui ſit in Solis occultatione, eſt adeo paruus, vt nõ diſcernatur, eo quia Sol apparet valde paruus reſpectu apparitionis terræ. Arcus vero ſectionis, qui ſit in ſeparatione Solis & Lunę apud eclipſim apparet magnus, quia ambo luminaria apparent fere æque magna. Et addit Auerroes q; ſiue apparentia hæc ſit vera, ſiue non, propter apparentiam nõ debemus negare demonſtrationem, maxime ſi apparentia poteſt ſaluari. Sunt autem rationes duæ: prima, quia ambulanti ad ſeptentrionem à meridie ſibi quædam apparent ſtellæ in ſeptentrionem, quæ antea non apparebant, & aliquæ occultantur, quæ prius non erant occul-
G tæ. Hoc autem eſſe non poteſt niſi ob terræ rotunditatẽ. Secunda eſt, ex ortu et occaſu ſyderum: nam ſi terra eſſet plana ęque cito ſydus omnibus habitantibus appareret, quod contrarium eſt manifeſtum. Ex his patet terram eſſe rotundã, & p hæc patet regulã geometriæ eſſe intelligendã qñ circuli ſunt æquales, vel parũ inæquales, et in debita diſtantia, ſub qua arcus poſſit viſum mouere.

Addunt præterea & hanc figuram ipſi atq; hanc illam ſubire aiunt: propter quietem igitur & de ipſius terræ quiete, deq; etiam motu plures profecto ſunt modi.

Secundo arguit Ariſt. terram eſſe tympanilem vtraq; ex parte, et vis ſyllogiſmi eſt, omne immobile talẽ debet habere figuram, per quam non mouetur, nec ſit aptũ moueri: ſed talis eſt figura tympani: igitur terra eſt tympanilis. & quia plures de quiete & motu terræ dictæ ſunt opiniones, propterea cõcludit plures eſſe modos dicen-
H di de motu terræ, & de quiete.

Circa hanc rationem debes ſcire, vt Auer. innuit, q; Auer. c8. 7.
quies terræ poteſt eſſe à pluribus cauſis: quarum vna forte eſſet tympanicies terræ, alia æqualis vndiq; partium acceſſio ad centrum. Dicit modo Auer. q; à cauſa ad effectum bene valet, quia ſi eſt tympanilis, igitur quieſcit, & ſi partes vndiq; æqualiter ad centrum accedũt, etiam ſequitur eſſe rotundam, econtra vero ab effectu habẽte plures cauſas veritatis ad alteram illarũ nõ valet, non. n. ſequitur, terra quieſcit, igiť eſt tympanilis, qa eſſe poteſt ob acceſſionẽ, & quia Ariſt. vidit (vt dicit Auer.) leuitatem huius rõnis, propterea dimiſit illius ſolutionem.

In ambiguitatem igitur omnes incidere neceſſariũ eſt: fortaſſe. n. mentis expertis eſt non admirari, cur nam parua quidem terræ pars, ſi in ſublime tollatur, relicta feratur, quieſcereq;

non

non appetat, maiorq; velocius feratur. Vniuerſa autem ſiquis ipſam in ſublime eleuatam dimittat, fertur profecto, nunc vero tantũ põdus quieſcit. Inſuper etiã ſiquis partib⁹ ipſius eleuatis, anteq; cadant, terrã dimoueat, deorſum mouentur ſi nihil obſiſtat. Quare dubitatio quidẽ oĩbus iure ob philoſophiã emergit.

Mouet quæſtionem Ariſt. cur terra nõ cadit, ſed ſemper immobilis exiſtit, & arguit ꝙ debet cadere. Primo, eadem eſt ratio totius terræ & vnius glebæ, ſed vna gleba ſemper deſcendit quouſq; non inuenit reſiſtẽs, igitur tota debet deſcendere, donec non inuenit reſiſtens, at cũ nullum ſit reſiſtens, propterea admiratione digna eſt tantæ molis quies. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire verba illa, vniuerſa autem ſiquis ipſam in ſublime eleuatam dimittat, fertur profecto, legi vidẽtur negatiue, hoc modo, videlicet non fertur: quod ſtare non poteſt: terra enim tota ſi extra centrum ponatur, ſemper mouebitur, donec medium eius efficiatur mediũ mundi, & propterea illud verbum debet legi, ut tranſtulimus, quoniam ὄντ ἄν, vt in græco ſcribit, ſonat affirmationem quãdoq;. Tu vero qui græce ſapis, conſidera. Secundo arguit, particulæ terræ quæ ſuſtinentur in aliquo firmo, ſi eleuatæ fuerint, & antequam cadant, remoueatur ſuſtẽtaculum, & terra ipſa cadet, donec inuenerit reſiſtens. Sed ſupple tota nullum habet obſtaculum, igitur debet cadere. Hęc Ariſt. pro quæſtione, propterea infert, quare dubitatio quidem iure omnibus ob philoſophiam emergit.

At ſolutiones circa rẽ hanc nonne quiſpiã profecto admirabitur, quo ipſe videntur magis abſurdæ dubitatione? quippe cum alii ob hæc terræ partem quæ infera eſt, infinitã eſſe contendant, ipſam infinita in re radicatam dicentes, veluti Xenophanes colophonius inquit, ne moleſte ferant, qui cauſas quærunt.

Mota quęſtione vult ſoluere: Et primo proponit quales nam ſunt antiquorum ſolutiones, & inquit. {At ſolutiones circa rem hanc aſsignatas nonne quiſpiam profecto admirabitur, quo ipſæ videntur magis abſurdæ dubitatione. q. d. ꝙ ſic, & ꝑpterea abſurditatẽ illarũ explanans, declarat opiniones Philoſophorũ antiquorũ, & inquit. {Quippe cũ alii ob hæc terræ partẽ, quę infera eſt, quæq; vergit verſus imũ infinitã rẽ & contẽdant, ipſam in infinita re radicatã eſſe dicentes, qua ſuſtentatur ne cadat, veluti Xenophanes colophonius inquit: hanc enim cauſam aſsignat breuiter ne qui quærunt cauſam quæſtionis dictæ, negotio, & inquiſitione nimia moleſtẽtur, ac vexentur, & ita hoc dicit ad euitandum laborem.

Põ Xenophanis colophonii de terræ qete.

Sed Empedocles hoc dicto attonitus, ita inquit, ſi infinita eſt terrę profunditas, atq; immenſus æther, quæ per multas linguas oraq; iam dicuntur: parum de vniuerſo ſapiunt.

Increpat Ariſt. põnẽ Xenophanis, auctoritate Empedoclis Agrigẽtini, q ſuis in carminib⁹, q̃ de philoſophia cõſcripſit, Xenophanẽ deriſit, dicẽs, ſi infinita eſt terrę in deorſum profunditas, & imẽſus æther, vt Xenophanes ait, q̃ ꝑ multas linguas oraq; multorũ diuulgant, plebeia ſunt, atq; parũ de philoſophia vniuerſi, atq; rerũ naturæ ſapiũt, immo ſunt penitus ab oĩ philoſophia de vniuerſo mũdo, & rerũ aliena. de vniuerſo quidẽ mũdo, qa ꝓbatũ eſt i lib. 1. cœlũ eẽ oĩ ex ꝑte finitũ: de rerũ vero nã, qa ꝓbatũ eſt grauitatẽ terrę, et cuiuſq; elẽti qualitatẽ finitã eſſe, & ꝑp hęc Ariſt. nõ aliter cõtradixit Xenophani, q̃ auctoritate ſapiẽtis Empedoclis, qui opinionẽ illam deriſit.

Alii vero ipſam ſuper aquam reſidere aiũt: hanc enim ſententiam vetuſtiſsimam accepi-

A mus, quã Thaletem Mileſium tuliſſe ferunt, q ꝑ natationẽ cauſa ita quieſcere aſſerit, perinde atq; lignum, aut aliud id genus: & enim nihil horũ in aere manere eſt aptũ, ſed ſuper aquã.

Secunda poſitio eſt Thaletis Mileſii, dicentis terram quieſcere, quia ſuper aquas natat, veluti lignũ, aut id genus ſuper aquas ſtat, & non deſcendit. & dicit notanter ſuper aquas, quia nihil horum eſt aptum in aere manere, ſed ſuper aquam, vt naues, & cætera id genus.

Quaſi nõ eadẽ ſit de terra ratio, & de aqua, quæ terrã ſuſtinet, neq;. n. aqua ſublimis apta eſt permanere: ſed ſemper ſuper aliquod eſt. Præterea vt aer leuior eſt aqua, ita & aqua eſt leuior terra, cur igitur nam id quod leuius eſt ſubſidere putant eo quod ſuapte natura gra-

B uius eſt. Pręterea ſi tota eſt apta ſuper aquã manere: ipſius etiam q̃uis particulam identidem aptam eſſe pateret: at hoc nunc nequaq; fieri videtur: nam quæuis pars in fundum fertur, tantoq; velocius, quanto maior fuerit.

Obiicit nunc Ariſtoteles Thaleti primo, quia eadem de aqua ipſa remanet difficultas, quidnã ſuſtinet ipſam ne deorſum feratur. Secundo, quanto aqua eſt aere grauior, tanto terra eſt grauior aqua, at aer cauſam aquæ nõ prohibet, pluuia nanq; ſui grauitate aerem findens, deſcendit, igitur nec aqua caſum impediet terræ. Tertio, glebula terræ in aqua deſcendit, & maior gleba celerius, vt quæ maiorem habeat aquæ diuidendi atq; findẽdi virtutem, igitur multo pollẽtius vniuerſa terra in aqua apta eſt moueri. Hæc Ariſt. contra Thaletem.

Debes ſcire (vt Auerroes ait) Ariſtotelem Xenophani non contradixiſſe, ſed Thaleti. Primo, quia Xeno- *Auer. cõ. 77*

C phanes aſſignauit cauſam accidentalem, quia non modo terræ, ſed aliis elementis accommodabilem: omne. n. corpus quatenus infinitum, eſt immobile. Secũdo, quia illi poſitioni in libro primo eſt obiectum, vbi probatum eſt nullum eſſe corpus infinitum. Secundo debes ſcire etiam apud Auerroem, quòd licet ſecundum rem, per quantum aqua eſt aere grauior, per tantum terra ſit grauior aqua, non tamen quo ad apparentiam: nam aqua deſcendit in aere vſque ad illius concauum, & aer à profundo aquæ aſcendit ad conuexum aquæ, terra vero licet deſcendat in aqua, non tamen apparet aquam aſcendere ad conuexum terræ ſi in fundo terræ collocata ſit. Secundum tamen rei veritatem comparatio eſt eadem, quia licet aqua ſtet in poris terræ, oportet putare hoc nõ eſſe naturaliter, ſed ex ordine vniuerſi. Et ſi dicas cacabum cupreum ſupernatare in aqua. Reſpõdet Auerroes hoc eſſe propter concauitatem cacabi, quæ plena aere ſupernatat, atque ſupernatare facit cacabum ipſum cu-

D preum. Hæc Auerroes.

Videntur tamen vſq; ad terminum quendam quærere, non autem vſq; quo eſt dubitatio poſſibilis, eſt. n. nobis hic oĩbus mos non ad rem facere quæſtionem, ſed ad eũ qui contraria dicit: & enim in ſeipſo eouſque quærit, quouſq; ipſe contra ſeipſum obiicere nequit. Quo circa recte quæſiturũ ꝑ inſtantias obiicere oportet, quæ generi ſunt accõmodatæ: hic autẽ eſt, qui oẽs differentias contemplatur.

Nunc excuſare videtur illos, & declarat quales fuerunt veterum inquiſitiones, vbi debes ſcire, quòd inquiſitio veritatis dupliciter debet fieri: vno modo ad opponentem tantum: alio modo ſimpliciter. ad opponentẽ quidẽ fit, qñ nullum opponentis relinquitur argumentũ inſolutum.

Diſputatio dupliciter in ſtitui poteſt.

inſolutum, et tunc credimus recte philoſophatos eſſe, cũ nulla opponenti relinquitur replica contra nos reſpondentes, & hoc genere philoſophandi philoſophantur ſophiſtæ, & ſorticolę, captiunculatores oẽs, & magna pars hominum, qui temporibus noſtris philoſophantur: hi.n. modo in circulis diſputatorijs aduerſarijs contradicant, & contra ſe nullam ab aduerſario relinquant replicam, credunt plene philoſophatos ſeſe eſſe. Alio modo, inquiſitio fit ſimpliciter, qñ & obiectiones remouentur aduerſantium, non modo quæ ſunt, ſed oẽs obiectiones quæ poſſunt fieri, & quæ regulã præbet remouendi infinitas obiectiones, ſi infinitæ eſſe poſsint, & hac inquiſitione elaborarunt ſapientes, parum ad gloriã attendentes, ſed ſolum ad rei veritatẽ, qua & Plato, & Ariſt. & cæteri clariſsimi philoſophi enitebantẽ philoſophari. Inquit Ariſt. videntur tamen vſque ad terminum quendam quærere, quia vſq; quo poſsint ſoluere quæſtiones ſuarum obiectionum, non autem vſq; quo dubitatio eſt poſsibilis, & nunc & poſtea, cum non præbuerint regulam remouendi oẽs quæſtiones poſsibiles, & tunc quaſi extra conſuetudinem excuſationem affert dicẽs, eſt.n. nobis hic mos non ad rem facere q̃onem, ſed ad eum qui cõtraria dicit, & per conſequens ſolum ad opponentem ſtudio gloriæ. Et poſuit Ariſt. ſe inter hos ob modeſtiam, ne videatur ſui iactator, & declarat quo nam modo ſic inquirant, dicens: & enim in ſeipſo euſq; quærit, quouſque contra ſe ipſum obiicere nequit, et ſic ad præſentes obiectiones tm̃ aduertit, non ad poſſes fieri à quouis. Ex his quaſi monet philoſophantes per optimum præceptum, et inquit. ❴Quo circa recte quæſitutum, per eas obiicere oportet inſtantias, quæ generi ſunt accommodatæ, & non per ſophiſticas ac extraneas, quæ genus tranſcendunt, ſed per inſtantias proprias, quę generi accommodantur, hic autem eſt qui oẽs drĩas illius generis contemplatur, ex quibus vera rei colligitur definitio, quæ eſt principium demonſtrationis. Ex his ſequitur, ꝙ qui vult perfecte inquirere, debet perfectam rei definitionem colligere: nã per talem cognoſcit perfecte rem ipſam, atq; oĩa accidentia de re per eadem oſtendit, & tandem remouet omnes rationes, atq; quæſtiones quæ ſunt vel eſſe poſſunt. Nã perfecta definitio eſt, quæ nata eſt ſoluere oẽs quæſtiones contingentes in re ipſa. Hæc Ariſt.

Auer.cõ 80 Auerroes autem in cõmen. talem innuit diſtinctionẽ, ꝙ inquiſitio poteſt fieri dupliciter: vno quidẽ modo vſq; ad quæſtionis finem: alio modo ad finem diſputationis, ad quæſtionis quidem finem, fit inquiſitio ſecundum potentiam demonſtrationis, cuius documentum ponitur ſecundo Poſteriorum, vbi dicitur talem inquiſitionẽ fieri inuentione vltimæ drĩæ. Ad diſputationis vero finẽ fit, quando ſecundum poſſe dialecticum fit, quod eſt aut in ſeipſo, vt quando omnes obiectiones, quas ſibi ipſe facit, tolluntur aut ad alium, vt quando tollũtur oẽs opponentis obiectiones, veteres igitur faciebant inquiſitionẽ ſecundum finem diſputationis. Hæc Auerroes.

Anaximenes vero, & Anaxagoras, & Democritus latitudinem cauſam eſſe dicunt, per quam ipſa terra manet, nõ.n. diuidere, ſed operire aerem inferum aſſerunt ipſam, quod quidem facere videntur ea corpora, quæ latitudinem habent. Hæc enim & à ventis cum difficultate moueri poſſunt ob adhæſionem. Hoc igitur idem ſua latitudine terrã facere ad ſubiectum aerem dicunt: hunc vero cum locum non habeat ſufficientem ad quẽ migret, denſum deorſum quieſcere aiunt: veluti aqua in clepſydris. Quod autem magnum põdus aſſumptus, & manens aer ferre poſsit, plures alias coniecturas addidere.

E Tertia ſolutio eſt Anaximenis, Anaxagoræ, & Democriti, dicentiũ terrã eſſe latã quoad oẽs partes velut quadrangulum, & ſua latitudine in aere detineri ne deorſum cadat, quod quibuſdam coniecturis perſuadere nitebantur. Primo, quia terræ latitudo facit, vt aer inferus non diuidatur. Secundo, quia videntur corpora lata vehementer ventis reſiſtere, quia ſunt valde firmata in fundamento. Tertio, quia aer ſubinferus deorſus eſt, & non habet locum ad quem feratur, veluti aer incluſus in clepſydris, vbi enim ſit vas habens in ſui ſummitate paruũ foramen & obturatum, & infra in fundo vnum aliud foramen non obturatum, & ſubito ſubmergatur in aqua, aer interior clauſus, quia nõ habet quo diffugiat, aquam non permittit intrare. Et ſimili modo aer ſubſidens terrę compreſſus ab ea, nec habens locum vnde diffugiat, non permittit terram deſcendere. Et à longiori oratione ſeſe excuſans, inquit. ❴Quod autem magnum põdus aſſumptum & manens, aer ferre poſsit, plures alias cõiecturas addidere, vt de vtribus inflatis, & ſolle, & id genus, quæ

F poſſunt magnũ pondus ſuſtinere. Quo vero ad verba attinet, cum Ariſt. ait, veluti aqua in clepſydris, non intelligas abſolute, ſed hoc modo, quod aer, vel aqua in clepſydris, qñ alterũ foramẽ obturatũ eſt, nõ permittit corpus aeris vel aquæ ſubintrare, quia non habet aqua, vel aer incluſus vnde diffugiat.

Auer.autẽ reſoluit textũ ad tres rõnes. Prima eſt latitudo terræ, q̃ eſt diuiſioni inepta. Secunda eſt, qa aer locũ non habet ad quẽ diffugiat. Tertio cõfirmatẽ p exẽplũ de vtre & aere denſo, qui magnum pondus ſuſtinet. Auer. cõ.81

Sed primum quidem ſi non lata figura ſit terræ, propter hoc quieſcet nonne. Nam quietis non latitudo cauſa eſt ex his quæ dicũt: ſed magis magnitudo, ob loci ſiquidem anguſtiã aer ipſe cum non habeat exitum, ob multitudinem manet, qui quidem multis eſt eo, quia à magnitudine ipſius terræ magna compre-

G henditur, quare idem eſt, & ſi rotunda quidem ſit terra, modo tanta ſit mole. Manebit enim ex illorum ſententia.

Obiicit nunc Ariſt. huic põni. Primo, qa ſi rõnes hæ eſſent efficaces, pp eaſdẽ ſi terra ponatẽ rotunda maneret nõ minus ab aere ſuſtẽtante: nã ita aer cõprimitẽ à magno corpore ſi latæ figuræ ſit, ſicut ſic cuiuſuis alterius, modo ſit magnum, & ſic ſi eſſet rotunda & magna, adhuc aerẽ cõprimeret, has rõnes iccirco breues expono, qa ſunt claræ, atq; non nimis vtiles, ſat enim eſt rerum ſenſus.

Auer.autẽ forte vidẽs hãc rõnẽ poſſe hrẽ cauillũ ſupplet Ariſt. eſſe contentũ hac rõne, qa acutius poſtea cõtradicet. Addit tñ rõnes p Ariſt. & arguit primo, qa vel aer p latera põt exire, & terræ recedere, vel nõ. Si põt recedere, terra non quieſcet, qa aer p latera recedet, & deſcendet terra. Si vero aer nõ põt recedere, tunc terra cõprimet ipſum cuiuſuis figuræ ſit, & ſic rõ Ariſt. valet. Se- Auer.cõ.81

H cundo, nõ datẽ maxima aeris vel aquę cõdenſatio, igitẽ nõ eſt deueniẽdũ ad reſiſtentiã qua aer reſiſtat pp impoſſẽ vlterius condenſationẽ. Ex hoc loco colligitur ad mentem Auer. non dari ſummã aeris, vel aquæ condenſationem, ſiue maximam condenſationẽ. Quod aliqui ſic probant, quia ſit.a. aer maxime condẽſatus per te, & in nũc quod eſt præſens applicetur ſibi.b. põt cõdenſare, & quæritur, vtrum immediate poſt hoc.a. ipſum erit, vel non, ſi non erit, tunc illud fuiſſet vltimũ inſtãs eſſe eius, ſi vero erit, tũc magis condenſabitur. In contrariũ eſt Auer. in primo capite de ſubſtantia orbis, vbi expreſſe concedit maximã cõdenſationẽ in aere vel aqua, & alibi, & hoc tenen. Tũc ad auctoritatẽ Auer. hic dici põt ipſum eſſe locutũ de cõdẽſatione mathematice cõſiderata, quo modo loquebantur antiqui, q oĩa ad mathematica reduxerũt: nã hoc mõ cõſiderando cõdenſationẽ nõ habet maximũ

nec

nec minimum, quia vt ſic non habet partes ſummæ proximas, nec ſumme remotas. Ad ſecundũ dico, ꝙ primũ inſtans applicationis eſt primũ corruptũ eſſe actu ſumme condenſati, & ita rõ concludit dari primum non eſſe rei permanentis. Sed replicabis aut.b. applicatur enti, vel non enti. Si enti, igitur applicatur condenſatiſsimo, & ſtabit argumentum. Si non enti, tunc applicatio nulla eſt. Amplius, oẽm corruptionẽ præceſsit alteratio, & ſic in inſtanti applicationis non põt eſſe corruptio, quia tunc ſubita eſſet, & nulla præceſsiſſet alteratio. Ad primum dico, ꝙ applicatur enti in potentia, quia in illo inſtanti applicaẽ aquæ, quæ fuit aer, vel põt eſſe, & hoc ſufficit. Ad ſecundũ dici põt verbũ Ariſt. eſſe vlr verũ exceptis maximis & minimis, aut forte Ariſt. loquitur ſm conſiderationem vſem, vt.6.Phyſic. dixit Auer. cõ.15.

Oĩno autẽ ad eos qui ita de motu loquunẽ, non quidem de partibus eſt contentio, ſed de aliquo toto atq; vniuerſo, à principio.n. definitũ eſt vtrũ aliquis motus naturalibus corporibus inſit, an nullus, & vtrũ naturalis quidẽ penitus nullus ſit, violentus autem ſit.

Quicqoid velit Expoſitor, Ariſt. nouũ principium facit, quia vult tractare põnes ſubtiliores, & veritatem de cauſa quietis terræ. Vbi debes ſcire, ꝙ in materia de motu poteſt eſſe qõ generalis & ſpãlis, generalis quidem qõ eſt, vtrum aliquod corpus naturale mouetur, uel nullum mouetur. Et ſi mouetur, vtrũ oĩs motus ſit naturalis, vel omnis violẽtus. ſpãlis autem qõ eſt dato, ꝙ mouetur aliquod vt terra, ꝑꝑ quid particula terræ mouetur, & tota quieſcit, & de igne ſilr ꝑꝑ quid totus non mutat locum, & pars ſic. Ariſt. igitur primo proponit id, in quo antiqui facile, & in quo difficile tetigerũt, & inquit. {Oĩno autem ad eos qui ita de motu loquuntur ſupple alicuius corporis aliquid fuit facile, aliquid difficile, & hoc ſubdit non quidem de partibus eſt contentio: nam poſſunt aſsignare cauſam, cur gleba mouetur, & cur quieſcit, nemo enim in hoc ambigit. Sed de aliquo toto atq; vniuerſo, vt de tota terra eſt cõtentio, cur quieſcit & non moueẽ, deinde quaſi cauſam aſsignãs & ſeſe excuſans à longiori tractatu, inquit. {A principio.n. definitũ eſt vtrũ aliqs. motus naturalibus corporibus inſit, an nullus, & ſi inſit, vtrum naturalis quidẽ penitus nullus ſit? violentus autẽ ſit? Hæc.n. duo ſunt in primo definita, igitur nõ ſunt amplios repetenda. Sed quærendum eſt de primo ꝑꝑ qd, videlicet, particula quidẽ moueẽ, vt gleba, & tota terra nõ mouetur, circa quid igitur reſtat qõ, & quid antiquis facile, & quid difficile fuerit, ex his perſpicuum eſt.

At cum de his ſint determinata, quæ pro facultate præſenti potuimus, his tãq; veris vtẽdum eſt. Si.n. nullus eſt horum naturalis motus, nullus erit violentus, ſi vero neq; naturalis, neq; violentus eſt: nihil prorſus mouebitur. Hæc enim ita eſſe prius determinatũ eſt, atq; etiam nihil poſſe quieſcere: vt.n. motus alius naturalis, vel violentus, ita quoq; quies, at ſi aliquis motus naturalis fuerit, neque violenta latio ſolum, neq; quies erit.

Hactenus quid facile, & quid difficile antiquis fuerit, & rurſus quæ generatim definita ſunt, ſumpſit, nunc vero vult ſupponere quædam, quæ accipit ex qõnum dictarum ſolutione: nam licet dictæ quæſtiones non erant repetendæ, tamen ſolutiones ſunt ſumendæ, vt ſuppoſitiones ad veritatis inquiſitionem, & videtur primo aſpectu arguere hypothetice à deſtructione antecedentis, & non arguit. Sed ſumit duo. Primum ſi non eſt motus naturalis aliquis, tunc violentus, nec erit aliquis, nec quies naturalis, nec violenta, ſed nihil penitus mouebitur, de-

A ducitur conſequentia, ſi non eſt motus naturalis, nõ eſt violentus: nam naturalis & violentus ſunt reſpectu eiuſdem. Vltra, ſi non eſt violẽtus, nec naturalis, per idem, & ſi non naturalis, neq; violentus, nihil mouebitur penitus. Hæc.n. prius ita eſſe determinatum eſt, cum quibꝰ, etiam determinatum eſt nihil poſſe quieſcere, quia ſi nihil prorſus moueri poteſt, nihil quieſcere poterit. Motus enim & quies circa idem ſubiectum ſunt fieri apta, & vt motus eſt alius naturalis, alius violentus, ſic quoq; quies. Hæc eſt prima ſuppoſitio. Secũda ſuppoſitio eſt ſi motus naturalis fuerit, tunc neq; erit violenta latio ſolum, neq; quies violẽta ſolum. Immo erit aliquis motus naturalis, & aliquis violentus, aliqus quies naturalis, & aliqus violenta, tenet enim ratio per idem argumẽtum. Vbi debes ſcire, ꝙ vis proceſſus Ariſt. videtur prima facie ab oppoſito antecedentis hoc modo, ſi nullus eſt motus naturalis, nullus eſt motus, & nulla eſt quies, igitur ſi eſt aliquis motus naturalis, neq; omnis motus erit naturalis,

B neq; omnis violentus, neq; oĩs quies eſt violenta: ſic.n. videtur arguere Ariſt. prima facie. Sed re vera non arguit, quia tunc peccaret in Logica: non.n. valet ab oppoſito antecedentis niſi in conuertibilibus. Melius igiẽ dicendum Ariſt. duo feciſſe ſuppoſita diſperata pro deciſione problematis propoſiti, & hoc eſt melius, vt mihi videtur. Occurres primo, quia Ariſt. fecit diuiſionẽ penes cõtraria hoc pacto, vtrũ oẽ corpus habeat motũ, vel nullum habeat, & habet, vtrum omne habeat violentũ, vel nullum habeat violentum. Videtur ꝙ melius feciſſet, vt in 8.lib.Phyſic. fecit, vtrũ aliquod corpus habeat motum naturalem, & aliquod violentum. Dici poteſt, vt ex verbis Auer. colligi poteſt in propoſitionibus per ſe non referre vlr, & particulariter proferre: impoſe.n. eſt dare corpus quoddam, quod motum habeat naturalem, & quoddam quod non habeat: oĩa.n. ſunt eiuſdẽ naturalitatis. Secundo occurres, quia Ariſt. intulit, ſi aliquod corpus nec naturalem, nec violẽtum habet motũ, Auer.cõ.8.

C igiẽ nullũ motũ, contra: nã ignis in ꝓpria regione nec naturalẽ habet motũ, nec violentũ, & tñ habet motũ quo moueẽ ad motũ cœli. Dici põt diuiſionẽ Ariſt. eſſe audiendã in motibus rectis, de reliquis vero alibi dictũ eſt. Auer.cõ.8. Debes ſcire de mente Auer. ꝙ oẽ quod naturaliter mouetur, naturaliter põt quieſcere. Primo ex definitiõe naturæ, quæ eſt principium motus & quietis. Secundo, qa quot modis dicitur medium in finem, tot modis, & finis dicitur. Sed motus qui eſt medium in quietẽ, dicitur naturalis & violentus, igitur & quies in termino ad quem, dicitur naturalis, & violenta. Secundo debes ſcire etiã ex eodẽ oõmẽ. ꝙ ſi aliquis motus eſt alicui naturalis, hic illi eidem non poteſt eſſe violentus, & ſi hic eſt naturalis & non violentus, quies in termino ad quem eſt etiam illi naturalis, & non violenta contra, etiam vbi quies in termino ad quem violenta alicui fuerit, motus ad illam etiã violentus erit, & quies in termino à quo naturalis eidem erit. Ex his infert Auer. ꝙ ſi terra ad medium naturaliter

D mouetur, tunc ipſa violenter extra medium quieſcit, & ſi à medio mouetur violenter, tunc ibi quieſcet naturalr, aliter nullã haberet quietẽ, quibus patet ſolutio ꝓblematis Ariſt. ꝑꝑ qd terra quieſcit ĩ medio, hoc.n. (vt melius diceẽ) eſt, qa eſt naturalis terræ diſpõ, & locatio.

Quare ſi vi quieſcit nunc terra, in medium etiam acceſsiſſet ob conuerſionem, quam quidem cauſam oẽs dicunt ex his quæ ferũtur in humidis, & circa aerem accidunt. In his.n. maiora ſemperq; grauiora, ad medium veniunt conuerſionis, quo circa & terram oẽs qui cœlum generant, in ipſum veniſſe medium aiũt.

His ſuppoſitis antequã ad ſolutionẽ accedat quaſi per viam conſequentię concludit poſitionem Empedoclis, & inquit, quare ſi vi quieſcit nũc terra, et ſupple tu nullo

dictorum

dictorum modorum quo veteres proceſſerunt quieſcit, ſequitur etiam vt in mediũ acceſſiſſet ob cęli conuerſionem, quã quidem ex ſui proprietate cauſam oẽs dicunt ex his quę feruntur in humidis, & circa aerem accidunt: videmus enim cũ aqua ponitur in motu valde circulari, & proijciatur lignum in illa, mox lignum ad mediũ ducitur, & hoc idem apparet in aere, quo voluitur cadus plenus aquę, & nõ cadit, eſt enim cõuerſio & motus circularis ſui proprietate pellens ad medium conuerſionis, qua ratione & terrã oẽs qui cęlũ generant, in ipſum veniſſe mediũ aiunt, vi videlicet, pulſiua conuerſionis, quę naturaliter ad medium pellit. Animaduerte ꝙ hęc poſitio non ſequitur ex ſuppoſitis, ſed quaſi per hoc quia non reſtat alia poſitio dicenda.

At quia manet, cauſam quærũt. Vbi & alii ex latitudine & magnitudine hoc modo cauſam dixerũt. Alii vt Empedocles cælum conuerſiõe ſua velociore ꝙ̃ ſit et terrę ipſius motus, lationẽ eius impedire: veluti in aqua fit: **F** quę in Cyathis eſt: & enim hęc Cyatho circũuecto: & ſi perſæpe in labra vſq; infera ducatũ aeris: non fertur tamen deorſum apta deorſum ferri, eandem ob cauſam.

Epilogat poſitiones duas omittens alias tãquã friuolas, & hoc inquit, at quia manet, & hoc vident oẽs, admirati cauſam quęrunt, vbi alij ex magnitudine, alij ex vi conuerſionis cauſam afferunt, veluti ex Empedoclis exemplo aquæ non cadentis ex circũuectione Cyathi. Hæc ex dictis, & tranſlatione patent.

Auer.cõ.85 Debes ſcire (vt Auer. innuit) veteres oẽs de motu terræ conueniſſe, omnes enim dixerunt motum terræ eſſe propter expulſionẽ factam à cęli cõuerſione. De quiete vero non conuenerũt, qa alij quietis cauſam ex magnitudine, alij ex vi cõuerſionis, alij alijs modis aſſignauerunt.

At ſi neque conuerſione, neque latitudine **G** cohibente: quo nam ferretur aere quidẽ ipſo ſubtermeante: ad medium enim vi mota eſt: vi quoque in ipſo manet. Sed cum aliqua latio ſit ſm eius naturam ſibi neceſſaria hæc igitũ eſt: ne ea qua ſurſum pergitur, an ea qua deorſum: an alia quędam: aliquã enim eſſe neceſſe eſt. Quod ſi non eſt magis ea qua ſurſum, ꝙ̃ ea qua deorſum itur, aer ſuperior lationẽ ad ſuperius non prohibet: igitur nec is aer qui infra eſt, eam prohibebit qua deorſum pergitur: eaſdem enim cauſas eiuſdem quorundam eſſe neceſſe eſt.

Nunc cõfutat has poſitiones & primo ĩſimul, hoc pacto, ſi terra quieſcit aut cõuerſione cohibente, aut latitudine aerem coartante, violẽter quieſceret in medio, tũc **H** vltrà, terra quieſcit violenter in medio, igitur aliquo alio motu mouebitur naturaliter, modo hoc non videtur, qa nec deorſum magis, ꝙ̃ ſurſum, nec econtra, inquit, at ſi neq; conuerſione cohibente, neq; latitudine coartante, terra quieſceret, hoc eſt ſi eſſet remotũ omne impediẽs, quo nam ferretur: aere quidẽ ipſo ſubtermeante atq; cedente, vt per caſum ponatur, & probat ꝙ debeat ad aliquem locũ moueri, & inquit, ad mediũ enim vi mota eſt ſm oẽs, qa in hoc conueniunt, vi quoq; in ipſo manet, vt etiam cõſentiunt, ſed cum aliqua latio eſt ſibi ſm naturã neceſſaria, hęc igitur, eſt ne ea qua ſurſum pergitur, an ea qua deorſum, an alia quędã. Dico hoc, qa aliquã eſſe neceſſe eſt, nec vitari poteſt per ſuppoſitiones, & cũ nõ poſſit aſſignari niſi motus ad mediũ, ipſa ad mediũ quieſcet naturaliter. Addit tamen ſpeciatim contra ponen-

E tes latitudinẽ, & inquit, ꝙ ſi nõ eſt magis ea qua ſurſum quã ea qua deorſum itur, aer ſuperior lationem ad ſuperius nõ prohibebit, quia nõ reſiſtit ꝑmenti, igitur nec is aer qui infra eſt, eã prohibebit, qua deorſum pergitũ, qa ſimili ratione non reſiſtit illi, oportet enim reſiſtere ſi terra coartaret atque pelleret, & quia concluſum eſt ipſam non magis deorſum quã ſurſum tendere, nec ipſa magis ſurſum quã deorſum pellet, vel coartabit, & ſic omnino nulla eſt cauſa ex coartatione aeris accepta. Hæc contra hos argumentatus eſt inſimul.

Pręterea illud etiam ad Empedoclem aliquis dicet: quando enim elementa ſeorſum à lite diſtabãt, quę nam cauſa terrę quietis erat: nõ enim et tunc conuerſionẽ cãm aſſignabit.

Speciatim obijcit Empedocli, & Simplicius hanc interrogatoriã rationẽ ſic interpretatur, ꝑtereà illud etiam ad Empedoclẽ aliquis dicet, quãdo enim elementa ſeorſum inter ſe à lite. i. ꝑpter litem diſtabant, vt tẽpore mũ- Expoſitio Simpl.

F di ornatus, quę nam cauſa terrę quietis erat, non enim et tunc conuerſionẽ cauſam aſſignabit. Hęc Simpli. & Expoſitor. Quod quidẽ ſtare nõ poteſt, primo qa hęc interrogatio facta eſt prius ab Ariſto. videlicet, ꝑpter qd nunc in mundi ornatu terra quieſcit, & eſt ſoluta ꝑpter motũ cęli, qui in mundi genitura pepulit ad centrũ conuerſionis, et qui nunc terrã pulſam cohibet moueri, et ſic friuola videtur interrogatio ſm hanc expoſitionem. Confutatio.

Melius igitur cũ Auer. & Alexan. dicerẽ, ꝑtereà illud etiam ad Empedoclẽ: aliquis dicet, quãdo enim elementa ſeorſum à lite diſtabant, vtpotè tempore quo amicitia dominabatur, veluti in mundi cõfuſione, quę nam cauſa terrę quietis erat, non enim & tunc conuerſionẽ cauſam aſſignabit, qa nõ erat cęli motus vllus, & tamẽ tunc quieſcebat terra, igitur Empedocles ſibi ipſi cõtrarius & inſufficiens videtur. Sed replicat Simpli. huic expõni ꝑ hoc qa in mũdi confuſione terra nõ eſt, igitur non eſt rectè quęrere, quare nũc quieſcit, omnis enim quęſtio ſupponit ſubiectum eſſe, primo Poſteriorũ. Sed hęc replica **G** friuola eſt, nam Empedocles elementa rerũ principia poſuit, & ingenita atq; incorruptibilia, bene tamen per concordiã cõfuſibilia, & per litem diſtincta, q̃ſtio igitur ſupponit terrã eſſe, & eſt ſm rei veritatẽ, licet nõ ſm eẽ diſtinctam ab alijs, & proptereà quęſtio eſt conueniens. Expõ propria.

Inſuper etiam abſurdum eſt prius conſiderare terrę partes, ob conuerſionem ad mediũ eſſe latas: nunc autem nõ quã ob cauſam vniuerſa quę pondus habent feruntur ad ipſam: non enim conuerſio nobis propinqua eſt. Pręterea quã ob cauſam ignis etiam ſurſum fertur: non enim ob conuerſionem. Quòd ſi hęc aliquem ad locũ aptus eſt ferri, idem etiã de terra putandum eſſe patet.

Secũdò oſtendit cęli conuerſionẽ nõ eſſe cauſam quie**H**tis terrę ad mediũ (vt dixit Empedocles,) niſi vt nũc, nõ ſimplr & omni tpe: nã licet in litis principio cęlum pepulit ſua cõuerſione terrã, qa illã tangebat, nũc quo nam pacto expellere poteſt illius partes, cũ nec illas nec nos tangat, oportet enĩ mouẽs & motũ ſimul eſſe. Debes ſcire, vt ex verbis Auer. & Alexan. colligitur, Empedoclem potuiſſe reddere cauſam motus terrę ad mediũ in prima mũdi genitura, nã cũ cęlũ cępit conuerti expulſit ignẽ, ignis aerẽ, aer deniq; aquã & terrã, at nunc illa vniuerſali expulſione facta, Empedocles cauſam aſſignare nõ poteſt partiũ eius, et ſic illa cauſa fuit ſm tẽpus, & nõ ſimplr. Secũdò debes ſcire ꝙ licet Empedocles poſſit aſſignare cauſam motus terræ ad mediũ, nõ tamen quietis eius in medio, qa vt rectè Auer. ait auctoritate Alexãdri, q̃ ꝑpter circũgirationẽ ad mediũ pelluntũ, ſimul cũ illo circũuecto mouentũ, vt patet de ligno in aqua et aqua

in

in cyatho motis, quare nõdũ patet cã quietis terræ ſimpliciter. Secundo arguit Ariſt. duorũ contrariorũ ſi aliqd' eſt nãle vni, oppoſitũ illi erit naturalis oppoſito illi⁹. & p cõſequẽs cũ ignis nõ moueť ſurſum ob cõuerſionẽ, nec terra deorſum mouebiť ob cõuerſionẽ: nõ.n.erit maior rõ de terra q̃ de igne, cũ oĩa eńta ſubdãtur cœlo. Et põt ad hoc addi rõ Alex. qa ſi terra eſſet mota ad mediũ in prima mundi genitura, & nõ ob eius naturã, ſed vi cõuerſionis cœli, oĩa eńta vi eiuſdẽ cõuerſionis eẽnt ad medium pulſa, & ibidẽ detẽta: & ſic nõ magis ignis ad cõcauũ veniſſet q̃ terra ad mediũ. Et hoc ſonat rõ Ariſt. Inquit.n. preterea quã ob cãm ignis ẽt ſurſum fertur: nõ.n. ob cõuerſionẽ, qa illa ſui vi pellit ad mediũ eius, q̧ ſi hic aliquẽ ad locũ aptus eſt ferri, & nõ vi conuerſionis cœli, idẽ ẽt de terra putãdũ eſſe. patet, vis.n. cõuerſionis non magis terrę applicabiť q̃ igni, vel alteri cuiuis eńto: quare, cũ ignis ꝓpria natura ad cõcauũ venit, & nõ vi cõuerſionis, igiť nec terra ad mediũ venerat vi cõuerſionis, ad oĩa nãq; vis cõuerſionis æqualr ſeſe habet, tãtoq; magis ad ignem quanto ſibi propinquior eſt. Et hęc Alex. expoſitio ẽ acutior, et magis ad robur rõnis. Aut forte hæc ratio poteſt formari ſic, quia ſicut ſeſe habet ignis ad motum ſurſum, ita terra ad motũ deorſum, ſed ignis ſua natura ſurſum fertur, et non ob cœli cõuerſionem, igitur et terra deorſum. Et hoc modo ratio etiam literę conuenit.

B Inſuper etiã nec conuerſione graue & leue definitũ eſt, ſed eorũ quæ prius erant grauia, atq; leuia, alia in ipſum veniunt medium, alia ſui motu ſuperferuntur: erat igitur & anteq̃ conuerſio fieret, aliud graue, aliud leue.

Tertio arguit Ariſt. Enthymematice ſic, ſi cœli cõuerſio non eſt cã diſtõnis ſpecificæ eńtiotũ, ſed alia ante cõuerſionẽ ad mediũ, alia ẽ medio moueri apta, igiť anteq̃ cõuerſio fieret erãt formæ, graue & leue, videlicet qu'b⁹ eńta ꝓpria in loca moueri erant apta. Et forte ſylls (vt

C Auer. indicat) eſt iſte, graue eſt id à quo res eſt apta moueri ad mediũ, & leue id quo eſt apta moueri à medio. Sed cœli cõuerſio nec eſt graue nec leue, igiť cœli cõuerſio nõ eſt id quo eńta ſunt apta moueri ſurſum aut deorſum. Et forte textus Ariſt. põt reſolui in duos ſyllõs. Primus eſt, quæcunq; nõ diſtinguũtur aliquo p ſpecificã diſtinctionẽ, nõ mouẽtur illo p ſe. Sed eńta nõ diſtiguunť cœli cõuerſione, igr̃ nec p ſe cœli cõuerſione mouebunť. Secũdus eſt, q̃cũq; ſunt añ aliqd nõ hñt motus, & opera ab illo. Sed eńta ſunt añ cœli cõuerſionẽ, igr̃ nõ hñt p ſe motus & opa à cœli conuerſione, vr̃.n. hæc duo indicare Ariſt. in ſuo Enthymemate, cũ añs ſumpſit copulatum.

Quæ quonã diſtincta erãt, & quomodo & quo erãt apta ferri? nam ĩfinitum ſi ſit: ſurſum & deorſum eſſe nõ poteſt, quibus graue, atq; leue definita ſunt. Qua ratione fit vt plurimi circa huius rei cauſas elaborarint.

D Auer. autẽ reducere enitiť verba hæc ad quartã rõnẽ cõtra Empedoclẽ, quatenus vr̃ reducere ipſum ad cõtradictionẽ p conceſſa ab eo: at hęc expõ nullatenus textui conſonat. Propterea vr̃ mihi Ariſt. demũ refellere quaſi ex nunc dictis cõtra Emped. primã põnẽ, q̃ dixit problema de quiete terrę eſſe nullũ, ſupponit.n. eẽ mediũ locũ, ſuperũ, & inferũ, at talia loca eſſe nõ pñt, quia mũdus infinitus eſt, in quo nihil eſt ſurſum, nihil deorſum. Cõtra hos quaſi rõnẽ innuit p hoc, qa tũc ceſſarẽt definitiones grauis & leuis, qa graue p locũ deorſum, leue p locũ ſurſum definiť, q̃re ſi hæc loca ceſſabũt, tũc ceſſabũt definitiones grauiũ & leuiũ, & ita nihil eſſet graue, nihil leue ĩ natura, at cũ hęc ſunt impoſſia, reſtat ſupponere eſſe graue & leue, & locũ ſuperũ, & inferũ, & q̃rere cãm problematis, videlicet quã ob cãm hoc ſurſum, illud deorſum feratur, inquit [Quæ quo nam diſtincta erant, & quomo-

A do, & quo erant apta ferri, ſupple ſi infinitum eſt vniuerſum: nam ſi infinitum ſit, ſurſum locus & deorſum eſſe non poteſt, quibus graue atq; leue definita ſunt, & ſic ceſſant omnia. Quæ res cum ſit impoſſibilis, ideo ſupponẽdum eſt graue & leue eſſe, & loca ſurſum & deorſum, qua ratione fit vt plurimi circa problematis cauſam elaborauerint, quia ſuppoſuerunt mundum eſſe finitum, & eſſe illa loca diſtincta. Hoc modo textus eſt intelligẽdus, licet non abſq; difficultate.

Sunt autem aliqui qui ob ſiĩitudinẽ ipſam manere dicãt: queadmodũ ex priſcis Anaximander. Id.n. inquit, quod in medio conſtitutũ eſt, & qd' ad extrema æqualr ſeſe habet, & ſimul atq; neq; ad cõtraria moueri põt, nõ ſurſum magis q̃ deorſum, aut verſus latera ferri contingit, quare neceſſario illud manebit.

B Nunc narrat poſitionem antiquiſsimi Anaximandri de cauſa quietis terræ, hic enim voluit terram quieſcere ob ſimilitudinem, hoc eſt ob ſimilem habitudinem quã terra ipſa habet ad cœlum. Et æquidiſtantiam ab illius qualibet parte. Id enim quod in medio collocatum eſt totius & quod æqualiter ad extrema cœli ſeſe habet, nec eſt aptum moueri ad contraria ſimul, non ſurſum magis q̃ deorſum aut verſus latera ferri contingit, & ſic terra neceſſario ob talem ad cœlũ conformitatem atq; æquidiſtantiam neceſſario in medio manet. Hæc Anaximander antiquus.

Auerroes vero hanc poſitionem declarat exẽplo quodam, vt ſi corpus quoddam imaginaremur ſphæricũ adamantinum, ſiue magnetinum, et in medio illius ferreum corpuſculum rotundum, vt centrum, tunc patet tale centrale corpus in medio quieſcere, quia æqualiter attraheretur ab omnibus partibus illius, nec ſimul ſit aptum moueri motibus contrariis. Et quia hæc poſitio habet colo- Auer. cõ. 10

C rem addit Auer. hanc eſſe minus falſam: nam aliæ poſitiones motum & quietem terræ aiunt eſſe violentum. Confutatio Auer.

Hæc vero ait motum eſſe naturalem ad medium, quietem autem violentam. Sed an hoc ſit verum ad mentem Anaximandri dubito, non enim videtur menti conueniẽs poſſe eſſe ad aliquem locum motum naturalem, et quietem violentam eiuſdem corporis, propterea videtur hæc poſitio (ſi eſt, vt dixit Auer.) minus rationalis, concedens enim partem veritatis ponit implicans cõtradictionem, ideo hic locus conſiderationis eſt.

Sed hoc lepide quidẽ, non vere tñ dictum eſt: hac.n. ratione omne quod in medio poneretur, maneat in illo neceſſarium erit, quare & ignis ibidem quieſcet: quippe cùm id quod dictum eſt, terræ proprium non ſit.

Sed refellit poſitionem hanc. Primo per impoſſibile, quia tunc omne quod in medio poneretur, ibidem quie-

D ſceret: & ſic ignis illic maneret propter eandem quã habet ad cœlum rationem, quã & terra habebat. Hoc autẽ falſum eſt, quia non eſſet aſsignatum vt terræ proprium: aſsignauit.n. quietis terræ propriæ cãm propriam ex ſimilitudine ꝓportionis ad partes cœli, quare cũ hæc cauſa poteſt igni accommodari, videtur non propria.

Sed ambiges fortaſſe, quia diceret aliquis non eodem modo eſſe de igne & terra: nam ignis nõ eſt aptus ſua natura quieſcere in medio: at terræ eſt naturale. & per conſequens obiectio Ariſtotelis nulla. Innuit Auerroes ſolutionem, rationem Ariſto. eſſe fundatam in dicto Anaximandri qua æqualem terræ à cœlo vndiq; diſtantiam, cauſam quietis aſsignauit. Hæc enim æqualis eſt in igne & terra et omni corpore ſi in medio poneretur. Et addit Auer. hanc rationem poſſe reduci cõtra Empedoclem, qui dixit quietem terræ eſſe, quia eſt in medio conuerſionis, ſic enim poſſet ſeq. de igne, ſi in medio poneretur. Auer. cõ. 21

Et

Et Auerroes narrat poſitionem Themiſtij, & ſolutionem ad rationem Ariſtotelis. dicit enim Themiſtius primo, ꝙ hæc ratio non eſt vniuerſalis de omni corpore poſito in medio, & propterea vult rationem habere vim per exemplum Platonis de Naui. inquit enim Plato in Timæo, ꝙ ſi aliquod pondus ponatur in medio nauis, non facit illam ad alterum laterum præponderare propter æqualitatem, ita quod dicitur de igne. Dicit ſecundo, ꝙ hæc ratio eſt communis, ſed quæſiti eſt cauſa propria perquirenda. Hæc enim cauſa poteſt accommodari omnibus quæ in medio ponerentur. Dicit tertio hanc rationem eſſe ad hoīem: nam cū Plato vl'em cauſam quietis terrę æquidiſtantiam talem aſsignauerit, videt Ariſt. concludere illam, vt non modo vl'em terræ, ſed omnibus alijs quę in medio ponerentur. Contra quem Auer. ait non bene eſſe dictum hanc rationem eſſe ad hoīem, quia eſt ſecundum rē: procedit. n. ex ſimili ratione cauſæ, quæ poteſt in omnibus eſſe eadem. Vlterius Themiſtius ſoluit rationem Ariſt. contra Anaximandrum, quia eſt cōtra Platonem, vbi debēs ſcire Themiſtium voluiſſe pro poſitionem fuiſſe vl'em cū exceptione, hoc videlicet pacto, omne poſitum in medio æqualiter illic quieſcit, modo ſit de illis quæ apta ſunt illic quieſcere. Ad propoſitū autem ignis non eſt illic quieſcere aptus, ſed violenter.

Quæ Auer. cōtra Them. Quę Them. ad rationem Ariſt.

F

Hinc ratio Ariſt. nulla eſt contra Plato. eſt. n. ſermo Plato. vl'is accommodate, non ſimpliciter: cuius exemplum ponit de hoīe: nam ſi homo in medio poneretur mundi, qua ratione eſt graue, illic qeſceret, quia tñ eſt aīal, eſſet moueri aptum alium in locum. Sed huic ſolutioni obiicit Auer. nam ſi Plato loquitur in corporibus aptis quieſcere, aut loquitur de quiete violenta, aut naturali. ſi de violenta, cū ignis poſsit violenter quieſcere, ratio Ariſt. adhuc de igne militabit. Si de quiete naturali, igitur terra non ob æqualem ad cœli partes diſtātiam quieuit, ſed ob eius naturam, & ſic ſuæ quietis nulla alia eſt cauſa niſi eius natura, ſiue ſpecies. Secundo ſi intelligitur in aptis quieſcere, tunc ignis non moueretur ad concauum, nec collocaretur in concauo. patet quia ibi nō eſt aptus quieſcere: nam mouetur perpetuo motu firmamenti in illo.

G

Tertio Anaximāder aſsignauit cauſam quietis terræ ob æquidiſtantiam ad oēs cœli partes. Sed hæc cauſa poteſt igni accommodari, igitur & de igne valebit. Sed tunc Auer. mouet dubitationem contra ſe, quia videtur dictum Ariſt. non eſſe vniuerſale: non enim ignis quieſcit in medio in quocunq; caſu, quia non quando poneretur parum citra medium, & ſic videtur impoſsibile Ariſt. eſſe particulare ſolum in caſu, in quo ignis eſſet præciſe in medio. Reſpondet Auer. cōcedendo rationē Ariſt. ſupponere caſum illum, ꝙ ignis ſiet in medio præciſe. Et addit ꝙ tunc ſecundum hanc poſitionem Anaximandri cauſa ſua non valeret niſi de terra centrali, non de ſuperficiali: nam hæc non æquidiſtat ab ipſius cœli partibus. Amplius non valeret de gleba, quæ in ſublime attolleretur. Hæc Auerroes. Sed tunc dubitabis, vtrum ſi aliqua ignis portio præciſe in centro poneretur, ibi quieſceret.

H

Ex verbis enim Ariſtotelis non habemus quid certi, quia ipſe arguit ad opinionem illius, ſi enim terra quieſceret ob æquidiſtantiam, ignis poſſet ibi quieſcere, & ſic non eſt cauſa propria terræ. hæc Ariſtoteles: ex quibus nihil certi habemus: propterea arguitur quòd ibi nō quieſceret, quia ſi ibi ſemel quieſceret, tunc ſemper quieſceret, igitur violentum perpetuum. Amplius, tunc corruptibile redderetur æternū, & multa alia ſequi poſſunt. Teneri poteſt ignem ibi quieſcere & violenter: eſſet enim aptus moueri ad circunferentiam, licet ad illam nunꝗ̄ ferretur. Et tunc dicerem ad primum nō eſſe violentum perpetuum, quia talis ignis corrumperetur à natura vniuerſali ad euitandum impoſsibile. Sed dices quid nam reſiſtit igni ne moueatur à medio, dic ꝙ nihil poſitiue, ſed bene aliquid priuatiue, quod eſt eſſe indifferens ad motum cuiuslibet loci. Hæc de quæſtione.

E

Inſuper etiam nec neceſſarium eſt, non. n. duntaxat in medio manere videtur, ſed ad medium etiā ferri: quo. n. quæuis ipſius pars fert, eo vniuerſam etiam ferri neceſſariū eſt: at quo ſuapte natura fertur, ibi quoq; ſuapte natura manebit, non igitur quia ſiſt ad extrema ſeſe habet, manet: hoc. n. oībus commune eſt, ferri autem ad medium, terræ proprium eſt.

Secundo arguit contra Anaximandrum: oſtendens eius cauſam non eſſe neceſſariam, & ſyllogiſmus poteſt componi ſic omne corpus naturaliter motum ad mediū, naturaliter quieſcit in medio, terra corpus eſt quod naturaliter mouetur ad mediū, igitur terra naturaliter quieſcit in medio, inquit. {Inſuper etiā nec neceſſarium eſt, ſubaudi dicere terram quieſcere in medio ob æquidiſtantiam. tunc accipit vim minoris, & inquit. {Non enim duntaxat in medio manere videtur, ſed ad medium etiā ferri, hæc eſt minor, cuius probationem ſubdit, dicens. {Quo enim quæuis ipſius pars fertur eo vniuerſam etiā ferri neceſſarium eſt. In corporibus enim ſimplicibus eadem eſt natura totius & partis. Tunc quaſi maiorem addit in eius exemplo, & inquit. {At quo ſuapte natura fertur, ibi ſuapte natura manebit. Hæc videtur vis maioris. Ex hoc ſyllogiſmo, non propriam concluſionem intulit, ſed concludit tranſumptum, dicens. {Non igitur quia ſimiliter ad extrema ſeſe habet, manet, & addit huius cauſam dicens. {Hoc enim omnibus commune eſt, quia omne corpus, ſi æquidiſtaret à circunferētia, quieſceret, at ferri in medium, proprium eſt terræ. Hæc eſt expoſitio textus.

Auerroes vero ſic rationem textus format, & vtitur regula topica, videlicet contrariorum contrarię ſunt cauſæ. Sed cauſa quietis terræ eſt æquidiſtantia à circunferentia. igitur cauſa quietis terræ ſurſum eſt exitus ab æquidiſtantia, & ſic vbicunque poneretur terra extra medium: poſſet illic quieſcere, etiam in concauo quieſceret. Obiicies fortaſſe, quia nos partes terræ non ad centrum moueri cernimus, ſed ad ſuperficiem terræ, & ſic falſum eſt terram petere centrum, vt Ariſtoteles concluſit contra Anaximandrum. Reſpondet hoc eſſe per accidens ob impedimentum, cuius ſignum eſt, quia videmus grauia vigorari in motu, tāto quidem plus, quanto magis erunt prope medium, ita hoc non per ſe, ſed ob impedimentum eſt. Alexander autem, vt Auerroes auctoritate Themiſtij narrat arguit ſic. ſi cauſa quietis terræ eſt æquidiſtare à circunferentia cœli, tunc cauſa motus terræ ad medium eſſet æquidiſtare à cœlo. tenet conſequentia, quia vna & eadē eſt cauſa finis, & mediorum in finem, quare cum quoties ſit finis, & motus ad medium ſit ordinatus in quietem, ſi æquidiſtantia eſt cauſa quietis, erit etiam cauſa motus: at æquidiſtantia non eſt cauſa motus ad medium, igitur nec quietis. hæc Alexander. Ex his videtur Alexand. talem voluiſſe cōſequentiam, æquidiſtantia non eſt cauſa motus terræ ad medium, igitur non eſt cauſa quietis terræ in medio.

Auer. c. 6. 92

Obiicit huic Them. quia non valet, viſus non eſt cauſa ambulationis, igitur non eſt cauſa viſionis: & in propoſito non valebit æquidiſtantia non eſt cauſa motus terræ ad medium, igitur non eſt cauſa quietis, eo quia quies & motus ſunt diſperata, & ita ſtat aliquid eſſe cauſam quietis, quod non eſt cauſa motus, eſt enim vt Them. inquit, hæc regula, quod quorum cauſæ eædem ſunt, etiam ipſa ſunt eadem, & ſic non valet. Secundo obiicit Them. ei quod Ariſt. et Alexan. dixit, ꝙ videlicet cauſa motus, et quietis terræ in medio, eſt grauitas: nā ſi grauitas eſt cauſa motus ad medium, igitur quando graue erit in medio, vel non erit amplius graue, aut grauitas nō erit cauſa quietis: primum eſt impoſsibile, eſt enim eſſentiale terræ eſſe graue, & ita grauitas nō erit cauſa quietis terræ i medio.

Et his

pſ Them.

Ex hic dat Themiſtius cauſam motus eſſe exitum ab æquidiſtantia, cauſam vero quietis eſſe grauitatem æquidiſtantem, & ita vult Themiſtius tria. Primum eſt cõſequentiam illam non valere, æquidiſtantia non eſt cauſa motus terræ in medium, igitur nec quietis. Scd̃o vult grauitatem nec motus nec quietis eſſe cãm eſſe. Tertio vult cãm quietis eſſe æquidiſtantiam, cauſam, vero motus eſſe exitũ ab æquidiſtantia. Hæc Themiſt. vt narrat Auer. Huic poſitioni obijcit Auerr. nam vna eſt cã finis, & ordinati in finẽ, & econuerſo, ſed motus eſt ordinatus in finem, et quies eſt finis motus, igitur vna eſt cã vtriuſq;, igit̃, ſi aliquod principiũ eſt cã motus terræ ad mediũ cum aliqua diſpõne, idem erit cã quietis in medio cũ diuerſa diſpoſitione, & ita grauitas eſt cã motus in mediũ cũ hac diſpõne, quæ eſt eſſe extra medium, quietis aũt cum hac diſpõne quia eſt in medio. Tunc ad rõnes Them. ſoluit Auer. & vult non eſſe inconueniens, vnam eandẽq; cauſam eſſe diuerſorũ effectuum inuicem ordinatorum diſpoſitione diuerſa, vt grauitas eſt cã motus ad mediũ cum hac diſpoſitione, quæ eſt eſſe extra mediũ, et eadem eſt cã quietis cum hac diſpõne, quæ eſt eſſe cũ medio.

Obiectio. Auer. cõtra Them.

B

Ex his contra Themiſt. ſequitur, quia ipſe vſus eſt diſpõne agentis ꝑ agente, vtitur. n. æquidiſtantia pro agente quietem, & exitu ab æquidiſtantia pro agente motum, qd̃ eſt impoſſibile, æquidiſtantia. n. diſpoſitio eſt agentis pro quiete, exitus ab æquidiſtantia diſpoſitio pro motu. Errauit igit̃ Themi. in logica dupliciter. Primo per fallaciã ſm qd ad ſimpl'r, eſſe. n. extra medium eſt cauſa ſm quid, & eẽ graue eſt cã ſimpl'r. Scd̃o per ſallaciam accidentis. Nam eſſe extra locum eſt cã per accidens motus, ſed graue per ſe.

Et ꝙ tales diſpõnes ſint non per ſe nec ſimpl'r, probat, quia ſi eſſent cauſæ per ſe & ſimpl'r, tunc inuenirentur ſp cum graui tam in medio q̃ extra mediũ cõſtituto, qd̃. n. per ſe & ſimpl'r cã eſt alicuius, nunq̃ ab illo ſeparatur. Et ſic qñ Ariſt. dicet grauitatem eſſe cãm motus & quietis loquit̃ de ipſa ſumpta cũ diſpõnibus cõtrarijs, veluti nauta ſua pñtia ſalutis nauis cã eſt, abſentia vero ſubmerſionis.

C

Ex his patet vis rõnis Ariſt. ſi æquidiſtantia eſt cã quieti per ſe ſimpl'r, vt dixerũt antiqui, tunc ipſa etiam eſſet cã motus ad mediũ, at cũ illa non ſit cã motus, igitur nec quietis. Hæc pro Alex. & Ariſt. Auer. elaborauit.

Debes ſcire ꝙ ego nõ vidi Themiſtium nec hæc legi in Alexandro, ſcio tñ nec expõnem Auerro. nec illam quã Alexandro tribuit cõuenire verbis græcis, ꝑpterea non cõfido, ea tñ quæ dixit ſunt ſubtiliter dicta.

Duo colligũtur de mente Auerro.

Ex his Auer. dictis colligunt̃ duo, quorũ primum eſt grauitatẽ eẽ cãm motus ad mediũ per hanc diſpõnem, q̃ eſt eſſe extra medium, et quieti per aliã videlicet per æquidiſtare a cœlo. Scd̃m eſt ꝙ idẽ eſt agens ordinatorũ in finẽ & ipſius finis, & econtra.

Contra. 1.

Contra primũ arguit̃. Moueri ad medium eſt naturale graui, eſſe vero extra mediũ, eſt eidem violentũ: modo arguo. Nullũ agens naturale & per ſe agit effectum naturalẽ mediante diſpõne violenta, diſpõ. n. & finis diſpoſitionis eiuſdẽ ſunt naturalitatis, igitur graue non agit motũ ad mediũ mediante illa diſpõne.

D

Secundo. Nullũ agens per ſe vtit̃ diuerſis diſpõnibus poſitiuis nec ad vnũ nec ad oppoſitos effectus, qm̃ vna natura nõ vtit̃ niſi vno inſtr̃o, vt dicitur tertio de anima cõ. 5.

Contra 2.

Cõtra ſecundũ etiam dubitatur, qm̃ agentia naturalia vltima ſunt cãæ diſpõnum facientium ꝑ anima rõnali, & deus agit eã in materia, vel ſaltẽ de foris accedit ſm Ari. Scd̃o, vt dr̃ ſecundo Phyſicorũ, artes ſeruientes agunt diſpõnes vt dolatiua, architectonicæ vero & pricipales inducũt finẽ. Tertio ſenſilia agũt ipſa phãtaſmata, & phantaſmata diſponũt intellectum pro intellectione, & tñ intellectus agens facit intellectionẽ, alias obiectiões omitto.

Reſponſio.

Ad hæc dici põt aliquẽ effectum poſſe eſſe naturalẽ dupl'r, eſſentialiter vt riſibile hoi, & accidẽtal'r, vt motus grauis, & riſus hoi. Diceret Auer. ad primũ, non eſſe abſurdũ aliquẽ effectũ naturalem accidental'r ꝑfici ſi ab aliquo agente mediãte diſpõne præter naturali. Sed bñ eẽ abſurdũ de effectu naturali eſſentiali'r.

A

Sed replicabis, cuicũq; repugnat cõſequẽs, eidẽ repugnat añs. Sed eẽ extra medium repugnat graui, igit̃ moueri ad mediũ, ſeſe hñt. n. hæc vt añs, & cõſequẽs, ſequit̃. n. graue mouetur ad mediũ, igit̃ eſt extra mediũ.

Diſſolutio.

Dici põt, illud eſſe verũ in repugnantia logica, et nõ in repugnantia naturali, ſtat n. cõſequens repugnare alicui naturaliter, & non logice, vt in ꝓpoſito. Ad ſcd̃m principale dici põt, nullũ agẽs vti diuerſis diſpõnibus qñ illæ non eſſent ſubordinatæ, mñ illę diſpõnes ſunt ſubordinatæ vti effectus, videlicet motus, & quies. Ad tertiã dubõnem apud Auerr. dici oportet illã ꝓpoſitionem eſſe verã in actiõe naturali, & non volũtaria, & ſic ceſſat rõ de artibus: Corporea & nõ intellectuali, ſiue ſpũali, & ſic ceſſat rõ de intellectu & ipſo phantaſmate, tametſi de intellectione aliter dicã in libro de intellectu, nunc loquor ſm cõem opinionẽ.

Auer. error de humanæ aiæ ꝓductione ex traduce, vt ſcholaſtici loquũt̃.

De rõnali aĩa apud Auer. oportet concedere illã traduci ex ſemine, licet hæc poſitio ſit purus error, vt in libro de intellectu diſputauimus. Auer. tñ putat animam rõnalem traduci ex ſemine patris, & matris hoc argumento, pater & mr̃, & Sol põt inducere oẽs diſpões pro rõnali anima, igit̃ põt gñare illã, quia idem agẽs eſt diſpõnes & gñans, & in actione naturali & corporea vt habet vbiq;, & maxime contra Auic. de colcodea 7. meta. com. 31. Et deceptus fuit, aliud. n. eſt diſponere ad vniõem, & aliud ad eſſe ſiue ꝓductionẽ, pater. n. et mater atq; Sol non ad eſſe ſiue productionem rõnalis animæ diſponunt, illa. n. immediate eſt a deo. Sed ad vnionem. Propterea ſunt cauſę vnionis, & non eſſentiæ ſiue productionis, quod Auerr. ignorauit, ſed vt dixi de his ſatis ample in libro de intellectu, nunc vero ſit dictum in tantum.

Etiam abſurdũ eſt hoc de terra quærere cur nã maneat in medio, & de igne vero nõ quærere, cur nam in extremo quieſcit, nam ſi & illi locus extremus naturalis eſt, patet & terræ locum aliquem natura competere neceſſarium eſt.

Tertio oſtendit Anaximandri poſitionem eſſe inſufficientem, nam incõueniens eſt quęrere cur nã terra in medio quieſcit, & non quærere cur nam ignis in ſummo, q̃a ſi illic natura ſtet ignis, eadẽ ratiõe ſtabit terræ natura in medio: conuenit. n. ei locus aliquis naturalis. Hæc enim ratio valet per regulam topicam videlicet contrariorũ ſi, vnũ eſt alteri cõtrariorũ naturale, & alterum alteri naturale erit, quare cum terra et ignis ſunt contraria, etiam loca ſurſum & deorſum ſunt contrarij, ſequitur ꝙ ſi locus ſurſum ẽ naturalis igni, locus deorſum erit naturalis terræ, & ſic patet inſufficientia rationis.

Inſuper ẽt ſi iſte locus ſibi non eſt naturalis, ſed ob ſimilitudinis neceſſitatem, veluti ea q̃ de capillo eſt ratio, ꝙ nõ diffringatur, cum vehementer quidem, ſimiliter autem vtraq; ex parte tenditur, itemq; ea quæ de ſitiente vehementerq; eſuriente affertur, cumq; pariter æq̃ à cibis potibusq; diſtauerint, quieſcat enim & hoc neceſſarium eſt, quærendum eſt de ignis quiete, quæ in extremis eſt.

Quarto arguit, ſi iſte locus ſibi nõ eſt naturalis, ſed ob ſimilitudinis neceſſitatem quam ad extrema habet eſt, quærendum eſt de ignis quiete, quę in extremis eſt, quare magis illic q̃ alibi, & quare illic, qd̃ nõ aſſignant, & eſt legẽda litera cum parentheſi, interponit. n. rationes ſophiſtarum, quibus probabãt capillum non poſſe frangi ſi vtraque ex parte trahatur, nec ſitiens, & eſuriens poſſe moueri ſi ex vna parte potus, ex altera cibus collocetur, eodem modo videtur accidere his qui terram hoc modo locant, videntur enim locare illam pro hoc, quia

ad

ad neutram partem magis, quam ad alteram trahitur. In quit. {Ioſupe rettam ſi iſte locus ſibí noſ eſt naturalis, ſed ob ſimilitudinis neceſſitatem ſibi competens, hic fiat parentheſis, & tunc accede ad finem illius hoc modo, quærẽdum eſt de ignis quiete, quæ in extremis eſt quam ob cauſam illic eſt, videtur enim accidere his veluti ea quæ de capillo eſt ratio, quod non diffringatur cum vehementer æqualiter vtraque ex parte trahitur, & de eo qui ſimul æqualiter ſitit & eſurit, quando cibus ex vna & potus ex alia parte collocetur. Hæc Ariſtote.

Auer. cõ. 91. Animaduerte de mente Auer. Ariſto. vt Auerro. aie hæc exempla aſſumpſiſſe ad oſtendeodum terram æqualiter tractam a circumferentia cæli non diuidi. Secũdo Soſo. 2. capili. debes ſcire exemplum de capillo eſſe falſum, quia vt Aner. ait, aut potentiæ trahentium ſunt fortiores reſiſtentia capilli, & ita capillus ſcindetur, vel minores, & ita nõ ſcindetur, & quia potentiæ cœli ſunt fortiores reſiſtẽtia terræ tractæ, igitur terra ſcindetur. Tertio dẽs ſcire quod Themiſtius probat quod terra non ſciodetur, quia tractus omni ex parte eſt conſimilis, igitur non magis in altera parte quam in altera diuideretur. Cui reſpondet Auer. quod diuideretur in medio, nam ab æquali tractu ſequitur æqualis diuiſio, eſt autẽ æqualis diuiſio in medio, quia ibi potentiæ trahentium vniũtur, & ſic ex illo æquali tractu diuiſio erit æqualis, & in medio. Ad rationem de eo qui ſimul eſurit & ſitit. Dici poteſt, licet Auerr. non reſpondeat, canem talem ad alterum moueri vtpote ad id, cuius phantaſma fortius moueret imaginatiuam vim, & quia habere maius phantaſma eſt contingens, ideo contingit ad quodlibet moueri, quod ſi cætera eſſent paria etiã ex parte phantaſmatis, moueretur ab intelligentia nõ errante, vel reſponde tu.

Et etiam mirabile eſt de quiete quidem ipſorum quærere, de motu vero non quærere, quam ob cauſam alterum ſurſum, alterum ad medium fertur, ſi nihil impedit.

Quinto deficiunt quia laborant in quærendo cauſam quietis terræ, & non in quærendo cauſam motus, quum de vtroque ſit quæſtio non parua, igitur omni ex parte videntur inſufficientes.

Præterea etiam nec verũ eſt quod dicitur, per accidens tamen hoc verum eſt, neceſſariũ eſſe id omne in medio quieſcere, cui non magis huc quam illuc moueri competit, propter hãc enim rationem non quieſcit, ſed mouebitur, non tamen totum, ſed diſſectum.

Sexto reprobat opinionem illam, quia videtur cõmittere fallaciam accidentis, ſiue fallaciam ſm quid & ſimpliciter, non enim eſt per ſe verum ac ſimpliciter vt omne poſitum in medio, cui non magis huc quam illuc moueri competit, ipſum ſimpliciter quieſcat, poterit enim moueri nõ totum huc & illuc, ſed ſectum, per vnam partẽ quidem illuc, per alteram vero huc. per accidens tamen eſſe poteſt, vt ſi corpus tale quod in medio nõ ponitur, eſſet infrangibile, atque ita durum vt diuidi nõ poſſet, vel quia eſſet indiuiſibile.

Auer. cõ. 94. Auerr. autem ſic format hanc rationem, partes terræ non æquidiſtant a circũferentia, & potentia cœli in trahendo eſt pollentior reſiſtentia terræ, igitur in tanto tempore eſſet diuiſa. Obiectio. Sed dices, cur Ariſt. non addidit in antecedente ſecundam propoſitionem, videlicet quod potentia cœli ſit pollentior reſiſtentia terræ. Reſponſio. Reſpondet Ariſto. nõ addidiſſe illam, quia omnibus eſt nota, omnes. n. ſciunt potentiam cœli in trahendo eſſe fortiorem, quàm illam terræ in reſiſtendo. Cõfirmatur hoc, quia collectio partium terræ in medio fuit violenta, & ſic tendunt partes ad motum verſus circumferentiam. Secundo nonnullæ partes terræ, vt montes, ſunt cœlo propinquiores,

E adeo vt videantur a terra ſeparata, igitur ſaltem hi traherentur a cœlo. hæc Auer. Themi. vero reſpondet Ariſto. præſuppoſuiſſe terram natam eſſe moueri a medio, quo ſequitur ipſam diuidi, at apud veteres res nõ eſt hoc modo. Cui Auerroes dicit hanc reſponſionem eſſe verã vel prope veram. Nam terra propter æquidiſtantiam a cœli partibus & ſummam a cœlo diſtantiam, frigida eſt, & quia eſt frigida, eſt grauis, & quia grauis, quieſcit in medio, ſic igitur quatenus hæc poſitio vult remotionem terræ a cœlo eſſe cauſam grauitatis, & per conſequens quietis, recte ſentit, quatenus vero vult æquidiſtãtiam eſſe cauſam talis, non recte ſentit. Sed quicquid ſit de veritate, omnino Themiſtius errat, quia nõ apparet ex verbis antiquorum hæc ſolutio. Occurres, nam in quarto Dub. huius dicitur cauſam grauitatis terræ eſſe formam eius ſubſtantialem mediantibus frigiditate & ſiccitate, igitur non diſtantia a cœlo. Dici poteſt diſtantiam non eſſe Solutio. cauſam principalem, ſed concauſam. Totalis enim cauſa & principalis eſt forma cum qualitatibus. Nonnulli F fingunt duplicem eſſe grauitatem, videlicet naturalem, & accidentalem, naturalem quidẽ proficiſci dicunt a forma & qualitatibus primis, accidentalem vero a diſtãtia a cœlo, ſed de re hac in quarto.

Eadem enim & in igne ratio aſſignabitur, neceſſe eſt enim ſi in medio ſit poſitus, ſimiliter quieſcere perinde atque terrã, quippe cum pariter ad quoduís punctorum extremorum ſeſe habeat, & tamẽ è medio ipſo mouebitur, veluti & ferri ad extremum cernitur, niſi aliquid impediat, non tamen totus ad vnum pũctum fertur: (hoc enim duntaxat euenire ob eam quæ eſt de ſimilitudine, rationem neceſſe eſt:) ſed eius partem ſm proportiõem ad ex G tremi partem ſm proportionem. dico autem vt quartam partem ad quartam continentis partem. Nullum ſiquidem corporum punctum ſit.

Credunt nõnulli hic poni ſeptimam rationem, quod non placet. Potius enim quod dixit de terra, explanat per ſimile in igne. dictum enim eſt terram in medio poſitam ſi traheretur æqualiter a cœli partibus tãdem ſecari, hoc confirmat per ſimile in igne, & inquit. {Eadem. n. & in igne ratio aſſignabitur, neceſſe eſt enim ſi ĩ medio ſit poſitus, ſimiliter quieſcere perinde atque terram, quippe cũ pariter ad quoduis cœli pũctorum extremorum ſeſe habet, veluti & ipſa terra, at oſtendit hoc non poſſe eſſe in igne, vt inferat nec poſſe eſſe in terra, & inquit. {Et tamen e medio ipſo mouebitur, veluti nunc & ferri ad extremum cernitur, vbi non eſt in medio, niſi aliquid impediat, non tamen totus ad vnum cœli punctum fertur, H & hoc, vt ait, concludit dicta ratio, videlicet quòd non feratur totus ad vnum punctum cœli, vel ad diuerſa cœli puncta inſimul, cum quo tamen ſtat partem eius ferri in partem, vt quartam eius ferri in quartam cœli partem.

Et hoc ſequitur ſi corpus nullũ ſit punctũ, & nec ignis poſitus in medio ſit indiuiſibile, vt conceſſit. Democritus dari corpora indiuiſibilia, & ſic patet terra diuidi pro rõne partium trahentium, veluti & de igne contingit.

Vt autem ex magno minorem in locũ mutari poteſt, ſi condẽſetur, ita quoque in magnũ ex paruo, ſi rareſiat: quare etiam terra hoc pacto mouebitur a medio ob rationis ſimilitudinem, ſi non fuerit terræ naturalis locus hic. Quæ igitur de figura, loco, quiete, motu eius putantur, tot fere ſunt.

Concludit

Expoſitio.

Concluſit Ariſto. ignem illum in medio poſitum moueri per diuiſionem partium in partes cœli, & terram eodem modo. Obiectio. Obijciet nunc aliquis, plures ſunt cœli partes ꝙ illæ terræ vel ignis, igitur non poteſt ignis vel terra diuidi, pro partibus cœli. Reſponſio. Reſpondet terram vel ignẽ rareſieri imaginando ipſum ex paruo loco rareſieri ad maiorem, veluti in prima mundi genitura tota terra erat, rareſacta per totum cœlum quaſi diſſeminata, & deinde fuit coadunata ad medium mundi, & in paruam molem reductam, igitur vt terra potuit ex raro fieri denſa, ſic econtra ex denſa rareſieri, & totum cœlum occupare, & ſic tollitur cauillus hic.

Auer. commen. 91. Obiectiones Them.

Auer. vero hunc tex. reſoluit ad enthimema hoc pacto, ſi terra collocatur in medio ob æquidiſtantiam, terra in medio rareſieret, at impoſſibile eſt terram rareſieri, igitur impoſſibile eſt ipſam eſſe in medio ob æquidiſtantiam. Obijcit huic Them. vt narrat Auer. & primo quòd conſequentia non valet, quia per vnam eandemꝗ cauſam terra in medio quieſcit, & non rareſit, quæ

B

cauſa eſt nobis occulta, & propterea conſequentia nulla eſt, niſi declaretur nihil poſſe impedire rareſactionem. Secundo obijcit, quia rareſactio & latio non ſeſe concomitantur, ſtat enim terram quæ quieſcit in medio, rareſieri, & non ferri, veluti ſtat ipſam alterari, & non ferri à medio, & ſic rareſactio & latio reſſunt penitus diſperatæ, & ita ab vna ad alteram, nec affirmatiuè, nec negatiuè valet argumentum. Tertio obijcit, quia ſtat ipſam non rareſieri & ſtare in medio, ſtat enim per æquidiſtantiam, non rareſit vero, quia vndiꝗ æqualiter trahitur. Quarto obijcit, quia ignotum eſt, vnde terra rareſiat, & ſic nihil concludit. Hæc Themiſtius aduerſus rationem Ariſto.

Sol. Auer.

Reſpondet Auerro. & primò refellit Themiſtium quo ad illud quod dixit de cauſa non rareſactionis, dixit enim vnam cauſam eſſe per quam terra non rareſiat, & per quam non mouetur, quæ tamen cauſa occulta eſt, quia non æquidiſtantia eſt, ſed alia ignota, hæc enim fuit prima replica Themiſtij.

C

Obijcit Auer. ſi æquidiſtantia non eſt cauſa quietis, nec eſt cauſa non rareſactionis, ad quid aſſignatur cauſa illius, cum non ſit cauſa illius cauſan, nec conuertibilis cum illo. Videtur igitur ratio Anaximandri committere fallaciam non cauſæ vt cauſa. Hæc ad primum reſpondet, deinde ad tertiam, in qua dixit Them. rareſactionem & lationem non ſibi correſpondere, cum poſſit intelligi terram rareſieri, & non moueri è medio, & ita non ſequitur. Vult Auer. Ariſto. non argumentatum eſſe à deſtructione antecedentis, vt putat Them. ſed à deſtructione conſequentis hoc pacto, ſi terra eſſet in medio per æquidiſtantiam, terra rareſieret. Sed terram impoſſibile eſt rareſieri, igitur impoſſibile eſt eſſe in medio per æquidiſtantiam. Et probat Auer. ipſam non poſſe rareſieri. Tum primo, quia ſi poſſet rareſieri, eſſet ſumme rareſacta, & ſic nec poſſet augeri, nec minui. Tum ſecundo, quia tunc in tanto tempore eſſet diuulſa, & ita terra nõ poteſt rareſieri, quare nec per æquidiſtantiam locari. Ariſtoteles igitur oſten-

D

dit terram non poſſe rareſieri, & non oſtendit quòd ſi rareſit, mouetur extra centrum, arguit enim à deſtructione conſequentis, & nõ à conſtructione cõſequẽtis. Errat igitur Them. dum credit Ariſto. ſic argumentatum eſſe à poſitione conſequentis, & ſic ad tertium. Deinde reſpondet Auerro. ad quartum, dixit enim Them. terram rareſieri eſſe occultum, at Auer. dicit terrã rareſieri eſſe manifeſtum, eo quia cauſa rareſactionis eſt æqualis impetus terræ ad partes circunferentiæ, igitur ſi patet terram non moueri ob æquidiſtantiam, patet ipſam rareſieri propter eandem cauſam, cæteras omittit, quia ex his patent.

Opinio Themiſtij.

Et demum Auer. ponit fundamẽtum Them. qui vult omnes rationes fundari in hoc quòd aliud eſt eſſe cauſam quietis ſimpliciter in eo ꝙ quies, & aliud quietis in medio, & ita vult æquidiſtantiam nõ eſſe cauſam quietis ter-

A

ræ ſimpliciter, ſed quietis in medio.

Refutatio.

Cui Auer. obijcit, dicit hæc non eſſe manifeſta per verba antiquorũ. Ego vero dico digreſſionem non eſſe ad propoſitum, nõ.n. Ariſt. in verbis vltimis textus argumentatus eſt, ſed potius obiectioni ſibi factæ reſpondit, vt viſum eſt. Et prætera ego Them. non vidi, propterea credo vt malè ad Auer. translatum, malè ab eo eſſe intellectum.

Quæſtio.

Sed quicquid ſit, dubitatur, vtrum æquidiſtantia ſit aliquo modo cauſa locationis terræ in medio, & videtur ꝙ non, nulla relatio eſt cauſa abſoluti, æquidiſtantia eſt relatio, & collocatio terræ eſt quid abſolutum. Secundo, nullum ens rationis eſt cauſa entis realis: ſed æquidiſtare eſt ens ab anima, locus vero eſt res extra animam, ꝙ æquidiſtantia ſit ens rationis patet, quia eſt quædam menſura. Tertio dubitatur, quia videtur Auer. ſibi contrarius, nam in commen. 92. dixit æquidiſtantiam eſſe cauſam diſpoſitiuam quietis, in commen. vero. 94. dixit eſſe cauſam remotam pro quanto eſt cauſa frigoris, quod frigus eſt grauitatis cauſa, & graue cauſa quietis terræ, modo hæc videntur valde remota, non enim cauſa cauſæ eſt diſpoſitio illi, quare ſi æquidiſtantia eſt cauſa grauitatis, non eſt diſpoſitio illi, vt ſit cauſa lationis terræ, & ita videtur ſumma contradictio.

Solutio.

Dici poteſt quòd diſpoſitio apud Auer. quandoꝗ intelligitur pro præparatione, modo quo qualitates, & quantitates ſunt diſpoſitiones pro forma. Quandoꝗ pro concomitante & cauſa ſine qua non, & hoc modo dicimus diſgregatiuum viſus eſſe diſpoſitionem albi, quia non poteſt eſſe, quin diſgreget viſum. Ad propoſitum dico, quòd capiendo diſpoſitionem, non pro præparatione, ſed pro cauſa ſine qua non, ſic æquidiſtantia eſt diſpoſitio quietis terræ in medio, quia non poteſt quieſcere, niſi æquidiſtet. Similiter & inæqualiter diſtare diſpoſitio motus. Capiendo vero diſpoſitionem pro præparatione, ſic nec æquidiſtantia eſt diſpoſitio ad quietem, nec inæqualiter diſtare ad motum.

C

Ad rationes, ad primam dici poteſt æquidiſtantiam, quo quidem ad rationem menſuræ eſſe ens rationis, & hoc modo, non eſt diſpoſitio, nec cauſa, quo vero ad rationem quanti, eſt cauſa ſine qua non. Ad ſecundum ſimiliter quo ad rationem quanti eſt abſolutum quoddam, quo vero ad rationem menſuræ eſt relatio. De contradictione dici poteſt ꝙ diſtantia à cœlo ſiue æquidiſtare à cœlo non eſt cauſa grauitatis poſitiue, ſed priuatiue, quæ conſurgit per non caleſieri, Et hoc ſat eſt.

Nos autem agamus primo, an motum habeat, an maneat: nam veluti diximus, nonnulli ipſam vnam ſtellarum fecerunt, nonnulli verò eam in medio collocantes, volui & moueri circa medium polum tradidere: eſſe verò hoc impoſſibile patet. Sumentibus principium, ſi fertur, ſiue extra medium ſiue circa medium, neceſſarium eſſe hoc motu vi ferri:

D

non enim ipſius terræ eſt motus, etenim vnaquæque partium hanc habet lationem, quippe cùm nunc omnes in rectum ferantur ad medium: quapropter cùm motus terræ violentus ſit, præterꝗ naturam, impoſſibile eſt perpetuum ipſum eſſe: at ordo mundi perpetuus eſt.

Expoſitio.

His confutatis, nouum facit principium in quo veritatẽ problematis determinabit, & primo repetit problema, & inquit. Nos autẽ agamus primo, an motũ habeat, an maneat. Et cauſam quæſtionis breuiter repetit D. Nam veluti diximus nonnulli ipſam vnam ſtellarum fecerunt, vt primi pythagorei. Nonnulli non ſtellam, ſed in medio eam collocantes, volui & moueri circa medium polum

hoc eſt circa axem mediam tradidere, vt attributum fuit Platoni, & Heraclitus ponticus opinatus eſt. Sed Ariſtotelis mox contra hos hypothetice ſyllogizat à deſtructione conſequentis hoc modo, ſi terra mouetur, ſiue à medio, ſiue circa medium, omnino ipſa violenter mouetur, deſtruitur conſequens, & primo deducitur conſequentia per hoc, quia quælibet terræ pars circa medium, vel à medio violenter mouetur, igitur & tota, quia vna eſt totius & partis ratio. Deinde deſtruitur cõſequens per hoc, quia tunc motus terræ non eſſet perpetuus, cuius contrarium autumat propter ordinem mundi perpetuum.

Auer. commen. 96.

Quo vero ad verba græca attinet, debes ſcire Ariſtotelem ſic dicere, nonnulli vero eam in medio collocantes, volui & moueri circa medium polum tradidere, polus enim ſcribitur græce. Et in tranſlationibus quas Auerroes habebat, ſcribitur corpus medium & tunc Auerroes per corpus medium intelligit corpus continens terram, quod ideò in medio collocatur, quia eſt intra cœlũ, & circa hoc moueri antiqui dixerunt terram. Secundo exponit per corpus medium quoddam corpus intra terram contentum circa quod reuoluitur. Tertio per corpus medium intelligit centrum, quod ipſe magis affirmat, quia hoc videtur ad mentem Platonis in Timæo.

Confutatio expoſitionis Auer.

Sed iſtæ expoſitiones Auerrois friuolæ ſunt. Prima quidem & ſecunda, quia nemo voluit illam poſitionem, narrauit enim poſitiones omnes, & nunc repetit illas, modo antea nullus eſt explicatus ſic protuliſſe. Tertia vero contra eſt verbum græcum, polus enim græce trifariam ſumi conſueuit, vt Simplicius ſuperius narrauit. nonnunq̃ pro cœlo ipſo, nonnunq̃ pro cœli vertice, nonnunq̃ pro axe mundi tranſeunte per centrũ terræ ad vertices terminata. Propterea expoſitiones hę ſuperfluę ſunt procedentes ex malis tranſlationibus.

πόλος. triplicitèr ſumitur.

Præterea omnia quæ orbiculari latione feruntur, poſt relinqui videntur, pluribuſque vna latione moueri pręter primam ſphæram: quare & terram, ſiue circa medium, ſiue in medio ſit poſita, duabus lationibus moueri neceſſarium eſt, hoc autem ſi accidat, progreſſiones, regreſſioneſq; fixarum ſtellarum fieri neceſſarium eſt, at hoc non videtur fieri: ſed eædem, eiſdem in locis ipſius ſemper exoriuntur, occiduntq;.

Commen.

Secundò arguit Ariſtoteles, & licet ratio poſſit componi multis modis, compono illam ſic, omne quod motu orbiculari mouetur præter primam ſphæram duobus ad minus motibus mouetur, videlicet diurno, et proprio: Sed terra per te mouetur motu orbiculari, & præter primam lationem, igitur mouebitur ad minus duobus motibus, videlicet diurno & proprio. Concluſio eſt falſa, & non propter ſyllogiſmum, igitur ob propoſitiones, & non propter maiorem, fuit enim illa declarata ſuperius, igitur propter minorem, & ſic habetur oppoſitum minoris, videlicet quòd terra non mouetur. Quod vero concluſio ſit falſa, declaratur, vbi enim terra duplici motu moueretur, ſtellæ fixæ, quæ non habent niſi vnicum motum apud Ariſtotelem, videlicet diurnum, non ſemper verſus eandem terræ partem orirētur, terra enim moueretur obliquæ veluti ſtellæ per zodiacum, hoc enim modo mouentur omnes planetæ motibus proprijs, & ſic ſtella quæ oriretur iuxta æquinoctium vno tempore, alio oriretur longius. Hoc autem eſt contra obſeruationem, ſemper enim cor leonis ortum fecit ad eundem punctum ſecundum obſeruationem motus fixarũ, quæ erat temporibus Ariſtotelis.

Auer. commen. 97.

Auerroes vero per duplicem motum, quo terra moueretur, intelligit motum in longitudine, & in latitudine, quos tribuiſſe terræ veteres aſſerit, & tunc iuxta hoc non eſt dubia ratio Ariſtotelis, cùm enim terra eſſet egreſſa à loco priori, ſtella fixa quæ feciſſet ortum ad A punctum, faceret ad B. Sed hoc quod dicit Auerroes, nimis remotum eſt, primo enim an antiqui hoc voluerint, non apparet. Secundo rationem Ariſtotelis nimis infirmat, quia eſſet ſolum ratio ad hominem. At Ariſto. videtur arguere ſimpliciter, & propterea exponendus eſt locus iſte, vt diximus.

Confutatio Eorum quæ Auer. dicit.

Pręterea partium & totius eadem eſt ad medium vniuerſi latio naturalis.

Expoſitio.

Tertiò arguit partium totiuſq; eadem eſt ad eundem locum latio, at partes terræ naturali latione ad medium totius mundi feruntur, igitur & tota terra etiam ad medium ferretur.

Verum, quia hoc eſt, ſi ipſa nunc in centro fixa iacet, dubitabit profectò quiſpiam cùm idem ſit vtrorumq; medium, ad pondus habentia & terræ partes, ad vtrum naturaliter ferantur, vtrum quia eſt vniuerſi, an quia terræ medium eſt. Ad medium itaque quatenus eſt vniuerſi ferri neceſſe eſt: etenim leuia atq; ignis in contrarium terræ ponderibus cùm ferantur, ad vltimum locum qui medium continet feruntur.

Expoſitio.

Mouet conſequenter dubitationem, concluſum enim eſt terram & particulas terræ ad medium moueri, & in medio fixa iacere. Propterea quærit, vtrum grauia & leuia & particulæ grauium & leuium moueantur ad medium ſiue centrum, an quatenus eſt medium mundi, an quatenus eſt medium terræ, eſt enim idem terræ & mundi medium. Reſpondet hęc grauia moueri ad medium, ſiue centrum quo centrum eſt mundi medium, & non quo eſt terræ medium, probat hoc loco à contrario, nam contrariorum contrarij ſunt motus, loca, & rationes mouendi & locandi, ſed leuia & ignis mouentur ad extremum locum mundi, quatenus eſt extremus mundi locus, igitur & terra & eius partes mouebuntur ad centrũ, quod eſt mundi medium.

Auer. commen. 99.

Auer. vero aliter probat, quia ſi terra moueretur ad medium mundi, non quidem quo medium eſt mundi, ſed quo eſt terræ, tunc ignis deberet moueri ad circunferentiam terræ, conſequens eſt falſum, conſequentia vero tenet, nam cum ignis & terra ſint contraria, locus ad quem mouetur ignis debet eſſe contrarius loco ad quem mouetur terra, & ita ſi terra mouetur ad centrum, vt eſt medium terræ, ignis debet moueri ad circunferentiam vt eſt terræ oppoſita: namq; debent eſſe circa idem centrum enim vt medium terræ non opponitur circunferentiæ vt eſt mundi, quia mundus & terra non ſunt idem, igitur opponitur ad circunferentiam vt eſt eiuſdem terræ. Hæc Auer. & bene.

Accidit autem idem medium eſſe terræ ac vniuerſi, quo fit vt ferantur etiam pondera ipſa ad medium terræ, ſed per accidens, quatenus terra medium ſuum habet in ipſo vniuerſi medio.

Expoſitio.

Poſſes fortaſſe obijcere, vtrum particulæ terræ aliquo modo dici poſſint moueri ad centrum ſiue ad medium terræ. Cui Ariſto. reſpondet per accidens particulas terræ poſſe dici moueri ad medium terræ. Dico per accidens, quatenus accidit vnum & idem eſſe mediũ terræ & mundi.

Addit

Auer.commen.100.

Addit et Auer. bonam rationem, dicens hoc eſſe, quia ad eundem locum partes & totum mouentur, at tota terra non ad medium mouetur, quatenus eſt medium terrę, quia ſic alibi poſſet terra moueri, ſed quatenus eſt mediũ mundi, igitur & particulæ eodem modo mouebuntur ad medium mundi, non ea ratione, qua eſt terræ medium, ſed medium ſimpliciter.

Ferri autem grauia & ad ipſius terræ medium, ſignum eſt, quia grauia, quæ ad hanc feruntur, non æquidiſtantia feruntur, ſed ad ſimiles angulos procumbunt, quare ad vnum medium terræ vniuerſiq; feruntur.



Expoſitio.

Sumpſit particulas terræ ferri ad medium terræ, quatenus medium illud eſt mundi: & hoc probat à ſigno, quia omnes particulæ terræ ſi eſſent extra centrum, vt in A B C D circunferentia, non æquidiſtantes feruntur, veluti per lineas parallelas, ſed ad ſimiles angulos procubunt, ex parte quidem circunferentię ad angulos rectos, ex parte vero centri M, ad angulum acutum, igitur omnes ad vnum tendunt punctum.

Patet igitur terram neceſſariò in medio eſſe, atque immobilem, tum ob eas quas diximus cauſas, tum quia pondera, quæ vi ſurſum iaciuntur adamuſſim in idem rurſus redeunt, & ſi in infinitum vis illa iaciat, patet igitur ex his neq; moueri terram, neq; extra medium collocari.

Expoſitio.
Obiectio.

Quæ probata ſunt, nunc epilogat. Sed contra illam hypotheticam occurres, quia videtur non valere, ſi proijceret virtus terram in infinitum ſurſum, illa in eundem locum rediret, quia ſi proijceres in infinitum, nunq; motus ceſſaret petere locum ſurſum, igitur nunq; rediret.

Reſponſio duplex.

Dici poteſt Ariſtotelem per infinitum intellexiſſe ſpacium vltra ſpacium mundi. Vel forte conſequentia eſt bona, quia ex illo conceſſo ſequitur vtrunq;, videlicet, redire, quia graue, & non redire, quia proijcitur in infinitum.

Ad hæc cauſa quietis ex his quæ dicta ſunt patet. Nam ſi apta eſt ad medium vndiq; ſui natura ferri, veluti apparet, & ignis à medio ad extremum rurſus, impoſſibile eſt: quamuis ipſius particulam è medio ferri, vi non illata, quippe cum vna eſt vnius latio, & ſimplicis ſimplex, & non contrariæ, at ea quæ à medio ei quæ in medium, latio eſt contraria.

Expoſitio.

Ex dictis concludit cauſam quietis terræ. Et primò de partibus terrę. Secundo de tota terra. Et de partibus vult terram ob eam cauſam eſſe in medio quieſcentem, ob

A quam naturaliter eſt apta ad medium moueri. Mouetur autem vnaquæq; particula ad medium, ſui natura, vel ſui forma, igitur & in medio quieſcit ſui natura, vel ſui forma, non enim vt dicit idem ob eandem naturam contrarijs lationibus eſt aptum moueri, videlicet latione à medio, & latione ad medium, quia hæ ſunt contrariæ, & nihil contrarijs motibus ferri poteſt ſuijpſius natura, quippe cum vna eſt vnius latio, & ſimplicis ſimplex, vt in libro primo eſt prolixe diſputatum. Sic igitur particulæ quieſcunt in medio ſui natura, veluti in medium mouentur ſui natura. Et ſyllogiſmus literæ eſſe poteſt, illic vnumquodque eo modo quieſcit quo mouetur: ſed particulæ grauis ſui natura mouentur ad medium, igitur particulæ grauis ſui natura quieſcunt in medium.

Si igitur quamuis particulam ferri non poteſt è medio, patet etiam magis fieri non poſ-

B ſe, vt ex eodem vniuerſa feratur, quippe cum eo totum ſit aptũ ferri, & quo & pars ſit apta ferri, quare ſi nec à ſuperioribus viribus moueri poteſt, in medio profectò manere ipſam, neceſſarium eſt.

Expoſitio.

Hactenus quòd particulæ terræ in medio quieſcant ſui natura ex dictis concluſit, nunc de tota terra idem infert dicens, ſi igitur quamuis particulam ferri non poteſt à medio, patet etiam magis fieri non poſſe, vt ex eodem vniuerſa feratur. Quod probat D, quippe cum eo totum ſit aptum ferri, quo & pars ſit apta ferri, propterea concludit, quare ſi nec à ſuperioribus viribus moueri poteſt, in medio profectò manere ipſam neceſſarium eſt. dixit nec à ſuperioribus viribus, quia vt dicitur in lib. de cauſa motus animalium, ſi omnes dij omneſque deæ vellent mouere terram, non poſſent, niſi facerent cœlum

C quieſcere.

Auer.commen.102.
Confutatio dicti Auer.

Auerro. vero tex. aliter intelligere videtur, vult enim Ariſtote. probaſſe terram quieſcere in medio per hoc ſignum, quia partes quieſcunt in medio, quæ expoſitio ſtare non poteſt, quia Ariſto. primo aſſignauit cauſam quietis in partibus terræ per hoc, quia ſua natura ſunt aptæ moueri. Secundo aſſignauit cauſam quietis totius terræ per hoc, quia vna eſt ratio totius & partis, & in mouendo, & in quieſcendo, ideo expoſitio Auer. non facit ad verba Ariſto.

De ſyllogiſmi forma.

Circa vero formam ſyllogiſmi laborat Auer. ideo pro intellectu eorum quæ dicit, debes ſcire Auerro. velle ex tex. Ariſto. duos poſſe confici ſyllogiſmos, primus eſt, ſi partes terræ vndiq; ſui natura feruntur ad medium mundi, terra per eius naturam quieſcit in medio, & tunc poſito antecedente, ſequitur poſitio conſequentis. Secundus ſyllogiſmus eſt, ſi ignis mouetur ſuipſius natura ad circunferentiam, terra naturaliter & ſui natura quieſcit in medio, & iterum vt ſu-

D pra ponatur antecedens, & ſequitur poſitio conſequentis, vult igitur Auer. Ariſto. accepiſſe vnum antecedens copulatum ex illis ambobus antecedentibus, ex quo poſt ea dedit conſequens intentum hoc modo, ſi terra omni ex parte ad medium, & ignis omni ex parte ad circunferentiam fertur, terra ipſa quieſcit ſui natura in medio vniuerſi, at ponatur totum antecedens, & ſequetur concluſio dicta, & ſic ſyllogiſmum Auerrois voluit eſſe formandum. Themiſtius autem voluit ſyllogiſmum eſſe formandum per antecedens ſimplex, non copulatum. Nam illud quod Ariſtoteles dixit de igne voluit eſſe exemplum, & non habere vim rationis, quanq; Auerrois dicat illud quod Alexan. dicit de igne eſſe ab errore tranſlatoris, credens illud non reperiri in codicibus græcis, & quia hoc videtur temerarium, qui enim audeas à textu demere, vel addere, debet videre librum

in ſonte, propterea ſeipſum corrigens redit ad primam expoſitionem. Quæ res eſt non imperita.

Obiectio.

Occurres forte, quia in textu videntur propoſitiones ſuperfluę, quarum prima eſt, motus ſimplex eſt corporis ſimplicis. Secunda, vnus motus eſt vnius corporis. Tertia, & contrarij non ſunt vnius corporis. Hæc enim ſuperfluæ videntur.

Solutio.

Innuit Auer. ſolutionem has non ſuperfluere, ſed eſſe vtiles ad tria, primo vt habeatur terram non poſſe moueri, niſi vno motu, ſecundo vt habeatur quòd hæc corpora ſint ſimplicia, veluti motus ipſorum, tertio quod corpora ſint contraria, veluti & ipſorum motus. Hæc Auer.

Tertio ex verbis Auer. colligitur duplex cauſa quietis, videlicet, ſecundum formam, & ſecundum finem, quieſcit enim terra in medio ſecundum formam quidem, quia ſua natura & ſua forma illic eſt apta quieſcere. Secundum finem vero, quia niſi terra quieſceret, cœlum nõ moueretur, vt igitur cœlum moueatur, ideo terra quieſcit, omne enim quod mouetur indiget quieſcẽte.

Quæſtio. Solutio.

Quęrit poſteà, vtrum poſſit aſſignari cauſa ſecundum agens,

F

& reſpondet quòd ſic, & hanc vult eſſe æquidiſtantiam à circunferentia cœli. Eſt enim æquidiſtantia cauſa frigiditatis, frigiditas vero cauſa grauitatis, grauitas autem cauſa quietis, & ſic æquidiſtantia dari poteſt vt cauſa effectiua, quod veteres voluerũt dicere, licet per fallaciam ſecundum quid, & ſimpliciter, & per fallaciam accidentis, decipiebantur. Aſſignari igitur poſſunt quieti terræ tres cauſæ, vna quidem vt finis, videlicet, ob id quod cœlum mouetur. Alia vt forma, videlicet, quia graue. Tertia vt agens, videlicet, quia æquidiſtat, vnde Them. vult Ariſto. verum dixiſſe, ſed ſine ratione, veteres autem & verum, & cum ratione. Contra obijcit Auer. quia non eſt verum quòd æquidiſtantia ſit cauſa quietis ſimpliciter, ſed per accidens, ſiue ſecundum quid. Amplius, dato quòd ſit cauſa per ſe, non eſt cauſa per ſe, niſi remota, pro quanto eſt cauſa grauitatis, & ſic non recte ſentit Them.

Obiectio.

Sed adhuc occurres, primo, quia terra eſt perpetua, & grauitas eſt perpetua, igitur æquidiſtantia non

G

eſt cauſa effectrix quietis terrę perpetuæ. Secũdo ęquidiſtantia eſt dimenſio, & dimenſio non eſt de principijs actiuis, igitur non poteſt eſſe cauſa vt agens.

Reſponſio.

Reſpondet Auer. quod æquidiſtantia non eſt cauſa effectrix, ſed conſeruans effectiue, quia terra non eſt genita ſecundum totum, licet forte reſpectu partium poſſit eſſe cauſa effectrix, quia terra eſt generabilis ſecundum partes, & ita de nouo quieſcibilis. Ad ſecundum reſpondet, ęquidiſtãtiam non eſſe cauſam grauitatis et quietis quatenus quantitas, ſed quatenus eſt medium motus circularis, & pro quanto facit terram diſtare à cauſis calefacientibus cæleſtibus. Hæc colligitur ex commento, & ſatis acute.

Dubi. prima

SEd circa hæc emergit prima dubitatio, vtrum grauitas ſit cauſa formalis quietis terræ. Et arguitur. Primo quòd non, quoniam priuationis nihil eſt cauſa vt forma, ſed quies eſt priuatio, igitur illius nulla eſt cauſa vt forma. Secundo vna forma non eſt, niſi vnius, ſed grauitas eſt forma terræ, igitur non quietis terræ. Tertio,

H

forma & efficiens non in idem numero concidunt. 12. metaphyſicæ. commen. 36. Sed grauitas eſt cauſa agens motum & quietem, igitur non forma, quòd grauitas ſit cauſa agens motus & quietis videtur, Quarto cõmento. 12. Quinto non eſt idem forma motus & quietis.

Solutio.

Pro reſponſione debes ſcire, quòd dum dicitur grauitas eſt forma quietis, vel motus, intelligi poteſt dupliciter, vno modo pro prima illius perfectione, quæ forma partis dicitur, & ſic nec quietis, nec motus poteſt eſſe forma. Alio modo pro omni intrinſeco alicui, à quo illud dependet, quo medici dicunt calorem eſſe formam nutritionis, pro quanto eſt quid intrinſecum nutritioni, nutritionem intrinſece efficiens, & ſic forma idem eſt quod agens proximum & in actu, efficiens vero per excellentiam dicitur de extrinſeco, & ſeparato. Per hæc ad rationes patet ſolu-

E

tio, omnes enim concludunt grauitatem non eſſe formam primo modo, bene tamen eſſe poteſt forma ſecundo modo, quæ cum agente concidit.

Secunda du[bitatio]

Secundo dubitatur, vtrum diſtantia à cœlo ſit cauſa frigiditatis, & per conſequens grauitatis, & videtur quòd non. Primo, quia frigiditas eſt accidens eſſentiale elemento, igitur conſequens formam ſubſtantialem elementorum, vt dicitur octauo phyſicorum cõmen. 4. Secundo tunc partes ignis eſſent graues aliquantulum, vt illæ quæ ſunt prope aerem, quia ſunt aliquantulum à circunferentiæ ambitu remotæ.

Solutio.

Defendi poteſt Auer. per diſtinctionem frigiditatis & grauitatis, poſitiuæ, & priuatiuæ, poſitiuà enim frigiditas vel grauitas elementaria proprietas eſt, priuatiua vero cauſatur per priuationem cauſarum calefacientium. Tunc ad primum patet ſolutio, frigiditas enim & grauitas poſitiuè ſumptæ ſunt proprietates elementariæ, & non priuatiuè. Ad ſecundum concedo partes ipſius ignis inferas eſſe graues, & frigidiores per priuationem cauſarum calefacientium & leuitantium, quæ tamen elementariæ nec graues ſunt, nec frigidæ. Hæc pro defenſione Auer.

Aſtipulantur autem & his ea, quæ à mathematicis ſunt dicta circa aſtrologiam: apparentia enim accidunt mutatis figuris, quibus definitus eſt ſtellarum ordo, propterea quòd terra in medio eſt collocata. De loco igitur, deque quiete, & motu terræ quomodo ſeſe habent tot dicta ſunt.

Quæ Auer. cõmen. 101. Tres diametri lõgitudo.

Debes ſcire vt Auer. inquit, quòd tres ſunt cœli diametri. Prima eſt à polo ad polum, quam philoſophi longitudinem appellant, penes quam ſumpſerunt ſurſum & deorſum in cœlo. Secunda eſt ab ortu in occaſum, quam dixerunt eſſe latitudinem, penes quam dextrum & ſiniſtrum ſtatuerunt.

Latitudo.

Tertia eſt à culmine diei

Altitudo.

G

ad imum noctis, quam altitudinem, ſiue profunditatem collocarunt, penes quam antè et retro definierunt. Ariſt. igitur per teſtimonium aſtrologorum vult probare terram eſſe collocatam in puncto medio interſectionis harum diametrarum, quod medium centrum appellant græci, axem vero dicunt eam lineam, quæ per centrum tale tranſiens vtriſque appulit polis. Ex his Ariſt. videtur declarare (vt Auer. ait) terram eſſe in medio per obſeruationem aſtrologorum. Primo, quia quælibet ſtella videtur æqualis in quolibet cœli puncto, ſtella enim quæuis fixarum tantæ magnitudinis apparet ſi in ortu, quantæ ſi in occaſu, quantæ ſi in culmine fuerit. Vbi autem terra eccentrica eſſet, & ad alterum punctorum magis appropinquaret, proculdubio ſtella appareret difformis & inæqualis. Secundo, ſtellæ fixæ aſcendunt præciſe ſemper ab eadem terræ parte, & occidunt ſemper ad eandem terræ partem, quod eſſe non poſſet, niſi terra eſſet in medio & fixa. Præterea non ſemper eſſent

H

ſex ſigna ſupra terram, & ſex infra terram. Tertio à figuris ſtellarum, cuiuſmodi ſunt aſpectus, vt triangulus, ſexangulus, quadrangulus, & diameter, amplius, & cum his eclipſis, niſi enim terra eſſet præciſe in medio diametrorum tales aſpectus, & maximè eclipſes non eſſent ſecundum regulas aſtrologorum. Ex his omnibus concludit Ariſt. terram eſſe in medio. {Inquit, aſtipulantur autem & his ea quæ à mathematicis ſunt dicta circa aſtrologiam, apparentia enim accidunt circa ortum, & occaſum, & aſcenſiones, atque aſpectus mutatis figuris & aſpectibus, quibus definitus eſt ſtellarum ordo, propterea quòd terra in medio eſt collocata. Demum epilogat.

Figuram autem rotundam ipſam habere neceſſarium eſt, vnaquæque enim partium ad

vſque

vſq; medium pondus habet:& minor à maiori pulſa non poteſt egredi: ſed premitur potius, & alia alij cædit donec ad medium ipſum perueniat.

Expoſitio.

Nunc de terræ figura, & primò pręmittit concluſionē. D. Figuram autem rotundam ipſam habere neceſſarium eſt, hæc eſt concluſio. Sillogizat hoc ſic, omne corpus cuius partes circunferentiales, æqualiter tendunt ad medium maiorē, minores comprimendo, eſt rotundum, ſed terra eſt huiuſmodi, igitur terra eſt rotunda. De rationē tangit minorē, & inquit. ❡ Vnaquęq;.n. partium adusq; medium pondus habet, & minor à maiori pulſa non poteſt egredi, veluti fit in vnda, vbi vna aqua comprimit aliam, per quā compreſſiooem illa nō intumęſcit ac egreditur, ſed premitur potius, & alia alij cædit donec ad medium ipſum perueniat. Hæc eſt minoris vis.

B Oportet autem intelligere id quod dicitur perinde accidere atq; ſi terra fieret eo modo perfectè, quo etiam naturalium quidam ipſam protulerunt ortam eſſe. Verum illi quidem lationis, quę fit deorſum, violentiam cauſam eſſe aſſerunt. Melius autem eſt veritatem ponere, atque hoc ideò accidere dicere, quia natura habet id quod pondus habet ad ipſum medium ferri. Cum igitur ea quæ ſegregabantur poteſtate congeries eſſent, vndiq; ſimiliter ad ipſum medium ferebantur. Siue igitur ſimiliter ab extremis partes diuiſæ ad medium ſint congregatæ, ſiue alio modo ſeſe habentes, idem facient.

Expoſitio.

Soluit per hæc Ariſto. contra ſe cauillum, nam obijciet C quiſpiam, terra eſt perpetua, igitur nulla pars alterā compreſſit, & ita ipſa terra per eiuſmodi compreſſionem non videtur conſequi rotunditatem, perpetui enim nulla poteſt aſſignari cauſa. Reſpondet q; hoc intelligi oportet hypotheticè, ac ſi genita eſſet terra, vt veteres dixerunt. Eſt tamen aliqua differentia, quia veteres dixerunt terrā fuiſſe motam ad medium vi, atque expulſiooe, nos vero peripatetici natura. Inquit, oportet autem intelligere id quod dicitur perindè accidere atq; ſi terra fieret, vel genita eſſet, eo profecto modo, quo etiam naturalium quidam ipſam ortam eſſe protulerunt. Addit tamen differentiam, & inquit, verum illi quidem lationis quæ fit deorſum violentiam cauſam eſſe aſſerunt, videlicet, vi conuerſionis pellentis ad medium, vt dixit Empe. Melius autē eſt veritatem ponere, vt nos ponimus, atq; hoc ideò accidere dicere, quia natura habet id quod pondus habet ad ipſum medium ferri. Ex his repetit concluſiooem, & inquit. Cum igitur ea quæ de terra ſegregabantur, vel ſegregata erant & diſſeminata per circunferentiam cæli poteſtate D congeries eſſent, ſiue cōgregabilia eſſent in medio, propter hoc vndiq; ſimiliter ad ipſum medium ferebantur. Et quia poſſet aliquis dicere non ſimiliter ferri ad medium propterea, quia ex vna parte poſſunt eſſe plures q̃ ex alia, veluti ex parte ortus plures poſſunt eſſe partes terræ q̃ ex parte occaſus, quo caſu non ſimiliter coogregarentur, adiecit reſpondendo, ſiue igitur ſimiliter ab extremis partes diuiſæ ad medium ſint cōgregatę, ſiue alio modo ſeſe habētes, hoc eſt plures in vna parte q̃ in alia, idem facient. Nam ſemper grauius premit minus graue, donec ſuperficies terræ rotunda fiat circa mediū, & ſic hoc non refert ad rationem dictam.

Auer. comm. 104. Obiectio.

Digreditur autem Auer. hic ſatis ad propoſitum, nam Them. reprehendit Ariſto. arguebat enim ſic, terram eſſe rotundam eſt neceſſarium, & terram & mundum eſſe generabiles eſt impoſſibile, igitur terram eſſe rotun-A dam non debet declarari per tale impoſſibile.

Reſponſio.

Reſpondet Auerro. & ſatis peritè, quòd terra poteſt conſiderari quatenus corpus compoſitum ex materia & forma, & quatenus vnum elementum mundi. Et quatenus elementum mundi adhuc dupliciter, & quo ad partes, & quo ad rationem totius. Tunc dicit Auer. quòd terra eſt generabilis & corruptibilis ea ratiooe, qua corpus compoſitum ex materia & forma. Amplius, ſi cooſideretur ratione qua elemeotum, eſt generabile ea ratione qua partes habet, noo autem ratione qua totum, quia elementa ſunt ſecundum partes generabilia, non autem ſecundum totum. Ad propoſitum Ariſto. vtitur eiuſmodi ex ea parte qua poſſibilia ſunt, & non ex ea parte qua impoſſibilia ſunt, hæc ad quæſtionem. Confirmat ſolutionem primò auctoritate Plat. & Ariſto. quia Plato & Ariſt. vtuntur talibus propoſitiooibus. Ariſto. enim octauo phyſi. ait, quòd motus circularis eſt prior natura cæteris, quia, eo remoto, tolluntur & cæteri, & oon econtra. Amplius, B quarto phyſicorum ponit motum eſſe natura priorē tempore, quoniam cum remouetur motus, etiam tempus remouetur. Et propterea concludit quòd ordo prioris ad poſterius ſecundum naturam, eſt iam in æternis quàm in generabilibus, licet in generabilibus id ſit manifeſtius. Propterea primò ordinem illum in generabilibus intelligimus, & poſtea per rationem communem vtriſq; generibus intelligimus ordinem illum in æternis. Secundo idem declarat Auer. loco à ſimili, nam ordo cauſæ & cauſati eſt in vtroq; genere, ſed in geoerabile quidem neceſſarius hypotheticè, vtpote ſi cauſa pooitur. In generabilibus enim poſita cauſa ponitur effectus, & ea remota remouetur effectus. In æternis vero ordo eſt neceſſarius categoricè atque abſolutè, quia & cauſa & effectus neceſſario ponuotur. Ex his patet ſolutio, quòd Ariſt. ſuppoſuit terram eſſe genitam, vt ſermo eſſet manifeſtior & cum hoc eſt poſſibile dupliciter & ex parte qua corpus eſt compoſitum ex materia & forma, & ſecundum C partes. Colligit tandem Auer. fundamentum Ariſto. & quaſi formam ſyllogiſmi, quo vtitur in textu, & ponit talem regulam, qualis ordo eſt inter aliqua, ſi ſint generabilia, talis eſt ioter ea ſi ſint æterna, ſed in terra ſi eſſet genita, partes mouentur pari velocitate ad punctum medium faciendo figuram rotundam, igitur & modo cum ſit perpetua, declaratur exemplo de domo, vt ſi eſſet domus æterna neceſſario cauſæ eius, vt lapides & lateres eſſent æternæ. Ex his quæ in hoc cōmento dixit Auer. colligitur intellectus propoſitionis Ariſto. videlicet, omne prius natura alio poteſt eſſe ſine ſuo poſteriori, intelligitur enim aut in ſe, aut in ſuo ſimili ſpecie vel genere, quo modo ordo naturæ eſſe poteſt in æternis, cauſa enim in illis eſſe poteſt ſine cauſato, ſaltem in ſuo ſimili genere, videlicet, in generabilibus.

Dubitatio.

Sed hæc quæ Auer. dixit, noo apparent neceſſaria, primò quo ad formam ſyllogiſmi, ſecundum enim Auer. ratio textus debet ſic componi, omne corpus, cuius partes omnes naturaliter & ęqua-D liter tendunt ad medium, eſt rotundum: ſed contingit terram eſſe corpus, cuius partes tendunt æqualiter natura ad punctum medium: igitur terra eſt rotunda, modo hæc ratio eſt ex maiore de neceſſario, & minore de contingenti, igitur concluſio eſt, vel de contingeoti, vel de ineſſe, vt fuit declaratum in lib. priorum ab Ariſto. Et eſt coniugatio imperfecta egeos deductiooe ad impoſſibile, & ita Auerrois per hanc ſuam reſponſiooem debilitat formam ſyllogiſmi Ariſto. licet reſpondeat ad materiam. Secundo videtur aliud Auer. dictum obſcurum, ait enim ordinem ſimilem eſſe io æternis & generabilibus, quod videtur falſum. Primo, extrema ordinis æternorum ſunt alterius rationis ab extremis ordinis generabiliū, qm̃ æterno & geoerabili nihil eſt cōmune vniuocum, igit̃ ordo nō poteſt eſſe eiuſdē rationis in vtriſq;. Secundo, ſi eſſet ſimilis ordo in vtriſq;, cum ordo naturæ apud Auer. hic ſit cum tēpore, igitur perpetuæ eſſent

in tempore, cuius oppoſitum dicitur quarto phyſi. Ad hęc dici poteſt defendendo Auer. ad primam dici poteſt, ꝙ minor eſt de contingenti plerunq;, & hoc modo cum vna neceſſaria poteſt inferre vnam etiam neceſſariam. Nam licet ex maiore neceſſaria, & minore de contingenti ad vtrunq; nō ſequatur concluſio neceſſaria, tamen ex maiore neceſſaria, & minore de contingenti plerunq; bene poteſt ſequi cōcluſio neceſſaria, vt in propoſito. Sed forte dici poteſt ſyllogiſmum literæ non debere formari ſic miſtum ex vna neceſſaria, & altera de contingenti, ſed vt diximus in litera. Ad ſecundum dici poteſt, ꝙ cauſa & cauſatum in æternis & generabilibus ſunt eiuſdem rationis vniuoce in ratione metaphyſica. Non autem in ratione phyſica, ratio. n. meta. eſt ratio cauſæ vt cauſa, ratio phyſica eſt ratio cauſę, vt per tranſmutationem cauſat, & ſic ordo poteſt eſſe vniuocus in cauſa & cauſato æternis, & generabilibus, dico vniuocus in ratione metaphyſica, non autem in ratione phyſica. Hæc pro Auerroe.

Solutio.

F Perſpicuum igitur eſt id quod omni ex parte ſimiliter ad medium fertur, ſimilem neceſſariò omni ex parte molem habere: nam ſi vndiq; æquè fiat additio, æquè extremum à medio diſtare neceſſarium eſt. Hæc autem figura rotunda eſt.

Expoſitio. Auerroes velle videtur, ꝙ cum Ariſto. probaſſet partes terræ eſſe rotundas, nunc idem probat de tota terra. Quod non placet, nec textui cōuenit. Melius igitur videtur nunc Ariſto. probare maiorem, erat. n. maior hæc, omne corpus cuius partes æqualiter tendunt ad medium eſt rotundum, & ꝙ ita ſit patet. Inquit. n. perſpicuum igitur eſt id quod omni ex parte ad medium fertur, ſimilem omni ex parte neceſſario molem habere. Eſt hæc maior, probat hanc maiorem D Nam ſi vndiq; ęque fiat additio, æquè extremum à medio diſtare neceſſe eſt. Hæc autem figura rotunda eſt. Dicitur enim figura rotunda, à cuius
G medio ad circunferentiam omnia extrema ſunt æqualia, & ſic patet maior. Et hæc expoſitio conuenit verbis.

Figura rotūda, quæ.

Differt autem ad rationem nihil, & ſi partes ipſius non vndiq; ſimiliter ad ipſum medium concurrant: maior enim ſemper minorem quæ ante ſe eſt ad vſq; medium propellat neceſſarium eſt: ambabus ad vſq; mediū momentum habentibus: & grauiore minus graue ad illud trudente.

Expoſitio. Velle videtur Auer. Ariſto. ſoluere cauillum dictum, dicebatur enim rationem illam nō habere locum, niſi ponendo terram generari, & ita vult Auer. nihil referre ad rationē, ſi terra non ſit genita, modo partes maiores propellant minores ad punctum medium. *Oppugnatio.* Sed hæc expoſitio non conuenit verbis Ariſt. vt intelligenti patet, propterea Ariſto. videtur ſoluere alium cauillum, quem etiā prius tetigit raptim, videlicet, ꝙ non valet dicta ratio, quia ſupponit partes terrę omni ex parte eē ęquales ęqualiter pulſas. Poſſet enim dici ꝙ non ſunt æquales, nam eſſet poſſibile intelligere plures eſſe ex parte ortus ꝗ ex parte occaſus, & plures eſſe ex parte culminis, ꝗ imi terrę, & ita non æqualiter vndiq; concurrerent. *Reſponſio.* Reſpondet, differt autem ad rationem nihil, & ſi partes ipſius nō vndiq; ſimiliter ad ipſum medium concurrant, ſed ex vna parte plures, ex alia pauciores. Cuius cauſam exponit D. Maior enim ſemper minorem quæ ante ſe eſt ad vſq; medium propellat neceſſe eſt, ambabus ad vſq; medium habentibus momentum, quod græce eſt ropes, latine inclinatio, & grauiore trudente vſq; ad medium minus graue, his enim duobus ſtantibus, non refert ad rationem. Siue. n. plures, ſiue pauciores terræ partes ſint ex vna parte cæli

E ꝗ ex alia, ad rationem refert nihil, modo maius graue & minus graue habeant inclinationem ad medium, & maius trudit minus.

Quod enim quiſpiam addubitauerit, eandem habet cum his ſolutionem. Si enim cum terra ipſa eſt in medio atq; rotunda; ſibi ex altero hemiſphærio multiplex adijciatur pondus: non erit idem totius & terræ medium: quare aut non manebit in medio: aut ſi quieſcit, cùm & medium non obtineat, apta erit etiam nunc moueri.

Expoſitio. Dubitat Ariſto. contra dicta, dictum eſt enim terram eſſe rotundā & in medio. contra, ponatur ꝙ terra ſit rotunda & illo modo ſituata, & per caſum ſibi ex altero hemiſphærio ſiue ſubterraneo, ſiue ſuperterraneo adijciatur multiplex pondus, tunc certum eſt medium terræ pro
F tunc nō eſſe præciſe medium mundi. Erit igitur dubium, vtrum terra quieſcet ſecundum illam ſituationē, aut non, ſi ſic, tunc non erit in medio ſituata, quod eſt contra declarata, ſi non quieſcit, igitur mouebitur, & ita non erit naturaliter immobilis. Quo vero ad verba attinet, dixit multiplex pondus, ad differentiam montium, qui licet eſſent plures ex parte vnius hemiſphærij ꝗ alterius, non tollit res hęc propoſitum, quia ſunt parui, & paruum pondus addunt.

Quod igitur addubitatur, hoc eſt: attamen non eſt difficile videre ſi parum conſiderauerimus, atque diſtinxerimus quomodo cenſemus quantamuis magnitudinem pondus habentem ad ipſum medium ferri: perſpicuum enim eſt non quouſq; extremum centrum ipſum tangat. Sed maior pars exuperat, quo
G vſq; ſuo medio medium ſumat; hucuſq; enim momentum habet.

Expoſitio. Soluit dubitationem & concedit terram moueri non ſimpliciter ſecundum totum, videlicet, dimittendo centrum ſecundum ſe & quodlibet ſui, ſed ſecundum quid, tandiu, quandiu medium terræ efficitur medium mundi.
Et hoc inquit. Quod igitur addubitatur, hoc eſt, at nō eſt difficile videre, ſi parum conſiderauerimus, atque diſtinxerimus, quomodo cenſemus quantamuis magnitudinem pondus habentem ad ipſum medium ferri. Et tūc reſpondet, & inquit. Perſpicuum enim eſt non quouſq; extremum centrum ipſum tangat, ſupple moueri, quia ſic moueretur extra medium, ſed quouſq; maior pars exuperat minorem, quod ſit quouſq; ſuo medio, medium mundi ſumat, hoc eſt, ſed quouſq; medium terræ efficitur medium mundi, hucuſq; enim momentum ac inclinationem habet, poſtq; vero medium terræ eſt medium
H mundi, tunc mox quieſcit.

Differt igitur hoc nihil de gleba & quauis parte, an de tota terra dicatur. Non enim ob paruitatem, aut magnitudinem illud accidens dictum eſt, ſed de omni eo quod ad medium momentū habet. Quare ſiue tota, ſiue per partes alicunde ipſa feratur, eatenus ferri neceſſe eſt: quatenus ſimiliter vndiq; mediū occupauerit adæquatis minoribus à maioribus momenti propulſione.

Expoſitio. Poſſes forte dicere dictam ſolutionem bene valere de partibus terræ, non autem de tota terra. Cui reſpondet D. Differt igitur hoc nihil de gleba & quauis parte, an de tota terra dicatur. Non enim ob paruitatem, aut magnitudinem

gnitudinem

gnitudinem illud accidens dictum eſt, quia licet differunt quo ad molem, non tamen differunt quo ad naturam intrinſecam. Et propterea de omni eo intelligitur, quod momentum, ſiue inclinationem habet. Propterea concludit, quare ſiue tota, ſiue per partes alicunde ipſa feratur, eatenus ferri neceſſe eſt, quatenus similiter vndiq; medium mundi occupauerit, quod ſit profecto quãdo maiora minoribus propulſione momenti & inclinationis ęquantur, hoc enim facto, mox quieſcit.

De motu terræ.

Ex his colligitur non eſſe impoſſibile terram moueri.

Sed occurres, ſi terra mouetur, tunc cælum quieſceret, omne.n.quod mouetur indiget quieſcente, & propterea ſi terra mouetur, cęlum nõ poteſt moueri, nullum.n.eſſet quieſcens, quo egeret præter terram. Secundo dictum eſt, terrã eſſe ſimpliciter immobilem. Dici poteſt terram eſſe mobilem ſm partes, non aũt ſecundum totum, nõ.n. tota terra relinquit medium mundi, ſed ſm partes quælibet pars põt relinquere medium mundi, nunq̃ tñ tota, & ſic ſufficit ad motum cæli ſaluandum. Immo dicunt iuniores continuo terram moueri ſm partes, quoniã continuo terra ex vna parte creſcit, & alia decreſcit, & ſic continuo medium eius ſe facti in medio mundi. Præterea, partes centrales appetunt corrumpi, igitur oportet terrã moueri, vt partes illæ veniant ad locũ corruptionis.

B

Dubitatio.

Sed circa hæc quæres, quo modo ſi terræ adderetur aliquid ponderis magni, ipſa efficeretur in medio mundi.

Auer. comment. 107. Reſponſio.

Reſpõdet Auer. ex verbis tex. & inquit, hoc fieri quatenus pars maior expellit minorem donec cẽtrum totius aggregati fiat centrum mundi, & tota terra ſphærica relinquatur. Et hæc videtur Ariſto. intentio, inquit enim. Sed maior pars exuperat, quouſq; ſuo medio medium ſumat. Et ſic videtur ꝙ terra ſit rotũda, propterea, quia partes maiores circunferentiales cõprimunt partes minores centrales. Vnde Auer. perlibrando verba Ariſt. ait eũ dixiſſe hoc.i. maiores comprimere minores tandiu quandiu medium terræ ſit mundi medium, & quandiu figura terræ ſit ſphærica, quia erant duæ dubitationes, altera de terræ ſphæricitate, altera de medio terræ quomodo eſt in medio mũdi. Has igit̃ ambas Ariſt. perſoluit vno verbo, dicens fieri terrã ſphæricam & eius medium, mediũ mundi, quia maiores partes compellunt minores ad centrum.

C

Dubitatio optima.

Sed occurres, quia ſi partes maiores compellunt minores, tunc terra in ſua regione grauitaret. Pręterea partes centrales nõ mouerentur ad centrum, niſi cõpulſæ, & ita non naturali ratione. Inſuper centrales partes ſunt grauiores, igitur ad centrum naturalius mouentur, q̃ circunferentiales, & ita non compulſæ mouebunt.

Auer. ſolu.

Auer. (vt mihi videtur) innuit Solutionem quandam, illud fieri ad imaginationem, ait enim, quoniam cum imaginati fuerimus, ꝙ additum fuit ſupra ſphęrã terrę quaſi eius medietas, tunc figura terræ non erit ſphærica, neq; medium eius erit medium mundi. Cum ergo poſitum fuerit ꝙ maior pars conſtringit mediam, & minorem quouſq; congregatio duarum partium perueniat ad mediũ totius, & deſcendat ſuperior pars magnitudinis cõgregatæ ad locum inferiorẽ, neceſſe eſt vt illud quod cõgregatur ex duabus partibus ſit in figura ſphærica, & ꝙ medium eius veniat ad mediũ totius. Hæc Auer. ex quibus velle videtur compreſſionẽ illam non eſſe realem, ſed ad imaginationẽ, dato ꝙ maior pars terræ ponatur ſupra minorem, hoc.n. non eſt in re, quia nunq̃ maior pars poſita eſt ſupra minorem, & ita videtur imaginarium totũ illud, quibus patet ſolutio ad dubitationes. Hęc ſolutio, ſi eſt bona vel nõ, cõſidera. Ego dicerem compelli eſſe dupliciter, per ſe, & per accidens, illud compellitur per ſe, quod reſiſtit compellẽti, nunq̃.n. compulſio propria ſit, niſi quando eſt actio & reſiſtentia, & hæc non poteſt eſſe in caſu, vt rationes cogunt. Alia eſt compulſio per accidens, quomodo dicimus brachium compelli ad motũ corporis, quia animali ipſo moto, brachium, quod eſt illius pars mouetur, & ſic brachium compellitur à corpore animalis, & hoc pacto eſt in propoſito,

A

maior enim pars terræ ſi adderetur, compelleret minorẽ pręiacentem, quia illa maior pars moueretur ad medium per ſe, & minor moueretur per accidens ad motum illius, & hoc pacto illa minor compelli diceretur. Et fortaſſe hoc ſentit Auer. cum inquit. Ponatur ergo ꝙ ſupra terram ſit additum quaſi eius medietas ex aliqua partium orbis, vel mundi. Verbi cauſa, ex parte orientis ſit addita vna, & ex parte occidentis ſit addita altera, neceſſe eſt enim tunc, vt illud quod congregatur ex medietate orientali, & medietate occidentali vincat medietatem præiacentem, ita vt totum aggregatum ex tribus illis partibus locetur in medio mundi, & ſit ſphæricum. Tu vero conſidera melius.

Siue igitur facta eſt, neceſſarium eſt factam eſſe hoc modo. Quare manifeſtum eſt ſphæricam eſſe generationem ipſius. Siue ingenita ſemper manens: eodem modo ſe habere: quo

B

quidem, quamuis ſi orta eſſet, primũ orta fuiſſet. Et ſecundum hanc igitur rationem, neceſſarium eſt eſſe ſphæricam eius figuram.

Expoſitio.

Sed remouet aliam dubitationem, vt rectè Expoſitor ait, quia poſſet dici rationem tactam habere locum ſuppoſita generatione terræ, quam Ariſt. non tenet in toto, ſed ſecundum partes tantum. Reſpondet Ariſto. ſiue igitur facta eſt terra (vt antiqui arbitrantur) neceſſarium eſt ipſam eſſe factam hoc modo quo diximus, videlicet, ꝙ partes pulſę à partibus mundi maiores compellunt minores ad centrum. Et propterea concludit, quare manifeſtum eſt, ſphæricam eſſe generationem ipſius. Tangit aliud membrum ſecundum peripateticos verum, & inquit. Siue ingenita ſemper manens eſt, etiam neceſſe eſt eodem modo ſe habere, quo quidem quamuis ſi orta eſſet, primum orta fuiſſet.i. neceſſe eſt eodem modo ſe habere ac ſi orta eſſet. Illud enim (vt inquit Expoſitor) quod

C

non eſt generatum, oportet eo modo ſe habere, quo ſe haberet ſi eſſet generatum, eodem enim modo album diſgregaret viſum ſi eſſet factum, & ſi eſſet æternum, quia proprium non generationem, ſed eſſentiam conſequitur. Modo ſphæricum eſſe videtur quaſi proprium terræ, & ita ſiue terra ſit facta, ſiue æterna, ſphęrica erit ſua natura. Tunc epilogat rationem, & inquit. Et ſecundum hanc igitur rationem neceſſarium eſt eſſe ſphæricam eius figurã.

Dubitatio.

Sed occurres, quia non videtur æternum & corruptibile habere eaſdem affectiones. Nam vbi animal eſſet æternum, non eſſet ægrotabile. Nunc autem quia mortale eſt ægrotabile. Præterea, vbi animal eſſet æternum, non eſſet augmentabile, nunc autem, quia corruptibile, eſt augmentabile, & alijs rationibus poteſt inſtari.

Solutio.

Innuit ſolu. Simplicius in verbis ſuis, vult enim eaſdem eſſe æterni & morticini affectiones, quæ non indiuiduas ſequuntur cõditiones, ſed ſpeciei. Tu vero lege verba eius.

Quæ Auer.

Auer. autem ait, ſi igitur terra non fuit generata, ſed

D

ſemper fuit in iſta diſpoſitione, quam haberet cum completa eſſet, ſi eſſet generata, manifeſtum eſt ꝙ figura eius eſt ſphærica, propter cauſam quam diximus, cum nulla ſit differentia, ſiue fuerit generata, ſiue fuerit æterna, nulla ſupple, differentia quantum ad neceſſitatem conſecutionis cauſæ, & cauſati. Nam ſiue terra ſit æterna, ſiue facta, ſemper neceſſario ſequitur ipſam eſſe ſphæricam, quia terra ſecundum eius eſſentiam eſt cauſa ſphæricitatis.

Verborũ cõſideratio.

Quo vero ad verba attinet, ait Ariſtoteles Neceſſarium eſt eſſe factam hoc modo. Hoc modo, vt Auer. ait, quia cum generatio terræ fuerit cõpleta (vt quidam aiunt) terra ipſa erit ſphærica. Vel aliter poteſt intelligi, vt dicit Auer. Hoc modo. Videlicet, ꝙ cum generatio terrę fuerit completa, & ipſa fuerit mota hoc modo, videlicet, ꝙ partes maiores cõpellant minores, tunc terra ipſa relinquetur ſphærica. Et quia in translationibus arabicis reperitur ſic. Et ſi ita ſit manifeſtum eſt ꝙ locus terræ,

eſt ſphæricus. Auer. per locum, intelligit concauũ aquæ, & tũnc exponit dupliciter verba illa, Si ita ſit. primo modo, ſi ita ſit ꝙ terra generet, nam ſi terra generatur, ſequitur concauum aquæ, quod eſt locus terræ, eſſe ſphæricũ.

Secundo modo ſi ita ſit, ꝙ maiores partes cõpellãt minores, ſequitur enim ſi maiores minores compellant concauum aquæ, vel eius ſuperficiem concauam, etiam quæ terram continet, eſſe ſphæricum. Hæc Auer. Quæ ſunt (vt mihi videtur) ſuperflua, nam hæc verba nõ habentur in græcis codicibus, ideo conſideratio hæc nulla eſt.

Superuacaneus Auer. labor.

Et quoniam omnia grauia ſimiles ad angulos: ſed nõ ęquidiſtantia feruntur. Hoc autem aptum eſt ad id quod natura ſphęricũ eſt. Aut igitur eſt ſphęrica: aut natura ſphęrica. Vnumquodq; autem tale eſſe dicere oportet, quale natura vult eſſe: & quod eſt: ſed nõ quod violentia, & præter naturam eſt.

Nunc ponit aliam rationem, & ſyllogiſmus eſt, omne corpus cuius partes ad conſimiles angulos ferunt, & non parallelæ, eſt ſphæricum, terra eſt corpus cuius partes graues oẽs feruntur ad ſimiles angulos & nõ parallele, igitur eſt ſphærica. Continuetur igit̃ ſic tex. & ſm hanc igitur rationem, ſupple quæ procedit per hoc ꝙ maiores partes cõprimunt minores, neceſſarium eſt dicere eius figuram eſſe ſphæricam, & etiam ſup. qm̃ omnia grauia ſimiles ad angulos & nõ ęquidiſtantia feruntur, quæ ſunt partes terræ, hęc eſt minor. Deinde tangit maiorem, & inquit, hoc autẽ aptum eſt ad id quod natura ſphęricum eſt, eſt igitur maior, corpus cuius partes ferunt̃ ad ſimiles angulos, eſt ſphæricum per naturã. Concludit concluſionẽ, & inquit. Aut igitur eſt ſphærica, aut natura ſphærica, appoſuit autem hoc, vt expoſitor recte ſentit propter tumoroſitates montium, & vallium concauitates, quę vident̃ rotunditatem terrę impedire, ſed huiuſmodi ſunt ex alĳs cauſis accidentalibus vel violẽtis. Et licet ita ſit, tamen vnũquodq; tale eſſe dicere oportet, ac denominare, quale, vel quod natura vult eſſe, et quod eſt ſupple pro maiori parte, nam tumoroſitates montium, & concauitates vallium non habent aliquã quantitatem notabilem in comparatione ad totam terrã. Sic igitur denominãda eſt terra, pro eo quod eſt ſm naturam, & pro maiori parte, & non pro eo quod eſt violenta & præter naturã, vel pro minori parte, fortaſſe. n. tumoroſitates montium, & cõcauitates vallium terræ non inſunt per naturã, ſed ex violentis cauſis, & pręter naturã, vt docuit Ariſt. in lib. metheororũ, igitur terra eſt dicenda ſphærica, quatenus eſt talis pro maiori parte, vel quatenus eſt talis magis per naturam, & hęc eſt cõcluſio.

Aequidiſtantia parallela.



Quo vero ad verba attinet, per ſimiles angulos Ariſt. intelligit angulos rectos, quos grauia faciunt, cum deſcendunt ad centrũ, & hoc videtur velle Auer. quum inquit, propter cauſam quã diximus, ſ. ꝙ omnes partes terræ deſcendunt cõſimiliter ad medium, i. quia apud centrum faciunt angulos æquales.

Verborũ ſtrutinatio.

E Vnde expoſitor idem. D. exponit ſm rectos angulos, quos facit linea recta per quam eſt motus corporis grauis cum linea cõtingenti terrã. Vnde angulus A O C rectus, conſimilis eſt angulo H O G et cęteris omnibus, omnes. n. ſunt recti ad centrum O, quoniam grauia nõ ſtant firmiter ſuper terrã, niſi ſm lineam perpendicularem. Aliter etiam Auer. expoſitionẽ ſubſcribit cũ deſcendunt à locis in ſuperiori circumferentia. Inter quæ ſunt arcus æquales, & ita per angulos ſimiles intelligit angulos reſpiciẽtes arcus cõſimiles circulorũ, quorũ centrũ eſt centrum mundi. Nam arcus A B eſt ſimilis arcui A C & cæteris, q cauſant̃ ex hoc ꝙ grauia mouent̃ à circũferẽtia A B C D E F G H, circa centrũ O: & vtroq; modo bene dicit̃.

Quæ Auer. comẽ. 108.

Præterea, dicitur in textu arabico. Propter ſermonem quem diximus. Et in codicibus græcis dicitur. Et ſecundum hanc igitur rationem. Et hoc Auer. dupliciter intelligit, vno modo propter ſermonẽ quem diximus de motu grauium, nam omnia grauia petunt vnum punctum, igitur tota terra eſt ſphęrica, & per verba illa in

F quibus dicit, et quia corpora grauia: in ſito textu, & in noſtro, & qm̃ omnia grauia. Intelligit, quia mouẽtur ad medium conſimiliter, & ſic ſunt duæ cauſæ ſphæricitatis terræ, altera, quia omnia grauia petunt vnum punctũ. Altera, quia mouentur ad conſimiles angulos. Aliter exponit intelligens per ſermonẽ quem diximus. i. rationẽ proximam quæ proceſſit per alias conditiones motus grauiũ quas dedit in deſcenſu earum ad medium abſq; deſcenſu etiam eorum ſm angulos ęquales, ratio. n. proxima, vt recte diuus Expoſitor ait, proceſſit ex ſpecie partium eius, quia per hoc ꝙ maiores cõpellunt minores. Hæc ſecunda ratio accipitur ex figura motus partiũ terræ. Et addit Auer. hanc ſecundã rationem eſſe firmiſſimam, qm̃ præcedens ſupponit generationem terræ, vel ſm veritatem, vel ſecundum imaginationem. Hęc aũt ratio procedit ex ſimpliciter notis. In trãslationibus arabicis legitur. Et hoc eſt ſignum. Et reliqua, & Auer. ait, hoc ſignũ eſſe po-

G tiſſimam rationem, quia cõuertitur cum cauſa, grauia. n. mouentur ad ſimiles angulos, quia terra eſt ſuapte natura ſphærica, & quia terra eſt ſuapte natura ſphærica, grauia mouentur ad ſimiles angulos, hæc. n. conuerſio eſt, quia ſphærica figura eſt terrę naturalis. Sed occurres, qm̃ figura elementis ineſt accidẽtaliter, vt docuit Auer. in hoc ſecundo cõmentis. 22. & . 26. At hic Ariſt. voluit ſphæricam figurã ineſſe terræ naturaliter. Præterea tertio huius cõmen. 67. dicitur elementa nullam ſibi limitare figuram, hic autem dicitur, ſphęricam figuram eſſe terrę naturalem. Reſpondet Auer. & inquit. Sed nõ oportet accipere hanc figuram, vt ſit inſeparabilis ab eius ſubſtãtia, & neceſſaria in ea, & ſic per naturalę nõ intelligit inſeparabilẽ. Cuius cauſam affert Auerroes dicens, qm̃ ſi ita eſſet, non ſepararetur ab ea iſta figura, ſed ſeparata ſphęrica figura à terra corrumperetur terra per corruptionẽ ſuã. i. ad corruptionem figuræ ſphæricæ. Sic igitur vult ſphæricam figuram eſſe terræ naturalem, ſed nõ inſeparabilem.

Dubitatio.

Solu. Auer.

H Sed obĳcit ſibi, quia alibi, videlicet tertio huius comment. 67. & in textu & cõmento dicitur, elementa nullã ſibi limitare figuram naturaliter, et tũ hic dictum eſt ſphęricam figurã eſſe naturalem terræ, ſed ſeparabilẽ. Reſpondet, & inquit, & cum ita ſit, æquiuoce dicimus ꝙ terra habet figuram ſphæricã, & ꝙ aliter habet terra figurã naturalem, ꝙ̃ habeat corpus cæleſte. Nam accidentiũ naturalium, quædam ſunt ſeparabilia, quædã inſeparabilia. Cęlum igitur habet figuram ſphæricã naturaliter, inſeparabiliter. Elementa vero naturaliter ſeparabiliter. Eſt. n. accidẽtale duplex naturale, quia ſeparabile, vt ſanitas animali, & inſeparabile, vt riſibile homini. Vtrunq;. n. accidens eſt naturale, ſed ſanitas ſeparabile accidens, riſibile autem inſeparabile. Cælo igitur ineſt figura ſphærica naturaliter, & terræ etiam naturaliter, verum cælo ineſt naturaliter eſſentialiter, atq; inſeparabiliter, terræ naturaliter accidentaliter & ſeparabiliter. Ex his ſequitur ac-

Obiectio.

Solutio.

Accidentale duplex.

cidentale

cidentale aliquando accipi prout diſtinguitur cõtra eſſentiale, aliquando contra naturale, quaſi idem ſit quod violentum. Sed dubitabis contra ſolu. Auer. q̃m quod per accidens competit alicui, competit ab extrinſeco, figura autem cõpetit terræ ab iotrinſeco, quia propter eius formam, quare noo per accidens. Præterea quod eſt naturale emanat à principijs intrinſecis, & qđ emanat à principijs intrinſecis eſt eſſentiale, igitur figura eſt accidens eſſentiale, & ita nõ ſeparabile. Solebamus dicere, q̃ figura poteſt accipi in actu, & in poteotia. Primo modo eſt accidẽs naturale, & ſeparabile, vt riſus hominis. Secudo modo eſt eſſentiale, & proprium, vt riſibilitas eiuſdẽ. Vltimo Auer. exponit illa verba. Vnumquodq; aũt tale eſſe dicere oportet, quale natura vult eſſe. Et dicit primo hæc verba eſſe dicta cootra opioionẽ aliquorum, qui dixerunt cauſam ſphęricitatis terræ eſſe motum partium terræ ad medium, eſt.n. potius oppoſitum, partes enim mouentur ad medium, quia terra eſt naturaliter ſphęrica. Dicit ſecundo, q̃ Ariſt. per hæe verba innuit hanc figurã eſſe terræ naturalẽ. Cuius cauſam ait, quia omnis res, vel ſemper, vel pro maiori parte reperitur in ſua diſpoſitione naturali, & quia terra pro maiori parte, ſupple reperitur in hac figura, vel ſemper, ideo hæc figura eſt ſibi naturalis. Vnde ait fortaſſe eſſe ita de hac figura reſpectu terræ,

Dubitatio. Solu. Auer.

Solutio.


A velut de generatione, oam vt de generatiooe dicĩ, q̃ terra eſt geoerabilis ſecundum partem, & non ſecundum totum, ita terra pro maiori parte eſt ſphærica, non aũt quęlibet pars, ſunt.n. montes & valles quæ à cauſis nõ naturalibus terram non faciuot totam ſphæricam, fiunt.n. montes & valles in terra, vt Ariſto. docet in libris meteorologicis propter terræmotus, innundationes aquarum, & propter ruinas, & id genus, quæ ſunt accidentalia terræ, & oon naturalia. Hæc ex commento.

Præterea & per ea quæ ſecundum ſenſum videntur: lunæ namq; defectus tales non haberent diuiſiones.

Nunc rationibus mathematicis probat terrã ſphæricã eſſe, & primo per ſignum ſumptum ab eclipſibus, nam in eclipſis Lunæ obſeruationibus patet diuiſiones non fieri niſi circulares, vocat diuiſiones græcè apotomas, latine deciſiooes, eſt autem deciſio ſiue diuiſio linea arcualis ſecans partem Lunæ claram à parte obſcura ſui, vt linea A B. Cum enim eclipſis conſpicitur in Luna videtur linea illa arcualis, & ſemper eclipſim delitеſcere per lineam arcualem. hoc autem fit pro quanto vmbra terræ pyramidalis E F eſt rotunda. Non autem eſſet rotunda, niſi opacum q̃ eſt terra eſſet ſphæricum. B

Expoſitio.

ἀποτομὴ deciſio, abſciſio, reciſio.



Quare hoc ſigno patet terram eſſe ſphęricam, & ſyllogiſmus eſt, omne corpus, quod vmbram efficit pyramidalẽ ſphæricam, eſt ſimpliciter ſphæricum: terra efficit vmbrã pyramidalem ſphæricã, igitur eſt ſphęrica. Et ſi dicas, planum rotundum efficere vmbrã ſphæricam, dicas verum eſſe ex quadam parte, nõ autem ex omni parte poſito luminari, vbicumq; .o. Sol ponitur, vmbra terrę eſt ſphęrica pyramidalis, & propterea terra eſt ſimpliciter ſphærica, inquit. Præterea & per ea, quæ ſm ſenſum videnĩ, vt ſunt mathematica. Lunæ nanq; defectus tales nõ haberent diuiſiones arcuales ſup. niſi vmbra terræ eſſet ſimpliciter pyramidalis ſphærica, et vmbra nõ eſſet ſimpliciter pyramidalis ſphęrica: niſi terra eſſet ſimpliciter ſphęrica. Quare ex defectibus Lunæ colligitur vt à ſigno terrã eſſe ſphęricam: hæc eſt prima ratio. Debes ſcire, q̃ luminare ad opacum vmbroſum trifariã eſſe poteſt, aut maius vmbroſo, aut minus, aut ęquale, ſi luminare eſt maius vmbroſo, & vmbroſum eſt rotundũ ſimpliciter, vmbra cauſata ab eo erit pyramidalis ſimpliciter rotunda. Si luminare eſſet minus vmbroſo rotundo, adhuc vmbra eſſet pyramidalis ſimpliciter rotunda, eſt tamen hæc differentia, quia ſi

C Sol eſſet maior terra, cuſpis pyramidis eſſet verſus terrã, ſin autẽ Sol eſſet minor terra, cuſpis pyramidis eſſet verſus Solẽ. At ſi Sol eſſet æqualis terræ, vmbra eſſet columnaris, patet igitur vmbroſum rotundum ſemper rotundã efficere vmbram. Sed dices, videtur Ariſtoteles tranſire ad alterum genus, quia concluſionem naturalem demonſtrat per mathematica.

Obiectio.

Innuit Auer. ſolutionẽ dicens, cum cõpleuit ſignificatiooes naturales. i. demonſtrationes acceptas à ſigno naturales, vult dicere mathematicas, non ſupple ad ſimpliciter demonſtrandum, ſed ad confirmaodum, non quia innatæ ſint dici in hac ſcientia, ſed per accidens, & ſic patet ſolutio. Ariſtoteles enim tranſiuit ad mathematica, non per ſe, quaſi illa demonſtrant per ſe concluſiones naturales, ſed per accidens, quatenus ſunt vicina phyſicis rebus. D

Reſponſio. Auer. commen. 109.

Quo vero ad verba attinet, Auerroes vult deciſiones fieri tam in particularibus q̃ vniuerſalibus eclipſibus. & per particulares eclipſes intelligit, quibus Luna non obſcuratur in toto, vniuerſales autem, quibus Luna obſcuratur ſecundum totum. In vtriſq; enim patet eclipſes fieri ſecundum arcuales diuiſiones.

Nam

Amphicŷrtica, vtraque ex pte curua, vacua, gibboroſa.

Nam in his quidem figuris, quæ nunc per menſem ſunt, oẽs accipit differentias: etenim recta fit: & amphicŷrtica: & vacua. In defectibus autem ſemper lineam, quę diſtinguit, curuam habet. Quare cùm deficiat propter terræ interpoſitionem: terræ vtiq; circunferentia: quæ ſphærica eſt: figuræ cauſa erit.

Expoſitio.

Remouet quæſtionem, quia dicet quis hanc circularẽ abſciſionem Lunæ non eſſe propter rotunditatem terræ, ſed propter rotunditatẽ Lunæ, velut fit in mutationibus Lunæ menſtruis. vbi patet Lunæ deciſiones fieri nullo interueniente vmbroſo, ſoluit & inquit. Nam in his quidem figuris, quæ nunc per mẽſem ſunt, Luna ipſa omnes accipit differentias, & nõ tantum arcuales diuiſiones. Eſt igitur differentia ꝙ deciſiones menſtruę ſunt omnis generis, eclipticæ vero arcuales tantum, & hoc declarat dicẽs, & Luna ipſa recta fit. vel melius, etenim deciſio in Luna recta fit, vt qñ eſt partiliter dimidia, vt circa. 7. vel. 21. diem. Illic enim deciſio non arcualis, ſed recta apparet. Et amphicŷrtica, eſt enim deciſio amphicŷrtica ideſt vtraq; ex parte curua, vtpote qñ eſt plena, vt accidit circa. 14. diem. Eſt vacua, hoc eſt gibboroſa, & tunc eſt arcualis, vt circa. 11. diem, vel. 17. quare in mẽſtruis figuris deciſio eſt omnis generis. At in eclipticis deciſio nõ niſi arcualis cernitur, cauſa differẽtiæ eſt, quia menſtruæ figuræ fiunt propter ſitum Lunæ ad Solem diuerſum, vt in aſtronomicis noſtris ſcripſimus. In defectibus autem figura deciſionis fit ſemper obiectu terræ, cuius vmbra eſt ſphærica, propter terræ ſphæricitatem, ideo concludit quare cum deficiat propter terræ interpoſitiones Luna ipſa, terræ vtiq; circunferentia, quæ ſphæricæ eſt figuræ in defectibus arcualis cauſa erit, & ſic conſtat terram eſſe rotundam.

Auer. commen. 107.

Addit Auerroes & hoc fuit neceſſe. ſ. lineam deciſionis eſſe arcualem, quia ex quo hæc figura terræ eſt circularis, etiam vmbra in ſua ſuperficie erit circularis, circularis dico tripliciter, aut pyramidalis, aut columnaris, & pyramidalis dupliciter (vt dictum fuit) quia vel cuſpide directa verſus terram, vel verſus ſolem, & ita tripliciter. Hæc ex commento.

Prætereà etiam per ſtellarum apparentiam patet non ſolum rotundam eſſe, ſed etiam mole non eſſe magnam. Parua enim migratione facta nobis ad meridiem atq; vrſam, horizon circulus manifeſtè alius fit: vt ſtellæ quæ ſunt ſuper caput, magnam habeant mutationem: & non eædem videantur ad vrſam: atq; meridiem migrantibus: nonnullæ enim ſtellarum in ęgypto quidem videntur: & circa cyprum: in regionibus autem quæ ad vrſam ſunt non videntur: & ſtellarum eæ, quæ ſemper in his apparent: quæ ad vrſam ſunt in locis: in illis faciunt occultationem. Quare perſpicuum eſt ex hiſce figuram quæ eſt terræ: non ſolum rotundam eſſe: ſed etiam magnæ ſphære non eſſe: nõ enim hic citò mutationem faceret tranſlatis ſic breuiter.

Mutationẽ palam.

Expoſitio.

Secundo probat terram eſſe ſphæricam ex apparentia ſtellarum facta per progreſſum noſtrum. Verum obiter cum eadem probatione probat terræ magnitudinem eſſe modicam, & hoc proponit dicẽs, prętereà etiam per ſtellarum apparentiam patet nõ ſolum terram rotundã eſſe, ſed etiam mole non eſſe magnam. Quo vero modo per ſtellarum apparentiã hæc duo probentur, oſtẽdit ex hoc: quia modica progreſſione facta à polo ad polum apparẽt aliæ atq; aliæ ſtellæ, progreſſus enim à polo ad polum vt paruus, oſtendit magnitudinem terræ eſſe paruam. Vt vero alias ſtellas occultat, & alias pandit, indicat terram eſſe ſphæricam, parua. n. migratione facta nobis ad meridiem atq; vrſam horizon circulus manifeſte alius fit, ita videlicet alius qui ſtellæ quæ ſunt ſuper caput, magnã habeant mutationem, & non eædem videantur, ad vrſam atq; meridiem migrantibus, nonnullæ enim ſtellarum in ægypto quidem videntur, & circa cyprum. In regionibus autem quę ad vrſam ſunt, non videntur, & ſtellarum eæ quæ ſemper in his apparent, quæ ad vrſam ſunt locis, in illis faciunt occultationem, ita vt illic oriantur & occidant, & non habitantibus meridiem. Animaduerte ꝙ quidam voluit Ariſtotelem probaſſe terram paruam eſſe et rotundam per hoc ꝙ parua mutatione facta de polo ad polum, horizon alius atq; alius fit: horizontem vero fieri alium atq; alium probanit per hoc ꝙ ſtellæ aliæ atq; aliæ apparent. Sed hoc nõ refert, ſufficit enim ad probandum terram eſſe paruam, quia per paruam migrationẽ fit hæc occultatio & manifeſtatio, rotundam autẽ, quia facta migratione de polo ad polum fit occultatio ſtellarũ aliquarum, & manifeſtatio aliarum, quare migratio circa terrã, vt parua demonſtrat paruitatẽ terræ, vt de polo ad polũ, demõſtrat rotunditatem eius, vbi enim terra eſſet plana horizon eſſet vnus, & ſtellę eędem omnibus viderentur, vbi eſſet concaua ſtella oriens citius appareret occidentalibus. Et ſi dices per hoc haberi ſolum terram eſſe rotundam ex polo ad polum. dic ꝙ eodem modo fit de ortu ad occaſum, citius enim eclipſis oritur orientalibus q̃; occidentalibus, quod non eſſet niſi terra eſſet ſphærica, parua vero videtur ab ortu ad occaſum, quia differentia apparitionum eclipſis non eſt maior. 14. horarum. Quo vero ad verba attinet, horizon eſt viſus finitor, eſt autem circulus diuidens partem cęli viſam à non viſa, cuius polus eſt ad apicem noſtrorũ capitum. Hunc circulum Auerroes appellat circulum ſuper conuexum terrę, ex hoc patet horizontem fieri alium per noſtrã progreſſionem, quia nobis translatis à polo ad polum, vel ab ortu ad occaſum fit alius atq; alius apex in cælo, igitur alius atq; polus horizontis, et per cõſequens alius atq; alius horizon circulus, vrſa vero eſt globus ſeptẽ ſtellarum, quæ ſunt ad ſeptentrionem, de his vero diximus in eruditionibus aſtronomicis. Vltimo infert concluſionem, & inquit. Quare perſpicuum eſt ex hiſce figuram, quæ eſt terræ, non ſolum rotundam eſſe, ſed etiam magnæ ſphære non eſſe, cuius cauſam repetit, & inquit. Non enim ſic cito mutationẽ faceret in ſtellis nobis translatis ſic breuiter, igitur migratio circa terrã vt breuis indicat terræ paruitatẽ, vt occultans ſtellas et alias pandens ſignificat terrę rotunditatẽ. Quo vero ad verba attinet, Ariſtoteles generatim locutus eſt de terræ mole, qm̃ menſura terræ particularis ſpectat ad coſmimetras, & nos dicemus in libris meteororũ, poſteà vero ſolum narrando de menſura terrę apponet quædam ſecundum opinionem aliorum.

Animaduerſio.

Horizõ, qd.

Arctos, vrſa quid.

Dubitat Auerroes & inquit. Sed forte aliquis quæret & dicet, quam paruitatẽ intendebat, dixit. n. Ariſtoteles terram eſſe paruam, paruum enim & magnum dicuntur in reſpectu, vt dicitur in prædicamentis, quare emergit quæſtio reſpectu cuius terra dicatur parua, vel magna.

Auer. commen. 110. Dubitatio.

Reſpondet terram poſſe dici paruam reſpectu mundi, & reſpectu alicuius ſtellæ, & propterea ait, ſi igitur intendit ꝙ terra eſt parua reſpectu orbis, vel reſpectu cæli, cuius ipſa eſt centrũ, non eſt ſcitum ex hoc modo, & ex phyſicis rationibus, ſed ex alijs, & explicat iſtud inã ſcatur terram eſſe velut punctũ reſpectu firmamẽti, ex conuenientia motuum qui ſunt in inſtrumẽtis, videlicet aſtrolabijs ad motus qui ſunt in cælo. In aſtrolabio enim vnus gradus eleuationis Solis, reſpondet vni gradui eleuationis in cælo, videtur enim ꝙ arcus quo ſecãt ſtellæ in aſtrolabijs, vel alijs inſtrumẽtis capiendi motus ſint ſimiles arcubus, quas ſecant in orbe, & hoc eſſe non poteſt niſi quia terra nõ habet ſenſibilem quantitatẽ apud cælum, ita ꝙ centrũ

Reſponſio.

aſtrolabij,

aſtrolabij, vel alterius inſtrumenti & centrum ſphæræ cęleſtis ſint idem punctum ſm ſenſum. Præterea etiā idē accipi poteſt ex occaſu, & ortu ſtellarum, & mediatinne cæli ſm quātitatem æqualē apud ſenſum, quicquid enim oritur in aſtrolabio, oritur in cælo, & quicquid occidit in aſtrolabio, etiam occidit in cælo, & quicquid in cælo mediat, mediat in aſtrolabio, & omnia hæc ſignificant q terra reſpectu cæli eſt vt punctū & centrum in cælo: ſic igitur patet terram poſſe dici paruā reſpectu totius mundi.

Secundo oſtendit terrā poſſe dici paruam reſpectu ſtellarum, vt poſteā dicetur. Scitur autē (vt dicit) terrę quātitas quia diuiſerunt orbem. 360. gradus, & ſciuerunt per ambulatinnē verſus polum arcticum quantum capit vna portio terræ ex iſtis partibus ſiue gradibus cæli, & inuenerūt gradum ſimilem in terra arcui qui eſt gradus orbis quaſi. 60. miliaria, hoc eſt ſciuerunt cuilibet gradui eleuationis poli reſpondere. 60. miliaria, & inde extraxerunt terræ menſuram. Scita quantitate terræ per eclipſes acceperunt quantitatem Solis & Lunę in reſpectu terrę, & ſic inuenerunt illam reſpectu cæli per rationes dictas eſſe valde paruas, & per hanc aliam rationem q ſit parua & minor Sole, & maior ipſa Luna, eſt enim (vt dicit Ptolemæus in libro magnę cōpoſitionis) Luna vna pars de. 30. partibus terræ. Snl vero eſt. 166. quantum terra, Mercurius eſt minus q̄ vna pars de. 27. partibus terræ, Mars quantum terra, Iupiter. 95. Saturnus. 90. quantum terra.

Vni gradui cęleſti reſpōdet. 60. paſſuū milia in terra.

Quātitas planetarum.

Dubitatio.

Sed circa hæc occurres, videtur enim primn q terra reſpectu firmamenti non ſit vt punctus, quia Luna reſpectu firmamenti eſt aliquanta, vt patet, & terra eſt maior Luna, igit̄ terra reſpectu firmamenti non eſt vt punctus.

Solutio.

Poteſt dici q terram eſſe punctum reſpectu firmamenti poteſt dupliciter intelligi, vno modo q ſit abſnlute punctus reſpectu firmamenti, vt ex ipſa multotiens ſumpta nulla pars cæli reſultet. Alio modo q terram nullā variationem faciat reſpectu cæli. Primo modo, terra nnn eſt punctus, qm̄ aliquoties ſumpta redderet cęlum, vt puto.

Secundn modo cōcedit Auerroes terram eſſe punctū, quia reſpectu cæli nullam facit variationē, nam per aſtrolabium oculo exiſtēte vbiq; ſemper videtur medietas cęli, ſiue enim oculus ſit in cētro terræ, ſiue in ſuperficie, ſemper cæli medium apparet nobis, etiam quia vbiq; oculo poſito nulla colligitur in ſtellis fixis diuerſitas. Tunc patet ad rationē, Luna enim ponitur prope nos, & ideo apparet mainr ſtellis fixis, ſed ſi poneret̄ in firmamento, non videretur, ſicut nec terra. Secundo dubitatur quia non videtur q cuilibet gradui in cælo correſpondeant. 60. miliaria ambulanti verſus arcticum, nam ſm Ptolemæū cuilibet gradui cæli correſpondent. 56. miliaria & duę tertię vnius. Debes ſcire q coſmimetrę inuenerūt terrę quātitatem hoc pacto ſumendo aſtrolabium in nocte clara, et per foramina acceperunt gradum eleuationis poli arctici, qua notata, mouebantur verſus polum directè donec in altera nocte eleuetur polus vnus gradu, poſteá menſurarunt ſpatium terræ peragratum de nocte ad noctem, & inuenerūt cuilibet gradui reſpondere miliaria. 56. & duas tertias vnius. Multiplicabant demū. 56. per. 360. & relinquebatur quātitas terræ. Ad verba Auerrois, fortaſſe illa ſunt corrupta, quia alibi legitur cuilibet gradui reſpondere. 56. miliaria ferè, vel fnrtaſſe miliare eſt diuerſimode acceptū ab Auer. & à Ptolemæo. Sed hæc nullius ſunt vtilitatis vt dicit Hermes in lib. de natura locorum.

Secunda dub.

Quapropter hi, qui eum locū, qui circa columnas herculeas eſt: coniunctū eſſe ei: qui eſt circa indicū. Atq; hoc modo mare eſſe vnum: nō videntur incredibilia valde exiſtimare. Dicunt autem ex elephantibus etiam coniectantes. Nam circa vtraq; loca, quæ extrema ſunt, genus ipſorum eſt, velut extremorū: hoc paſſorum: propter coniunctionem.

Ex paruitate terræ, oſtendit coſmographiam aliquorū eſſe rationabilem, & inquit. Quapropter hi qui eum locum, qui circa columnas herculeas eſt, coniunctū eſſe ei, qui eſt circa indicum mare: atq; hoc modo mare eſſe vnū, quod eſt inter hns terminos, nō videntur incredibilia valde exiſtimare. Auerroes autem columnas has appellat idola, quorū vnum ait poſitum eſſe in vltimo occidentis hiſpaniæ quod dicebatur idolū cadē vel Indię, quod ſe vidiſſe aſſerit eleuatum, deinde corruptū in prelio inter barbaros, & Hiſpanos annn Machometi. 530. Alterū eſt poſitum in oriente, quod Hercules poſuit in ſignū victoriæ. Inter hæc mare pnſitum putatur eſſe vnum & continuū. De columnis Herculis, & de maribus illarū in lib. coſmographiæ multa ſcripſit Ptolemæus: nunc vero hoc colligatur tm̄, hos terminos non fuiſſe poſitos, niſi quia terra parua eſt, & ab vno homine meabilis, vt ab Hercule. Deinde adducit ſignum quo vtebant̄ geographi, & inquit. Dicunt aūt hoc ſup. coniectātes etiam ex elephantibus: nam circa vtraq; loca, quæ extrema ſunt, genus elephātum eſt velut extremorum. i. qui elephantes ſunt extremi, & patiuntur hoc. i. eſſe in extremis locis propter coniunctinnē locorum, quia igitur elephantes extremaliter differentea ſunt in vtroq; loco columnarū: arguerunt illa loca eſſe cōiuncta, & nnn valde diſtantia. & ita terra eſt parua cū animalia eiuſdem generis ſpecie differentia extremaliter ſint vtroq; in loco. Sed occurres, quia medium eſt propinquius extremis, q̄ extremum extremo. igitur ſi elephantes ſunt in locis extremis propter locorum illorū propinquitatem: magis erunt in locis inter illa medijs. Hoc autē non videtur: ſunt. n. elephantea orientales & occidētales tantum, vt Plinius inquit, & obſeruatio docet. Vnde Plinius lib. 7. capite. 11. Inquit. Elephantes fert Africa vltra ſyrticas ſolitudines, & in Mauritania, ferunt æthiopes, & troglodytę, vt dictum eſt. Vbi apparet elephantes gigni in extremis locis. Et dicuntur elephantes oriētales extremaliter diuerſi ab elephantibus occiduis, quia differunt moribus & robuſtitate, vt Plinius dicit. At elephantes Africi nō ſunt ſic extremaliter differētes inter ſe. Auer. ſoluere videtur in cōmento intelligens per coniunctionē locorum ſimilitudinem. locus nrientalis vbi oritur genus elephantū, licet ſit diſtans ſitu à lnco occiduo, vbi elephātes ſunt, tamen eſt illi ſimilis in qualitatibus, & ideo animalia conſimilia genere pariunt. Media loca licet ſint ſitu propinquiora extremis: affectionibus ſunt diſtantiora, & ideo in medijs nnn ſunt elephantes. Hęc colligi poſſunt ab Auerroe. Aſſerit etiam ſe vidiſſe ceramphan in dnmo regis marochiæ, quam anno Machnmeti. 514. tulit quidam qui dicebat̄ aliunde de atheno, & ſic nec elephantes nec ceramphan generantur in locis medijs. Sed pace Auer. dicerem: ſi per coniunctionē locorum Ariſt. intelligeret propinquitatem qualitatum, & nnn diſtantiæ: non haberet terram eſſe paruam. propterea mihi videtur, q Ariſtnteles hanc rationem ab elephantibus ſumptam nō dicat ad mentem propriam, ſed geographnrum: quos nō curat corrigere, quia licet ratio eorum non valeat, vt in dubitatione demnnſtraui, tamen dicunt verum de paruitate terræ, & hoc ſufficit pro veritate propoſita, & ſic ad dubitatinnem patet ſolutio.

Expoſitio.

Quæ Auer. comen. 111.

Dubitatio.

Confutatio.

Mathematicorum etiam quicunq; quantitatem circunferentiæ metiri conantur, ad quadringenta milia ſtadiorum dicunt eſſe. ex quibus cōiectantibus molem ipſius terrę nō ſolū ſphæricam eſſe, ſed etiā ad cæterarum ſtellarū magnitudinem magnam non eſſe neceſſe eſt.

Quantitas. Magnitudinem. Milia. Myriadas.

Vltimo idem probat per rationē mathematicorum, et inquit. Mathematicorum etiā quicunq; quantitatem circunferentiæ ſupple terræ metiri conantur: dicunt illā eſſe ad quadringenta myriades. i. ad quadringenta milia ſtadiorum. ex quibus coniectantibus molem ipſius terrę nō

ſolum

ſolum ſphæricam eſſe, ſed etiam ad cæterarum ſtellarum E non omnium, ſed aliquarum, magnitudinẽ magnam non eſſe, neceſſe eſt. Auer. autẽ ait, abſtrahunt menſurã maximi circuli terræ per viam, quam narrauimus, vt per correſpondentiam gradus in aſtrolabio, & in cœlo. & ex mẽſura maximi circuli inuenit menſurã ſphæræ, quia circuli ad eius diametrũ eſt proportio tripla ſexqui ſeptima fere, quantitatẽ vero terræ reſpectu Solis & lunę accipiunt ab eclipſibus lunaribus, vt nunc ſuppono. reſpectu aũt cæterarum ſtellarum colligiẽ menſura terræ per aſtrolabium, quod habet duas regulas. Nam per hoc aſtrolabiũ ſcitur diameter cuiuslibet ſtellę: modo per ſcientiã diametri ſcitur quantitas orbis: quibus omnibus deprehenſis cognitum eſt terrã eſſe paruam & reſpectu cœli, & reſpectu aliquarum ſtellarũ. Addit autẽ Auerroes aliam rationem ꝙ terra ſit parua, quæ non eſt in noſtro textu: videlicet, quia terra continet quantum cõtineret ſuperficies nõ circularis. igitur eſt ſphærica, & ita parua: eſt enim regula, ſi duæ ſuperficies continent æquale, & alter eſt circularis: F illa eſt parua. Hæc eſt ratio Auerrois, quæ tñ nulla eſt, & nec in textu noſtro. Sed circa calcem huius ſecundi occurrit quæſtio calculatoris cõtra Ariſtotelẽ in tractatu de elementis. Ariſtoteles enim probauit ſphæricitatẽ terræ ex eo ꝙ maiores partes minores comprimũt, & minores reſiſtunt maioribus. Nam data hac Ariſtotelis imaginatione ſequeretur in infinitũ tarde moueri aliquod corpus graue, et probo conſequentiã ſupponendo primo totã terram eſſe perforatã à puncto D ad punctum C per O centrũ & ſit foramẽ D O certæ magnitudinis, vt vides. Secundo, volo vt ſpatium D O diuidatur per partes proportionales minoribus terminatis verſus O centrum. his ſtantibus, pono vnũ bolum grauis longum. 10. cubitorũ, quod deſcendat per foramen D O C. Tunc quæro vel pars B reſiſtit. parti A vel non: ſi nõ reſiſtit: tunc tollitur ratio Ariſtotelis facta per partium cõpreſſionem. ſin aũt reſiſtit: tunc arguo per quantum deſcendit molare A a verſus O centrum: per tantum creſcit reſiſtencia ipſius B partis ad A: ſed in quali- G bet parte proportionali ſpatij D O C deſcendit. igiẽ in qualibet parte proportionali deſcendit tardius. ſed cum illic infinitæ ſint partes proportionales terminatæ verſus O cẽtrum: relinquetur aliquod graue in infinitum tarde moueri. Aliqui concedunt in infinitum tarde moueri aliquod graue: nullum tamen graue in infinitũ moueri. Alij concedunt continue tale molare tardius moueri, & tamẽ nec in hac parte nec in illa tardius moueri. Peripatetici autem facilius reſponderent dicentes diuiſionem ſpatij in infinitas partes proportionales eſſe in potentia, & nõ actu. ſimiliter infinitum ſpatium fuiſſe potentia pertranſitum, non autem actu. Verum de hac ratione diximus ſupra.

Quæ Auer. cõmen. viii.

Dubitatio.

Solutio.

Finis ſecundi libri de cœlo.

ARISTOTELIS

DE COELO ET MVNDO

Liber tertius.

Cum Auguſtini Sueſſani interpretatione ac commentarijs.

De primo quidem igitur cœlo ac partibus. Adhuc autem de ſtellis quę in ipſo feruntur: ex quibus conſtant: qualiaq; ſecundum naturã ſint: inſuper etiam ꝙ ingenita ac incorruptibilia ſint: prius pertractauimus. cum autem eorum, quæ natura dicuntur E eſſe, alia quidem ſint ſubſtantiæ, alia autem harum opera atq; affectus, dico autẽ ſubſtantias quidem ſimplicia corpora, vt ignẽ & terram, & quæcũq; ſunt his coordinata, etiã quęcunq; ex his ſunt. Veluti totum cœlũ atq; ipſius partes, itemq; animalia & plantæ, & horũ partes, paſſiones autẽ & opera, motiones cuiuſq; horum: aliorumq; quorũcunq; ſunt hæc ipſa elementa cauſa ſm ipſorum vim. Adhuc autẽ alterationes, reciprocæq; mutationes: patet plurimam de natura hiſtoriã de corporibus eſſe: omnes enim naturales ſubſtantię aut ſunt corpora, aut cum corporibus ac magnitudinibus F ſunt. Hoc autem patet, & ex definitione eorum, quæ ſunt natura, & ex ſingulorum contemplatione. De primo quidem igitur elementorum, & quale quid ſit ſecundum naturam, & quod incorruptibile ac ingenerabile ſit, dictum eſt. Reſtat autem dicere de duobus. Simul autem accidit de his dicentibus, & de generatione & de corruptione conſiderare.

Expoſitio.

HActenus de corporibus, quæ circulari motu mouentur: at nunc de corporibus quæ mouẽtur motu recto reſtat dicere. Primo ergo præmittit prooemiũ: in quo explicat eius intentionẽ. Deinde proſequitur, & quia continuatio priorum ad ſequentia eſt de partibus prooemij: ideo primo continuando ſe ad pręcedentia oſtendit de quibus G iam dictum eſt: poſtea de quibus reſtat dicere. de primo itaq; inquit. De primo quidem igitur cœlo: ac partibus. Adhuc aũt de ſtellis quæ in ipſo feruntur: prius pertractauimus: pertractauimus prius declarando ex quibus conſtat, & qualia ſm naturam ſint. inſuper etiam ꝙ ingenita ac incorruptibilia ſint. hæc. n. tria de primo cœlo, eiuſq; partibus, & de ſtellis pertranſiuimus, quia declarauimus partes cœli: cœlumq; ipſum, & ſtellas eſſe alterius naturæ ab elementis. Secundo declarauimus qualia ſm naturam ſunt, quia ꝙ ſint animata atq; ſphærica. Tertio declarauimus ꝙ ſint ingenita & incorruptibilia. Quod vero ad verba attinet: quid per primum cœlum, quid etiã per partes intelligat, nõ vna ratione exponitur. Sed prætermiſſis inutilibus expoſitionibus, approbo ꝙ per primum cœlũ Ariſto. intelligit mundum ſuperiorẽ cœlicum ſupralunarem: cuius partes ſunt orbes ſeu ſphæræ ipſæ: in quo quidem mundo ſuperiori feruntur ſtellæ, vt nodi ad motũ tabulæ: mundus. n. ille ſuperior dicitur primum cœlũ reſpe- H ctu corporum, quæ ſub eo ſunt: primo ordine ſitus quia illud eſt ſupremum. Secundo, ordine durationis, quia illud eſt perpetuũ cætera id manentia caduca. Tertio, ratione cauſalitatis, quia illud eſt omniũ eorum, quæ hic ſunt cauſa. per eius partes (vt diximus) intelligit orbes, quæ ſunt partes integrales per virtutẽ primæ formæ ad vnũ copulatæ. & per aſtra intelligit ſtellas tam errantes, q̃ nõ errantes, quæ mouenẽ ad motũ orbium. De cœlo igiẽ primo. i. toto & de eius partibus. i, orbibus, & de ſtellis quæ in eo ferũtur, dicta ſunt tria, quorum vltimũ pertractatum eſt in. 1. lib. illic. n. dictum eſt ꝙ cœlum nec eſt genitum, nec corruptibile: Cætera duo ſunt pertractata in. 2. lib. Nec omnia quę pertractauit, reſumpſit: ſed ſolum principalia. Deinde oſtendit de quibus reſtat dicere, verũ primo manifeſtat in quo fere tota naturalis conſideratio cõſiſtit: poſtea ex hoc cõcludit quid reſtat dicere poſt præmiſſa. Circa primum ſyllogiſmus ſic componiẽ. omnes ſubſtantiæ

Cõſideratio verborum.

naturales

naturales ſunt corpora. Sed tota cõſideratio naturalis eſt de ſubſtantijs naturalibus, igitur tota conſideratio naturalis eſt de corporibus. Circa hunc ſyllm primo minorẽ præmittit, & inquit. {Cũ aũt eorum, quæ natura dicuntur eſſe alia quidem ſint ſubſtantiæ, alia harum ſubſtantiarũ opera atq; affectus ſiue paſſiones. Exponit aũt quæ ſint ſubſtãtiæ naturales & enumerat primo ſimplicia corpora quæ dicuntur elementa, & inquit. Dico autẽ ſubſtãtias quidem, ſupple vt elementa, veluti ignem & terram & quæcunq; ſunt his coordinata: verbũ coordinata græce eſt ſyſtica, latine coelementa: nam aer & aqua ſunt ſimul elementa corporum mixtorum cum eis. at ſi ſyſtica gręce intelligatur coordinata, dico q aer et aqua ſunt igni & terræ coordinata: nam aer igni, & aqua terræ eſt ordinata. Secundo exemplificat de mixtis, & inquit. Etiam quæcunq; ex his ſunt: hoc eſt mixta, & exponit quæ ſint hæc mixta, quæ ſunt ex elementis, & inquit. Veluti totũ cœlum. i. vniuerſum cœlũ ſupralunare. & ipſius partes. i. ſphæræ, itemq; animalia, & plantæ, & horum partes vel B membra, ſed quo modo cœlum & ſphæræ ſint mixta ex elementis, non clare conſtat: fortaſſe loquitur more Empedoclis, qui cœlum ipſum ait eſſe mixtum ex elementis. nam ad rem non refert ſic vel aliter dicere: ſatis. n. eſt habere q cœlũ eſt ſubſtantia naturalis. Quæ igitur ſint ſubſtãtiæ naturales, patet. Deinde manifeſtat, quæ ſint opera atq; affectus, & inquit Paſſiones aũt & opera ſup. ſunt primo motiones locales cuiuſq; horũ, ſup. elementorũ, & aliorũ quorũcunq; ſunt hæc ipſa elementa cauſa ſecundũ ipſorum vim. q. d. opera & affectus ſunt primo motus locales ſimplicium corporum, & motus locales mixtorũ: quorum elementa ſunt cauſæ non ſecundũ eorum ſubſtãtias, ſed ſecundũ virtutem: elementa. n. non ſubſtantialiter ingrediuntur mixta, ſed virtualiter, vt nunc Ariſto. indicat. verũ de his poſtea. Adhuc aũt ſecundo, opera & affectus ſunt alterationes, ſupple ſecũdũ qualitates, reciprocęq; mutationes quæ ſunt generationes elemẽtorum vel C mixtorum, quæ dicuntur reciprocæ, quia aer fit ex igne, & ignis ex aere, & ſic de cæteris. Ex his apparet Ariſtot. per opera & affectus non diuerſa intelligere, ſed eadem: ſunt. n. in propoſito nomina multiuoca idem fere ſignificantia. Hæc de minore. Deinde dat cõcluſionem ſyllm, & inquit. Patet plurimam de natura hiſtoriã de corporibus eſſe, & per plurimã intelligit oẽm. Nam tota philoſophia eſt principaliter de corpore naturali. Vtitur autem hoc loquendi modo vt honeſte loquatur. vel dicit plurimam, quia adhuc in naturali philoſophia agitur de anima & primo motore: quorũ nullum eſt corpus naturale. Tertio ponit maiorẽ &, inquit. Omnes. n. naturales aut ſunt corpora, aut cũ corporibus & magnitudinibus fiũt. nam formæ naturales, & accidentia, quæ illas comitãtur, cum corporibus fiunt ac magnitudinibus. hanc maiorem dupliciter patere ait: primo ex definitione eorum, quę ſunt ſecundum naturam: nam hæc ſunt corpora compoſita ex materia & forma. Secũdo ex ſingulorũ cõtemplatione. D omne enim cõſiderandũ in naturali philoſophia eſt aut corpus, aut cum corpore. Patet igitur in quo conſiſtit principaliter phyſica conſideratio. Hic patet q non tm̃ ſciẽtia de anima dicitur hiſtoria, ſed vniuerſa philoſophia, vt hic ait Ariſt. Deinde Ariſt. oſtendit quid reſtat dicere, repetens rurſus quid principaliter dictum eſt, & inquit. De primo quidem igitur elementorũ, & quale qd ſit ſm naturam, vt q eſt animatum & ſphęricum, & q incorruptibile & ingenitum ſit, dictum eſt, quare patet de ſubſtantijs eſſe dictum de cœlo, & q ſit aĩatum ac ſphæricum, & q ſit ſimpliciter ęternum. Vocat aũt cœlum elementũ, quia eſt corpus ſimplex, vt Simplicius ait, vel melius vt ait Alexan. quia eſt elementum mundi. Addit qd reſtat, & inquit. Reſtat aũt dicere de duobus, videlicet leui, & graui, ſunt enim tres tãtũ naturæ, videlicet grauis leuis, & natura neq; grauis, neq; leuis, quare cum de cœlo ſit dictum, quod eſt natura neutra, reſtat de duobus alijs

Elemẽta sũt virtualiter i mixto.

Non ſolum ſciẽtia de aĩa eſt hiſtoria.

Quid ſupſit tractandum.

A dicere. Vltimo addit quid reſtat dicere quantũ ad opera atq; affectus, & inquit. Simul autem, ſupple cum his duobus nobis dicẽtibus accidit dicere de generatione & corruptione, & forte hoc refert ad lib. de generatione & corruptione, patet igitur intẽtio duorũ librorũ ſequẽtiũ.

Auer. aũt in primo com. primo præmittit intẽtionem, & inquit. Quia intẽtio Ariſt. in hoc lib. de cęlo eſt loqui de partibus mundi ſimplicibus, videlicet in dando cãs accidentium eſſentialiũ, & iã locutus fuit in primo libro & ſecundo de corporibus cœleſtibus, & accidentibus eorũ, vult modo loqui de alijs. 4. ſimplicibus corporibus, quæ recte mouentur. Hæc de intentione. Quo vero ad verba attinet. Auer. per primũ cœlum intelligit omnes motus cœli. i. aggregatum ex omnibus orbibus qui mouentur cœlico motu, & per partes eius intelligit orbes, & ait q cœlum vocauit primum per æquiuocationẽ. i. ſm cauſalitatem, & quia in translationibus arabicis ſic legitur. Et de ſtellis exiſtentibus in eo cuiuſmodi corporis ſunt, B et cuiuſmodi naturę, & q nõ ſunt ex aliquo. 4. ideo Aue. exponit quid intelligit per verba illa ex aliquo. 4. primo exponit q intelligat miſtum, nam ſtellæ non ſunt ex aliquo. i. de natura miſti facti ex. 4. elementis. Aliter exponit, & vult q intelligat formam vel materiam. q. d. q ſtellæ non ſunt ex forma vel materia, quæ eſt ipſorum. 4. elementorũ. Aut exponit. 3. vtrunq;. q. d. q ſtellę nõ ſunt ex materia & forma, ex quibus ſunt elementa. Verũ expoſitiones hæ ſunt vanæ, nam nihil horum verborum eſt in codicibus græcis noſtris. Vlterius quia in ipſius trãſlationibus legitur, modo autem dicamus q naturaliũ fere quædam. Ideo ponderat fere, & ait dixiſſe fere, quia cõſiderat de cœlo, quod non eſt ex. 4. elementis, nec ex miſta natura, & addit hoc dixiſſe ne quis crederet de cœlo et elementis non eſſe eandẽ conſiderationẽ, nã licet cœlum ſit ęternum, eſt mobile, & ita cadit ſub cõſideratione phyſica, & hæc quæ dicit, etiã vana ſunt, nam in veris Ariſt. lib. hæc particula non reperitur. Vlterius Auer. vult p C opera & paſſiones non idem intelligere, ſed diuerſa. Nã per paſſiones ipſe intelligit accidẽtia propria ac eſſentialia. Nam paſſio cõiter dicitur tam de proprio, q̃ de cõi accidente, proprie autem non niſi de eſſentiali accidẽte. Sic igitur per paſſiones, intelligit accidentia propria, per operationes aũt intelligit motus. Nã quæcunq; inſunt corporibus phyſicis ſunt aut actiones, aut paſſiones. Vlterius quia in eius translationibus ait, & hoc manifeſtum eſt ex hoc, & dupliciter exponit quid per hoc intelligit, & primo per hoc intelligit cœlum, nam de cęlo dictũ eſt in primo & ſecundo lib. diuerſimode, vt viſum eſt. Aut intelligit ſubſtantiam huius artis, hoc eſt ſubiectum ſciẽtiæ naturalis, de quo in primo lib. dictum eſt, tamẽ redit ad primam expõnem & intelligit cęlum, nã in primo lib. dictũ eſt de ipſo cęlo, quæ ſit illius natura, & eſt ingenitũ & incorruptibile, & etiam hæc vana ſunt, cum in libris Ariſt. hæc non reperiantur. Deinde Auer. ponit differentiã inter conſiderationem de elementis quæ habetur in hoc D libro: & illam quæ habetur in lib. de generatione, nam in lib. hoc conſiderat de elementis, vt ſunt partes mundi in lib. de generatione, vt ſunt partes miſti generabilis & corruptibilis. Præterea hic lib. conſiderat de generatione & corruptione, vt ſunt accidentia eſſentialia elemẽtis ac miſtis, in lib. de generatione vt ſunt effectus cauſati ab elementis. Præterea hic conſiderat de generatione ac corruptiõe, vt ſunt ſubm cõſiderabile, illic vt ſunt cãę ſubiecti, ſaltẽ diſpoſitiue, diſponũt. n. ad formas, q̃ sũt vt ſubiecta. Hæc Auer. licet multa alia friuola dicat, quæ non valent.

Quæ Auer. commen. 1.

Verborum examinatio.

Generatio enim aut omnino nõ eſt, aut ſolum eſt in his elementis: aut his quæ ex illis ſunt: hoc autem ipſum primum eſt conſiderãdum vtrum ſit, aut non ſit.

Omnino, p ter omne.

Propoſiturus autem Ariſt. opiniones antiquorum de propoſita intentione, primo magis particulariter loquẽs

Expoſitio

præmittit

præmittit diuiſionem quandam, & inquit. Generatio.n. aut omnino non eſt in rerum natura, hoc eſt aut nihil eſt. Aut generatio ſi eſt, ſolum eſt in his elementis, de quibus dicemus, aut in his miſtis, quæ ex illis ſunt. eſt igitur hæc diuiſio, ꝙ generatio vel nihil eſt vel ſolum reperitur in elementis, atq; miſtis. facta hac diuiſione, recolligit intentionem magis in particulari, et inquit. Hoc autem ipſum primum eſt conſiderandum, vtrum videlicet generatio ſit, aut non ſit, quia ex huius primi conſideratione patebit ſecundum. patebit enim ꝙ ſi generatio eſt, non eſt niſi in elñtis & miſtis, & ĩ nullis alĳs. Hęc de ꝑticulari itẽtione.

Hi quidẽ igitur, qui prius de veritate philoſophati ſunt, tã in his ſermonibus, quos nunc dicimus, ꝙ̃ inter ſeſe diſcordes fuere. Nam hi quidem ipſorum generationem, corruptionemve tollunt omnino: nihil enim eorum, quæ ſunt generari, aut corrumpi, ſed ſolum videri nobis dicunt, vt ſunt qui circa Meliſſum, & Parmenidem.

Expoſitio. Præmiſſa intentione nunc exequitur de illa, & primo quid veteres ſenſere narrat, & inquit. Hi quidem igitur qui prius de veritate philoſophati ſunt, iſti in ſuis opinionibus diſcordes ſunt tam in his ſermonibus, quos nunc dicimus de generatione & corruptione, ꝙ̃ inter ſeſe diſcordes fuere, ecce ꝙ iſti differunt inter ſe, quia de generatiõe & corruptione non eodem modo loquuntur, & differunt à nobis, quia quouis modo loquantur, non recte ſentiũt. Et ꝙ differant à nobis declarat ponendo eorum poſitiones, nam ſic patebit illos differre inter ſe, & inquit. Nam hi quidem tollunt omnino generationem & corruptionẽ ipſorum corporum naturalium, dicentes generationem ac corruptionem nihil eſſe in rei veritate, ſed ſolũ hæc videri generari, & corrumpi, vt ſunt qui philoſophati ſunt circa Meliſſum, & Parmenidem, iſti enim tollunt omnino generationem ac corruptionem, ſed dicunt illas eſſe ſecundum apparentiam. Quo vero ad verba attinet per veritatem intelligit ſcientiam ſpeculatiuam, & dicit qui prius de veritate contemplati ſunt propter eos, qui prius philoſophati ſunt de moribus, & re.p. ſeu politicis.

Aliqua / Alia / Præterea / Autem / Borũ eſt verbũ additum.

Quos & ſi aliqua bene dicunt, non phyſice tamen dicere oportet putare. Eſſe nanq; entiũ aliqua ingenita omninoq; immobilia eſt magis alterius, atq; prioris ꝙ̃ phyſice conſiderationis: præterea, quia nihil quidẽ aliud præter ſenſibilium ſubſtantiã eſſe ſuſpicati: hi primi quaſdam tales intelligentes naturas (ſiquidem erit eorum aliqua cognitio, aut prudentia.) Sic ad hæc traduxerunt per rationes, quę inde ſunt.

Oſtendit quid bene, quid ve male dixerunt iſti ſic dicentes. Quantum enim ad hoc ꝙ ſint, quædam entia ingenita atque incorruptibilia, recte dicũt, ſunt enim entium quædam quæ in rei veritate nec genita ſunt, nec corruptibilia, vt ſubſtantiæ ſeparatæ. Sed dupliciter deficiunt, primo, quia phyſice credentes loqui, non phyſice, ſed metaphyſicę loquuntur, & hoc ait, eſſe nanque entiũ aliqua ingenita omninoq; ĩmobilia eſt magis alterius atq; prioris ꝙ̃ phyſicæ conſiderationis, quia conſideratio illorum ſpectat ad metaphyſicam, quæ eſt prior ſciẽtia ꝙ̃ ſit phyſica. Secundo defecerunt, quia hi primi philoſophantes nihil quidem aliud eſſe præter ſenſibilium ſubſtantiã ſuſpicati quaſdã tales, ſ. ęternas intelligentes naturas, ſiquidẽ erit earũ naturarum aliqua ſiue cognitio ſiue prudentia; & dixit hoc, quia in rei veritate nihil de illis intellexerũt, ſed ſolũ temere, ac à veritate cõpulſi, ſic ad hæc phyſica corpora traduxerunt per rationes quæ inde ſunt. In q;

E bus verbis patent tres illorum defectus, primus enim eſt quia credentes phyſice dicere, loquuntur metaphyſicæ. Secũdo, quia nõ intelligentes aliquid ęterni locuti ſunt de ingenitis & ęternis. Tertio, quia quę ęternis competunt, ad phyſica traduxerunt, & hanc translationem fecerunt propter rationes, quæ inde factæ ſunt, rationes enim inde factę ſunt, quia crediderũt propria æternis conuenire caducis, & genitis.

Auerro. aũt introducit textũ hoc modo dicẽs, cum voluit perſcrutari vtrũ ſit generatio aut nõ ſit ad maiorẽ declarationẽ, quia generationẽ eſſe eſt manifeſtũ, tñ ad maiorẽ declarationem declarabit an generatio ſit, ideo vult Auer. ꝙ incępit ab eo q̄d eſt famoſius, & ponit illud tãꝙ̃ ſuppoſitionẽ, videlicet ꝙ ſi generatio & corruptio ſunt, neceſſario ſunt in. 4. elemẽtis vel in miſtis ex illis, hæc igitur eſt propoſitio famoſa, & quaſi ſuppõ, & ait hãc famoſam propoſitionẽ nõ cõceſſiſſe niſi cõcedentes generationẽ eſſe, oẽs enim, qui generationẽ eſſe dicũt, aiunt illã eſſe Auer. comment. 2.

F in elemẽtis atq; miſtis, & quia Ariſt. loquitur cũ eis, qui tenẽt generationẽ eſſe, iõ primo quærit vtrũ generatio et corruptio ſint in elemẽtis atq; miſtis, quia hæc ꝑſcrutatio eſt prior natura vel doctrina alia ꝑſcrutatione. Nã ſequit; ſi generatio eſt in elñtis, ꝙ generatio ſit, ipſam.n. eſſe, nõ eſt niſi eſſe in elemẽtis vel miſtis, & ſic patet inductio textus ſm Auer. Vlterius Auer. reducit põnes antiquorũ in duas cõtrarias, & ait, ꝙ vna põ dicit nulla generari entia. Alia ait, oĩa entia generari, quorũ põnes ambę falſæ ſunt, & veræ ſubcontrariæ. Nã q̃dam ſunt ingenita, vt ſubſtãtię ſepatæ, & ſic hæc eſt vera, q̃dã non generantur, hæc etiã, q̃dã generantur, vt phyſica corpora, elemẽta, et miſta, igitur põnes illæ contrarię ſunt falſæ, ſubcontrarię veræ. Sed quæres, quare locutus eſt contra eos qui dicunt nulla entia generari, & nõ cõtra eos qui dicũt oĩa entia generari. Rñdet Auer. & aſſignat quinq; rõnes, & inquit. Primo & locutus fuit cõtra iſtos, videlicet, qui dicunt nulla entia fieri, & non contra alios, qui dicũt oĩa en- Dubitatio. Solutio.

G tia fieri, ꝙ̃uis vterq; ſermo ſit verus ſm ꝑtẽ, quia pars vera in ſermone iſtorũ ſupple qui dicũt nulla entia fieri, eſt nobilior, eſt enim pars vera ſubcõtraria illi, videlicet, quędã entia nõ generant nec corrumpũtur, ideſt quędã entia nõ fiunt. Hæc pars vera eſt de ſubſtãtĳs ſeparatis, q̃ ſunt nobiliores res oĩbus rebus, igitur cũ hæc pars vera ſit nobilior, & de nobilioribus ſit magis agendũ, relinquitur ꝙ recte cõtra iſtos debuit loqui, et nõ cõtra alios. Scdam rõnem ponit ibi, & pauciſſimi, q̃ talis eſt. Pauciſſimi antiquorũ ꝑtẽ hãc verã intellexerũt, quia hæc pars ꝙ quædã nõ fiant, ſolũ vera eſt de ſubſtantĳs ſeparatis, quas pauci aut nulli intellexerunt, modo de occultioribus eſt magis agendũ, & ita recte contra hos ipſe loquit, quia pars eorũ vera eſt latentior. Tertio rõnẽ ponit ibi, pars aũt vera in ſermone, quæ talis eſt, ps vera in opinione eorũ qui dicũt oĩa generari atq; corrũpi eſt ſenſui manifeſta, eſt.n. huic ſubcõtraria hęc: q̃dam entia generantur & corrumpunt, quæ (cũ ſenſibus pateat) non indiget ꝑtractatione.

H Quarto rõnem ponit ibi, & quia hæc ꝑſcrutatio, quæ talis eſt, pars vera ſecũdę põnis cõtinet. 4. elñta & miſta, modo in his generationẽ corruptionemq; fieri nemo eſt qui dubitat, ideo non erat digna pertractatione. Quinto ponit ibi, & etiam principia, quæ talis eſt, pars hæc vera quæ eſt, ꝙ quędam res fiunt, in lib. phyſicorum eſt diligenter diſcuſſa, vbi declaratum eſt eſſe quædam principia abſtracta, & penit⁹ ĩmobilia, vt ſunt ſubſtãtię ſepatę. Ideo nõ egebat retractatione, nec noua diſcuſſione, patet igitur ꝙ cõtra primã poſitionẽ recte locutus eſt oſtendẽdo q̃ pars ſit vera, & quę falſa. Deinde Auer. ibi, & nõ oportet nos ꝑſcrutari hic, exponit quędã verba textus, q̃ (vt intelligas) ſic in eius tranſlationibus leguntur, & non oportet nos perſcrutari hic de rebus non cadentibus ſub generatione et corruptione, quę neq; mouentur omnino in qualitate, hoc enim conueniens eſt libro de Auditu naturali, in quo perſcrutamur de natura. Vult igitur

Auerroes

Auerroes circa hæc verba, ꝙ Parmenides & Meliſſus deficiant, quia pars vera eorum, ꝙ videlicet quædam non generantur, ſolum habet locum in ſubſtantijs ſeparatis, de quibus loquitor non hic, ſed in libro Phyſicorum, & ita errant, quatenus poſuerunt quædam non pertinentia ad hunc locum, & ſic Auerroes per res, quæ non caduce ſub generatione, intelligit primum mouens, quod in fine 8. Phyſicorum declaratur. Et prima principia, videlicet materiam & formam, quæ ſunt æterna non cadentia ſub generatione, de quibus in libro primo Phyſicorum locutus eſt. Et per ea quæ non mouentur in qualitate intelligit orbes, qui circulariter mouĕtur, quia illic declaratum eſt motum circularem non eſſe per generationem vel alterationem tranſmutabilem. Aſſignat autē Auerroes cauſam, quare in libro phyſicorum hæc omnia pertractauit, & ait, quia ille liber eſt vniuerſalis omnibus libris cōtinens radices vniuerſales oībus libris philoſophiæ naturalis. Aſſignat etiam cām quare addidit in quo perſcrutatur de natura, & eſt quia natura enumeratur inter cauſas & principia vniuerſalia quæ in illo lib. pertractātur. Hęc Auer. Sed ſunt hæc omnia vana, nam in codicibus gręcis nihil horum reperitur, & ita omnia hæc ſunt ad cæcum, ſicut multa alia huius hominis. Vltimo Auer. ponit ibi, cum dixit, opinionem dicentis rationem Parmenidis & Meliſſi, qua dixerūt hæc ſenſibilia nulla generari, & ſylls eius eſt. Scibilia non generantur, nec corrumpūtur: eſt. n. ſcientia non niſi de æternis. Hæc ſenſibilia ſunt ſcibilia: igitur nec ſunt genita, nec corruptibilia, hæc dicit Auer. in ſumma, & vt dixi, ſunt ſua verba, non Ariſt. iam enim habemus veros Ariſto. textus, & legimus eos proprio in fonte, ideo ſuadeo iuuenes nihil credant Auer. circa verborum Ariſtot. interpręttationes, quoniam tranſlationes quas habebat, erant omnes erroneæ, vt ipſemet fatebitur infra commeot. 35.

Quaſi vt quadmodū induſtria de induſtria de data opera φυσιολογοῦντες De natura dixerunt.

Quidam vero alii quaſi ſtudioſe cōtrariam his habuerunt opinionem: ſunt enim quidam qui nullam rerum ingenitam eſſe aſſerunt, ſed omnes fieri, genitas autem has quidem incorruptibiles permanere, has autem rurſus corrumpi. Maxime quidem hi ſunt, qui circa Heſiodum ſunt. Deinde & aliorum qui primi de natura dixerunt.

Expoſitio.

Nunc narrat ſecundam poſitionem eorum, qui ſectantur Heſiodum, qui dixerunt omnia generari, verum eorum quæ generantur, quædam dixerunt incorruptibilia permanere, quædam generari & corrūpi. Vnde inquit. Quidam vero alij quaſi ſtudioſe, id eſt quaſi de induſtria contrariam his habuerunt opinionem. & dixit quaſi de induſtria, quia poſitionem hanc habuerunt vt illis contradicerent. Deinde narrat poſitionem horum & inquit. Sunt enim quidam qui nullam rerum ingenitam eſſe aſſerunt, ſed omnes fieri fatentur. Verum genitas nō eodem modo dicūt omnes, quia alias incorruptibiles permanere alias rurſus corrupti. Vltimo explicat, qui fuerunt hi, & inquit. Maxime quidem hi ſunt, qui circa Heſiodum ſunt. Deinde ſunt huius etiam opinionis & aliorum qui primi de natura dixerunt, ꝙ græce eſt phyſiologizantes. Sed quæ ſint res quæ fiunt, & poſtea permanēt incorruptibiles, non explicant expoſitores de mente Heſiodi. Verum quidam dixerunt eſſe primam cauſam, quam factam eſſe voluit Heſiodus, ſed incorruptibilem. Alij eſſe chaos, quod Heſiodus factum eſſe dixit, ſed permanere ſemper, vt ab eo omnia proficiſcantur. Alij dicant quid velint: nam hoc parum ad nos, qui quærimus Ariſtoteles intelligere.

φυσιολογεῖν de natura loqui, ac diſputare, rerum naturā perſcrutari.

Stabile. Subſiſter.

Hi vero alia quidem omnia & fieri et fluere dicunt, nihilq; ſtabile eſſe. Vnū autem quod-

A dam ſolum permanere, ex quo hæc oīa transfigurari ſunt apta, quod quidem cæteri cōplures & Heracl. Epheſius velle dicere vidētur.

Expoſitio.

Nunc narrat tertiam poſitionem, & inquit. Hi vero alia quidem omnia, & fieri, & fluere dicunt, nihilq; ſtabile eſſe. Vnum autem quoddam ſolū permanere, ex quo hæc omnia transfigurari ſunt apta. Hoc autem ſecūdum expoſitores græcos eſt materiale principium, quod ſubſiſtit omnibus quæ fiunt & corrumpuntur. Deinde quorum ſit hæc poſitio tangit, & inquit. Quod quidem cæteri complures, & Heraclitus Epheſius velle dicere videntur, huius etiam poſitionis fuit Thales, qui aquā eſſe hoc principium dixit, Anaximenes vero aerem, Anaximander inter vtrūq; .ſ. vaporem. Heraclitus autem Epheſius ignem, de quo ſpecialiter mentionem fecit, quia ipſe magis aſſerebat omnia eſſe in continuo fluxu. Hæc græci expoſitores addiderunt.

Auer. commen. 5.

B Auerroes autem breuiter reſumit opiniones, & recte, & ait ꝙ ſecunda opinio eſt eorum, qui dixerūt omnia generari, & iſti ſunt bipartiti, nam alij dicunt generabilium eſſe quædam genita, & nō corruptibilia, vt Plato dicit de mundo, ait enim, Mūdum factum, ſed incorruptibilem. Alij dicunt genita omnia & corruptibilia, aſſerunt. n. omne generabile eſſe corruptibile, qui etiam bipartiti ſunt, nam alij volunt genitum ipſum eſſe permanens & fixum donec corrumpatur. Alij ꝙ genitum ſemper eſt in fluxu, & quod non eſt hic niſi materia & ſubiectum, ratione cuius generatio eſt æterna, eo quia omnis tranſmutatio eſt firmata ſuper aliquod permanens. Et ait ꝙ iſti non diſcordant in hoc. Sed circa principium quod ponunt ſubſiſtere, nam alij dicunt illud eſſe ignem, alij terrā, alij aquam, alij vaporem, vt dictum eſt, hæc optime Auerroes.

ἀεὶ πάθεια

Sunt autem quidā qui & omne corpus generabile faciunt, componentes ipſum ex ſuperficiebus, ac diſſoluentes in ſuperficies.

Expoſitio.

C Quarta poſitio eſt Platonis, qui dixit, omne corpus generari, componens ipſum ex ſuperficiebus, & diſſoluens ipſum in ſuperficies.

Quo quæcunque Contra Contraria.

De alijs quidem igitur alius erit ſermo, his vero qui hoc dicunt modo, omniaq; corpora ex ſuperficiebus conſtituunt. Quot quidem alia accidit dicere contra mathematicas ſcientias perfacile eſt videre: erat tamen æquū, aut non dimouere ipſas, aut credibilioribus rationibus, ꝙ ſuppoſitiones ſunt, dimouere.

Expoſitio.

Nūc reprobat opiniones, & primo oſtēdit cōtra quas vult argumentari, & inquit. De alijs quidem igitur, ſupple tribus opiniōibus alius erit ſermo, quia partim in primo phyſicorum, partim in libro de generatione, partim autem inferius ī hoc libro, poſtea reſumit opinionem, cōtra quam vult obijcere, & inquit. His vero qui hoc dicūt

D modo, omniaq; corpora ex ſuperficiebus conſtituunt, vt ſunt Platonici, quod quidem alia accidit dicere cōtra mathematicas ſcientias, per facile eſt videre. Obijcit Platoni per hoc generatim quia ex poſitione eius ſequitur contra ſuppoſitiones in ſcientijs mathematicis traditas, ſunt enim in mathematicis plures ſuppoſitiones, vt punctum eſſe indiuiſibile ſimpliciter, lineam eſſe indiuiſibile ſecundum latitudinē, ſuperficiem autem ſm altitudinem, modo dicere ꝙ linea fiat ex punctis, & ſuperficies ex lineis, & corpus ex ſuperficiebus, eſt ſuppoſitiones has deſtruere, ſequitur enim punctum eſſe partem lineæ, lineam ſuperficiei, ſuperficiem corporis. Modo pars rei diuiſibilis eſt diuiſibilis. Quare ſequitur illa omnia eſſe ſimpliciter diuiſibilia. Ecce quomodo ex poſitiōe Platonis ſequitur contra ſuppoſitiones mathematicas. Ideo ait contra ipm, erat tamē æquum aut non dimouere ipſas ſuppoſitiones,

quas

quas diximus, aut dimouere ipſas ſuppoſitiones per credibiliores rationes, q̃ ſint ſuppoſitiones illæ, quaſi velit dicere, ꝙ quia non dantur credibiliores rõnes, q̃ ſint ſuppoſitiones, ideo eſt fatuum ſic opinari, hęc Ariſtoteles cõtra Platonem generantem. Aſſignat autem Expoſitor duas rationes, cur prætermiſſis alijs opinionibus, tm̃ contra Platonis poſitionem inſiſtit, primo, quia hæc poſitio erat famoſior, ſicut & Plato vir erat iſignis. Secũdo, quia hæc poſitio eſt ordine doctrinæ prior, quoniam eſt de generatione corporis in eo ꝙ corpus, aliæ ſunt de generatione corporum ſenſibilium, modo corpus vt corpus eſt prius corpore, vt ſenſibile.

Auer. commen. 4. Auerroes autem aſſignat aliam cauſam, quare non eſt loquendũ contra primas opiniones, quia illæ non ſunt naturales, nam negant generationem eſſe, modo generatio eſt quoddam ſuppoſitum in naturali philoſophia, ideo loqui de hoc ſpectat magis ad metaphyſicum ac logicum, qui inquirunt ſuppoſita ac ſubiecta aliarum facultatum.

Sed hæc ratio Auerrois non cogit, quia ſaltem poteſt dici contra eos qui aſſerunt omnia generari, iſti enim nõ, negant ſubiectum, nec ſuppoſitum. Præterea dubium eſt ſi metaphyſicus habeat hoc agere, vt alibi dicit ipſe, immo naturalis philoſophus probat eſſe aliquid fixum & immobile, ſed hæc Auerrois ratio valeat, quantum valere poteſt.

Deinde patet eiuſdem eſſe rationis ſolida quidem ex ſuperficiebus, ſuperficies autẽ ex lineis, & has ex punctis componi. Quæ ſi ita ſint, non neceſſe eſt partem lineæ lineam eſſe, ſed de his prius in ſermonibus de motu conſiderauimus: demonſtrauimus enim indiuiſibiles nullas longitudines eſſe.

Expoſitio. Obijcit ſecũdo ſpeciatim, & primo ſumit quoddam quaſi ſuppoſitionem dicens, deinde patet eiuſdem eſſe rationis, ſolida, id eſt corpora quidem ex ſuperficiebus: ſuperficies autem ex lineis, & has lineas ex punctis componi, eſt igitur ſuppoſitio eadem ratione componi corpora ex ſuperficiebus, ſuperficies ex lineis, & lineas ex pũctis. Tũc arguit quæ ſi ita ſint hæc ſupple quæ diximus, non neceſſe eſt partem lineæ lineam eſſe, quia ex quo fit ex pũctis, partes lineæ erunt puncta, quod quidem eſt impoſſibile, de quo ſe remittens ad ſextum phyſicorum inquit. Sed de his prius in ſermonibus de motu conſiderauimus, demõſtrauimus enim indiuiſibiles nullas eſſe lõgitudines, & per conſequens non poſſe componi ex punctis.

Auer. commen. 5. Auerroes autem dicit primo poſitionem Platonis ſeq impoſſibilia, quæ ſequuntur poſitionem dicentem continuũ componi ex indiuiſibilibus. Secundo ait, illam ſequi alia impoſſibilia contra mathematicos. Tertio dicit, e nã illam ſequi impoſſibilia naturalia ſed quia hanc ſequũtur illa impoſſibilia quæ ſunt contra eos qui dicunt cõtinuũ cõponi ex indiſibilibus, ideo incępit dicere illa impoſſibilia. Secundo dicit Auerroes ꝙ dicentes corpora ex ſuperficiebus componi, non dicunt ſuperficies componi ex lineis, & qui dicunt ſuperficies fieri ex lineis, non dicunt lineas fieri ex punctis, propterea dixit eſſe eiuſdem rationis, nã eadem ratione corpus fit ex ſuperficiebus, qua ſuperficies ex lineis, & qua linea ex punctis, quia proportio ſuperficiei ad corpus eſt ſicut lineæ ad ſuperficiem, & pũcti ad lineam, & quia puncta ſunt indiuiſibilia, ideo idem quaſi eſt dicere corpus fieri ex ſupficiebus, & ſuperficies ex lineis, & lineas ex punctis, quod continuum ex indiuiſibilibus, propterea remiſit ſe ad ſextũ phyſicorum, vbi probauit continuum non componi ex indiuiſibilibus.

Addit tñ, ꝙ licet in ſexto ſint impoſſibilia dicta, hic ſpeciatim addit quædam videlicet, ꝙ ſequitur partem lineæ non eſſe lineam, ſed punctum, partem ſuperficiei non eſſe ſuperficiem, ſed lineam, partem corporis nõ eſſe corpus, ſed ſuperficiem. Quæ omnia ſunt contra geometras, quí dicunt lineam diuidi in duo media in infinitum, & ſuperficiem, & corpus ſimiliter. In his enim tribus magnitudinibus diuiſio proficiſcitur in infinitum. Sed occurres, quia tunc de eiſdem conſideraret phyſicus, & mathematicus. Secundo, quia ſi de his in ſexto libro phyſicorum eſt dictum: ſuperfluũ hic eadem repetere. Reſpondet Auer. ibi, & quia perſcrutatus eſt, & vult ꝙ phyſicus, & mathematicus conſiderent has tres magnitudines, phyſicus, vt ſunt termini, id eſt forma in materia, Mathematicus vt ſunt abſolutæ à materia, & ita patet ſolutio ad primam. Ad ſecundam dicit hic non ſuperfluere loqui de his, quia loquetur per rationes particulares, & magis materiæ propinquas q̃ locutus ſit in phyſicis, hæc Auer.

Obiectio. Solutio.

Quæcunque autem de phiſicis corporibus impoſsibilia accidit his dicere, qui lineas indiuiſibiles faciũt, parumper nunc etiam conſideremus. Nam ea impoſsibilia, quæ quidẽ in illis accidũt, etiam in naturalibus ſequentur. At non omnia quæ in his ſequuntur, in illis accidunt: propterea, ꝙ mathematica abſtractione dicuntur, phiſica autem additione.

Sequunt ve[rbum] addi[tum]. Accidũt ve[rbum] addi[tum].

Expoſitio. Nunc Ariſtoteles per rationes naturales vult Platoni contradicere, & cauſam reddit ex hoc, quia impoſſibilia quæ accidunt de corporibus mathematicis, accidunt de corporibus phyſicis. Contra autem non, non enim oporter vt impoſſibilia quæ accidunt de corporibus phyſicis, accidãt de corporibus mathematicis. Propterea vult nũc ſeorſum ponere impoſſibilia de corporib⁹ phyſicis, quia hæc non accidunt de corporibus mathematicis. Dicit Autem Ariſtoteles hęc, quia poſſet qs dicere, tu dixiſti impoſſibilia de corporibus mathematicis contra Platonem, igitur ſufficiunt. Reſpondet ꝙ nunc vult dicere impoſſibilia quæ accidunt de corporibus phyſicis, quia licet omnia impoſſibilia, quę accidunt de corporibus mathematicis, accidunt de corporibus phyſicis, non tñ omnia quæ accidunt de corporibus phyſicis, accidunt de corporibus mathematicis & huius rei cauſa eſt, quia impoſſibile accidens alicui, eſt illi repugnans, idem enim eſt impoſſibile, quod repugnãs, modo corpus mathematicum eſt vt vniuerſale ad ipſum corpus phyſicum, quia corp⁹ mathematicũ abſtractione eſt, vt ipſum vniuerſale, phyſicum additione, vt ipſum particulare, quare recte omne impoſſibile accidens de corporibus ipſis mathematicis, accidit de corporibus phyſicis, quia omne repugnãs vniuerſali, repugnat particulari. Inquit. Quæcunq; autẽ de phyſicis corporibus impoſſibilia accidit his dicere, qui lineas indiuiſibiles faciunt, parumper nunc etiam conſideremus. dixit autem parũper, quia alibi in ſexto phyſicorum ample diſputauit, & in libro de generatione. Sed quia aliquis diceret, dicta ſunt impoſſibilia de corporibus mathematicis cõtra Platonem: vt textu proximo rapidũ cõſiderauit, igitur nõ eſt de nouo impoſſibilia repetere, quę accidunt de corporibus phyſicis. Reſpondet, & inquit. Nam ea impoſſibilia, quæ quidem in illis, ſupple mathematicis accidunt, etiam in naturalibus ſequentur, at non omnia quæ in his naturalibus ſequuntur, in illis mathematicis accidunt, et aſſignat cauſam, inquit. Propterea ꝙ mathematica abſtractione vt vniuerſalia dicuntur, phyſica additione vt particularia, & ita videtur impoſſibile quod accidit mathematicis accidere naturalibus, ſicut oẽ repugnans vniuerſali, repugnat particulari.

Obiectio. Reſponſio.

Auer. commen. 6. Auerroes aũt primo pręmittit conuenientiam & differentiam inter phyſicũ & mathematicũ, & inquit. Quod phyſicus, & geometra conueniunt in conſiderando has tres magnitudines, quæ ſunt corpus, ſuperficies, & linea.

Secundo dicit, ꝙ licet conueniant, tamen differunt in modo conſiderandi. Tertio ait, ꝙ quia conueniunt & differunt, ideò conueniunt in propoſitionibus ex quibus fiunt ſyllogiſmi, & cõcluſionibus, quæ vi ſyllogiſmorum inducuntur.

inducuntur. Quarto infert, ꝙ omnia impoſſibilia quæ accidunt à poſitione falſa, quam Plato ait de his magnitudinibus tribus, cum ait corpus ex ſuperficiebus, ſuperficiem ex lineis, lineam ex punctis componi, accidũt etiam naturalibus. Niſi ſint aliqua accidentia, quæ accidunt illis, vt ſunt abſtracta à materia, & nõ quatenus ſunt in materia, aut econuerſo. eorũ, quæ accidunt naturalibus vt in materia, & non illis, vt abſtracta à materia, ponit exemplũ, & ait tam phyſicum ꝙ̃ mathematicũ cõcedere continuum poſſe diuidi per diminutionem in infinitum, ſiue ipſum continuum conſideretur vt in materia, ſiue vt abſolutum à materia, quia, vt tertio phyſicæ auſcultationis dicitur, ſi continuum conſideretur vt in materia, cum ratione materiæ ſit diuiſio in infinitum, vt ſic cõtinuum poteſt diuidi in infinitum, ſi cõſideretur vt continuum, etiã poteſt diuidi in infinitum, quare ſecundum vtriuſq; conſiderationem continuũ poteſt diuidi ad infinitum. Differunt autem ex parte auctionis, quia mathematicus concedit poſſe creſcere in infinitum, quia continuum conſiderat vt à materia & forma abſtractum, & ſi abſq; omni limitatione, illud contemplatur, phyſicus vero, quia conſiderat continuum, vt terminus, hoc eſt vt forma, cuius eſt aliam terminare, quia eſt terminus per eſſentiam, iure nõ concederet continuum poſſe creſcere in infinitum, vt primo huius cõmen. 32. & ſexto phyſicorum commen. 15. & ſeptimo phyſicorum cõmen. 2. dicitur. Quæ ratio docet mathematicum ponere continuum diminui, & augeri in infinitum, phyſicus vero diminui quidem ſic, augeri autem minime. Quinto ait, ꝙ impoſſibilia quæ accidunt naturalibus, accidunt geometricis ſaltem in parte, non autem vniuerſaliter, non enim oportet quæ accidunt rebus vt concretæ ſunt, accidant rebus, vt abſtractæ ſunt, non enim quod accidit rei ſecundum concretionem atq; ſm quid, accidit rei ſimpliciter. His præmiſſis Auerroes introducit textum, & vult ꝙ cum deducta ſunt impoſſibilia quæ pertinent geometriæ, deducentur quatenus pertinent huic ſciẽtię naturali, & dixit parumper, quia nõ perfecte omnia geometrica impoſſibilia adducit in hac naturali ſcientia, cum quædam eorum prætermittat.

Obiectio. Sed occurres, quia phyſica & mathematica ſunt ſcientię diuerſorum generum, & non ſubalternę, igitur differunt penitus in ſyllogiſmis, propoſitionibus, & concluſionibus, & etiã in impoſſibilibus.

Reſponſio. Vult ꝙ Ariſtoteles reſpondeat concedendo ſimpliciter has duas ſcientias differre, ait tamen ſcientias has conuenire in aliquibus, & ſm quid, & ita nõ omnia, ſed quædam impoſſibilia ſunt communia vtriq; ſcientiæ, aſſignat autẽ cauſam Auerroes, quia mathematicus & phyſicus conueniunt quo ad ſubiectum. Differunt autẽ quo ad rationem conſiderandi, nam geometra conſiderat corpus, vt diminutũ, ideſt abſolutum ab accidentibus materialibus & à motu, Phyſicus, vt cõcernens hæc. Et ſic quando Ariſtoteles ait mathematicã eſſe ſcientiam abſolutam, & phyſicã concretam, non intelligit per abſolutam, vniuerſalem ſubalternantẽ, & per concretã ſubalternatam, vt geometriã & perſpectiuam, arithmeticã & muſicam, quarum vna alteram ſubalternat, ſed intelligit has circa idem ſubiectum cõſiderare ſub diuerſa ratione, quia geometra ſub ratione abſtracta, & phyſicus ſub ratione concernente motum & accidentia materialia, & addit ꝙ quomodocunq; ſit inter ſcientiam altiorem, quã vocat Ariſtoteles diminutã, & inferiorẽ, quam vocat additam, eſt aliqua cõuenientia, propter quã poteſt dici quod accidentia, quæ accidunt geometricis, accidunt etiã phyſicis. Ex his refellit obiectionẽ, quæ fiebat contra Ariſtotelem, nam Ariſtoteles in poſterioribus dixit non licere migrare de genere in genus, & ita non licet migrare de geometricis ad phyſicas, aliter vteretur propoſitionibus non proprijs huic ſcientiæ. Tunc verificat illã propoſitionem quæ dicit, quicquid accidit ſcientiæ ſuperiori, accidit inferiori, ait enim hoc eſſe verum quando quod continetur in ſuperiori, eſt cauſa eorum quæ continentur in

A inferiori. Quando vero quæ accidunt ſuperiori ſcientiæ, non ſunt cauſæ eorum, quæ ſunt in inferiori, & maxime quando ſcientia ſuperior, & inferior ſunt differentes omnino & nullo modo ſubalternæ, tunc hæc propoſitio non habet locum, quo modo ſe habet geometria cum naturali, geometria enim continet res, quæ non ſunt cauſæ rerum naturalium, quare impoſſibilia accidentia geometriæ nõ omnia, ſed quædam accidunt phyſicis, hæc Auerroes. Ex dictis igitur Ariſtotelis & Auerrois patet, non omnia impoſſibilia quæ accidunt falſis opinionibus de corporibus mathematicis, accidunt falſis opinionibus de corporibus phyſicis, & huius rei cauſa eſt, quia impoſſibile & repugnans idem eſt, modo, omne repugnans corporibus mathematicis, repugnat phyſicis corporibus. Nam mathematica corpora ſunt abſtractione, & quaſi vniuerſalia, phyſica autem additione, & quaſi particularia, omne autem repugnans vniuerſali repugnat particulari.

Dubitatio. Sed occurres, nam repugnat corporibus mathemati-

B cis finiri ad maximum, hoc autem competit phyſicis.

Solutio. Poteſt dici, ꝙ per mathematica intelligit vniuerſalia, corpora ſecundum quorum rationem mathematicus conſiderat, modo omne repugnans vniuerſali repugnat particulari. Tunc ad rationem dico, ꝙ non repugnat corpori vniuerſali vt corpus finiri ad maximũ, nam aliquod corpus finitur ad maximum, igitur corpus finitur ad maximum, bene tamen dico corpori vt corpus non competere vt finiatur ad maximum.

Complura autem ſunt, quæ indiuiſibilibus ineſſe non poſſunt, phyſicis autem neceſſario inſunt, vt ſi quid eſt indiuiſibile. In indiuiſibili enim diuiſibile ineſſe non poteſt. Affectus autem omnes dupliciter diuiſibiles ſunt. aut enim ſecundum ſpeciem, aut ſecundum accidens: ſecundum ſpeciem quidem, vt coloris al-

C bum & nigrum: ſecundum accidens autem, ſi id cui ineſt, diuiſibile ſit. Quare quæcunq; ſimplices ſunt affectiones, omnes ſunt hoc modo diuiſibiles. Quapropter impoſſibile ipſum in talibus eſt conſiderandum.

Affectus. Paſſiones.

Affectiones. Paſſiones.

Expoſitio. Hic textus eſt obſcurus, & nec latini, nec græci (vt mihi videtur) clarè ipſum exponũt. Ego vero ſaluo meliori iudicio, dicerem ꝙ hic incipit Ariſtoteles phyſicè contra dicere Platoni, & primo ſumit duo, quaſi duas ſuppoſitiones, quarum prima eſt, ꝙ cõplura ſunt, quæ rebus indiuiſibilibus ineſſe non poſſunt, phyſicis autem corporibus neceſſario inſunt, & dico hoc, vt ſi qd ſit indiuiſibile, quia fortaſſe rei veritas eſt, ꝙ in rerum natura nihil eſt indiuiſibile, niſi ſubſtantiæ ſeparatæ, & intellectus, vt in libro de ſubſtantia orbis diſputaui. Hanc ſuppoſitionem declarat, & inquit. In indiuiſibili enim diuiſibile ineſſe non poteſt, quod tamen corporibus ineſt, albedo enim extenſa

Prima ſuppoſitio.

D puncto vel lineæ nõ poteſt ineſſe, quæ tamen corpori ineſt, hæc eſt prima ſuppoſitio. Deinde ponit ſecundam quaſi ad declarationem primę, et inquit. Affectus autem omnes dupliciter diuiſibiles ſunt, aut enim ſm ſpeciem, aut ſecundum accidens, ſm ſpeciem quidem, vt coloris, qui eſt genus, quod diuiditur in album & nigrum, ſm accidẽs autem, ſi id, cui ineſt, diuiſibile ſit, hoc eſt ad diuiſionem ſubiecti: diuiditur enim albedo diuiſione ſuperficiei, quia extẽditur extenſione ſubiecti, ex hoc colligit ſuppoſitionem, & inquit. Quare quæcunq; ſunt ſimplices paſſiones, omnes ſunt hoc modo diuiſibiles.

Secunda.

Dubitatio. Sed occurres non omnes paſſiones eſſe dupliciter diuiſibiles, quia aliquæ ſunt ſm ſpeciem diuiſibiles, quæ ſm ſubiectum non ſunt diuiſibiles, vt virtutes, aliquæ vero e contra ſm ſubiectum quidem diuidi poſſunt, ſm ſpeciem autẽ non, vt album.

Solutio. Dici poteſt verbum omnes teneri diſiunctiue, & non copulatiue, nõ enim quælibet paſſio vtroq; modo

diuiditur, ſed omnis paſſio diuiſibilis eſt vno, vel altero modo. His habitis arguit, quare impoſſibile ipſum in talibus eſt conſiderandum, nam data poſitione Platonis ſequit̃ paſſiones nullo modo eſſe diuiſibiles per accidens, quia illa poſitione data ſequit̃ corpora eſſe indiuiſibilia, quia ſunt ex rebus ipſis indiuiſibilibus, oē enim cōpoſitū ex indiuiſibilibus eſt indiuiſibile, corpora igit̃ erunt indiuiſibilia, quare paſſiones nō poſſunt eſſe ratione ſubiecti diuiſibiles, & ita nō poſſunt eſſe diuiſibiles per accidens.

Auer. commen. 7.

Auerroes autem introducit textum hunc omnino extranee. inquit enim Ariſtotelem velle aſſignare cauſam, ꝙ naturalis philoſophus poteſt conſiderare de accidentibus primis ac proprijs magnitudinum .i. de diuiſione magnitudinis in magnitudines, quamuis iſte modus diuiſionis ſit proprius magnitudini vt magnitudo eſt, & mathematico ipſi. Eſt igitur introductio ꝙ Ariſtoteles velit date cauſam ꝙ naturalis philoſophus poteſt loqui de diuiſione continui, quamuis de continuo loqui ad mathematicū ſpectet. Cauſa autem quam aſſignat Ariſtoteles ſecundū Auerroē eſt, quia diuiſio corporis phyſici eſt ſimilis partitioni, videlicet mathematicæ. Nam corpus phyſicum eſt diuiſibile, vt etiā corpus mathematicum, cum non poſſet corpus mathematicū recipi in phyſico niſi phyſicū eſſet diuiſibile, non enim poteſt diuiſibile recipi in ſubiecto indiuiſibili, quare corpus phyſicum eſt diuiſibile diuiſione ſaltem ſimili diuiſioni mathematicæ, quare phyſicus poteſt de diuiſione corporum & magnitudinum loqui, quia de ſimilibus idem artifex dicere poteſt.

Auerrois ſomniat.

Hæc Auerroes in prima parte textus, quæ ſunt ita aliena à mente Ariſtotelis, vt ſomnia veritati, non enim in græcis, quos habemus codicibus, ſic habetur, vt Auerroes exponit. Deinde ſequitur ſecunda pars textus quę in arabicis tranſlationibus incipit ibi, paſſiones autem, vbi Auerroes quoad verba ait Ariſtotelem per diuiſiones ſm ſpeciem vel ſecundum formā intelligere diuiſionem generis in ſpecies per differentias formales, duę enim ſunt formę, id eſt differentiæ formales, quibus genus diuiditur, per diuiſionem aūt ſm accidens intelligit, quia nonnulla accidentia eſſentialiter, ac per ſe ſunt indiuiſibilia, per accidens vero ratione ſubiectorum in quibus ſunt, ſunt diuiſibilia, nam quantitas ſeu quantum in quo, vt in ſubiecto ſunt ipſa accidentia, diuiſibile eſt per ſe & eſſentialiter, qualitates autē per accidens, quia ſunt in quanto. Tertio Auerroes epilogat de his quæ continentur in hoc textu, & inquit. Hunc textum tria continere, primum, ꝙ paſſiones recipiunt diuiſionem. Secundum eſt, cauſa quare recipiunt diuiſionem, videlicet, quia ſunt in ſubiecto diuiſibili. Tertium eſt, quem modum diuiſionis recipiunt, videlicet, per accidens, & non per ſe. Quartum eſt, ꝙ poteſt naturalis cōſiderare de accidentibus quæ ſunt ſm qualitatem in hac quæſtione Platonica, id eſt de diuiſionibus, quæ ſunt non ſecundum quantitatem, ſed ſecundū qualitates in hac opinione Platonis.

Dubitatio.

Sed obijcit Auerroes ſibi, quia diuiſio qualitatum eſt per accidens, modo naturalis philoſophus cum ſit artifex ſcientificus cōſiderat res per ſe, & per propoſitiones eſſentiales ac per ſe.

Solutio.

Soluit Auerroes & non ad formam, ſed ad materiā, & ait ꝙ accidentium de quibus artifex ipſe conſiderat, quędam ſunt quę ſubiecto inſunt per ſe & primo, vt par & impar numero, quędam autem inſunt ſubiecto per quandam ſimilitudinem ad accidentia quæ inſunt ſubiecto alterius ſcientiæ, vt arithmeticus conſiderat de numeris ſuperficialibus, & ſolidis, ſiue corporeis per ſimilitudinem ad ſuperficies & corpora, de quibus conſiderat geometra per ſe, geometra enim conſiderat de ſuperficiebus lineis & corporibus cōmunicantibus ſecundum proportionem, & non cōmunicantibus, ſic igitur arithmeticus conſiderat per ſimilitudinem de his, de quibus conſiderat per ſe geometra. Et addit ꝙ etiam inferiores ſcientiæ conſiderant de accidentibus ſubiecto geometriæ, & arithmeticę & ſic fieri poteſt hæc diuiſio, ꝙ accidentium, de quibus artifex conſiderat, E quæ ſunt quæ per ſe inſunt & proprie, alia per ſimilitudinem, alia vero per ſubalternationem, quatenus ſuperiorū ſcientia dicit cauſam illorum, quomodo perſpectiuus conſiderat accidentia lineæ per cauſam traditā in geometria.

Tunc ait phyſicum conſiderare de diuiſione continui dupliciter. ſ. vno modo per aſſimilationem, nam diuiſio continui, quam naturalis conſiderat, eſt ſimilis diuiſioni, quam conſiderat geometra. Secundo per cauſam, quia reddit cauſam diuiſionis qualitatum, conſiderat .n. phyſicus diuiſionem qualitatis, quia eſt ſimilis diuiſioni quantitatis. Et addit cauſam illius, quia recipitur in ſubiecto quanto, quod eſt per ſe diuiſibile. Hæc Auerroes ad materiam. Ad formam autem dictu, ꝙ phyſicus conſiderare poteſt de per accidens rebus, vt ſunt ſimiles his quæ ſunt per ſe, & vt illæ habent cauſam per ſe. Ex dictis igitur ab Auerroe, patet, ꝙ vbi poſitio Platonis eſſet vera, tunc corpora eſſent indiuiſibilia, componuntur enim ex rebus indiuiſibilibus, vt ſuperficie, puncto, et linea. Vlterius F ſequitur nullum accidens diuidi ad diuiſionem eorum, quo exiſtente, ſequitur nullum accidens eſſe diuiſibile per accidens.

Si igitur impoſſibile eſt vtraqꝫ parte nihil grauitatis habente, totum habere grauitatem, ſenſibilia autem corpora, aut omnia, aut quædam grauitatem habent, vt terra & aqua, vt etiam ipſi dicent. Si punctum nihil grauitatis habet, patet neqꝫ lineas habere. Quod ſi hę nō habent, neqꝫ ſuperficies habebunt. Quare nec corporum vllum.

Totū ambo Habēte, ſuppletū verbū. Habere, verbū ſuppletū.

Non habent verbum ſuppletum.

Expoſitio.

Secundo arguit, & primò probat corpora nō poſſe habere grauitatem nulla eius parte grauitatem habente, & inquit. Si igitur impoſſibile eſt vtraqꝫ parte nihil grauitatis habēte, totum habere grauitatem. eſt igitur maior, nullum totum poteſt habere grauitatem nulla eius parte grauitatem habente, G ſenſibilia autem corpora aut omnia, aut quædam grauitatem habent, igitur ſenſibilia, ſupple corpora habere non poſſunt grauitatem nulla earū parte grauitatem habente. Ex hoc ſyllogiſmo colligatur hæc cōcluſio pro maiori, videlicet, corpora ſenſibilia grauitatem habere non poſſunt nulla eorum parte grauitatem habente. Cui addo hanc minorem, punctum nihil grauitatis habet, igitur corpora ſenſibilia non ſunt ex punctis. Verum Ariſtoteles facto primo ſyllogiſmo, facit ſecundum hypotheticè à primo ad vltimum, & inquit. Si punctum nihil grauitatis habet, patet neqꝫ lineas habere, nam linea ſecundum Platonem eſt ex punctis. Vltra, ſi lineę nō habent grauitatem, nec ſuperficies habebunt, ꝙ ſi nec ſuperficies, igitur nec corporum vllum grauitatem habebit.

Poteſt igit̃ dupliciter ex opinione Platonis deduci ſenſibilia corpora grauitatem non habere, primo ex concluſione primi ſyllogiſmi hoc modo, nullum corpus poteſt habere grauitatem nulla eius parte habente grauitatem, H puncta, lineæ, & ſuperficies non habent grauitatem, igitur nullum corpus eſt ex punctis, lineis, & ſuperficiebus.

Secundo poteſt aliter deduci hypotheticè ſic, ſi punctum non habet grauitatem, lineę non habent grauitatē, Si lineæ non habent grauitatem, nec ſuperficies, ſi nec ſuperficies, igitur nec corpora ſenſibilia, quæ ſunt ex ſuperficiebus. Quo vero ad verba attinet, verbum illud totum græcè eſt ampho, latine ambo vel vtrunqꝫ. Sed quoniam totum nihil aliud eſt ꝙ̄ vtraqꝫ medietas, ideò tranſtulimus totum, quatenus totum & vtraqꝫ medietas idē eſt. Item etiam per partem non eſſentialem intelligit, quales ſunt materia & forma, ſeu genus & differentia, ſed quantitatiuā, impoſſibile enim eſt totum eſſe graue nulla eius parte quantitatiua exiſtente graui. Poteſt tamen totum eſſe graue dato ꝙ materia eius non ſit grauis, & hoc pacto Plato loquebatur de partibus, voluit enim corpus eſſe ex ſuperficiebus tanqꝫ ex partibus quantitatiuis, &

Declaratio verborum. ἄμφω. ambo.

ſuperficies ex lineis, & lineas ex punctis velut ex partibus quantitatiuis. Quare ſi puncta non ſunt grauia, nec lineæ erunt graues, quę ſunt ex punctis, & ſi lineę non ſunt graues, nec ſuperficies quæ ſunt ex lineis, & ſi ſuperficies non ſunt graues, nec corpora, quæ ſecundum Platonem ſunt ex ſuperficiebus.

Iter comen. 8. Auerroes autem vult ꝙ hic Ariſtoteles incipiat contradicere Platoni. Vnde ait, modo incępit perſcrutari de parte indiuiſibili: intellige ꝙ nullum corpus ſenſibile cõponitur ex parte indiuiſibili. Deinde Auerroes ibi. Alexander autem digreditur, ad cuius digreſſionem declarandam debes ſcire ꝙ verba textus arabici ſunt hæc, dicamus igitur ꝙ impoſſibile eſt vt duo ſint, quorum neutrũ habet grauitatem, & cum congregantur, vtrunq; haberet grauitatem. Noſter vero textus eſt, ſi igitur impoſſibile eſt vtraq; parte nihil grauitatis habente, totum habere grauitatẽ, verbum totũ græcè eſt ampho, latinè vtrunq;, & verbum vtrunq; intelligitur pro toto, nam totum eſt vtraq; partium, ſuper his verbis Alexander ait ꝙ laudandus eſt Ariſtoteles, qui addidit cum congregantur, habebit vtrunq; grauitatem, eſt enim laudandus, quia poſuit verbum vtrunq;. Nam poſuit hoc propter materiam & formam, nam nec materia nec forma grauitatem habet, & tamen corpus compoſitum ex eis habet grauitatem, quaſi dicat ꝙ ſignanter dixit vtrunq;, quod græce eſt ampho. Et non dixit totum, quia poſſibile eſt neutra parte exiſtente graui, totum eſſe graue, non autem eſt poſſibile neutra parte exiſtente graui, vtrunq; eſſe graue, quia ſi neutra grauis eſt, vtrunq; graue eſſe nõ poteſt, tamen poteſt neutra pars eſſe grauis, & totum bene eſſe graue, vt nec materia nec forma grauis eſt, & tamen totum eſt graue: quare ꝓpoſitio eſt, neutra parte exiſtẽte graui, vtrũq; non poteſt eſſe graue. Auerroes autem ait, ꝙ Ariſtoteles dixit vtrunq; & non totum, non tantum propter materiam & formam, ſed vniuerſalius ob multa alia, vtpote propter ea, de quorum neutro dicitur aliquid, quod dicitur de toto, vnaquęq; enim partiũ non eſt totum, ſed congregatũ eſt totum. verbi cauſa, ſint tres homines qui ſimul iuncti moueant nauim, ſeorſum nullus mouere poſſit, dico ꝙ neutra pars mouet, & tamen totum mouet, & licet hoc pacto ſit, tamen neutra parte mouente nauim vtrunq; mouere non poteſt, quare differt dicere vtrunq; & totum. Nam neutro mouente, totum mouere poteſt, non tamen vtrunq; mouere poteſt, neutra parte mouente, quare illa additio recta fuit. Ex his ipſe Auerroes colligit illa additionem vtrunq; non tantum eſſe poſitã propter materiam & formã, ſed vniuerſaliter propter omnes partes quantitatiuas. Nam neutro homine mouente nauim, totum mouere poteſt, neutra enim parte mouente nauim in actu, totum mouere poteſt in actu, nõ enim partes ſunt actu in toto, ſed poteſtate. Quare hęc additio non tantum propter materiam et formam ponebatur, ſed vniuerſaliter propter oẽs partes quantitatiuas, neutra enim exiſtente tali, vtrunq; nõ poteſt eſſe tale. Et ideò Auerroes laudat Alexandrum, quia nouit differentiã inter totum, & vtrunq;, & fuiſſet mirum de Ariſtotele ſi indifferenter poſuiſſet totum, & vtrunq;. Nam ſi iſta additio vtrunq; non fuiſſet, eſſet ſermo ſophyſticus, quia vbi poſuiſſet loco verbi vtrunq;, ipſum totum, ſermo eſſet multiplex, quia de toto quantitatiuo & partibus quantitatiuis verus, de toto eſſentiali & partibus eſſentialibus falſus. Obijcit autem contra Alexandrum, & inquit. Et ſi iſta additio non eſſet. ſ. illius verbi vtrunq;, niſi propter formam & materiam, & tunc ſermo eſſet diſputabilis infine carentiæ contradictionis, ideſt valde diſputabilis, & ita non demonſtratiuus. Secundo arguit, & inquit. Et tunc iſta propoſitio contradiceret dicentibus corpus eſſe ex materia & forma, ſupple ſi illud verbum vtrunq; additum eſſet ſolum propter materiam & formam. Nam ſi ſolum eſſet additum propter materiam & formã, eſſet quia totum compoſitũ ex materia et forma non eſſet vtrunq;,

A ideſt materia & forma ſimul. Hoc eſt falſum, quia totum nihil aliud eſt q̃ vtrunq;, ideſt materia & forma ſimul.

Tertio arguit, & inquit. Tunc etiam eſſet ratio dicentium partem indiuiſibilem eſſe. Nam dicere poſſunt vt totum quantum eſt ex materia & forma non quantis, ita ex partibus indiuiſibilibus poteſt eſſe quantum, quare oportet dicere verbum illud vtrunq; non eſſe additum ſolum propter materiam & formam. Ideo Auerroes inquit. Nos autem diximus quòd hoc eſt verum, impoſſibile enim eſt vt cum congregantur habeat vtrunq; eorum quantitatem, quam ante congregationem non haberent, & ſic oportet dicere materiam & formam prius eſſe quantas, ſi ex illis fit aliquod quantum totum, & ita velle videtur ꝙ vniuerſaliter totum omne eſt vtrunq;, ideſt ſuæ partes, & per conſequens non tantum propter materiam & formam, ſed propter omnes partes additum eſt illud verbum ad ſignandum, omne totũ eſſe vtrunq;, ideſt ſuas partes. Vltimo Auerroes ſic componit ſyllogiſ-

B mum, puncta non ſunt grauia neq; leuia, corpora componuntur ex punctis, igitur corpora non componuntur ex grauibus & leuibus, & ita oportet dicere nullum corpus eſſe graue, nec leue.

Punctum vero grauitatem habere nõ poſſe, perſpicuum eſt. Nam graue quidem omne & grauius eſt, & leue etiam leuius aliquo eſſe poteſt, grauius autem aut leuius fortaſſe non neceſſe eſt graue aut leue eſſe. Quemadmodum et magnum quidem eſt maius, maius autem non ſemper magnum eſt, complura. n. ſunt, quę cum abſolute parua ſint, quibuſdam alijs maiora ſunt, ſi igitur quod cum graue ſit grauius ſit, neceſſe eſt maius eſſe, & graue omne, diuiſibile vtiq; erit, punctum autem indi-

C uiſibile ſupponitur eſſe.

Secundum Auerroem probatur in hoc textu maior, videlicet, ꝙ punctum nec ſit graue, nec leue, & ſyllogiſmus ſic componitur, omne graue eſt diuiſibile, punctum non eſt diuiſibile, igitur non eſt graue. Maior probatur, omne maius eſt diuiſibile, omne graue eſt maius, igitur omne graue eſt diuiſibile. Minor iterum patet, quoniam omne graue eſt grauius, & maius graue, & non econtra. Primo igitur probat hanc minorem, & inquit. Punctum vero grauitatem habere non poſſe perſpicuum eſt. Hæc eſt maior proximi ſyllogiſmi. Deinde probat minorem vltimi ſyllogiſmi, & inquit. Nam graue quidem omne, & grauius eſt, & leuius etiã aliquo leuius eſſe poteſt, grauius autem aut leuius fortaſſe non neceſſe eſt graue aut leue eſſe, huius rei exemplum ponit, & inquit. Quemadmodum & magnum quidẽ eſt maius, maius aũt non ſemper magnum eſt, complura enim ſunt, quæ cum abſolute parua ſunt, quibuſdam alijs maiora ſunt, & ſic patet, om-

D ne graue eſſe maius, & ita patet minor vltimi ſyllogiſmi. Demum reſumit ſyllogiſmum, qui probat maiorem proximi ſyllogiſmi, & inquit. Si igitur quod cum graue ſit, grauius ſit, neceſſe eſt maius eſſe, vt nunc probatũ eſt, cõcludit & graue omne diuiſibile vtiq; erit, & ſic habetur maior ſyllogiſmi pręſentis, deinde accepit minorẽ, & inquit. Punctum autem indiuiſibile ſupponitur eſſe, igitur ſupple non eſt graue, & pari ratione nec leue.

Auer. autẽ in pręſenti cõmen. Vltra textus expoſitionem, ſoluit per ordinẽ quinq; dubitationes, prima eſt, quia nõ videtur recte dictum, omne graue eſſe grauius, & non omne grauius eſſe graue, nam omne comparatiuum ſupponit poſitiuum, quare ſi eſt grauius, ſequitur id eſſe graue. Soluit hanc dubitationem parte illa, ſi igitur de aliquo aliquid dictum fuerit, & vult ꝙ rerum quędam ſunt abſolute tales, quædam non niſi comparatiuè tales, tunc vult ꝙ omne cõparatiuũ in abſolute talibus infert ſuum

Expoſitio.

Auer. commen. 9.

Prima dubi.

Solutio.

Secunda du. Solutio.

poſitiuum. In aliȷs vero quæ ſolum ſunt reſpectiuè talia, non tenet, & ſic patet ſolutio. Secundam dubitationem ponit ibi, & nō debet aliquis, quę talis eſt, vna parua pars terræ eſt grauior magna parte aquę, & tamē nō eſt maior aqua. Reſpondet ibi, Reſpondemus, & vult ꝙ propoſitio philoſophi intelligatur in his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, in his enim quæ ſunt eiuſdem naturæ, omne grauius eſt maius, & omne leuius eſt maius. Tertiam dubitationem ſoluit ibi. Et etiam eſt manifeſtum, quę talis eſt, pars parua plumbi eſt grauior magna parte ligni, & tamen nō eſt illa ligni parte maior. Reſpondet eſſe intelligendam propoſitionem tam in ſimplicibus ꝙ̃ miſtis eiuſdem ſpeciei, in his enim omne maius eſt magnum, vt dictum eſt.

Tertia du. Solutio.

Quarta du. Solutio.

Quartam ponit ibi. Neq; etiam aliquis, quæ talis eſt, minimum terræ eſt ſimpliciter graue, & tamen nullo eſt maius, cum enim ſit minimum, nullo poteſt eſſe maius, igitur non omne ſimpliciter tale, eſt maius aliquo. Reſpondet ibi, quoniam Ariſtoteles, & ſolutio eſt ꝙ propoſitio Ariſtotelis eſt vera in genere hoc modo, omne graue ſimpliciter eſt maius inquantum graue, non autem in ſpecie, quia minimum terrę eſt graue ſimpliciter, quod tamen non eſt aliquo maius. Quintam dubitationē ponit ibi. Cum enim poſitum fuerit, quæ talis eſt, ꝙ data hac ſolutione, tunc ſyllogiſmus Ariſtotelis nullus eſſet. Reſpondet ꝙ ſyllogiſmus debet ſic componi, omne ſimpliciter graue eſt grauius inquantum graue, punctum non eſt grauius inquantum graue, quia eſt ſimpliciter indiuiſibile, igitur punctum non eſt ſimpliciter graue. Quod vero punctum non ſit grauius inquantū graue, patet, quia non eſt diuiſibile, nec vt quantum, nec vt punctū. Hæc Auerroes.

Quinta du. Solutio.

Obiectio.

Sed ego contra hæc dubito ſatis, quia intenſio formæ quouis modo fiat, fit ſecundum eundem punctum, quoties enim ſecundū idem punctum ſubiectum eſt magis, tunc fit intenſio, quare non ſequitur, punctum eſt grauius, igitur maius, ſed ſequitur, igitur magis, poſſumus enim dicere vnum punctum eſſe magis vel minus graue, quod nec eſt maius, nec minus alio puncto.

Solutio.

Poteſt dici nunc̄ poſſe eſſe indiuiſibile quale niſi per accidens, quatenus eſt aliquid ſubiecti diuiſibilis, & ita ſaltem ſequitur in his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, ſi vnum punctum eſt magis graue, ſaltem per accidens eſſe maioris ſubiecti, tu vero melius conſidera.

Præterea ſi graue quidem eſt denſum: leue aūt rarū: & denſum hoc à raro differt, ꝙ æquali in mole plura ipſi inſunt. Si igit̃ punctū ſit graue ac leue, et denſum et rarū erit. At dēſum quidē eſt diuiſibile, punctum aūt indiuiſibile.

Expoſitio.

Secundo idem probat ſic, omne graue vel leue eſt diuiſibile. Punctum non eſt diuiſibile, igitur punctum nec eſt graue, nec leue. Maiorem probat ſic, omne denſum eſt diuiſibile, & omne leue eſt diuiſibile, graue eſt denſum, & leue rarum, igitur omne graue & omne leue erit diuiſibile. Quod vero omne denſum ſit diuiſibile, & omne rarum ſit diuiſibile, patet ex differētia denſi & rari, nam rarum & denſum differunt, quia in denſo plures partes inſunt. Vel poteſt componi hypotheticè ſyllogiſmus ſic, ſi punctus eſt grauis, vel leuis, punctum eſt rarum vel denſum, tenet argumentum, quia graue eſt denſum, & leue eſt rarum, vltra, ſi punctum eſt rarum vel denſum, punctum eſt diuiſibile, tenet conſequentia quia rarum & denſum differunt penes partes plures vel pauciores, at punctum eſt ſimpliciter indiuiſibile, igitur nō poteſt eſſe nec graue, nec leue.

Auer. commen. 10.

Auerroes autem ait hanc eſſe rationem ſecundā, quæ ſuſtentat̃ in propoſitionibus, prima eſt, oē graue eſt denſum, & omne leue eſt rarū. Secunda eſt, rarum & denſum eſt diuiſibile. Ex his ſyllogiſmus cōponit̃ apud Auerroem, omne graue eſt denſum, & omne denſum eſt diuiſibile, ergo omne graue eſt diuiſibile. Sed punctus non eſt diuiſibilis, igitur nō eſt grauis, eodem modo poteſt argui de leui.

Dubitatio. Prima.

Sed Auerroes dubitat contra primā propoſitionem, nam lapis diaphanus eſt rarus, vt cryſtallus, qui tñ lapis eſt grauis. Præterea nubes eſt leuis, quæ tamen eſt denſa.

Secunda.

Secundo ſi graue eſt denſum, et leue rarum, tunc nō daret̃ ſimpliciter graue, ſicut nec ſimpliciter denſum, nec daretur ſimpliciter leue, veluti nec ſimpliciter rarū.

Tertia.

Tertio dubitatur contra differentiā denſi & rari. Nam ſi denſum differt à raro, quia ſub æquali magnitudine plures continet partes, & rarum inquantū æquales continet ſub minori mole, tunc nec terra eſſet denſa, nec ignis rarus. Nam terra ſub æquali mole nō cōtinet plures partes, non enim terra eſt æqualis molis cum igne ipſo, eſt. n. regio ignis valde maior regione terræ.

Solu. prima.

Ad primam Reſpondet Auerroes ꝙ quę dicta ſunt de raro & denſo, ſunt dicta ſm opinionem Platonis, nam qui ponit corpus cōponi ex punctis, cogitur dicere denſum eſſe, quod ex pluribus punctis cōſtat, rarum autem ex paucioribus, modo ambo ſub eadem ſint dimenſione.

Secunda.

Ad ſecundā etiam reſpondet, ꝙ ſm opinionē Platonis oportet dicere nihil eſſe graue ſimpliciter, nihilq; leue ſimpliciter. Sed ſolū quod eſt grauius, & minus graue, leuius, & minus leue. Nam quod ex pluribus ſuperficiebus eſt, ipſum erit grauius, quod autē ex paucioribus, ipſum eſt leue. Patet igitur ſm opinionem Platonis nihil eſſe graue ſimpliciter, nihil etiā leue ſimpliciter.

Tertia.

Ad tertiā dico ego, ꝙ rarū & denſum conueniunt in dimenſione, ſunt. n. ambo ſub ęquali dimēſione, differunt aūt, quia denſum ſub æquali dimenſione plures continet partes, rarum autē pauciores. Tunc dico terram totam eſſe denſiorem igne toto, non abſolute, ſed dato ꝙ ſint ambo ſub eadem dimenſione. eſt igitur ignis rarior terra, pro quanto ſumpto igne & terra ſub æquali dimenſione, terra plures continet partes ꝙ̃ ignis.

Ex his ſequitur ꝙ hæc ſecunda ratio nō eſt ſimpliciter, ſed ad aduerſarium, econtrario rationi prædictæ in proximo textu, quæ fuit contradictio ſimpliciter.

Præterea autem.

Præterea ſi omne graue durum aut molle eſſe neceſſe eſt, ex his aliquod impoſſibile facile deduci pōt. Nam molle quidē id eſt, quod in ſeipſum cedit, Durum vero, quod non cædit. At quod cædit, diuiſibile eſt.

Expoſitio.

Hæc eſt tertia demonſtratio, vt dicit Auerroes, ſecundum rem in ſe, & nō ad hominem, & componit̃ hypotheticè, ſi punctum eſt graue, punctum eſt durum aut molle.

Tunc ex hoc infert̃ aliud impoſſibile, videlicet, ꝙ punctū facile cædit, vel nō facile cedit, deducit̃ ex definitione mollis & duri, nam molle quidē id eſt, quod in ſeipſum cędit, durum aūt, quod nō cędit. Valet igitur, ſi punctum eſt graue, erit durum, aut molle, & vltra, ſi durū aut molle, igitur cędens in ſeipſum vel non cedens, & ita ſequitur punctum eſſe diuiſibile, quoniā quod cędit, diuiſibile eſt.

Auer. commen. 11. Prima ppõ.

Auerroes vero reſoluit textū in propoſitiones, quarū prima eſt, ꝙ omne graue aut leue eſt durum aut molle, & hanc Auerroes probat, quia omne graue aut leue eſt tangibile, & omne tāgibile eſt durum aut molle, ergo omne graue, aut leue eſt durum aut molle. Verū textus Ariſt. loquitur ſolū de graui, & non de leui, & dicit ꝙ omne graue eſt aut durum, aut molle, & hoc facile patet, quia omne graue eſt aut aqueum, aut terreū, modo aqueum vel aqua mollis eſt, & terreū vel terra dura.

Secunda.

Secunda propoſitio, quā Auerroes notat, eſt, ꝙ durum eſt illud quod non cędit ſecundum Empedoclem, & molle quod cędit, quod eſt verum, vt Auerroes ait, quia eſt acceptū à definitione duri et mollis. Hęc ſecūda propoſitio, vt ait Auerroes, ſi coniungitur propoſitioni primi ſyllogiſmi, hoc pacto, videlicet, omne durum non cędit, oē molle cędit, graue eſt durū & leue molle, igitur omne graue non cędit, & omne leue cędit.

Tertia.

Tertia propoſitio eſt, ꝙ omnę cędens aut non cedens præmenti eſt diuiſibile. Ex his ſequit̃ omne graue aut leue eſſe diuiſibile.

Quarta.

Quarta propoſitio, videlicet,

delicet, ꝙ omne cædens eſt diuiſibile, & omne nõ cędens eſt diuiſibile, declaratur ab Auerroe ex definitione eorũ, nam cædens illud eſt, quod in profundum cædit, non cædens vero, quod nõ cędit in profundũ, modo omne quod profundum habet, eſt diuiſibile, quare omne cædens & nõ cædens diuiſibile eſt. Tunc ex his totus ſyllogiſmus eſt, omne graue aut leue eſt diuiſibile: punctus non eſt diuiſibilis, igitur non eſt grauis, nec leuis. Hæc Auerroes.

Verum tertiam propoſitione, quæ dicit, omne cędens vel non cædens eſſe diuiſibile, melius declarant alij, quia cædere eſt in ſeipſum locũ dare. Hoc aũt eſſe nõ poſſet, niſi haberet plures partes, quarũ vna quodãmodo reſurgeret in locũ alterius, quare molle erit partibile, eadẽ ratione durũ diuiſibile eſſe oportet, nõ enim poſſet dici nõ cædens, niſi haberet partes, quarũ vna non dat locũ alteri.


At vero neq; ex his, quæ grauitatem non habent, erit graue, in quot enim hoc atque in quælibet accidet, quonam modo definient, ſi non fingere volunt.

Expoſitio. Hactenus probauit puncta nõ poſſe eſſe grauia, nec leuia, quę fuit maior in ſyllogiſmo Auerrois. At nunc probat ꝙ nullum graue poteſt eſſe ex nõ grauibus, quæ fuit quaſi vis minoris illius ſyllogiſmi. Et hoc proponit, & inquit. At vero neq; ex his, quæ grauitatẽ non habent, erit graue, ſupple tu, tanq; ex partibus quantitatiuis, vt ſuperius dicebatur. Probat aũt hoc, primo, quia nonnulli dixerunt graue eſſe ex partibus multis, leue autẽ ex partibus paucioribus, inquit modo, in quot enim hoc atq; in quælibet accidet. Hoc eſt dicere, ſi graue eſt quod ex numero maiori partium reſultat, quotus eſt ille numerus, vtrum denus, vel vigenus, & ex qualibus partibus numerus ille eſt, et quonam modo definiẽt, ſupple illum numerum, & illas partes, ſi non volunt fingere, non enim aſſignabilis eſt numerus, nec partes.

Auer comm. 12. Auerroes autem in pręſenti loco exponit, vt diximus, addit tamen eſſe intelligendum de compoſitione ſecundum quantitatem, & nõ ſm qualitatem, ad differentiam corporum grauium quæ ſecundũ qualitatem componuntur ex materia & forma, quæ nõ ſunt graues, nec leues.

Præterea & ma⁹ eſt verbum additũ. Grauitate maius graue grauius & quare. Pręterea ſi omne grauitate maius graue, eſt grauitate maius, cõtinget & vnumquodq; eorum quæ indiuiſibilia ſunt, grauitatẽ habere. Nã ſi puncta quatuor grauitatẽ habent, quod vero ex pluribus conſtat q̃ hoc, grauius eſt eo quod eſt graue, atq; qđ graui grauius eſt, graue eſſe neceſſe eſt, veluti etiã albo albius eſt albũ, fit vt vno pũcto maius, grauius erit ablato æquali. Quare punctus vnus grauitatẽ habet.

Graue quinq; punctorum. Graue quatuor punctorũ.



Expoſitio. Secundo cõfutat eandẽm poſitionem quę dicebat graue eſſe ex pluribus punctis, leue aũt ex paucioribus, & inquit. Pręterea ſi oẽ grauitate maius graue, ideſt, ſi omne grauius, eſt grauitate maius, ideſt eſt grauius propter grauitatẽ: veluti oẽ albius eſt albius propter albũ additum: contingit & vnumquodq; eorũ quæ indiuiſibilia ſunt, ex quibus cõſtat corpus grauitatẽ habere. deducit enthymema, et inquit. Nam ſi puncta quatuor grauitatem habent ex quibus conſtat quantitatiue B. corpus. Quod vero ex pluribus cõſtat q̃ hoc grauius eſt eo quod eſt graue, ideſt eſt grauius ipſo B & ipſum ſit A ex quinq; pũctis. quaſi dicat, & ſi eſt vnum aliud quinq; pũctorum grauius ipſo B, videlicet quod ſit A & quod grauius eſt aliquo graui, neceſſe eſt eſſe graue: veluti albo etiã albius eſt album, ſi ita hæc omnia ſint, fit vt corpus quod eſt vno puncto maius videlicet A grauius erit, ſupple ipſo B ablato æquali. i. qđ eſt graue vno puncto minus. Quare punctus vnus grauitatẽ habet: eſt igiť breuiter deductio enthymematis, A eſt grauius ipſo B & nõ niſi propter vnũ punctũ, quod habet plus, igiť punctum illud eſt graue: nõ enim poſſet A eſſe ipſo B grauius in illo vno puncto, niſi punctus ille eſſet grauis: non enim potuiſſet Ceruus eſſe Caprea maior vno digito: niſi digitus eſſet aliquantus. Sed occurres: nã calidũ A eſt calidius ipſo B quia cõſtat ex pluribus caliditatis gradibus, & tñ nullus gradus eſt calidus. Similiter ſol eſt calidior Ioue, quia cõſtat ex pluribus gradibus lucis: & tamẽ lux non eſt calida. igitur non valet, A eſt grauius ipſo B, quia cõſtat ex pluribus punctis, igitur pũcta ſunt grauia. Dubitatio.

Dici poteſt ꝙ ratio valet ad Platonẽ, qui voluit corpora ſenſibilia, vt grauia, & leuia cõponi ſm quantitatẽ ex pũctis. Nam ſm eum ſequitur grauius eſſe corpus, quod ex pluribus punctis eſt, & leuius ex paucioribus, quare omne punctum erit graue, quia ex illis fit graue quantitatiua cõpoſitione, modo calidum nõ fit ex gradibus quantitatiue, nec ſol ex gradibus lucis, & ideo nihil ad rem. ex his patet prima via refellendi poſitionem Platonis.

Præterea ſi ſuperficies ſolũ, vt lineę cõponi poſſunt, abſurdũ eſt. nã vt & linea ad lineam vtroq; modo & p longitudinẽ, & per latitudinem cõponiť, eodẽ modo & ſuperficiẽ cũ ſuperficie oportet. linea vero cõponi cũ linea põt, ſi ſm longitudinẽ ſuperponať, non ſolũ ſi apponať. At ſi per latitudinẽ ẽt cõponi poſſunt, erit aliquod corpus, qđ neq; eſt elemẽtũ, neq; ex elẽtis, ſi ſic ſuperficiebus cõpoſitis cõponať.

Expoſitio. Hactenus de prima via refellẽdi opinionem Platonis, nunc Ariſt. tranſit ad ſecundã viam, vbi primo debes ſcire, ꝙ Plato poſuit corpora quinq; componi ex ſuperficiebus: nam igni præbuit pyramidalẽ figuram: terræ figurã ſex baſium: aeri figuram octo baſium: aquę figurã. 10. baſium: cœlo aũt figuram. 12. baſium. Hanc igitur opinionẽ Ariſt. refellere intendit, & præmittit diſtinctionẽ talem, ꝙ ſicut linea duobus modis poteſt alteri lineæ componi, vno modo ſm longitudinem, vt longitudini vnius lineæ cõponitur in puncto longitudo alterius lineæ ſiue faciat angulum cum ea ſiue nõ. Alio modo ſm latitudinẽ quod eſt ſm appoſitionem totius lineæ ad totã lineam in via latitudinum, ita etiã ſuperficies dupliciter poteſt ſuperficiei componi, vno modo ſm profunditatem vt ſi tota vna ſuperficies ſuperponať alteri ſuperficiei. Alio modo ſm linealem contactũ, ſiue conſtituant angulũ corporalẽ, ſiue non. ex hac diſtinctione vult habere ꝙ Plato voluit ex ſuperficiebus fieri quinq; corpora, quando illę componunť ſm profunditatẽ. Obijcit igitur Ariſtoteles contra Platonem, & primo breuibus innuit illius opinionẽ, & inquit. Si ſuperficies ſolum, vt lineæ cõponi poſſunt, ſic ꝙ ex illarum compoſitione ſm profundũ reſultẽt corpora quinq; prædicta, abſurdum eſt: & deducit illud abſurdũ eſſe, præmittens diſtinctionẽ, vt eligat membrũ ad mentẽ Platonis, & inquit. Nã vt & linea ad lineã vtroq; modo & per longitudinem, & per latitudinẽ componitur: eodem & ſuperficiẽ cum ſuperficie oportet dupliciter cõponi. Explicat de lineis, & inquit. Linea vero componi cum linea poteſt, ſi ſm longitudinem ſuperponatur, non ſolum ſi apponatur, igiť dupliciter per appoſitionẽ, & per ſuperpoſitionem: eodem ſupple modo et ſuperficies componi poſſunt dupliciter, videlicet appoſitione. & ſuperpoſitione: hoc

eſt per linealem contactum, & per profunditatem Hac diſtinctione præmiſſa obijcit contra Platonẽ eligẽdo membrum de quo loquebatur in compoſitione ſuperficierũ, et inquit. At ſi per latitudinẽ etiam ipſæ ſuperficies cõponi poſſunt, vt Plato ait, quod eſt dicere per ſuperpoſitionẽ vnius ad alterã, erit aliquod corpus, quod nec eſt elementum, nec ex elementis, ideſt miſtũ, eſt igiẽ ratio, ſi ſuperficies cõponunt corpora per hoc ꝙ vna alteri ſuperponitur ſm profunditatem, dabitur corpus, quod nec eſt elementum, nec miſtũ. Sequitur dico iſtud, ſi ſic ſuperficiebus cõpoſitis ſm ſuperpoſitionem componatur corpus ipſum. quaſi dicat ſi ſecundum Platonẽ corpora fiunt ex ſuperficiebus compoſitis ſm ſuperpoſitionẽ dabitur corpus aliquod, quod non eſt elementum, nec miſtum. Quã conſequentiam non clare declarant expoſitores. Auerroes autem declarat, quia ſi ex ſuperficiebus ſic per ſuperpoſitionem compoſitis fieret aliquod corpus, ſit illud aut octibaſium, aut ſexbaſiũ, aut. 12. baſiſi aut icocedron vel. 10. baſium: probo ꝙ nõ poteſt eſſe elementũ: nã non poſſet eſſe ex ſuperficiebus ſic ſuperpoſitis, niſi intus eſſet vacuũ, aliter illæ ſuperficies etiã infinitę ſic ſuperpoſitæ nunquã facerent maius ſm profundum: oportet igitur inter illas ſtatui vacua vt reſultet corpus: modo tale nõ poteſt eſſe cœlum, nec ignis, nec aliorum aliquod, cum nullum cõponatur ex vacuo, vt nunc ſupponatur, non poteſt igitur illud corpus eſſe elementum, nec etiam miſtum, quia omne miſtum eſt ex elementis, quare vt nullum elementũ poteſt conſtare ex vacuo, ſic nec miſtũ. Hæc Auerroes, vtputa.

Quæ Auer. comen. 13.

Præterea ſi corpora quidẽ multitudine ſuperficierũ grauiora ſunt, vt in Timęo definitũ eſt: patet & lineã & punctũ grauitate habere, proportionabiliter enim adinuicẽ ſeſe habẽt: vt etiã prius diximus. Sin aũt nõ hoc differũt modo, ſed ex eo ꝗa terra quidẽ eſt graue, ignis aũt leue: erit & ſupficierũ alia ꝗdẽ grauis, alia aũt leuis, & linearũ ſimiliter, & pũctorũ vtiqꝫ. nã terrę ſuperficies grauior erit ꝗ̃ ipſius ignis.

Expoſitio.

Duæ poſſunt eſſe poſitiones de cõpoſitione corporum ſenſibiliũ ex ſuperficiebus. Altera quæ graue ſimpliciter non concedit, nec leue ſimpliciter, ſed ſolum grauius & leuius comparatione, hoc modo vt in Timæo definitur grauius eſſe, quod pluribus cõponitur ſuperficiebus: leuius aũt quod paucioribus, & contra hanc obijcit Ariſt. & inquit. Præterea ſi corpora quidẽ multitudine ſuperficierũ grauiora ſunt, ſic ꝙ nullum ſit abſolute graue, nec ſimpliciter leue: ſed comparatione tm̃ hoc grauius, illud leuius, vt in Timæo definitum eſt, patet nõ tantum ſuperficiem, ſed lineam & punctũ grauitatẽ habere. Nam ſeſe habent proportionabiliter ad ſeinuicẽ, eſt enim corpus ex ſuperficiebus, ſuperficies ex lineis, lineæ ex punctis, & ita vt corpora erunt grauiora multitudine ſuperficierũ, & ſuperficies etiã erunt grauiores multitudine linearũ, & linęę grauiores multitudine punctorũ, quę ratio docet ſuperficies, lineas, & pũcta omnia eſſe grauia, ſm primã opinionem. Altera eſt opinio, quę concedit graue & leue ſimpliciter, vt terrã grauem ſimpliciter, & ignem leuẽ ſimpliciter, cætera aũt intermedia talia in reſpectu. & hoc ait ideo terrã eſſe ſimpliciter grauẽ, quia conſtat ex ſuperficiebus ſimpliciter grauibus, ignem aũt ſimpliciter leuẽ, quia cõſtat ex ſuperficiebus ſimpliciter leuibus. Nam ſm hãc opinionem, ſicut corporũ ſunt alia ſimpliciter grauia, alia ſimpliciter leuia, alia & grauia & leuia in reſpectu, ita quoqꝫ ſuperficierum alię ſunt ſimpliciter graues, vt hæ ex quibus corpora ſimpliciter grauia cõponunẽ: aliæ ſimpliciter leues, vt illæ ex quibus ſimpliciter leuia corpora conſtant, aliæ graues & leues in reſpectu vt illæ, è quibus elemẽta media cõſtabũt: et etiã cõtra hanc opinionẽ obijcit Ariſt. & inquit, Sin autẽ non hoc differunt modo, ſed ex eo quia terra eſt graue ſupple ſimpliciter: ignis autem leue ſupple ſimpliciter: erit & ſuperficierũ alia quidẽ grauis ſimpliciter, vtpote illa, ex qua cõſtabit ſimpliciter graue, alia aũt leuis ſimpliciter, videlicet illa, ex qua conſtat leue ſimpliciter: & ita ſequetur vt prius eadem ratione ſimiliter & linearum & punctorum eſſe ſupple hęc grauia ſimpliciter: illa leuia ſimpliciter. Nam ſuperficies terræ videlicet ex qua terra cõſtat erit grauior, ꝗ̃ ſit ſuperficies ipſius ignis. Immo erit ſimpliciter grauis ſuperficies terrę: & illa ignis ſimpliciter leuis. & ſic ſecundum ambas opiniones ſequitur, puncta eſſe grauia. Hoc pacto Auerroes intellexit hunc locum: & recte expoſuit, vt patet.

Quæ Auer. commen. 14.

Omnino autẽ accidit aut aliqñ nullam eſſe magnitudinẽ, aut tolli poſſe: ſi ſimiliter ſe habet punctũ quidẽ ad lineã: linea aũt ad ſuperficiẽ: & hæc ad corpus: omnia enim ſi ad inuicẽ reſoluantur, in prima reſoluentur. quare fieri poteſt vt puncta ſint ſola, corpus aũt nullum.

Quidem verbum prætermiſſum ẽ & ſit aũt Fieri põt Contingit.

Hic ponitur tertia vel quarta ratio, & inquit. Omnino etiã accidit aut aliquando nullã eſſe magnitudinẽ, aut aliquando tolli poſſe oẽm magnitudinẽ, ſequitur ſupple dico, ſi ſimiliter ſe habet punctũ quidem ad lineã, linea aũt ad ſuperficiẽ: & hæc ſuperficies ad corpus. deducit autem conſequentiã, & inquit. Omnia enim ſi ad inuicẽ reſoluãtur, in prima reſoluenẽ. quare fieri poteſt, vt puncta ſint ſola: corpus aũt nullum, quia puncta ſunt ſimpliciter prima in compoſitione. Et ita corpora ad ſuperficiẽ reſoluentur, ſuperficies ad lineas: lineæ autẽ ad puncta. quare puncta poſſent ſola remanere non exiſtente corpore aliquo.

Expoſitio.

Auerroes aũt inquit: Et ſi corpora componantur ex ſuperficiebus, & ſuperficies ex lineis, et linęę ex punctis, neceſſe eſt vt aliquo tẽpore non inueniatur corpus omnino: probat ipſe hoc, propter diſſolutionẽ corporum omnium in nõ corporea. ſ. in ſuperficies. & lineas, & puncta. nã in illo tẽpore erunt omnia corpora diſſoluta in ea ex quibus cõponuntur, neqꝫ inueniẽ aliquod corpus diſſoluendũ in ea, ex quibus cõponitur, quia oĩa corpora ſunt diſſoluta. Ecce ꝙ Auer. deducit Ariſt. conſequentiã hoc pacto, oẽ compoſitũ reſolubile in aliqua, erit aliqñ ad illa reſolutũ, omne corpus eſt compoſitũ ex punctis, quia ex ſuperficiebus, & ſuperficies ex lineis, & linęę ex punctis. igitur aliquando oẽ corpus erit reſolutũ ad puncta, quare ſequitur tunc ſolũ eſſe puncta, & nullũ corpus eſſe. Hęc Auerroes de cõſequentia. Sed cõtra hanc deductionẽ ſunt dubitationes: nam miſtũ componiẽ ex elementis, & tñ nõ ſequitur aliqñ eſſe elemẽta ſola, & nullum miſtũ. Pręterea elementũ eſt ex materia & forma: & tamẽ nõ ſequitur aliqñ eſſe materiã & formã, & nullum elementũ. Reſpondet Auerroes & vult hoc impoſſibile ſequi eos, qui faciũt generationẽ ex nõ corpore, & corruptionẽ in nõ corpus: vt Platonici: qui aũt ponit ꝙ corpus genereẽ ex alio corpore, & corrumpaẽ in aliud corpus, vt ait Ariſt. non contingit ei vt aliquod tempus veniat, in quo nullũ erit corpus: quã relinquit in poſterũ declarandam, et ſic velle videtur Auerroes conſequentiã valere de cõpoſitione quantitatiua, qua Plato ait, corpora cõponi ex punctis. Nam omne cõpoſitum ex aliquibus cõpoſitione quãtitatiua, reſolueẽ aliqñ ad illa, modo nec miſtum fit ex elementis cõpoſitione quantitatiua: nec elementũ ex materia & forma. & ſic nec miſtũ aliqñ reſoluetur ad elemẽta: nec elementum ad materiã & formã, taliter vt ſola ſint elemẽta, vel materia & forma ſolę, et nihil aliud. Sed adhuc dubito cõtra ſolutionem Auer. quia totus mũdus fit ex quinqꝫ corporibus cõpoſitione quantitatiua, & animal ex mẽbris cõpoſitione quantitatiua, & tñ partes mundi nõ erunt aliquãdo, et mundus erit corruptus, ſimiliter nec membra erunt aliqñ abſqꝫ animali. Melius igiẽ expoſitor auctoritate Simplicij reſpondet: ꝙ qui ponit miſtum fieri ex elementis bene põt dicere neceſſitatẽ miſtionis: nam miſcibilia ſubdũtur

Quæ Auer. Commen. 14.

Dubitatio

Solu. Auer.

Dubi. cõtra Solu. Auer.

Quæ expoſitor.

motibus

motibus cœlorum, qui neceſſario ſm Ariſtotelem operã tur miſtionē. Puncta autem cum ſint ſimpliciter indiuiſibilia, nõ ſupponunt cœleſtibus motibus, et ſic nõ poſſunt cœli in pũctis ipſis inferre neceſſitatē miſtionis, ſunt enim ipſa indiuiſibilia nõ idonea miſtioni, nec apta ſubdi cœlis: & ſic ad formã dici poteſt, oē compoſitum vi ſuæ naturæ poſſe reſolui aliqñ ad illa, ex quibus componit, vt miſtũ ad elementa: & elementũ ad materiã & formã: & animal ad membra, & mundus ad quinq; corpora, qm̃ omne cõpoſitũ vi ſuę naturę eſt reſolubile ad ea ex quibus cõponitur. Verum neceſſitate motoris extrinſeci nullũ horũ poteſt eſſe aliquando reſolutũ ad ea, ex quibus eſt, ita vt ſola illa ſint. Nam cœlũ quod eſt motor neceſſario agit miſtionem miſti ex elementis cõpoſitionē elementi ex materia & forma: quare licet neceſſitate intrinſeca oē compoſitũ ſit aliqñ reſolubile ad partes ex quibus eſt, neceſſitate tñ extrinſeca nõ omne compoſitũ eſt taliter reſolubile: vt aliquando ſolæ partes ſint. At ſm Platonẽ, qui ponit corpora componi ex punctis, oportet dicere duplici neceſſitate **B** eſſe aliquando puncta, & nullũ corpus. intrinſeca quidē, quia oē compoſitum per vim ſuę naturæ eſt reſolubile ad ea, ex quibus eſt: extrinſeca vero, quia pũcta nõ ſubdunt cœleſtium actioni. & hęc ſolutio Simplicij & expoſitoris eſt optima, vt mihi videt. Et hanc ſolutionem Auer. fortaſſe olfecit in fine præſentis cõmẽti: dum ait, & hoc quod dicit eſt neceſſarium eis, qm̃ non eſt diſſolutio corporis in ſpecie in aliquo tempore cum corruptione ſuorum indiuiduorum ſm hanc opinionem, niſi modo accidentali. nam qui ponit corpus ex punctis fieri, ponit compoſitionē hãc fieri per accidens, non per ſe: & ita poſſibile eſt vt aliquando non inueniatur corpus ſm ſpeciem, quia quod eſt per accidens poteſt nõ eſſe: immo de neceſſitate omne per accidens aliquando erit. at cum poſuerimus ſecundũ Ariſt. q generatio corporũ eſt ex corpore per ſe, et intrinſece, et extrinſece, tunc cõtinuatio & perpetuitas corporis in ſpecie eſt eſſentialis & per ſe, in indiuiduo eſt accidentalis. **C** Ecce q Auerroes velle videtur duplicē eſſe cõpoſitionē alicuius ex aliquibus: per accidens, vt qñ componitur aliquod totũ ex partibus per accidēs, videlicet, caput ex capillis. Et per ſe, vt eſt cõpoſitio elementi ex materia et forma, & miſti ex elemẽtis, tunc vult q oē compoſitũ ex aliquibus per accidens aliquãdo reſoluetur ad illa, ita vt illa ſint, & ipſum nõ ſit, nec in ſpecie, nec in numero. Cõpoſitum aũt alicuius ex aliquibus per ſe, nõ oportet vt taliter reſoluatur ad illa ex quibus eſt, vt illa ſint, & ipſum nõ ſit in ſpecie, nec in numero, & ſic videtur Auer. quaſi aliter reſpondere, volens q cõpoſitio corporum ex punctis ſit per accidens, & corporum miſtorum ex elementis, & elemẽti ex materia & forma, et vniuerſaliter corporũ ex corporibus ſit per ſe. Tu vero cõſidera, qa fortaſſe hæc ſolutio Auerrois ſecũda eſt ficta, nõ.n. cõſtat ſic eſſe ad mẽtē Platonis, & ideo cum Simplicio & Expoſitore ſentio em.

Prętereà etiam ſi tempus ſimiliter ſe habet, tolletur aliquãdo, aut tolli poteſt, ipſum enim **D** nunc indiuiſibile eſt, vt punctum lineæ.

Expoſitio. Quinto arguit, & inquit. {Prætereà etiã ſi tēpus ſe habet ſimiliter ad ipſa nũc, vt linea ad puncta, ita vt tempus cõponaĩ ex ipſis nunc, vt linea componiĩ ex punctis, tempus itaq; tolletur aliqñ, aut ſaltē tolli poteſt per reſolutionem factã ad ipſa nunc, & cauſam cõſequẽtiæ aſſignat, & inqt. Ipſum. n. nunc indiuiſibile eſt, vt punctũ lineæ. Quare vt linea reſoluiĩ ad ipſa puncta indiuiſibilia, ita tempus ad ipſa nũc. Que Auer. comen. 15. Auerroes aũt facit vnũ ſyllogiſmũ primo, & inquit. Et ſi inſtantia in tēpore ſunt ſimilia punctis in lineis, lineæ autē componuntur ex punctis, igiĩ tempus ex inſtantibus, hic eſt ſyllogiſmus. Tunc infert, & cũ ita ſit, neceſſe eſt, vt in aliqua hora ſit, in qua tēpus nõ ſit, quod eſt impoſſibile, & hoc oſtẽdit, quia in aliqua hora nõ eſſe tēpus implicat cõtradictionē, quia ponens hunc ſermonē negat & affirmat tempus eſſe inſimul, nam cõtingit vt ſit **A** tempus aliquod, in quo nõ ſit tempus, & ita erit tēpus, & nõ erit. Deinde Auerroes oſtendit cõſequentiã valere, quia ſi ponaĩ tempus cõpoſitũ ex inſtantibus, vt cõpoſitæ ſunt lineę ex punctis, oportet dicere tēpus reſolui ad ipſa inſtãtia, vt linea ad puncta reſoluiĩ, nã omnis cõpoſitio reſoluiĩ ad illa, ex quibus eſt, vel ſaltem de poſſibili ad illa reſolui põt, dico de poſſibili, ſi nõ cõcediĩ de ineſſe. Verum (vt dicit) ſi cõcediĩ tēpus reſolui poſſe de poſſibili ad ipſa nunc, ſequiĩ aliqñ fore reſolutũ, quia omne poſſibile neceſſario aliquando ponetur in eſſe, verum de his alibi.

Idem aũt et his accidit, qui cœlũ ex numeris cõponunt. Quidã enim ex numeris naturã cõſtituunt, vt & pythagoricorũ nonnulli. Nam corpora quidē phyſica grauitatē atq; leuitatē habere videnĩ, vnitates aũt neq; corpus facere cõpoſitæ poſſunt, neq; grauitatē habere.

B Expoſitio. Nunc quaſi per viam cõſequentiæ atq; corollariè opinionem pithagoricorũ refellit, & primò proponit generatim illius opinionis errorē, & inquit. Idem aũt abſurdũ & his accidit, qui cœlũ ex numeris cõponunt. Deinde poſitionem eorũ breuibus tangit, & inquit. Quidam. n. ex numeris naturam conſtituunt hoc cœlum, & omne cõpoſitum naturale, vt miſta, et elementa, vt & pithagoricorũ nonnulli. Vltimò quia dixerat idē abſurdum ſequi hãc poſitionem, explicat ſpeciatim illud, & inquit. Et ſuppletu idem abſurdum ſequitur, nam corpora quidem phyſica grauitatem atq; leuitatem habere videntur, eſt igitur maior, corpus phyſicũ eſt graue aut leue. Deinde dat ſimul concluſionem, & minorē, & inquit, vnitates autem neq; corpus facere cõpoſitę poſſunt, & hęc eſt concluſio; neq; grauitatē habere, & hæc eſt minor. Vnde poteſt totus ſyllogiſmus eſſe, omne corpus graue eſt ex grauibus, & omne corpus leue eſt ex leuibus, elemẽta & miſta ſunt omnia aut leuia aut grauia, igiĩ elementa & miſta componentur ex grauibus. **C** Vltra, oē elementũ aut miſtum conſtat ex grauibus, numeri nõ ſunt graues, nec leues, veluti nec vnitates, igitur nec elementũ nec miſtum poteſt eſſe ex numeris, nec ex vnitatibus. Hęc eſt tota ratio. Animaduerte q codicibus aliquibus reperitur epilogus, vt Expoſitor habebat, in noſtris vero in codicibus græcis non legi ipſum. Que Auer. comen. 16. Quo vero ad verba attinet, Auer. ponderat verbum naturam, & dixit q quidam naturam conſtituunt ex numeris, nam ſunt duæ poſitiones, vna voluit corpora naturalia componi ex numeris, vt pithagoreorum nonnulli, & iſti per naturam intelligunt corpora naturalia. Alij (vt Plato) dixerunt formas, idest ideas intelligentiam. i. deum, ſeu animam mundi, & animam noſtram componi ex numeris, quia dixerunt animam eſſe numerum ſeipſum mouentem. Ariſto. igitur obijcit contra dicentes naturam eſſe factam ex numeris, quia ad illos ſequitur vnitates eſſe graues aut leues, eo quia corpora naturalia ſunt aut grauia aut leuia. Et non contra eos **D** qui dixerunt animam factam ex numeris, non enim ſequitur vnitates eſſe graues, vel leues, ſi anima ſit ex numeris, quia anima nec eſt grauis nec leuis, & ſic patet cur dixit naturam. Hæc Auer.

Auer. commen. 17. Prætereà. Auerroes com. 17. laborat primo circa quorundam verborum interpretationem, Vbi debes ſcire q in arabicis codicibus reperiebatur duplex textus, vnus erat, Neq; punctus, neq; vnitas habet ſoliditatē, aut grauitatē omnino. Et hic textus apud eum non habet dubitationem, nam clare patet vnitatē nõ habere grauitatē, nec ſoliditatē in continuo, ſimiliter nec punctus. Alius textus erat. Neq; punctus, neq; vnitas habet ſoliditatem aut actionem omnino. Et tunc Auerroes laborat ſuper verbum actionem, & an per actionem debere intelligi commune actioni & paſſioni, quæ à formis naturalibus proficiſcũtur. Nam qui corpora cõponit ex ſuperficiebus, aut ex punctis, non poteſt aſſignare cauſam, quã actiones &

paſſiones corporum naturalium differunt, nam omnes ſuperficies, & omnia puncta ſunt eiuſdem rationis, igiẽ ſubſtantiæ corporũ omniũ erunt eiuſdẽ rationis, & ita actiones & paſſiones nõ differunt. Præterea eſſet neceſſe ponere actiones & paſſiones exiſtere in ſuperficiebus & vnitatibus ſiue pũctis, ex quibus ſunt corpora, aut oportet ponere corpora phyſica non componi ex his, aut oportet dicere tales actiones atq; paſſiones non eſſe in corporibus. Et confirmat hæc Democriti auctoritate, qui cum poſuerit phyſica corpora fieri ex atomis, dixit res tribus modis differre tantum, videlicet, ordine atomorũ, figura atomorum, et ſitu illorum, vt in lib. de generatione dictũ eſt, modo Democritus ita dicens cum difficultate potuit aſſignare alias differentias ſenſibiles, quæ apparent ex guſtu, colore, & tactu, propterea coactus fuit dicere tales differentias eſſe ſm apparentiam, & nõ ſm veritatem. At qui corpora componunt ex ſuperficiebus, non poſſunt aſſignare ex illis differẽtiã, qua differunt corpora, propterea Ariſt. præpoſuit in libro de generatione Democritum Platoni.

E

Præterea eſt alius error in opinione Platonis, quia ea data res mathematicę erunt principia rerum naturaliũ, at Democritici poſſunt rerum naturaliũ aſſignare ſaltẽ principia naturalia, vel propinqua naturalibus. Et ſic melius dicit Democritus, licet (vt dicit Auer.) vterq; erret, vt in lib. de generatione viſum eſt. Hęc Auer. ait quo ad textus expoſitionẽ. Quæ (vt mihi videẽ) nulla ſunt ad textũ, cum in noſtris codicibus nullus illorũ textuũ reperiatur.

F

Diſgreſſio Auerro.

Auerroes tamen parte illa, Them. autẽ diſgreditur circa opinionẽ Platonis, & diſputat cum Themiſtio, & primo narrat quid Them. ait de contradictionibus Ariſt. & inquit. Themiſtius aũt in hoc loco ſui lib. dixit defendendo Platonem, & quaſi cõtradicendo Ariſt. hæc verba, videlicet, qua de cauſa igitur fuit iſte ſermo Ariſt. contradicens ſm exiſtimationem dicẽtibus corpora ex ſuperficiebus fieri, non eſt facile ad intelligendum, niſi aliquis vellet eſſe iniuſtus dicendo ſupple, ꝙ facile eſt intelligere has contradictiones valere. Hæc Themiſtij verba Auer. exponens inquit. Ideſt ꝙ omnes iſtæ contradictiones quas induxit Ariſt. nõ poteſt homo concedere eas eſſe contradictiones niſi voluerimus impugnare ſuſtinẽtes hanc opinionem ſupple Platonis. q. d. Tunc oportet dicere has cõtradictiones eſſe validas, qñ volumus dicere opinionem Platonis eſſe falſam, quod quidẽ eſt iniuſtum. Deinde Them. quaſi deridendo Ariſt. ait, nõ eſſe Platoni contradicendõ niſi intelligatur intẽtio ſui ſermonis, nam vt ſcribitur in Timæo, Anaxagoras dixit Socrati, ſi tua concluſio contra me eſſet ſm intellectum meæ intentioois, vere concluderetur mihi, cum autem tu non intelligis intentionem mei ſermonis, non reputo mihi concludi, in quibus verbis Themiſtius innuit Ariſt. nõ recte Platoni contradixiſſe, quia non intellexit inteotionẽ eius ſermonis, et ſic Themiſtius deriſit Ariſt. Tertio Auer. introducit Themi. dicentem ꝙ Plato nõ dixit lineam compooi ex punctis, nec ſuperficiẽ ex lineis. Immo nec ſequi ad ſuum ſermonem, quia licet velit corpora ex ſuperficiebus cõponi, non dicit lineam ex punctis, nec ſuperficiẽ ex lineis conſtitui, nec ſequitur ſi corpus componiẽ ex ſuperficiebus, ꝙ linea componatur ex punctis, & ꝙ ſuperficies componaẽ ex lineis. Deinde quarto aſſignat cauſam quare hoc nõ ſequitur, & ait, ſuperficies poſſe componi inuicẽ dupliciter, aut ſm lineam, videlicet applicando vnã ſuperficiem alteri linealiter, aut ſm latitudinem et ſuperpoſitionem, vt ponendo vnam ſuperficiẽ ſuper aliam donec reſultet altum, & profundum quoddã. Similiter etiam compoſitio linearum cum lineis eſt duplex ſm lineam applicando lineam lineæ ſm longum ſiue faciant angulum, ſiue nõ faciant, & ſm latitudinem imaginando ꝙ vna iuxta aliam ponatur donec faciat ſuperficiẽ, tunc dicit ꝙ quando dicitur lineã eſſe ex punctis, & ſuperficiem ex lineis nõ eſt intelligendum niſi ſm applicationem, videlicet, applicãdo punctum puncto donec reſultet linea, & applicando ſm latitudinem lineam lineæ donec reſultet ſuperficies. Modo apud Platonem corpora ſunt ex ſuperficiebus non ſm applicationẽ in profundum, ſed ſm lineam. i. applicationem ſuperficiei ad ſuperficiem in longum, & propterea ait, quo modo igitur ſequiẽ vt lines fiat ex punctis, cum modus cõpoſitionis ſit diuerſus ab altero. Eſt igitur ratio compoſitio qua linea cõponeretur ex punctis, & ſuperficies ex lineis differt á compoſitione, qua Plato dicit corpora fieri ex ſuperficiebus, igitur ex vno conceſſo nõ ſequitur aliud fore concedendũ, & ita dato ꝙ corpora fiant ex ſuperficiebus, nõ propter hoc ſequitur lineam fieri ex punctis, vel ſuperficiẽ fieri ex lineis. Ex his velle videtur Them. ꝙ Plato conceſſit corpora componi ex ſuperficiebus compoſitione ſm profundum, quia ponendo aliã ſuper aliam reſultat corpus, non tñ conceſſit lineam ex punctis componi, & ſuperficiẽ ex lineis. et tota cauſa eſt, quia iſtæ compoſitiones ſunt impermiſtę, & vna non ſequitur ad aliam. Nam quouis modo cõponantur corpora ex ſuperficiebus nõ ſequitur lineas aliqua cõpoſitione componi ex punctis, vel ſuperficies ex lineis. Deinde ſequitur illa pars cõm. Et vniuerſaliter non eſt inopinabile. Vbi Auer. inducit Themiſtium ponentem motiuũ Platonis, quo Plato mouebaẽ ad dicendũ corpora ſenſibilia fieri ex ſuperficiebus. Et breuiter motiuum erat, quia ſuperficies eſt prima forma corporũ, quæ primitus materiæ primæ ineſt, quæ ratio docet omnia ſenſibilia corpora eſſe ex illa conſtituta. Vnde ait, tres dimẽſiones eſſe primã materiæ formam, quã cæteræ qualitates ſequuntur, & in qua reperitur figura quędã corporea, harum dimenſionum primũ eſt ſuperficies, quæ eſt ante figuras rectangulas, & ante qualitates dictas. Quare ſi ſuperficies eſt res prima dimẽſionum, videtur quaſi forma prima omnium corporum ſenſibiliũ, & per conſequens omnia corpora ſenſibilia cõſtitui ex illa tanq; ex prima forma. Iuxta hæc patet hunc ordinẽ eſſe apud Themiſtiũ, ꝙ primo ſunt dimenſiones in materia. Secundo ſuperficies, vt terminus illarum.

G

Tertio qualitates ſenſibiles. Ex quo ſequiẽ ſuperficiẽ pręcedere corpus ſenſibile, quia nõ dicitur corpus ſenſibile, niſi vt includit qualitates ſenſibiles, cum igitur ſuperficies præcedat qualitates illas, videtur præcedere corpus, vt ſenſibile, & ita ſuperficies videẽ prima forma materiæ, quare omnia ſenſibilia corpora erũt ex illa ſubſtãtialiter.

Obiectiones

Obijcit aũt ſibi Themiſtius, quia ſuperficies illa poteſt conſiderari, vt figura, & vt quantitas, modo vt figura eſt forma materię, & nõ vt quantitas, immo vt quantitas habet rationẽ potentiæ, & materiæ, quare ſuperficies eſt forma, vt figura, ſed vt figura non præcedit corpus ſenſibile, qñ corpus ſenſibile eſt ſubſtantia, & figura eſt qualitas, quæ eſt poſt ſubſtantiam, & ita ſuperficies, vt forma non præcedit corpus ſenſibile. Secundo obijcit, quia Plato velle videtur forte primo ꝙ corpora ſint ex ſuperficiebus ſm applicationem vnius ſuper aliam. Poſtea mutatur, & vult ꝙ corpora ſint ex ſuperficiebus ſm compoſitionem, & ita Plato videtur dupliciter errare, primo, quia in opinione nõ videtur vniformis, ſed varius. Secuodo errat, ꝙ illud corpus, quod ex ſuperficiebus per lineas eſt terminatum, non eſt infinitũ, ideſt continuum diuiſibile in infinitum, nec eſt corporeum ſolidũ per ſuperficies, quia ſuperficies ſimul cõpoſitę nunq; reddunt corporeum ſolidum.

H

Reſponſio.

Reſpondet Themiſtius, & inquit. Debent igitur perſcrutari quid erat huius philoſophi intẽtio, & nõ accuſare eum, quaſi velit dubitationes has proficiſci ex malo intellectu opinionis Platonis, & tñ ipſe non explicat Platonis intellectũ. Deinde ſequitur illa pars cõmen. Hoc igitur quod dixit, vbi Auerroes exponit quædã dicta Themiſtij, & ſunt duo dicta. Primum quid Themiſtius velit per compoſitionẽ corporis ex ſuperficiebus ſm lineam, & dicit ꝙ intendit compoſitionẽ ſuperficiei cum ſuperficie quatenus concurrunt ſuper vnam lineam non ſm rectum, ſed vt obliquæ continuantur, modo quo dicunt mathematici ſuperficies facere corpus icocendron, vel octibaſium,

baſium,vel id genus. Secundũ eſt quid intelligit per primam formã exiſtentem in prima materia,quã cõſequunt aliæ qualitates,reſpondet Auer.ꝙ per formam eiuſmodi intelligit dimenſionem terminatam, vnde prima forma, ſuperficies,& dimenſio terminata idem eſt. Nam dimenſio terminata accipitur in definitione corporis exiſtentis in prima materia,& etiam eſt prior figura ipſa,& in figuræ definitione poſita,nam dicitur figuram corporis contineri à ſuperficie,vel ſuperficiebus. Dicitur etiam corpus eſſe,quod ſuperficie clauditur,& ita videtur ſuperficies prima forma poſt dimenſionem interminatam,tum quia præcedit corpus ipſum figuratum,tũ quia præcedit qualitates,& notanter dixit,quia præcedit corpus ipſum figuratum,quia nõ præcedit corpus interminatum, quod dicitur dimenſio in potentia. Quod ſuperficies terminantes corpus ſint priores tribus dimẽſionibus quę ſunt de definitione corporis,probat primo,quia tres dimenſiones non poſſunt eſſe in materia actu niſi vt finita eſt materia,& non eſt finita niſi propter ſuperficies,igitur ſuperficies ſunt priores trina dimenſione. Secundo,quia poſita ſuperficie in materia ponitur dimenſio interminata,& illa remota remouetur etiam dimenſio. igitur ſuperficies eſt prior trina dimenſione,& corpore,& ita ſequitur ſuperficiem eſſe primam formam,ex qua componũtur corpora,& hæ rationes probant non ſolum ſuperficiem eſſe priorẽ corpore figurato,ſed corpore ſimpliciter, quia eſt prior dimenſione trina,quæ ponitur in definitione corporis ſimpliciter. Pręterea dicit ꝙ ſuperficies eſt prior omnibus figuris,quia eſt prior figuris rectangulis quæ ſunt omnium figurarum primæ,& omnibus modis .i. ſuperficiebus ſunt priores ipſæ ſuperficies, quia ſuperficies præcedit omnem ſpẽm ſuperficiei figuratæ. Ex his vult habere ſuperficiem eſſe primam formam ſimpliciter,quia præcedit corpus ſimpliciter,cuius ſubſtantia eſt trina dimẽſio, nam præcedit trinam dimenſionem,vult etiam eſſe primam ſm quid,quia præcedit figuram,& ita pręcedit corpus, vt figuratum,& hæc duo Auer. de intentione Themiſtij hucuſq; probauit. Et ex his patet motiuum Platonis ꝙ corpora ſenſibilia ſint ex ſuperficiebus, nam ex prima forma,& prima materia reſultat corpus ſimpliciter,& corpus figuratum,ſuperficies eſt prima forma, igitur ex ſuperficie fit corpus ſimpliciter,& corpus figuratum,dico fit corpus ex ſuperficie vera compoſitione ex partibus ſm qualitatẽ,quia ſuperficies eſt forma prima. Hæc eſt vna Themiſtij expoſitio circa intentionem Platonis,vult enim Platonem velle corpora fieri ex ſuperficie & materia,quia ſuperficies eſt prima materiæ forma, & ita vult corpora fieri ex ſuperficie compoſitione qualitatiua,& non quantitatiua. Deinde ſequitur illa pars. Et cum Them. vbi inducit Them. dubitatẽ aduerſus opinionem,& dicta Pla.& primo epilogat breuiter motiuũ pro opinione Plato,continuando ſe ad ſequentia, ſecũda ibi. Et dixit,ſed inquantum exequitur. prima pars patet. In ſecunda probat ꝙ corpus eſt prius ſuperficie, quia vt tãgebatur,ſuperficies eſt figura,& corpus ſimpliciter eſt prius figura,& hæc eſt prima dubitatio. Secunda, ponitur ibi,poſſet aliquis opinari,quæ talis eſt, quia poſſet dici Plat. per compoſitionem corporis ex ſuperficiebus intellexiſſe compoſitionem quantitatiuam,& non qualitatiuam,quia locutus eſt de compoſitione ſm ſuppoſitionem,quę eſt ſpecies compoſitionis quantitatiuæ. Tertia ponitur ibi. Deinde induxit,quæ talis eſt,quia non videtur ſuperficies prima materię forma, ſed vltima, nam dimenſio terminata eſt vltima forma materiæ,modo ſuperficies eſt dimenſio terminata. Quarta ponitur ibi. Et impoſſibile eſt. Quæ talis eſt,conceſſo ꝙ corpora componãtur ex ſuperficiebus compoſitione ſuperpoſitionis, vt Plat. prima fronte ſentire videtur,ſequitur vt illud qđ eſt inter ſuperficies,non ſit ſolidum,neq; infinitum.i.continuum diuiſibile in infinitum. Immo contingit vt illud quod terminatur per ſuperficies circum circa, ſit vacuũ,

A non enim poteſt dici eſſe ſuperficiebus plenum, quia ſuperficies addita ſuperficiei nunquam facit maius corpus, nec minus. Nec dici poteſt illud eſſe infinitum.i.cõtinuũ diuiſibile in infinitum,quia ſuperficies ſuperpoſita ſuperficiei nunquam cõtinuabitur,quare illud erit actu aut vacuum,aut quoddam ex ſuperficiebus aggregatum nõ faciens maius in corporeitate. Deinde ſequitur illa pars. Et hoc quod dixit, vbi Auer. comparat dubitationes cõtra Plato. ratiõibus pro Plato.& ait,has dubitationes cõtra Platonem non eſſe leues,nec minores rationibus pro Platone,ſignum aũt eſt,quia poſtea in fine ipſemet The. ait opinionem Platonis non eſſe adhuc intellectam. Deinde ſequitur illa pars. Dicamus igitur nos, vbi Auerro. contradicit Them. per quatuor rationes. Prima eſt,ꝙ Plato nõ nouit materiam,igitur per compoſitionem corporum ex ſuperficiebus,non potuit intelligere compoſitionem corporum ex materia & ſuperficie. Deinde cũ dicit. Et ideo cum dicit,ponit ſecũdam rationem,quæ ta- B lis eſt, Ariſto. non debuit exponere,quod clarum eſt, modo, clare Pla. ait corpora componi ex ſuperficiebus ſm ſuperpoſitionem ad euitandum vacuum,igitur non debuit exponere intentionem eius,nam nõ potuit dicere niſi corpora componi ex ſuperficiebus more mathematico, per interpoſitionem vacui. Deinde cum dicit. Et etiamſi conceſſerimus,ponit tertiam rationem,quæ talis eſt, nã ſi corpora ſenſibilia ſunt ex materia & ſuperficie, ſuperficies erit loco formæ,& ita ſequitur aliam ſuperficiem eſſe grauitatis,aliam leuitatis cauſam,velut forma eſt cauſa grauitatis vel leuitatis,quod eſt falſum,nam omnes ſuperficies ſunt eiuſdem rationis, & ita ſi vna eſt cauſa grauitatis,omnes erunt illius cauſæ. Deinde cum dicit, Et etiam cõtingeret,ponit quartam rationem,quę talis eſt, ꝙ ſi corpora ſenſibilia componuntur ex materia & ſupficie,tunc ſuperficies erit ſubſtantia. deducitur primo,quia prius ſubſtantia eſt ſubſtantia,modo ſuperficies eſt prior corpore,quod eſt ſubſtantia(vt dixit Them.)igitur ſuperfi- C cies eſt ſubſtantia. Secundo,quia partes ſubſtãtię ſunt ſubſtantiæ,modo materia & ſuperficies ſunt partes corporis,quod eſt ſubſtãtia,igitur ſunt digniores, vt ſint ſubſtantię,iſtud vero conſequens eſt falſum,quia ſuperficies eſt forma corporis mathematici,quod non eſt ſubſtãtia.

Deinde ſequitur vltima pars cõm. ibi. Et cauſa ꝙ ſuperficies. Vbi Aue. ſoluit motiuum Them. pro poſitiõe Pla. & breuiter innuit eſſe negandum antecedens, non enim ſuperficies eſt prima forma materiæ. Et ad rationem reſpondet,ꝙ ſuperficies non ineſt materiæ niſi quia formæ elementorum coæternaliter exiſtunt in illa, videlicet, grauitas,leuitas,& cæteræ id genus,& ſic ſuperficies nõ ineſt materiæ primitus,ſed quia hæc res expoſcit rem longam,remiſit ſe ad alium locum, videlicet, lib. de ſubſtãtia orbis. Ex his clare conſtat Auer. poſuiſſe dimẽſionem interminatam materiæ coęternam,ait enim ſuperficiem ſequi formas elementorum, præterea dicit ſubſtantiam prius eſſe ſubſtantia. Verum de his in libro de ſubſtantia

Quæ Auer. de dimenſione interminatam.

Quæ de Plato. opiniõe.

D orbis. Animaduerſione dignum,tripliciter de Plato. opiniones alias nos ſenſiſſe, vna enim interpretatio fuit Plato. voluiſſe corpora fieri ex ſuperficiebus per ſuperpoſitionem imaginando plures ſuperficies ſuperpoſitas reddere corpus,& hic ſenſus eſt Ariſto. de illa poſitione, quem ipſe reprobat vbiq;,quia nõ poteſt euitare vacuũ & propter alias rationes. Secunda interpretatio eſt,ꝙ cum Pla. valde in mathematicis verſaretur,aſſuetus in illis omnia more mathematico tradidit,ideo voluit corpora fieri ex ſuperficiebus per defluxum:quia mathematici dicunt punctum motum facere lineam,quia de pũcto ad punctum licet rectam lineam ducere. Similiter lineam motam facere ſuperficiem,quia de linea ad lineam licet ſuperficiem ducere,ita Plat. autumat ſuperficiem motã de imo ad altũ,vel de alto ad imum facere corpus, quare corpora fiunt ex ſuperficiebus ſm imaginationẽ mathematicam,quæ licet concedantur more mathematicorũ,

tamen

tamen phyſice Pla. non concéderet. Tertia interpretatio eſt, ꝙ Pla. loquitur mathematice, ſed ſentit phyſice. mathematicus enim cum conſideret ſolam formam, ideo ſolam quantitatem contemplatur, quam credit eſſe formam, imo ſolam formam. Quare mathematice, ſuperficies eſt dicenda forma, & tanto magis ꝙ̃ quantitas, quanto ipſa eſt terminata, ideo ſm rationes mathematicas corpora non fiunt niſi ex ſuperficiebus. ecce quomodo verba ſunt mathematica, ſenſus aũt eſt phyſicus, quia ipſe ꝑ ſuperficiẽ intelligit formã ſubſtãtialẽ corporis, verbi gratia, per ſuperficiẽ ignis intelligit formam ignis, ꝑ ſuꝑficiẽ aquæ, formã aquæ, & in cæteris id genus. Quando igitur Plato, corpora ait fieri ex ſuperficiebus, voluit dicere corpora fieri ex ſuis formis principaliter, quatenus ſm ipſum materia aut nihil eſt, aut prope nihil, & ita velle videtur, corpora eſſe principaliter à ſuperficiebus, ideſt a ſuis formis, quatenus totum eſſe corporum eſt a formis. Quæ interpretatio ſi eſt ad mentem Platonis, recte ipſe ſentit, ſin autem aliter intelligeret, vt ſibi imponit diſcipulus, videlicet Ariſtote. opinio eius falſa eſt, & recte eum refellit Ariſto. Hæc mihi occurrunt de opinione Platonis.

Quòd autem neceſſarium ſit corporibus ſimplicibus omnibꝰ natura motum aliquem ineſſe, ex his perſpicuum eſt. Nam cum moueri videantur, vi neceſſe eſt ipſa moueri, ſi proprium motum non habent, vi autem & præter naturam idem eſt. At ſi pręter naturam eſt motus aliquis, & ſecundum naturam neceſſe eſt eſſe præter quem ille eſt, & ſi multi hi ſunt, qui pręter naturam ſunt, vnum eſſe qui ſecundum naturam eſt, neceſſe eſt: nam ſecundũ naturam quidem ſimpliciter eſt, præter naturam autem vnumquodq; plures habet.

Expoſitio. Secundum expoſitores inquirit nunc, an corpora naturalia habeant motꝰ naturales, & hoc propoſuit dicẽs {Qđ aũt neceſſarium ſit corporibus ſimplicibus omnibus aliquem motum ineſſe ſecundum naturam, ex his ſupple; quæ dicentur, perſpicuum erit.

Auer. commen. 18. De neceſſitate autem præſentis intentionis Auerroes vult ꝑſentẽ intentionẽ neceſſariam eſſe ad demonſtrationem factã pauloante cõtra Pla. quia in ea accepit omne corpus, qđ recte mouetur, eẽ graue aut leue, modo hęc ꝑpoſitio non põt demõſtrari niſi declaretur omne corpus naturale habere motũ naturalẽ, & hac neceſſitate Ariſt. tranſit ad hanc rem. Alij voluerunt Ariſto. tranſiiſſe ad hanc intẽtionẽ, quia quidã in illa errauerunt, vt videlicet veritas quæſiti appareat. Melius aũt dico hanc intentionẽ eſſe inductã, quia Ariſto. eſt pertractaturus ꝙ grauitas & leuitas ſunt principia motuũ naturaliũ quam rẽ non poteſt declarare niſi præaccipiat & declaret id, quod nunc propoſuit. Accedit ad hæc ꝙ quidam errauerunt in hac re, & ideo quaſi obiter remouet errorem eorũ. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire quod Ariſto. expreſſit corpora ſimplicia, quia idem eſt iudicium de corporibus miſtis, omne enim miſtum mouetur ab elemento prædominante, & ideo ſi cuilibet corpori ſimplici competit motus naturalis, cuilibet etiam corpori miſto competit, qm̃ mouetur à prædominante elemento. Hæc de intẽtione.

Poſtea probat quod dixerat, & inquit, nam cum moueri videantur, ſenſu enim conſtat elementa moueri, ſi propriũ naturalẽ motũ non habent, vi neceſſe eſt ipſa moueri, eſt igitur conſequentia, elementa vidẽtur ſenſibus moueri, & non proprio naturali motu, igitur vi neceſſe eſt ipſa moueri, omne enim corpus phyſicum quod mouetur aut natura, aut pręter naturam mouetur, vi autem & pręter naturam idem eſt, quare ſi omne quod mouetur, mouetur aut natura, aut præter naturam, neceſſe eſt vt omne moueatur aut vi aut naturali proprioq; motu. Vltra

E procedit, & inquit, at ſi pręter naturam eſt motus aliquis ſupple eis competẽs, & ſm naturam neceſſe eſt eſſe eum, præter quem ille eſt, quare ſi ſimplicia corpora mouẽtur motu præter naturam, oportet ea moueri etiam motu naturali, eo videlicet, præter quem ille dicitur præter naturalis, & ſic patet ipſa moueri motu proprio naturaliq;.

Auerroes autem reducit rationem ad tres propoſitiones, quarum prima eſt ꝙ omne corpus naturale neceſſario mouetur, & patet ſenſu. Secunda eſt, ꝙ omne corpus naturale mouetur aut naturaliter, aut violenter, & probatur rõne, quia oẽ quod competit alicui, aut ſibi competit ſm naturam, aut pręter naturam. Modo violenter moueri eſt ꝑter naturam moueri. Tertia, omne quod violenter mouetur, habet motum naturalẽ, probatur, quia violẽtũ dicitur reſpectu naturalis, & ita omnis motus violentus dicitur reſpectu motus naturalis, quare ſi aliquod mouet violenter, oportet vt habeat motum naturalem. Deinde Auerro. remouet tacite quæſtionẽ Auicẽnæ, & inqt.

F & hæc vniuerſaliter propoſitio eſt manifeſta, & probata primo cœli, & abnegatio Auicẽnæ in ea nulla eſt. hanc rẽ diſputauit Auerro. primo cœli cõtra Auicẽnam, & ideo hic illam tetigit, & non expreſſit, ſed in fine illam aliquãtulum expreſſit. Deinde cõponit ſyllogiſmum ſic, omne corpus violenter vel naturaliter motũ naturaliter mouetur, omne corpus ſimplex naturaliter vel violẽter mouetur, igitur omne corpus ſimplex naturaliter mouetur.

Deinde declarat qualis fuit ſyllogiſmus Ariſto. & ait, & per poſitionem omniũ antecedentium, ſupple propoſitionũ concludit conſequẽs intentum, & ſic velle videtur Auerro. ꝙ in textu ſyllogiſmus ſit acceptus in forma hypotetica, in quo pro antecedente ſumptę ſunt tres propoſitiones, hoc pacto, ſi omne corpus ſimplex mouetur, & omne corpus phyſicum violenter aut naturaliter mouetur, & oẽ quod mouetur violenter, mouetur naturaliter, omne corpus phyſicum mouetur naturaliter, hæc eſt hypothetica, cuius antecedens ſunt tres propoſitiones. Et

G ait Auer. conſecutionẽ hanc eſſe manifeſtã, vbi ſi ponatur antecedens ſequetur poſitio conſequentis, ait. n. ſimiliter eſſe notã poſitionẽ antecedẽtis. Ecce quomodo forma huius ſyllogiſmi eſt hypothetica à poſitione antecedẽns ad poſitionem cõſequentis. Deinde ſequitur illa pars. Et hoc ſicut diximus, vbi remouet vnum dubium, nam poſſet dici ꝙ hęc propoſitio, omne corpꝰ naturale habet motũ naturalẽ, ſit per ſe nota, igitur non eſt demonſtrabilis.

Quod autẽ ſit per ſe nota patet ex hoc quod ſonat hoc nomen natura: eſt enim definitio naturæ, vt ſit principiũ motus & quietis, cum igitur poſuimus aliquod corpus eſſe naturale, neceſſe eſt vt natura ſit ſui motus cauſa, & ſuę quietis, nam motus & quies quorũ cauſa eſt neceſſaria; ſunt ex hoc etiam ipſi neceſſarij, & ita natura ſi ex ſui definitiõe eſt principium motus & quietis, ſequitur corpus naturale habere motum naturalem, & eſſe hoc quaſi per ſe notum, igitur non eſt demonſtrabilis hæc propoſitio.

Reſponſionem innuit Auer. aſſerẽs hunc ſyllogiſmũ

H eſſe neceſſarium non ſimpliciter, ſed reſpectu negãtis. Secundo vero phyſicorum cõm. 3. dixit hanc propoſitionẽ egere modica inuſtione, & ideo ſyllogiſmus hypoteticus valet ad eã. Deinde ſequitur illa pars commẽt. Et hoc quod dixit, vbi ponderat cur dixit motus violentus plures eſſe naturalẽ vnum tãtum: ait enim eſſe hoc additum ne quis credat motum extra naturam eſſe vnũ, velut naturalis eſt vnus, propterea quia violentus dicitur reſpectu naturalis. Et etiam quia contraria exiſtimantur ſecundum eundẽ numerum, vt de ſanitate & ægritudine, & tamen non eſt ita, quia motus violenti plures eſſe poſſunt, & tñ vnus eſt naturalis, violenter enim aer fertur ad centrũ, & violẽter fertur ad concauũ, & tñ naturaliter fertur ſolũ ad concauum ignis, & hoc ait Ariſto. & ſi multi hi ſunt, qui ꝑter naturam ſunt, vnum eſſe qui ſecundum naturam, eſt, neceſſe eſt. Nã ſm naturam quidẽ ſimpliciter, ideſt vno modo eſt, præter naturam aũt vnumquodque

elementorum

Dubitatio. *Solutio.*

elementorum plures habet. Sed occurres, quia licet elementa media poſſint habere plures motus violentos, & vnum naturalem, extrema elementa non habent motū violentum niſi vnum, & vnum naturalem. Quicquid velint alij, ego dicerem, ꝙ Ariſto. loquitur generatim, accepit enim præter naturam pro eo quod non eſt ſm naturam, modo, quod non eſt ſm naturam multiplex eſt, violentum vero & naturale, quæ extremaliter contrariãtur, non niſi ſimpliciter ſunt. Ex his patet textum reſolui in duos ſyllogiſmos, quorum primus eſt, omne quod mouetur, mouetur violēter vel naturaliter, corpus ſimplex mouetur, igitur corpus ſimplex mouetur violenter, vel naturaliter. Secundus eſt, omne quod mouetur violenter vel naturaliter, habet motum naturalem, omne corpus ſimplex mouetur violenter, vel naturaliter per concluſionē primi ſyllogiſmi, igitur omne corpus ſimplex habet motum proprium naturalem, hæc eſt reſolutio textus.

Reſolutio textus.

Præterea etiam ex quiete patet. Etenim aut vi, aut ſecundum naturam quieſcere neceſſe eſt, vi autem manet, quò & vi fertur, & ſecundum naturam, quò ſecundum naturam.

Expoſitio.

Secūdam rationem ponit nūc ex parte quietis, & duo ꝓſupponit, quorū primū eſt, ꝙ oē quod quieſcit, neceſſe eſt aut vi, aut ſm naturam quieſcere, & inquit, præterea etiam ex quiete ſupple hoc idem patet. Deinde tãgit ſuppoſitionem primam, & inquit, etenim aut vi, aut ſm naturam neceſſe eſt quieſcere: ſupple omne quod quieſcit, hæc eſt prima ſuppoſitio. Secūda ſuppoſitio eſt, ꝙ ibi quieſcit aliquid vi, quo & fertur vi, & ibi quieſcit aliquod ſm naturam, quo & fertur ſm naturam. Hoc inquit, vi autē ſupple ibi aliquid manet, quo & vi fertur, & ſecundū naturam ſubaudi ibi aliquid manet, quo ſecūdum naturam fertur. Hæc eſt ſecunda ſuppoſitio.

Auer. commen. 19.

Auerroes autem ait hanc rationem acceptam ex parte quietis fundari in duabus propoſitionibus, quarū vna eſt, omne corpus naturale, habet quietem naturalem. Secunda eſt, omnis locus in quo quieſcit corpus naturaliter, ad ipſum mouetur naturaliter. Poſtea in exponendo partes textus, nō has propoſitiões, ſed eas, quas collegimus, notat eſſe ſupponēdas: videlicet, omne quod quieſcit, neceſſe eſt aut vi, aut naturaliter quieſcere: & ſecunda eſt, illic aliquid quieſcit vi, quo vi fertur, illic quieſcit ſecundū naturam, quo fertur ſecundum naturam: & huius ſecundæ propoſitionis Auer. cauſam reddit ex eo, quia quies eſt finis motus, & ita ſi quies fuerit naturalis: motus ad ipſam erit naturalis, & ſi violenta, motus ad ipſam erit violentus, & ſic patet ſecunda ſuppoſitio.

Manere *Manens* *Huc* *Illuc*

Cùm igitur aliquid in medio manere videatur, ſi ſecundum naturam quidem, patet et lationem huc, ſecundum naturam ipſi ineſſe. Sinautem vi, quid eſt quod prohibet ferri. Si igitur quieſcit quidem, eūdem volumus ſermonem, neceſſe eſt enim aut ſecundum naturam eſſe primum quieſcens, aut in infinitum abire, quod quidem eſt impoſſibile.

His ſuppoſitis, arguit, cum igitur aliquid in medio manere videatur, videlicet terra, vel lapis, vt ſenſibus patet, quęritur de eo, quod ſic videtur in medio manere, aut manet in medio ſm naturam: aut vi illic manet. Si ſm naturã quidem, patet & lationem, quæ huc vergit, ſm naturam ipſi quieſcenti ineſſe, vt ſecunda ſuppoſitio ait. Si autē terra vel lapis vi quieſcit in medio, oportet eſſe aliquid detinens terram vel lapidem, quod prohibet terram vel lapidem ferri. Verbi gratia, vt columna detinens lapidem. Modo volumus ſermonem de prohibente, & cum illud quieſcat in medio detinendo lapidem vel terram, neceſſe eſt aut ſm naturam eſſe primum quieſcens, quod quidem primo detinet, & primo naturaliter quieſcit, & ſic habe-

A tur, quod illuc fuit naturaliter motum, aut eſt neceſſe in infinitum abire, ſic ꝙ. A. detinet vi ipſum, B, & B. vi detinet ipſum C, & C, vi detinet ipſum D, & ſic in infinitū, modo hoc eſt impoſſibile, igitur oportet dare aliquid in medio primum quieſcens naturaliter, & ita oportet eſſe aliquod quod illuc naturaliter fuerit motum, & ita eſt aliquod corpus, cui competit motus naturalis, quod eſt intētum.

Dubitatio. *Auerro.* *Solutio.*

Sed occurres, cur Ariſto. improbando propoſitū ſuū ex quiete, induxit exemplum ſpeciatim de terra quieſcēte in medio, & non de alijs elementis. Soluit Auerroes quia de terra maxime dubitatur. Nam alia elementa exiſtimantur eſſe fixa naturaliter ſm totum in ſuis locis. De terra vero tantū dubitatur, & cauſa dubitationis eſt, quia videmus cum pars inferior aufertur, partem ſuperiorem deſcendere, & ita exiſtimatur eſſe de tota, vt de parte cernitur, & ideo exiſtimatum eſt terram totam in medio vi quieſcere. Hac igitur ratione de terra iduxit exemplum.

Quo vero ad verba textus attinet, animaduerte, ꝙ tex-
B tus Auerrois habet. Inducemus ſermonem ſuper ipſum, vbi Auerro. exponit ſuper ipſum ſcilicet aduerſarium, & errat, quoniam in græcis verbis ſtat, vt nos trãſtulimus.

Præterea dicitur in textu Auerro. aut mouebitur in infinitum. Et Auerroes dupliciter exponit, vno modo referendo ad terram, alio modo referendo ad prohibens, ſi refertur ad terram, eſt ſenſus, ꝙ ſi terra non quieſcit naturaliter in medio, ipſa mouebitur deorſum in infinitū. Quã expoſitionem Auer. non tenet, & recte, quia vt patet in græcis codicibus, non poteſt ſic intelligi. Sinautem refertur ad prohibens, recte dicitur: nam ſi terra nō quieſcit in medio naturaliter, ſed vi, cum videatur illic ſtare, oportet eſſe prohibens ipſam ne vlterius moueatur, & quæratur de prohibente, vel quieſcit naturaliter, vel vi. Si naturaliter, habetur propoſitum, ſi vi, oportet eſſe aliud prohibens, & ſic vel ibitur in infinitum, vel oportet venire ad aliquid, quod illic quieſcit naturaliter. Et hæc expoſitio optima eſt.

Ferri verbū ſupple.

C Sinautē id, quod ferri prohibet, mouetur, vt Empedocles inquit, terram à reuolutione quieſcere, aliquem in locum ſane moueretur, cùm impoſſibile ſit in infinitum ferri, nullum enim impoſſibile fit. In infinitum autem tranſire, impoſſibile eſt. Quare quod fertur, neceſſe eſſe alicubi ſtare, & illic non vi, ſed ſecundū naturam manere. Quòd ſi eſt quies ſecūdum naturam, latio in hunc locum motus erit ſecundum naturam.

Expoſitio.

Iſte textus ſolet induci continuus præcedenti: nam quæſiuit de prohibente, an quieſcat, vel moueatur. Cum probauit ꝙ ſi quieſcit, relinquitur intentum, nūc probat quod non poteſt moueri tale prohibens (vt dicit Empedocles.) Et hoc modo Auerro. exponit hic. Melius autem vide-
D tur ꝙ Ariſt. remoueat reſponſionem Empedoclis, qui dixit, terram vi quieſcere in medio, & ꝙ prohibens eſt reuolutio cœli, vt viſum fuit in Secūdo huius. Contra quē obijcit Ariſto. dicens, ſi ita eſt, tunc terra remota cœli reuolutione, aliquem in locum ſane moueretur, ſupple determinatum, cum impoſſibile ſit in infinitum ipſam ferri, nullum enim impoſſibile fit: in infinitū autem pertranſire impoſſibile eſt, quare non poteſt terra remota cœli reuolutione in infinitum ire, ibit igitur cęli reuolutione amota in aliquem locum determinatum: & tunc complet rationem, & inquit, quod ſi eſt quies ſupple terræ ſm naturam in aliquo loco determinato, latio in hunc determinatū locū motus erit ſm naturam, & ita relinquitur aliquod corpus habere motum naturalem. Hæc Ariſtot.

Auer. commen. 19.

Auerroes autem ex textu vltimo colligit talem rationem, ſi poſſibile eſt vt aliquod incipiat motum in infinitum, poſſibile erit vt motus infinitus generetur. Sed impoſſibile

poſſibile eſt motum infinitum generari, igitur impoſſibile eſt aliquod incipere motum infinitum generare. Quare cum remota reuolutione cœli motus, erit infinitus, igitur nihil poteſt illum incipere generare.

Quapropter & Leucippo & Democrito: qui prima ipſa corpora aſſerunt in vacuo: atque infinito ſemper, moueri occurrēdum eſt: quonam motu mouētur: quiſue eſt ipſorum ſecundum naturam motus.

Occurrēdū; Dicendum.

Expoſitio. Improbat (vt recte ſentit Expoſitor) aliquorum philoſophorum errata, primo illud Democriti atq; Leucippi, quorum inſufficientiam primo ipſe narrat, & inquit, quapropter & Leucippo & Democrito, qui prima ipſa corpora, quæ Atoma vocant, ac rerum principia, aſſerunt in vacuo atq; infinito ſemper moueri, occurrendum eſt & dicendum, quonam motu mouentur, quiſue eſt ipſorum ſecundum naturam motus: Qui cum hæc non determinaſſent, inſufficienter viſi ſunt tradidiſſe. Hæc de inſufficientia eorum.

inſectil'a, indiuidua, minutiſſima.

Auer. comment. 20. Auerroes autem vult ꝙ Ariſtot. nunc deſtruat opinionem eorum qui dicunt motum innaturalem eſſe ante naturalē. Secundo, ait hos eſſe diuiſos in duas ſectas, vna eſt Leucippi & Democriti dicentium Atoma moueri in vacuo atq; infinito motu æterno. Alia Platonis, qui dicit ꝙ quatuor elementa mouebantur antequam mundus eſſet, motu inordinato, deinde cum deus feciſſet mundum, induxit illa ad motum ordinatum. Tertio ait Ariſtot. primo contradicere primæ ſectæ, ſecundo vero ſecundæ. Hæc Auerro. de textus introductione, quam non video, quo modo valeat. Deinde ſequitur illa pars, & intēdit, Vbi Auerro. exponit quædam verba textus, quæ in græcis codicibus non repertuntur. Quibus prætermiſſis, ponit conuenientiam & differentiam inter opinionem Platonis, & Democriti. Conuenientia quidem eſt ꝙ ambo ponunt innaturalem motum priorem naturali, differentia vero, quia Plato innaturalem motum poſuit in præterito, & nunc, in præſenti non. Democritus autem ait, motum innaturalem corporibus Atomis & de præterito & de præſenti ſemper ineſſe, cauſa autem, quia ipſe poſuit hæc Atoma rerum omnium elementa, quare oportet ipſa ſemper fuiſſe & ſemper eſſe, & cum eorum eſſe ſit motus, oportet vt ſemper fuerint, & ſemper ſint in motu, ſed cum hic motus non poſſit eſſe naturalis: erit igitur violētus, quare Democritus differt a Plato, in hoc, ꝙ motum violentum ponit præcedere, & ponit eſſe de præſenti.

Deinde Auerro. parte illa. Dicamus igitur eis ſi hæc, refellit opinionem Democriti: & colligit in textu duas inſufficientias, quæ ſunt duæ quaſi quæſtiones, prima eſt, quis eſt primus motor corporum Atomorum. Secunda, cum primus motor debet habere motum naturalem, quis eſt eius naturalis motus. Hæc Auerro. quæ pace ſua nō ſunt ad propoſitum, eſt enim vna tantum inſufficientia, videlicet quonam motu mouentur corpora hæc Atoma, & quis ſit illorum motus naturalis. Quod ſi hæ ſint duæ inſufficientiæ, non ſunt illæ, quas reſumit Auerro. fuit autem cauſa erroris Auerrois, textus male translatus ad eius linguam.

Etiam Sed

Nam ſi elementorum aliud ab alio vi mouetur, neceſſe eſt & cuiuſque etiam aliquem motum eſſe ſecūdum naturam, præter quem violentus eſt.

Expoſitio. Nunc ponit excuſationem illorum: dicebant enim illorum elementorum, quæ ſunt Atoma aliud ab alio moueri vi. Quod excludit primo, quia ſi ita eſt, neceſſe eſt et cuiuſq; etiam aliquem motum eſſe ſm naturam, præter quē violentus eſt, vt dictum eſt.

Primam motricem Primum mouens.

Et oportet primam motricem non vi, ſed ſecundum naturam mouere. In infinitum

E enim erunt, ſi non erit aliquid primum mouens ſecundum naturam, ſed ſemper ipſum prius vi motum mouet.

Expoſitio. Secundo obijcit excuſationi, quia oportet ſaltem primum mouens non vi mouere, ſed ſm naturā, nam quod mouet vi habet principium ſuæ motionis extra, & ita nō mouet niſi motum, & ita oportet moueri ab alio ſemper, vel ſtandum eſt ad primum, quod non vi mouet. Vnde inquit, & oportet primam motricem, ſupple vim non vi, ſed ſm naturam mouere. probat hoc, & inquit, in infinitum enim erunt, ſupple tu mouētia & mota, ſi non erit aliquid primum mouens ſm naturam: ſed ſemper ipſum prius motum violenter, aliud moueat. Eſt igitur cōſequētia, ſi primum mouet vi, igitur procedetur in infinitum in mouentibus & motis, probatur, quia ſi mouet vi, igitur non mouet niſi motum extra, quare mouebitur ab alio, & quæratur de illo, vel igitur ibitur in infinitum in mouentibus, & motis, vel oportet vt primum moueat naturaliter, & tunc ſi primum mouet naturaliter, aliquid mouebitur naturali motu, & ſic eſt aliquod corpus, quod habet motum naturalem. Hæc Ariſtotel. de inſufficientia Democriti & Leucippi.

F

Auer. commen. codē. Auerroes autem laborat circa verba Ariſtotel. quæ in ſuis translationibus ita ſcribuntur. Quoniam corpus primum motum nullum corpus mouet violenter, ſed naturaliter. Et hæc exponit dupliciter, aut referendo ad mouens ipſum, quaſi dicat, ꝙ primum mouēs nō poteſt mouere id quod mouet violenter, ſed naturaliter, & tunc legitur litera ſic, quoniam corpus primo motum vt eſſet cælum, vel id genus, non mouet aliquod & ipſum eſt motū ab aliquo alio violenter, ſed mouet ipſum, & eſt motum naturaliter. Vel exponit referendo ad id quod mouetur, quaſi dicat ꝙ ea quæ mouentur a primo mouente, ſiue ſit corpus, ſiue virtus extra corpus non poteſt moueri ab illo violento motu, quia non moueretur ſemper, ſed

G hora quadam ſic, & quadam non. Quæ omnia nulla ſunt, cum hæ expoſitiones non cadant in verbis græcis. Deinde ſequitur illa pars commenti, Motum autem corporum. Vbi Auer. remouet dubitationem, dictū eſt enim violentum motum non eſſe perpetuum, modo hoc videtur falſum, nam motus circularis ignis in propria ſphæra, & motus circularis aeris in ſuprema regiōe eſt violētus, & tamen eſt perpetuus, igitur motus violentus poteſt eſſe perpetuus. Reſpondet Auer. & vult ꝙ motus taliū elementorum nec eſt violentus, nec naturalis. Violētus quidem non eſt, quia ſemper eſt, nec naturalis, quia ignis non mouetur illo motu à principio in eo exiſtente. Et addit ꝙ fere idem eſt de moto mēbrorum animalis à primo moto, quod eſt calor naturalis ſiue ſpiritus, qui mot⁹, quia non eſt violentus vocatur naturalis. Sic igitur patet, Motum elementorum circularem eſſe non naturalē, ſed vel ſupernaturalem, quia & ſi non contra eorum naturā, non tamen eſt ſm eorum naturam, ſed ſupra naturam, vt

Dubitatio.

Solutio.

H motus membro animalis, qui non eſt ſemper etiam. Deinde ſequitur illa commenti pars. Et hoc fundatur. Vbi Auerro. reſoluit hunc textum ad propoſitiones, atq; ſyllogiſmum, & vult textum fundari ſupra propoſitiones, quarum prima eſt, ꝙ omne motum habet motorem. Secunda eſt, ꝙ omnis motor in loco, hoc eſt de loco ad locū, eſt corpus. Tertia eſt, ꝙ corpus nō mouet niſi moueatur. Ex his deducitur conſequentia textus, quæ ſm Auerro. eſt, ſi corpus primum non mouet corpus motu naturali, tunc motum eſſet infinitum. Nam ſi motum habet corpus a quo mouetur, & illud corpus etiam aliud corp⁹, cū non moueat niſi moueatur per propoſitiones, tādem abibit in infinitum, & ſic neceſſe eſt reperiri corpora infinita, quæ ſaltem de poſſibili poſſunt ſe tangere, vel cōtinuari, quibus ſe tangentibus, aut continuatis, magnitudo reſultabit infinita, & ita motus erit īfinitus, vt ſeptimo phyſicorum deductum eſt. Deinde ſequitur. Et per hoc quod dicit.

1. propoſitio

Secunda.

Tertia.

A dicit. Vbi Auerro, conſideret verba ſui textus, & accipit primo q̄ omne corpus quod mouet, quia mouetur, taliter mouet, qualiter mouetur. Nam ſi mouetur violeoter, mouet aliud etiam violenter, & ſi mouetur naturaliter, etiam mnuet aliud naturaliter. Tunc verba textus exponit, quę ſunt corpus primum, ſi nnn mouet motu oaturaliter &c. Vbi vult q̄ mouere aliud naturaliter poteſt eſſe dupliciter. vno modo vt mouere dicat actionē primi motoris. Cum enim primum mouens corporeum moueatur naturaliter, actio eius in rem motam eius eſt naturalis, licet forte res mota ab eo oon moueatur naturaliter, vt eſt de cœlo & elementis, cœlum enim mnuet elementa circulariter, & naturaliter, & tamen elemeota non mouentur naturaliter motu illo. Alio modo poteſt intelligi vt mouere dicat motum ipſius rei motæ à primo motore, & tunc dicemus elementa moueri naturaliter à cœlo motu circulari, hoc eſt nnn violenter, cum elemēta ſemper moueantur motu circulari, quod nō contingit de aliquo motu violento, cum oullum violentum ſit perpetuū. Auerroes autem laudat magis primam expoſitionem. **B** Ego vero dico hæc ooo eſſe ad verba vera Ariſto, quæ nos legimus, ſed ad eius malas tranſlationes, quæ ſunt plerunque cauſa erroris huius. Ego enim iudico fatuum eſſe conari in dictis Auer. quia ipſe frequenter fruſtra laborat.

Hoc autem idem accidere neceſſe eſt, & ſi (vt in Timęo ſcriptum eſt) ante mundi facturam elementa inordinate mouebātur. Neceſſe eſt enim aut violentum eſſe motum, aut ſecundum naturam: ſi autem ſm naturam mouebantur, neceſſe eſt mundum eſſe: ſiquis velit contemplari cum diligentia, tunc.n. primū mouens neceſſe eſt mouere ipſum ſecundum naturam motum: & ea quę mouentur non vi, in ſuis quieſcentia locis: eum facere ordinem quem quidem tunc habent, ea quidem quæ grauitatē habent ad medium. Quæ aūt leuitatē, à medio. Hunc aūt ordinē habet mundus. **C**

Cum diligentia attendās.

Expoſitio.

Nun reprobat opinionem Platonis, voluit enim Plato (vt in Timæo dicitur) elemeota ante mūdi ipſius facturam moueri inordinate. Vnde dixit ante mundi generationem materiam inordinate fluctuaſſe. Materia autem, & elementa idem eſt, quare voluit ante generationē mūdi elementa moueri inordinate. Poſtea vero reducta eſſe ad motum ordinatum ab ipſo deo, quā quidem reductionem Pla. appellat. mundi genituram. Obijcit autem Ariſto. huic poſitioni aſſerens accidere illi, quod Democrito & Leucippi opinioni accidebat. Vnde inquit, hoc autem idem ſupple abſurdum, quod Democrito accidebat, neceſſe eſt accidere, & ſi (vt in Timæo ſcriptum eſt) ante mundi facturam elementa inordinate mnuebantur, & hoc facile ipſe deducit, & inquit, neceſſe eſt enim, aut **D** violentum eſſe motum, ſupple eorum ante mundi facturam, aut ſm naturam, probat q̄ noo ſm naturam, quia tunc mundus præfuiſſet, & ita fuiſſet antequam eſſet, vnde inquit, ſi autem ſm oaturam mnuebantur, neceſſe eſt tunc mundum eſſe, ſiquis velit contemplari cum diligentia. Deducit, quia ex quo elementa tunc mouebantur ſm naturam, neceſſe eſt tunc primum mouēs mouere ipſum ſupple primum motum ſm naturam, hoc eſt cœlum, nā motus elementorum reducitur ad motum cœli, quare ſi tunc elementa mouebantur ſm naturam, oportet tunc cœlum a primo motore etiam moueri ſm naturam. Oportebat etiam ea quæ mouentur non vi, ſed propria natura: quæq; quieſcunt ſuis in locis etiam non vi, ſed natura, eū facere ordinem, quem quidem nunc habent, tam ſupple in quieſcendo, q̄ ſupple in mouendo. Expoſitiue videlicet ea quidem quæ grauitatem habent, oportebat ad me **A** dium moueri, quæ autem habent leuitatē, oportebat moueri à medio. Hunc autem ordinem mūdus habet, igitur ſi hæc omnia ſunt ante mundi facturā, oportet dicere mundum etiam tunc præfuiſſe, & ita mundus eſſet antequam eſſet. Tacuit autem probare q̄ ante mundum elementa non poſſunt violēter moueri, quia per ſe notum eſt, q̄ ſi violeoter mouerentur, oporteret illa naturaliter moueri, vt ſuperius eſt deductum. Laborat autem Expoſitor declarare quid Ariſto, velit per primum mouens, & quid per ipſum motum, quæ certe patēt. Ariſtoteles per primum mouens intelligit primum motorem incorporeum, & per ipſum motum intelligit cœlum, quod eſt primum motum à ſeipſo, ideſt à motore quod eſt aliquid ſui, vt nos expoſuimus.

Auerroes autem dat huic ratiooi vim, & vult q̄ tres diſpoſitiones requirantur ad eſſe mundi perfectum, prima eſt, vt quædam eorum moueantur â primo motu. *Auerro. cōment. 21.*

Secunda vt quædam quieſcant in ſuis locis. Tertia, **B** vt quædam moueantur ad ſua loca, videlicet, illa quæ fuerunt extra loca geoita, modo ſi elementa ante mundi facturam mouebantur, cum nnn poterant moueri niſi naturaliter, tunc erant omnes iſtæ tres diſpoſitiones, & ita tūc erat perfecte mundus, quare mundus eſſet antequā eſſet.

Quo vero ad verba attinet debes ſcire q̄ in verbis arabicis ſunt hæc verba. Sed dico q̄ elementa et reliqua, vbi Auerroes ait hæc verba poſſe eſſe rationē per ſe, et diſtinctā à ratione nūc facta, & poſſe eſſe partē rationis factæ, ſed quia hæc oulla ſuot, lege verba, vt nos legimus.

Præterea tantum aliquis quęret vtiq; : vtrū poſſibile aut nō poſſibile erat, inordinate mota: talibus etiam miſtionibus aliqua miſceri: ex quibus corpora conſtat quæ ſecundum naturam conſtituuntur. Dico autem vt oſſa, & carnes quemadmodum Empedocles in amore fieri dicit. Ait enim q̄ multorum capita ſine collo ſunt orta. **C**

In amore
In amicitia.
In cōcordia
Collo
Ceruice
Expoſitio.

Secundo obijcit contra Platonem, & facit vnum quęſitum, & ad neutram partem arguit, Quæſitum eſt hoc, vtrum ante mundi genituram elementa, quæ inordinate mnuebantur, poterant, vel ne talibus miſtionibus miſceri, vt ex illis miſta complura orirentur. Vode inquit, præterea tantum, hoc eſt iſtud vnum aliquis quæret vtique, vtrum poſſibile aut nnn poſſibile erat, aliqua inordinate mota quæ ponebantur ante mundi generationem, talibus etiam miſtionibus miſceri, ex quibus corpora cōſtāt ſupple illa, quæ ſm oaturam conſtant, hoc eſt miſta. Hoc eſt quærere, vtrum elementa ante mūdi generationem, quæ inordioate mouebantut, poterant taliter moueri, vt ex illorum miſtinoe miſta proficiſcerentur, vel nnn poterant ſic moueri. Nec arguit ad aliquam partem, vt quidam exponunt, ſed dimittit inſolutum, quia quauis parte quæſiti conceſſa, ſequitur mundum eſſe antequam eſſet. Nam **D** ſi non poterant elementa illa ſic inordinatę moueri, vt miſta naſcerentur, erant igitur hac ratione in motu non cōfuſa, nec inordinata, ſed vniformia, ac æqualia, & ſic fuiſſent ordinata, & ita ſequitur vt prius, fuiſſe mūdum. Sin autem poterant ſic inordinate moueri, vt inde miſta naſcerentur, igitur erat generatio miſtorum ex elemētis, & ita, vt prius, erat mundus, quare quauis parte quæſiti data, ſequitur mūdū eſſe anteq̄ eſſet, & ſic Ariſt. nō curauit partes quæſiti examinare, quia erant aperte abſurdæ.

Auerroes autem magnus verborum Ariſt. confuſor, exponit hanc rationem ſic, ſi elementa ante mundi genituram mouebantur irregulariter, aut hic motus irregularis erat proprius ac ſubſtantialis illis, aut ſupple accidentalis. Si motus irregularis erat proprius elementis illis, tunc elementa illa non poterant ſuis naturis recipere ordinem a deo, quia in eorum naturis erat carentia ordinis, & ita nō poterat vnquā ex eis fieri miſtio, nec aliquod cor- *Auer. commen. 22.*

pus,

pus, & ſic non poſſent vnquam venire ad finem terminatum. Sin autem motus ille ante mundi generationem erat per accidens competens elemẽtis, tunc poterat tolli ſine vi primi motoris, & ſic poſſent venire ad ordinem ſine vi motoris primi, quod eſt contra Plato. Auerroes autem primum membrũ tm̄ diſputat, & prætermittit ſecundum. Addit Auerro. hoc idẽ accidere Empedocli, qm̄ ſi elementa non habuiſſent naturam vt miſcerentur, nunq̃ poſſent miſceri, & ita ex eis fierent ſemper capita ſine collis, & colla ſine capitibus. Secundo obijcit etiam Empedo. Ariſto. vt Auer. ait, quod ſi quodlibet ſimile eſſet ſuo ſimili congregatum, tunc eſſet poſſibile, vt amicitia faceret hãc congregationem. Hæc ſunt quæ Auer. ex textu collegit, & certe nunquam hæc ſomniauit Ariſtot. vt vidiſti. Deinde ſequitur illa pars commẽti. Themiſtiꝰ autem, Vbi Auerro. exponit textum ſm Them. & certe expoſitio eſt illa, quam nos dedimus. Vult igitur primo Them. ꝙ Ariſto. velit alio modo atq; alia ratione inferre ꝙ data poſitione Plato. ſequitur mundum eſſe, antequã eſſet, & dixit Them. ꝙ alia ratione hoc deducit, quia prima erat accepta ab elementis, hæc ſecunda accipitur à miſtis, modo vtraq; ſunt mũdi partes. Secũdo vult Them. ꝙ Ariſto. fecit quæſitum bimembre, & partes dimiſit nobis perficere. Tertio, Them. compleuit membra, qm̄ ſi elementa ante mundi generationem poterant cõmiſceri, tunc poterant partes mũdi fieri, & cum partes nõ ſint, niſi totum ſit, igitur mundus præfuiſſet, & eſt propoſitũ. Si impoſſibile eſt illa miſceri, igitur motus eorum erãt ordinati, quia ſemper ſic ordinati, vt nunquam fierent miſta, & ita vt prius, ſequitur mundum fuiſſe, ſi enim diceret elementa poſſe eſſe ante mundi generationẽ aliquando moueri, aliquando non, ſaltem aliquando non potuiſſent commiſceri, & ita ſequitur mundũ præfuiſſe. Vltimo Auer. abbreuiat expoſitionem Them. hoc modo, vel elementa ante mundi generationem poterant venire ad ordinem miſtionis, vel non, ſi poterant, igitur tũc mũdus fuiſſet. Si non poterant, igitur hac ratione erant ordinati, & ſequitur, vt prius, mundum præfuiſſe. Hãc expoſitionem Them. reprobat Auerro. dicens, eſſe difficilẽ intelligi ex verbis Ariſto. ſm translationem, quam habebat, ſed ait ſuam eſſe veriſimiliorem. Ego autem dico ſuã nullo pacto verbis græcis conſonare, ſed illam Them. approbo, & dico fatuũ eſſe credere Aue. circa textus expoſitiones, cum ipſe ob malas translationes ſæpe deliret.

His autem, qui in infinito infinita mota faciunt ſiquidem vnum mouẽs fuerit, vno moueri motu neceſſe eſt. Quare non inordinate mouebuntur. Sin autẽ mouẽtia infinita ſunt, & lationes infinitas eſſe neceſſe eſt. Nam ſi finitæ ſint, ordo aliquis erit: non enim, quia in idem non feruntur, inordinatio accidit, neq; enim nunc in idem feruntur cuncta, ſed ea tãtum, quæ eiuſdem generis ſunt.

Expoſitio.

Quidam arbitrantur hanc rationem eſſe contra Platonem, non ſimpliciter, ſed coaſſumpta opinione Democriti. Ego vero opinor hanc rationem eſſe contra Democritum quaſi ex his, quæ dicta ſunt contra Platonem deductam. Inquit, his autem qui in infinito vacuo faciunt infinita mota, quæ atoma vocant, vt ſunt Democritici, dupliciter dicere poſſunt, aut vnum omniũ ponendo motorem, ſaltem ſm ſpeciem, aut infinita ſm ſpeciem, & tot quot mota ipſa, ſi quidem omnium atomorum vnũ mouens fuerit ſm ſpeciem, vno moueri motu ſm ſpeciẽ neceſſe eſt, quare non inordinate mouebuntur, quoniã omnia mouebunt̃ ſub eadem ratione. Sin aũt mouentia infinita ſm ſpeciem ſunt, etiam lationes ſm ſpeciem infinitas eſſe neceſſe eſt. Deducit hanc conſequentiam, nam ſi finitæ ſint ipſæ lationes ſpecie, ordo aliquis erit, quia om- E nes reducentur ad vnam rationem generis. Sed remouet vnã tacitam obiectionem, nam nunc ſunt infiniti termini ad quos mouentur mobilia ipſa, & tamen eſt ordo. igitur in rebus infinitis poteſt eſſe ordo. Reſpondet, non enim quia in idem non feruntur ipſa mota, ſed ad infinita, & ab infinitis inordinatio accidit, quia nunc ſm rei veritatem in idem non feruntur omnia mota, ſed ſolum ea quæ ſunt eiuſdem generis feruntur ad idem ſm genus, & quæ ſunt eiuſdem ſpeciei feruntur in idem ſm ſpeciem, quare licet omnia non ferantur in idem, tamen eſt ordo, quia feruntur in idem ſpecie, vel genere.

Auerroes autem in præſenti commento, primo exponit partes textus, ſecundo diſputat cum Them. & Alex. (Auer. comment. 25.) Circa primam vult ꝙ Ariſto. declaret ꝙ dicentibus ꝙ ante mundum fuerunt corpora infinita tempore infinito in vacuo infinito, contingit ꝙ aliqua ordinatio fuit ante ordinationẽ mundi, hoc eſt ꝙ ordinatio aliqua fuit ante mũdum, quod relinquit tãquam impoſſibile, & ſic (vt dicit) F non vult deſtruere ſermonem eorum ſimpliciter, ſed tm̄ ad hominem arguendo. Vlterius Auerro. colligit in textu has conſequentias. Prima eſt, ſi corporum indiuiſibilium, quæ ante mundum mouebantur, motor eſt vnus in ſpecie, ſic ꝙ formæ eorum erunt eiuſdem ſpeciei, igitur motus eorum non erunt diuerſi, neq; conſequentes ſubſtantias, ideſt materias eorum corporum, ſed potius cõſequentes formas eorum, & addit ꝙ quaſi per hæc vult habere ꝙ ſequitur eſſe aliquem ordinem ĩ eorum motibus, licet motus eorum ſint infiniti, cum ſint eiuſdem ſpeciei omnes. Secũda, ſi motus ſunt infiniti, quia formę ſunt infinitæ, ſpecies motuum erunt infinitæ, & proceſſus eorum erit infinitus. Hæc Auerroes colligit. Deinde ſequitur illa pars. Et hoc explanauit Them. Vbi digreditur circa has cõſequẽtias. Vbi primo narrat, quæ Them. dixit circa ſcd̃am cõſequẽtiam, & inquit, & hoc explanauit. Them. ſic. i. & ſi fuerint huiuſmodi. ſ. motus ĩfiniti & proceſſus infinitus, etiam erũt ordinati: & ſic quouis mo- G do dicatur ſequitur ante mundũ fuiſſe ordinẽ. Et Alexander. hic Auer. narrat quæ Alex. ait circa ſecundã conſequẽtiam, & inquit. Alexander non dixit hanc explanationem, quam Them. ſuppleuit, ſed vult Ariſto. ſermonẽ fuiſſe diminutum, & nõ compleuit ſermonem ipſum, quẽ debuit complere. Immo ſolum deſtruxit conſequẽs dicẽdo ꝙ eſt impoſſibile motus eſſe infinitos, & ſpẽs eorũ eſſe infinitas. Ecce igitur ꝙ Alexander nõ compleuit ſermonẽ Ariſto. ſed deſtruxit conſequẽs. Deinde ſequit̃ illa particula. Dixit Them. Vbi Them. reprehẽdit. Alexandrũ, aſſerẽs eius expoſitionem eſſe turpem, & hoc dupliciter, primo, quia Alexand. videtur velle ex textu hãc eſſe Ariſtotel. conſequentiam, videlicet ſi motus ſunt infiniti & proceſſus motuum eſt infinitus. Obijcit autẽ Them. ꝙ Alexander ſumit idem in conſequẽte & antecedẽte ac ſi quis dicat ſi eſt animal, ergo eſt animal: & quaſi intendit Them. dicere ꝙ errauit Alexan. quia qui vult deſtruere aliquam poſitionem, ideſt aliquod ante- H cedens, debet conſiderare quid ſequitur ex illo, & ſi illud conſequens non fuerit, ſupple poſſibile, non erit illud antecedens poſſibile. Vt concedas, ſi hoc eſt animal, hoc eſt Tragelphus. Nam ſequitur non eſt Tragelphus, igitur non eſt animal. Sic igitur patet quòd primus error Alexandri eſt idem aſſumi pro antecedente, & pro conſequenti. Deinde ſequitur illa particula. Et etiam dixit, vbi ſecundo obijcit. Alexan. quia ſenſus Ariſtotel. non eſt arguere deſtructiue in ſecunda conſequentia, ſed conſtructiue inferendo quòd ſi motus ſunt infiniti & proceſſus infinitus, igitur fuit aliquis ordo ante ordinem mundi. hæ ſunt obiectiones duæ Them.

Deinde ſequitur illa particula. Et intentio Vbi Auer. exponit Them. verba. & vult ꝙ trifariam poteſt ſermo Ariſto. intelligi ſecundum Them. vno modo ꝙ motus ſint numero infiniti, & motores & mota eiuſdem formæ ſiue ſpeciei, tũc ſequitur illorum motus habere ordinem,

cum

cum omnes ſint eiuſdem ſpeciei. Secũdo modo poteſt A
intelligi ꝙ motus ſunt infiniti & motores etiam infiniti
ſpecie differẽtes, & etiam ſequitur in illis eſſe aliquem or-
dinem, quia ſaltem hic, ꝙ motus ſunt tot quot formæ mo
uentes, quia diuerſitas motuum ſequitur diuerſitatẽ for-
marum mouẽtium. Tertio, poteſt intelligi motus eſſe
numero infinitos, & motores finitos, ſ. ſpeciei, & motus
etiã ſpecie finitos, & tunc ſequitur, vt prius eſſe ordinem
in illis. Ex his colligitur ꝙ Them. voluit fieri tria antece-
dentia, & vnum conſequens, quod eſt in motibus illis eſ-
ſe ordinem. Alexander vero voluit tria etiam illa antece-
dentia, & ad primum, & tertium iotulit eſſe ordinẽ. Ad
ſecundum vero dixit ſuum conſequens eſſe deſtruendũ.

Deinde colligit ſummatim poſitionem. Them. & inqt
quaſi igitur Ariſto. ſm hanc explanationem induxit ali-
quid quaſi antecedens, ſupple in ſecunda ratione ſiue con
ſequentia, & aliquid quaſi conſequens, et tacuit cõſequẽs
ſupple ſecundum, & propterea quia tacuit ſecundũ conſe
B quens, Alexan. reſiſtit Ariſto. in ſuo ſermone arbitrãs il-
lum ſermonem Ariſt. eſſe diminutum. Et putauit ꝙ dimi
nutio erat, quia debuit deſtruere cõſequens, videlicet mo
tus eſſe infinitos & infinitarum formarum, ac terminorũ,
demum epilogat, & inquit, hanc eſſe Them. expoſitionẽ,
vel ſaltem potentia eſt hæc expoſitio Them. Deinde
ſequitur illa particula. Et hoc non contingit Alexã. Vbi
nunc Auer. defendit Alex. ab obiectionibus Them. Ad
primam igitur reſpondet, ꝙ hoc non cõtingit Alex. quia
ſermo Ariſto. continet antecedens, & conſequens, & nõ
eſt idem conſequens, quod antecedẽs, debet enim ſermo
Ariſto. ſic componi, ſi motus ſunt numero infiniti, ꝓpter
formas mouẽtes & propter motiones in alterum, motus
erunt ſpecie infiniti, & proceſſus motuum erunt infiniti,
modo conſequens eſt impoſſibile, igitur & antecedens, et
ita eſt impoſſibile formas eſſe infinitas, quia motio in alte
rum eſt infinita, patet itaq; ꝙ ſi ſic ratio componatur, cõ-
ſequens differt ab antecedente. At Them. vt reprehẽ-
C deret Alexandrũ, poſuit quaſi conſequens idem cum an-
tecedente, & dixit verum conſequens eſſe ablatum à tex
tu, ſed eſſe ſupplendum modo, quo ſuppleuit ipſe. Vlte-
rius ait ꝙ Alex. voluit Ariſtotelem non deſtruiſſe conſe-
quens, ſed poſuiſſe oppoſitum poſitionis, ſiue anteceden-
tis, hoc eſt oppoſitum conſequentis. Ecce ꝙ Alex. voluit
Ariſto. non poſuiſſe niſi antecedens, & oppoſitum conſe
quentis, & tacuiſſe conſequens. Sed difficile eſſet vide
re quo modo valet hæc conſequentia, motus ſunt nume-
ro infiniti, igitur motus ſunt infiniti forma. Tu vero cõ
ſidera dicta Aue. quia Reſpondet, antecedens, quod eſt,
ꝙ motus ſunt infiniti numero poteſt dupliciter intelligi,
aut hoc modo ꝙ motores differunt forma, & ſic ſequitur
motus eſſe ſpecie infinitos, aut hoc modo ꝙ motus ſunt
numero infiniti, & in ſe forma differentes, & tunc antece
dens non differt á conſequente, & Alexã. loquitur primo
modo, per hæc patet error Them. & quod nõ valet id qđ
dicit contra Alexan. quia non intellexit differentiam in-
D ter antecedens & conſequens, & propterea dixit Alexã.
deſtruiſſe poſitionem. i. antecedens, quia credidit conſe-
quens non differre ab antecedẽte, & ſic obiectio Them.
contra Alexan. nulla eſt. Deinde ſequitur illa particu-
la. Sed tamen quod Alex. vbi defendit Ariſtote. aſſerens
obiectionem Alex. contra Ariſto. nullam eſſe, quia ſi ex-
poſitio eſſet (vt Alex. ait) ſolum conſequens, fuiſſet dimi-
nutus, quod non eſt diminutus, quia facile poteſt illa de-
ſtructio ſubintelligi, veluti ſæpe diminuit multas propoſi
tiones per ſe notas, quę poſſunt facile ſuppleri, propterea
concludit, quæ igitur diminutio contingit in hoc Ariſto-
teli q. d. nulla. Deinde ſequitur. Niſi Alexã. Vbi oſtẽ-
dit quomodo contradictio Alex. contra Ariſto. haberet
locum, & ait ꝙ tunc haberet locum, quando expõ Alex.
concordaret cum Them. in faciendo tria antecedentia &
vnum conſequens, videlicet, ꝙ ante ordinem eſſet ordo,
tunc enim Ariſto. conceſſiſſet eis motus eſſe infinitos in

A ſpecie, & infinitos in proceſſu. Quod ſi ita eſſet, tunc du-
pliciter Alex Ariſtoteli reſiſteret, primo, quia conceſſit
hoc illis, quod non erat concedendum. Secundo, quia à
ratione fuiſſet diminutum conſequens, quod nõ facile ex
antecedente intelligeretur: primum tangit Auer. hic, Se
cundum vero tetigit ſupra, & propterea concludit, ꝙ me
lius eſſet facere duo antecedentia: primum, & tertium, in
ferendo ordinem ante ordinem, & prætermittere ſecun-
dam diuiſionem. i. ſecundum antecedens, non inferendo
ordinem ante ordinem. Nam ſic exponendo non deſtruit
primam intentionem Ariſt. quæ eſt obĳcere antiquis co
gendo illos ponere ordinem ante ordinem, nam licet hoc
non ſequatur ex tribus antecedẽtibus, ſequitur ex primo
& vltimo, ex ſecũdo vero ſequitur impoſſibile, quod de-
ſtruxit, & ſic omnino habetur ordo ante ordinẽ, quæ eſt
prima Ariſto. intentio contra antiquos, vt etiam Them. Democritici
exiſtimauit. Deinde ſequitur illa particula Ariſtoteles
enim poteſt. Vbi quaſi ponit tertiam expoſitionem, cir-
B ca quam debes ſcire, ꝙ tres poſſunt fieri diuiſiones de par
tibus atomis, quas ponunt Democritici, moueri ante mũ
dum in vacuo infinito motu inordinato. Prima eſt, ꝙ
partes ſint finitæ ſpecie, numero vero ſiue finitæ, ſiue infi
nitæ, & motus ſit finitus, & hæc diuiſio eſt ſm naturam.
Nam ſm naturam partes mũdi ſunt quinq; ſpecie, & mo
tus etiam finiti. Secunda diuiſio eſt ponẽdo partes ato-
mas ſpecie infinitas, & motus infinitos. Et hæc diuiſio eſt
omnino præternaturalis, & ex toto primæ oppoſita. Ter
tia eſt, ꝙ partes ſint infinitæ ſpecie, & motus vel motores
finiti, & hæc etiam eſt præternaturalis, Ait modo Auer.
ꝙ ex prima diuiſione conceſſa ſequitur ordinem eſſe ante
ordinem. Nam ſi conceditur atoma eſſe ſpecie finita, &
motus finitos ante mundum, ſequitur illa moueri ordine,
& cum ſint ante mundum, erunt ante ordinem, & ita ſeq
tur ordo ante ordinem, duæ aliæ diuiſiones ſunt falſæ, &
præternaturales. Ecce quaſi hæc eſt tertia expoſitio, et
applicando hanc ſententiam verbis, ait contra Alexã. ꝙ
C ſm hoc non intendit deſtruere illud cõſequens, videlicet,
ꝙ motus ſit infinitus, & ptes infinitæ, ſed accipit hoc qua
ſi antecedens & infert ordinem ante ordinem, vt dictum
eſt, quia velle videtur partes illas eſſe eiuſdem formæ ac
ſpeciei, & ſic applicando diuiſiones verbis: tandem ait re
deundo ad expoſitionem Alexandri ꝙ apparet vniuerſa
liter ꝙ diuidit ſermonem in tres diuiſiones, vbi mediã de
ſtruxit, & primam, & tertiam accepit pro antecedẽtibus
inferẽdo ordinem ante ordinem. Themiſtius vero vo-
luit tria eſſe antecedentia & vnum omnibus conſequẽs,
videlicet ꝙ ordo ſit ante ordinem. Deinde, ſequitur il-
la particula. Diuiſio naturalis. Vbi Auerro. vt complete
loqueretur reducit diuiſiõem ad quatuor, ſupponit enim
partes illas indiuiſibiles, quæ dicuntur Atoma, quadrifa-
riam poſſe conſtitui, aut ponendo formas illarum finitas
& motus finitos, & hæc diuiſio eſt naturalis. Nam ſm rei
veritatem partes rerum ſunt numero infinitæ, ſed forma
ſunt finitæ, & motibus etiam finitæ. Et ait in textu Ariſt.
D eſſe hoc tertium condiuidens. Secundum eſt ꝙ formæ
ſint ſpecie infinitę, & motus etiam infiniti ſpecie. Et hoc
ſecundum eſt præternaturale omnino, de quo fuit quæ-
ſtio inter Them. & Alexan. vtrum hoc cõceſſo ſequitur
ordo ante ordinem, & diuerſimode fuit reſponſum, nam
Them. voluit ꝙ ipſo conceſſo ſequitur ordo ante ordinẽ,
& Alexander voluit ꝙ erat conſequens deſtruendum.

Tertium membrũ inter hæc medians eſt, ꝙ formę ſunt
finitæ, & motus infiniti, quod membrum fuit primum in
textu, & propinquum naturali, & ideo exiſtimatur ꝙ or-
do ſit ante ordinem ipſo conceſſo. Quartum mẽbrum
eſt, ꝙ formæ ſunt infinitæ, & motus finiti, & Ariſto. non
poſuit ipſum in textu, aut virtualiter continentur in pri-
mo, vel ſecundo diuidente. Reliquum commenti perſpi-
cuum eſt. Hæc ex commento collegi. Ego vero conſi-
derans & ſuperconſiderans non inueni has diuiſiones in
textu, ſed ſolum reperi duas diuiſiones, prima eſt, ſi Ato-
ma

ma ante mundum ſunt infinita, dupliciter fieri poteſt, aut ꝙ motores eorum erunt finiti, puta vnus vel plures finiti, & ſic ſequitur atoma non inordinate moueri. Nam licet atoma ſint infinita, quia tamẽ motores ſunt finiti, in motibus eorum erit aliquis ordo. Aut poteſt intelligi atoma infinita, & motores eſſe infinitos ſpecie, & eſt ſecũda diuiſio, ex qua infert lationes eſſe infinitas ſpecie, & hoc membrum voluit Alex. eſſe deſtruẽdum, quo modo fuit deſtructum primo huius. Vbi probatum eſt tres eſſe tm̃ motus ſpecie. Poteſt tamen per verba illa. Nam ſi finitæ. Innui tertium membrum, videlicet, ꝙ atoma ſint infinita, & motores infiniti ſpecie, & motus finiti, & tũc ad hoc tertium infert ordinem eſſe ante ordinem dicens, ſi enim finitæ ſint motiones, & ſupple atoma & motores infiniti, aliquis ordo eſt ſaltem ex parte motuum, quia omne finitum ordinatum eſt aliquo modo. Et ſic duo mẽbra ſunt in textu noſtro expreſſe, & tria poſſunt intelligi, quorum primum, & tertium infert ordinem ante ordinem. Secundam infert vnum conſequens deſtruendum ſm̃ Alexandrum. Cætera vero quæ dicit Auer. circa textum, ſunt ſuperflua. Deinde Ariſto. parte illa. Neq; enim nũc. Soluit dubitationem (vt etiam Auerro. notat) quæ poſſet oriri, vt diximus in expoſitione textus. Tu vero vides quo modo multa dixit Auer. extra ꝓpoſitum, quæ applicauit verbis Ariſt. quibus applicari nõ poſſunt, vt mihi videt̃.

Præterea ipſum eſſe inordinate nihil aliud eſt, ꝙ̃ eſſe pręter naturam: ordo enim propria natura ſenſibilium eſt. At vero & hoc abſurdum & impoſſibile eſt: ipſum videlicet infinitum inordinatum motũ habere. Eſt enim ea rerum natura, quã plures & pluri in tempore habent: cõtrariũ igitur ipſis accidit: inordinationẽ quidem eẽ ſm̃ naturã, ordinẽ vero atq; mundum præter naturam. Quamuis nihil eorum quę ſunt ſm̃ naturam, à fortuna fiant.

Eſſe, verbũ additum, videlicet, verbum additũ quãuis & tñ A fortuna, vt cõtingit.

Expoſitio.

Secundo obiicit Democrito, & poteſt ratio componi logice hoc pacto, ſi ante mundum atoma mouebantur motu inordinato, tunc ordo erit præter naturam, & inordinatio erit ſecundum naturam. Deducitur conſequentia, quia motus ille inordinatus ante mundum fuit in omnibus atomis & tempore infinito, motus autem ordinatus poſt mundi generationẽ non eſt in omnibus atomis, nec tempore infinito, quia ſecundum Democritum, mundus fuit ſub non eſſe in præterito infinito, & ſub eſſe in tẽpore finito. Quare ſequitur motum inordinatum, cũ fuerit pluribus competens, & maiori tempore, etiam ſecundum naturam, & ordinatum eſſe præter naturam, quia nõ omnibus, nec maiori tempore. Inquit, præterea ipſum eſſe inordinate nihil aliud eſt ꝙ̃ eſſe præter naturã, quod declarat. d. ordo enim propria natura ſenſibilium naturaliumq; corporum eſt, eſt enim ordo corporis naturalis ad aliquem finem, illius ad illum finem inclinatio. Inclinatio vero rei, & eius natura inclinans ad illum finem idem eſt. Et ſic ordo rei, & natura rei idem eſt, & ita patet ordinẽ eſſe ſecundum naturam, immo potius ipſam naturam, & inordinationem eſſe præter naturam. Accepta hac ſuppoſitione procedit ad rationẽ, & inquit. At vero & hoc abſurdum & impoſsibile eſt, ipſum videlicet infinitũ inordinatum motum habere, & ſic repugnat motum infinitum eſſe inordinatum, quia (vt ait) ea rerum natura eſt, quam plures, ſ. res, & pluri tempore habent, modo ipſis Democriticis accidit dicere contrarium, videlicet, ꝙ ordo & mundus ſint præter naturam, & inordinatio ſecundum naturam. Et quod accidat ſic dicere, patet, quia inordinatio illa præcedens mundum competebat pluribus & maiori tempore, ordo autem poſt mundi generationẽ competit paucioribus & breuiori tempore, quæ ratio docet inordinationem eſſe ſecundum naturam, ordinem autem præter naturam. Et apponens deſtructionem conſequentis, inquit. Quãuis nihil eorum, quæ ſunt ſecundum naturam, à fortuna fiat, hoc eſt præter ordinem & breuiori tempore. Eſt igitur ratio breuis, ꝙ Democritici ſic dicentes ſibi ipſis contradicunt, quia coguntur dicere ordinem eſſe præter naturalem, & inordinationẽ ſm̃ naturã.

Quo vero ad verba attinet, per eſſe à fortuna intelligit (vt dicit Auer.) eſſe in paucioribus tẽporibꝰ. Nam quod fortuna vel caſu eſt in minori tempore eſt, ideo accipit alterum pro altero. Animaduerte igitur ſecũdum Auer. ꝙ Ariſt. Platoni contradicit per hanc rationem, & non Democrito, nam Pla. poſuit res moueri ante mundũ motu inordinato tempore infinito. In contradicendo igitur Pla. vult eum accipere duas ſuppoſitiones. Prima eſt inordinatum & indefinitum eſt præter naturam. Secunda eſt, ordinatum & definitum eſt ſecundum naturam. His acceptis, arguit, ſi res mouebantur inordinate tẽpore infinito ante mundum, ergo motu naturali. tenet argumentum ex ſuppoſitionibus, quia ordinatum definitũ eſt maiori tempore & pluribus ſubiectis competens, res vero poſt mundi generationem mouebũtur motu finito, quia ex quo cœperunt moueri, aliquando deſinent moueri, vt deductum fuit in 10. lib. & ita patet tempus motus rerum ante mundi generationem fuiſſe maius tempore motu rerum poſt generationem. Modo regula eſt, illud eſſe naturale, cuius tẽpus eſt maius, vt de ſanitate dicitur, illud minus, cuius tempus eſt minus, vt de ægritudine. Hæc Auerroes breuibus.

Auer. commen. 24.

Videtur autem Anaxagoras hoc ipſum bene accepiſſe. Ex immobilibus enĩm ĩcipit mũdum conficere.

Videtur mihi ꝙ Ariſto. velit comparare inter opinionem Pla. & opiniones aliorum Phyſicorum, vt oſtendat oĩno Pla. erraſſe. Vbi debes ſcire, ꝙ Plato duo poſuit circa corpora, quæ erant ante mundum. Primo quidẽ, quia poſuit illa moueri. Secũdo, quia poſuit ipſa ſegregata. Circa primum comparat opinionem Plat. opinioni Anaxagoræ, & inquit. Videtur autem Anaxagoras hoc ipſum bene accepiſſe, & explicat quod bene accepit, & inquit. Ex immotis enim incipit mundum conficere, quare melius Anaxagoras ex immotis mundum facit, ꝙ̃ Plat. ex motis. Anaxagoras enim (vt Auerr. ait) dixit res ſtetiſſe tempore infinito in ipſo Chaos ſiue mixtione, donec intelligentia cœpit res diſtinguere. Cauſa autem quare melius eſt facere mundum ex immotis, ꝙ̃ ex motis, eſt, quia generatio fit ex ente in potentia, & non ex ente in actu, modo immota videntur magis ens in potentia, & mota ens actu, quæ ratio docet rationabilius dixiſſe Anaxag. ꝙ̃ dixit Plato. nam Pla. quaſi fecit mũdum ex ente actu. Anaxa. ex ente in potentia.

Expoſitio.

Auer. commen. 25.

Enituntur autem & cęteri cõgregantes aliquo modo mouere & ſegregare: ex diſtantibus aũt & motis generationem facere non eſt rationi conſonum: quapropter & Empedocles omittet eum motum, qui in amore eſt: nõ enim cęlum conſtituere potuiſſet ex ſeparatis quidem conſtruens, ob amorem autem faciẽs congregationem. Ex ſegregatis enim elemẽtis mundus eſt conſtitutus. Quare ex vno fieri, & congregato neceſſarium eſt.

Autem Enim.

Nunc comparat opinionem Plato. opinionibus cæterorum Phyſicorum quo ad ſecundum, & vult ꝙ melius dicat Empedocles ꝙ̃ Plat. circa generationem mũdi quo ad ſecundum, quia Empedocles ait mundum fieri ex elementis congregatis, quando per litem diſgregantur. Pla. vero voluit mundum fieri ex diſgregatis, quæ inordinatę mouebantur. Modo melius eſt facere mundum ex congregatis, ꝙ̃ ex ſeparatis. Nam diſgregata videntur quaſi

eſſe

eſſe in actu, congregati quaſi in potentia, nõ enim aliqua diſgregari poſſent, niſi eſſent per ſuas formas i actu. Nec aliqua cõgregari niſi eſſent aliquo modo reducta io vnũ, in quo eſſent aliquo modo in potentia. Inquit, enituntur autem & cæteri congregantes aliquo modo vt Anaximander, & Empedocles, enituntur dico ad ſaluandam generationem mundi mouere, & ſegregare ſupple elemẽta ex illo vno, in quo vnita erant. & ꝙ hoc ſit bene dictũ, probat, ex diſtantibus enim & motis generatiooem facere non eſt rationi conſonum, quia ſic generatio eſſet ex entibus in actu, vt dictum eſt. Et ad huius rei confirmationem adducit opinioοem Empedoclis, circa mundi generationem, & inquit, quapropter & Expedo. omittit eũ motum, qui in amore eſt ſupple in generatiooe mũdi vniuerſali, quia noo vult mundũ fieri per cõcordiã atq; amorem elemẽtorũ, ſed potius per diſcordiã, nõ enim cœlũ. i. mundũ ipſum potuiſſet conſtituere, ſupple per amorẽ, velut conſtituit aĩal per amorem elemẽtorũ, oportet. n. mũdũ ipſum fieri per litẽ eorũ elemẽtorum, quæ in amicitia erant ante mundi generationẽ. Propterea, inquit Ariſto, non enim mundum potuiſſet conſtituere, conſtruens dico ipſum ex ſeparatis ꝓꝓ litem, & deſtruendo ob amorẽ faciendo ipſam cõgregationẽ, vt fit in generatione particulari rerũ, aĩal enim fit cõgregatione ſeparatorũ, corrũpitur aũt ſeparatione congregatorũ, mundus vero nõ ſic, non enim fit cõgregatione ſeparatorũ. Nec corrũpitur ſeparatione cõgregatorũ, ſed fit ſeparatiooe, & corrumpitur cõgregatione. Eſt igitur ſeries textus, non. o. mundum potuiſſet conſtituere, modo quo animal conſtituitẽ, videlicet conſtruendo ipſum ex ſeparatis, & deſtruendo ipſum ob amorẽ, faciendo cõgregationẽ elemẽtorũ, quia non cõſtructione elementorũ mundus oritur, ſed ſeparatione eorũ, quæ erãt in vno. Ex ſegregatis enim elemẽtis mundus eſt conſtitutus. Ideo concludit quare ex vno, & congregato neceſſariũ eſt fieri, ſupple ſi fit. Ex his vult habere ꝙ dupliciter Plato errauit. Primo, quia mundũ fecit ex motis. Secundo, quia mundum fecit ex ſeparatis atque diſtantibus. Melius igitur ex vno & immoto eſt mundum facere.

Auer. comment. 25.

Auerroes vero circa hunc tex. dicit, quatuor. primum eſt, cur Empedo. poſuit litẽ & amicitiã ante mũdũ, & ait illas poſuiſſe, vt dicat res moueri oon à ſe proprijſq; naturis, ſed à motoribus extrinſecis, videlicet lite, quæ mouet ad ſeparatiooẽ, & amicitia quæ mouet ad cõgregationẽ. Nã cũ mundus fieri nõ poſſit, niſi elementa ante mũdum mouerẽtur, & nec moueri pñt à ſe, igitur oportet ponere litẽ atq; amicitiã, vt res ipſæ ex quibus mũdus eſt, moueãtur ad mundi generatiooem. Secundũ eſt, ꝙ Emped. iuuabatur in ponendo litẽ & amicitiã, quia dixit mundum fieri ex rebus, quæ erant ante gñationẽ mundi ſegregatę, quẽ motũ ex lite ipſa habebant res. Deinde mouebantᷣ ex amicitia adinuicẽ, donec ex eis fuit cõgregatus iſte mundus. Ecce ꝙ Auer. de intentione Emped. voluit mũdum fieri ex rebus diſgregatis ꝓꝓ litẽ, ꝓꝓ amicitiã autẽ cõponi & perfici. Huius cõtrariũ eſt in noſtris græcis codicibꝰ, dicitur. o. ꝙ Emped. genuit mundũ ex rebus cõgregatis, quæ poſtea ex lite ſeparatæ mundũ faciunt. Et cã erroris (vt ſæpe dixi) eſt, ꝗa malas habebat tranſlationes. Tertium quod Auer. ait, eſt cã, cur hæc oĩa voluit Emped. & ait, hæc oĩa feciſſe ad fugiẽdũ abſurda, quæ cõtiogũt alijs. Nam alij cogebantᷣ dicere motũ ineſſe rebus à ſe ante mũdi generationẽ, & ſic hoc fugiendo poſuit litẽ & amicitiã. Quartum eſt, ꝙ alij hoĩes dixerunt mundũ fieri ex re quieſcente, ex qua ſegregata mundus fiebat. Et hoc dixerunt euitando impoſsibilia, quæ contingũt dicentibus fieri mũdum ex motis. Hæc Auer. notat circa expõnem tex. quorum ſecundum eſt penitus contra noſtrũ textũ, cætera, & ſi non ſint contra textũ, nihil faciunt ad textũ, vt tu videre potes, qui legis noſtras tranſlationes fideles ex græcis lib.

Digreſsio Auerr.

Deinde ſequitur illa pars cõmen. Et debes ſcire, vbi Auer. diſgreditur. Vbi primo diſputat, vtrum mũdus fa-

A ctus ſit ex rebus quieſcentibus, & reſpondet ꝙ dicẽtibus mundum factũ eſſe ex rebus quieſcentibus, cõtingũt contradictiones ſimiles contradictionibus eorum, qui dicunt ipſum fieri ex rebus motis, & ita vult vtriq; ſectæ accidere abſurda. Deinde ſequitur. Quærẽdum eſt enim. Vbi proſequitur oſtendendo contradictiones, quæ ſequuntᷣ dicentes mundum fieri ex quieſcentibus, & arguit ſic, mundus fit ex rebus quieſcentibus, aut illæ res quieſcẽtes quieſcunt naturaliter ante mundi generatiooẽ, aut violenter, ſi violenter quieſcebant, igitur habent quietẽ naturaliter. Violentum. n. non eſt, niſi reſpectu naturalis, ſi enim terra quieſcit violenter ſurſum, naturaliter ſtabit deorſum, & ſi ignis deorſum violenter ſtabit, quieſcet ſorſum naturaliter. Oſtendit, ꝙ nec naturaliter, quia ſi elementa quieſcebant naturaliter, habebãt motum naturalem, eſt enim quies naturalis finis motus naturalis, ſi terra. o. quieſcit in medio naturaliter ad medium naturaliter mouebatur. Et ſic patet ante mundum elementa moueri & quieſcere na-

B turaliter. Et cũ hæc duo habent elementa ipſa, neceſſe eſt, vt mundus ſit anteq̃ ſit. Nam idem eſt locus motus naturalis & quietis naturalis igitur ea pars mũdi, vbi hæc ambo loca ſunt, ſ. quietis & motus, erit eadẽ numero. Oportet igiᷣ fateri dari aut ſurſum, aut deorſum, & quouis dato, oportet dare vtrunq;, & vtroq; dato, ſequitur mundũ eſſe. Deinde ſequitur. Et hoc declaratum eſt, vbi probat locum quietis naturalis, & locum motus naturalis eiuſdẽ corporis eſſe eundem, quia ſi noo eſſet idem locus, tũc motus naturalis nõ eſſet ad ſuperius, neq; ad inferius, ſed vbi totum ipſum elementum quieſceret. Verbi gratia, gleba non moueretur ad medium mundi, quia ſit locus quietis naturalis glebe, ſed quia illic quieſcit totũ, nec gleba ignis moueretur ad cõcauũ, quia illic eſſet locus naturalis eius, ſed, quia illic eſt totus ignis, quare ſequeretur, ꝙ in vniuerſo nõ eſſet ſurſum & deorſum ſimpliciter, ſed in reſpectu tantum. Oportet igitur dicere eſſe locum naturalem, vbi elementum naturaliter quieſcit, & ad quem elemeotũ na-

C turaliter mouetur, & ſic erunt ſurſum & deorſum, ad quę elemẽta feruntᷣ. Deinde ſequitur. Et ideo oĩs, vbi Auer. infert duo excerpta. Primom, ꝙ qui ponuot mũdum fieri ex entibus, coguotur dicere muodum eſſe anteq̃ ſit, deductum eſt hoc, quia ſi mundus fit ex entibꝰ, vel in actu, vel in potentia. ſi in actu, non poſſunt eſſe niſi elemẽta, & ita ſequitur, vt prius, mũdũ eſſe anteq̃ ſit. Sio autem ex entibus in potentia, tuoc non eſſet niſi materia, materia. n. dĩ ens in potẽtia, vt ſæpe deductum eſt. Sed cum materia nõ ſit ſine forma, oportet præceſsiſſe formã. Mundus igiᷣ fit corrupta priori forma ex illa materia. Sed nihil poteſt corrumpi, niſi alteratio præceſſerit, oportet igitur præfuiſſe primum alterans, & tale eſt cœlum, igitur mundus fuiſſet anteq̃ eſſet. Patet igitur, ſi mundus fit ex entibus, mũdũ fuiſſe anteq̃ eſſet. Deinde ſequiᷣ. Et rationes, vbi infert ſecundum, videlicet, ꝙ ſi mundus fieret ex nihilo, tunc oõ eſſe tranſmutaretur in eſſe. Et propterea ait, antiquos oẽs dixiſſe mundum fieri ex nihilo eſſe impoſsibile, quæ res

D (vt ait) eſt contra eos, qui ponũt leges. Sed quicquid velit ſua ſecta, hoc quod dicit nihil eſt cõtra nos, nam nos nõ dicimus mundum fieri ex nihilo per veram generationẽ, quia ſic ſequeretur ipſum nihil trãſmutari ſubiectiue in eſſe, generatio enim illa noo potuiſſet recipi, niſi in ipſo nihilo, poſtq̃ non præceſsit materia. Sed dicimus fieri ex nihilo per creationem, quæ nihil aliud eſt q̃ ipſemet mũdus creatus, & ideo nihil valet, quod ait hic homo. Deinde ſequitur illa particula. Dicit Themiſtius, vbi ſecũdo loco in præſenti diſgreſsione diſputat opĩonẽ Plat. Et primo narrat quæ dicit Themiſt. & dicit Themiſtium voluiſſe, ꝙ dicentes mundũ eſſe factũ ex rebus nõ ordinatis, vel motis inordinate, non poſſunt fugere hæc impoſsibilia, quia iſti coguotur dicere mundũ factũ eſſe ex entibus in actu, & ita ſequiᷣ mundũ fuiſſe anteq̃ eſſet, vt deductũ eſt. Deinde ſequiᷣ. Et põt hõ dicere, vbi ponit modũ quo Themiſtius defendit Plato. & ait primo, ꝙ non intellexerunt

vtentes his ſermonibus cõtra Plato. opinionẽ eius ſm rectitudinem, & recta via, cum non intelligatur id quod ſibi imponunt, ex verbis eius. Et ita vult ꝙ ordo & mũdus fiat ex non ordine & non mundo. Velut morbus non fit ex ſanitate, ſed ex non morbo. Mundus igitur vel ordo ꝑ ſe fit ex non ordine vel non mundo, per accidens autẽ ex rebus inordinatis, velut per accidens ægritudo fit ex ſanitate. Deinde ſequitur, Sed quia. vbi ſoluit adhuc replicam contra Platonẽ, quia Plato ait, mundũ fieri ex inordinato, & non dicit ex inordinatione. Secundo, quia inordinatio eſt aliqua priuatio, & priuatio ꝓſupponit ſubiectũ in quo eſt. Rñdet, inordinatũ dici tot modis, quot dicitur informe, dr̃. n. aliquid īforme, quia fædũ vt homo fędus dr̃ informis, & dr̃ informe ꝑ priuationẽ formæ, vt materia dr̃ informis, quia carens forma. Ad ꝓpoſitũ, cum Plato dixit mundũ fieri ex inordinato, intellexit mundũ fieri ex materia, q̃ dr̃ informis & inordinata ꝑ priuationẽ formæ, & ꝑ priuationẽ ordinis. Dicitur etiã nõ qualis, qa caret qualitate, q̃uis nullo tpe ipſa fuit qualis per eſſentiã. dicit̃ enim nõ quale dupl̃r, vel quia fæde quale, vt turpe, vel ꝑ priuationẽ, quia caret qualitate, vt materia, & hoc pacto nõ quale põt dici inordinatũ, qa ordo eſt quædã qualitas, & ita carens ordine dici põt nõ quale. Patet igitur mũdũ fieri ex inordinato, informi, & nõ quali, quia ex materia, q̃ eſt informis, inordinata, & nõ qualis ꝑ priuationẽ formæ, ordinis, & qualitatis, & ſic patet ſolutio ad obiectiões. Deinde ſequit̃, qm̃ aũt Plato. Vbi diſputat Auer. aliud motiuũ cõtra Plato. qđ erat, quia ipſe dixit inordinationẽ præcedere ordinẽ, & naturale prius eſt nõ naturali, ſequit̃ inordinationẽ eſſe rẽ naturalẽ, & ordinẽ eſſe rẽ ꝑter naturã. Reſpõdet ꝙ ex verbis Plat. etiã colligit̃ oppoſitũ, vt ex ſuis libris ſatis cõſtat. Põt etiã colligi oppoſitũ ex his, q̃ ait, dicit. n. inordinationẽ eſſe in malo, & oẽ diuinũ eſſe antiquũ & æternũ, & ita malũ nõ poteſt eſſe in rebus diuinis, ſed in natura mortaliũ, & ita in rebus poſterioribus. Præterea, oẽ qđ fuit viuũ, primo fuit mortale. Et dicit alibi deũ eſſe æternũ, & ſine fine, & ſine ordine. Ex quibus põt colligi, ꝙ iordinatio eſt poſterior ordinatione, cũ ſit in malo qđ eſt poſterius bono, & re ipſa diuina. Põt etiã colligi, ꝙ ſit prior ordinatione, nã dicitur deus ſine ordine, & ſic inordinatũ, qđ eſt deus, eſt prius re mortali, quæ dr̃ ordinata, quare hincinde põt colligi vtrũq;. Et ꝓpterea cõcludit neutrũ horũ eſſe ſimpl̃r aſſerendũ in doctrina Pla. quia dicta ſunt hæc nõ ſimpl̃r, & vl̃r, ꝓpterea ait, ꝙ ſermo dicens inordinationẽ eſſe priorẽ ordinatione, nõ eſſe ſimpl̃r verũ, neq; ſermo dicẽs ordinationẽ eſſe priorẽ ordine. Et ita vult ꝙ in rebus particularibus generabilib⁹ aliqua inordinatio eſt ordinatiõe prior. vniuerſaliter vero oĩs ordinatio eſt prior inordinatione, velut potẽtia reſpectu eiuſdẽ prior eſt actu, ſimpliciter vero actus eſt prior potentia. Deinde ſequitur. Et abbreuiatio, vbi breuibus reſumit ſol. Them. ad primũ, dicens inordinatũ accipi dupl̃r priuatiue, & poſitiue, poſitiue inordinatũ eſt fædi ordinis, priuatiue eſt materia, vt dictũ eſt de informi, & nõ quali. Voluit igitur Plato mũdũ fieri ex iordinato priuatiue, quia materia carẽte ordine, qualitate, & forma. Vltimo Them. ꝓbat hoc ex lit. Platonis, & q̃ dicit, oĩa patent. Deinde ſequit̃ illa pars. Nos autẽ dicimus, vbi Auer. cõtradicit Themiſtio, ꝓbans defenſionẽ eſſe nullã. Primo, quia Plato dixit elementa ante mundũ moueri motu inordinato, igitur per inordinatũ nõ potuit intelligere priuationẽ, quia ſi mouebantur motu inordinato, mouebantur. Et ſi mouebant̃, illud inordinatũ nõ erat priuatio, cũ motus non ſit priuatio. Deinde ſequtur. Cũ enim. Vbi ponit ſcđam rationẽ contra expõnem Themiſtij. Nã ſm Plato. elementa ante mundũ mouebãtur motu diuerſificato, igit̃ motu malo & inordinato nullũ habente terminũ ad quẽ, & ꝑ conſequens nõ potuit intelligere priuationẽ, diuerſatus. n. motus nõ eſt priuatio.

Deinde ſequitur. Et nõ eſſet poſſibile. Vbi ponitur tertia ratio, quæ talis eſt, ex verbis Platonis habetur ꝙ elemẽta in mundi generatione mouebãtur ex inordinatiõne ad ordinẽ, igitur nõ põt itelligi ꝑ inordinatũ, priuationẽ.

Deinde ſequitur. Et nõ dixiſſet. Vbi ponit quartã rõnẽ, q̃ talis eſt, Plato attribuit motui ordinationẽ & inordinationẽ, igitur cũ motus non ſit pura priuatio, non potuit per inordinatum intelligere priuationẽ ſimpl̃r. Deinde ſequitur. Nomẽ enim priuatiuũ. Vbi ponit quintã rõnẽ, quæ talis eſt, priuatiuũ dicit aut diminutionem, aut corruptionem, aut ablationem. Vnde (vt medici dicunt) læſio eſt, aut qa actio diminuta eſt, vt viſus qñ debiliter videt; aut quia corrupta eſt, vt qñ videt phantaſmata, vt in ſcotomia, aut qñ totaliter auſertur, velut quando cæcus efficitur. Inordinatũ igitur triſariã erit, quæritur igitur cũ Plato dixit ante mundi generationẽ motũ eſſe inordinatũ, aut intellexit per priuationem, & hoc non, quia concedit illa moueri: aut intellexit per diminutionem, & hoc minime, quia tũc motus eorũ fuiſſent debiles, modo debile eſt de genere fortis, differunt enim ſolũ ſm magis & minus, quæ nõ variant ſpẽm, igitur potuiſſent moueri fortiter. Quare remanet eum per inordinatũ motũ intellexiſſe motũ nõ naturalem, quare nõ potuit intelligere priuationẽ. Deinde ſequitur. Etiã ſi conſeſſi. Vbi oſtẽdit, ꝙ nõ potuit per inordinatum itelligere primã materiã, nec ſm Platonem, nec ſm Ariſt. quia ſm Ariſt. materia mũdi ſunt quatuor elementa, non. n. mundus potuit habere materiã proprie, quia caret cõtrario. Nec ſm Platonem, quia Plato per materiã mundi intellexit oĩa elementa, & nõ quædã, ex quibus fit mundus, vt etiã Ariſtoteles ait. Præterea Plato nõ percepit primã materiã, igitur per inordinatũ non potuit primã materiã intelligere. Deinde ſequitur illa pars cõmenti. Et nihil eſt. Vbi Auerroes reprehendit quoddam aliud, quod dicebatur in defenſione Platonis. Vbi debes ſcire, ꝙ Themiſtius & Simplici⁹ defendendo Platonem per inordinatum intellexerũt elementa, quatenus ſm naturam prius intelliguntur ſub priuatione ordinis, q̃ ſub ordine, & ita voluerunt de mente Platonis mundum fuiſſe ab æterno, vt Ariſtoteles etiam ſenſit. Factum vero fuiſſe de inordinato ad ordinatum ab ipſo deo, quia fuit factus ab elementis, quæ ſecundum ordinem naturalem intelligendi prius intelliguntur, vt inordinata, q̃ vt ordinata, & ſic inordinatio præceſſit ordinem nõ tempore, ſed natura. Etiam mũdus ab æterno dependet à deo, & ab elementis: à deo quidem effectiue, ab elementis vero materialiter, & qđ hoc potuit eſſe de mẽte Platonis, patet, quia ipſe dixit materiam eſſe priorem forma, & certum eſt, ꝙ non intellexit per prius, prius ſm tempus, ſed ſm naturam, igitur eodem modo inordinatio præcedit mũdum ſm naturã, quia inordinatio ſe tenet cũ materia. Obijcit modo Auerroes cõtra, quia Plato genuit tempus, quia tempus ſequitur motũ orbis, igitur & motus, & orbis non fuerũt ab æterno, & per cõſequens ꝑ ipſum prius non potuit intelligere ſm naturam, ſed ꝓprie prius tempore. Deinde ſequitur illa pars. Hoc aũt qđ reprehendit. Vbi defendit Ariſtotelem à contradictione Themiſtij, qui reprehendit Ariſt. dicentem ordinationẽ, priorem ſimpliciter eſſe inordinatione, nullã faciendo differentiam inter prius ſm naturam, & ſm tempus. Reprehendit ipſum, quia aliquando ordinatio in vno indiuiduo tempore prior eſt inordinatione in alio indiuiduo, vt in rebus generatis & corruptibilibus patet, nã forma patris prior eſt materia filij tempore & natura, quę quidem forma patris dicitur ordo, & materia filij inordinatio, & ita ordo aliquando natura, & tempore præcedit inordinationem, vtpote quando ſunt in diuerſis. Aliquando econtra in eodem, nam materia filij, quæ eſt inordinatio, præcedit tempore & natura formam filij, quæ dicitur ordo. Et ſic Themiſtius reprehendit Ariſtotelem, quia non diſtinxit. Deinde ſequit̃. Hoc aũt declarauit. Vbi rñdet, q nõ diſtinxit, qa alibi declarauit, videlicet in nono Metaphyſice, hoc, vbi videlicet declarauit actũ eſſe priorẽ potẽtiã, & etiã in ſecũdo de Aĩa, & in octauo Phy. illic. n.

dixit,

dixit,in diuerſis individuis actum priorem eſſe potētia,in eodem potētiā eſſe priorē actu. Eodē modo de ordine & inordinatione,ordo.n.prior eſt inordinatione in diuerſis. In eodem inordinatio eſt prior ordine,& ſic male Them. reprehendit Ariſt. Verū vero opi.Plat.poſſit delendi, & quo modo,in libro primo tetigimus, nunc vero hæc quæ Auer.ait,ſufficiant,quia nihil eſt diſputare ad mentem noſtrā,atq; ad veritatem,ſiue hoc,ſiue illud ſit.

Quod quidem igitur ſit naturalis motus vniuſcuiuſque corporum,quo nec vi,nec prę ter naturam mouentur, ex hiſce patet.

Expoſitio. Epilogat nūc breuibus,& inquit,ꝙ quidē igitur ſit naturalis motus vniuſcuiuſq; corporū,ſ.phyſicorū, quo nec vi,nec ꝑter naturā mouent̃,ex hiſce ſupple quæ diximus, patet. Declarauimus enim naturalē motum eſſe, quo corpora phyſica non vi,nouę́q; præter naturam mouentur.

Momentum inclinationē ῥοπήν. Qd̄ vero nōnulla neceſſario habeāt grauitatis ac leuitatis momētū,ex his dilucidabit̃.

Expoſitio. Oſtendit nunc ꝙ corpora quæ naturaliter mouent̃ motu recto, neceſſario habent grauitatem, aut leuitatē quæ ſunt principia motus naturalis in dictis corporibꝰ,& primo ſumit intentionem,& inquit,ꝙ vero nonnulla.ſ.corpora neceſſario habeant grauitatis ac leuitatis momentū, quo inclinentur ad motum,ex his quæ dicemus,dilucidabitur. Quo vero ad verba attinet,dico ꝙ dixit quædā, & non omnia,ad differentiam eorum corporum,quæ circulariter mouentur. Eſt igitur totius capituli cōcluſio. Quod ſurſum,aut deorſum mobile eſt, ipſum aut leue, aut graue neceſſe eſt eſſe. Et hanc intendit.

Moueri quidē enim dicimus,neceſſariū eē.

Expoſitio. Proſequitur,& primo ſupponit qd̄ cōmuniter à phyſicis in vniuerſalibus libris accipitur, videlicet, ꝙ motus neceſſario ſit in rerum natura. Vnde inquit, moueri quidē enim dicimus,neceſſarium eſſe,ſupple in rerum natura.

Cur vero hoc ſuppoſuerit, non facile patet, fortaſſe enim hoc ſuppoſuit,quia ſyllogizabit quaſi hypothetice ſic,ſi nullum corpus eſt graue,aut leue,nihil mouebitur, vt,videlicet,ideo ſuppoſuit aliquid moueri, vt ſciatur id ad quod deducit,eſſe impoſſibile,intendit igitur,per hāc ſuppoſitionem hāc hypotheticam,ſi illa corpora nō ſunt nec grauia,nec leuia,ipſa non mouebuntur. probabit conſequentiam,quia vel mouebuntur naturaliter,vel violenter,& primo probabit,ꝙ non mouentur naturaliter. Secundo,ꝙ nec violenter,& ſic complebitur ſyllogiſmus.

Ipſum ē verbi additum. Si autem quod mouetur non habebit natura momentum, impoſſibile eſt ipſum moueri aut ad medium,aut à medio.

Expoſitio. Probat igitur nunc ꝙ non poſſunt moueri naturaliter illa,ſi non ſint grauia,aut leuia,& accipit hanc hypotheticam, Si aūt quod mouetur nō habebit natura momentū, quo videlicet inclinet̃ ad motū, impoſſibile eſt ipſum moueri aut ad mediū,aut à medio. Hæc eſt hypothetica.

Sit enim in quo A quidē non graue, in quo vero B grauitatem habens: tranſeat autem nō graue G D magnitudinem, B autē ęquali in tempore G E: per maius enim id, quod grauitatem habet,fertur. Si igitur corpus,quod grauitatē habet,ea ratione diuidatur,qua ſe habet G E ad G D (poteſt enim ad partium ſuarum aliquam ſic ſe habere) ſi totum per totā G E fertur, pars eodem in tempore per G D feratur, neceſſe eſt. Quare id, quod grauitate vacat, & id, quod grauitatem habet,per æquale eodem tempore ferentur, quod quidem impoſſibile eſt. eadem autem & in leuitate ratio eſt.


Magnit. verbum ſupple. Ea ratiōe vt ſe habet verbum additū.

Expoſitio. Probat igitur hypotheticam, videlicet, ſi quod mouetur non eſt graue, non poteſt naturaliter moueri. Et primo ſumit caſum,& inquit. Sit enim in quo A quidem nō graue,in quo vero B grauitatem habens. Hæc eſt prima pars caſus. Deinde ſumit ſecundam,& inquit. Trāſeat autem non graue, videlicet A, G D magnitudinem, B. autē æquali in tempore, G E. Et ſi diceres G E magnitudinē eſſe maiorem G D magnitudine, Reſpōdet, per maius enim id quod grauitatem habet, fertur,& ſic nihil prohibet G E magnitudinem maiorem eſſe. Hæc eſt ſecūda pars caſus. Tertia pars caſus eſt, vt ipſum B graue diuidatur ad partem C, ad quam partem ſe habeat ea proportione, qua G E magnitudo ſe habet ad G D magnitudinem, hoc eſt, ꝙ ſi G E magnitudo ſit dupla ad G D magnitudinem, B ſit duplū ad C eius partem: inquit. Si igitur corpus quod grauitatē habet, ea ratione diuidatur, qua ſe habet G E, ad G D. Et aſſignat cauſam, ꝙ poſſit B diuidi in partē aliquam, ad quā ea ratione ſe habeat, qua G E ſe habet, ad G D,& inquit. Poteſt enim ad partium ſuarum aliquam ſic ſe habere, ſupple, quia ipſum B poteſt diuidi in infinitum, velut ipſa magnitudo G E. Et ſic tertia pars caſus conſtat.



F Tempus æquale.


Hoc toto caſu ſtante, arguit,& ſupple tu, igitur ſi totū B per totam magnitudinem G E, fertur, pars eodem tēpore ꝑ G D magnitudinē ferat̃, neceſſe eſt. Nā ſicut ſe habet G E, ad G D, ita ſe habet B ad partem eius C. Igitur permutatim ſicut ſe habet G E, ad B, ita G D, ad C: ſed G E trāſitur in F, tp̄e ab ipſo B, igitur G D in F. tp̄e trāſibitur ab ipſo C. Sed tranſiebatur ab ipſo A nō graui in F tp̄e, vt in caſu ſupponebatur. Ideo concludit, quare id, qd̄ grauitate vacat, & id qd̄ grauitatē habet, ꝑ æquale ſpatiū eodem tp̄e ferētur. Qd̄ quidē impoſſibile eſt, nā alterū graue eſt, alterū non graue. Addit ꝙ eadē ratio poteſt de leuitate fieri.



Sic igitur patet, ꝙ ſi quod mouetur non eſt graue, vel leue, non poteſt naturaliter moueri, quia ſi nõ graue vel nõ leue naturaliter moueretur, poſſent duo corpora ęquale ꝑ ſpatium æquali in tempore ferri, quorum vnum eſſet graue, & alterum non graue, quod ipſe relinquit pro impoſſibili.
Dubitatio. Sed dubitatur, & ſatis rationabiliter, nam Ariſ. vult probare, oē quod mouet̃ naturaliter eſſe graue vel leue, & ſumit ꝙ B graue moueatur naturaliter per G E magnitudinem, modo hoc eſt petere, quod à principio probare voluit, vult enim probare à principio, ꝙ corpus quod naturaliter mouetur ſit graue, & ſumit B graue naturaliter moueri per G E ſpatium, igit̃ petit. Pręterea ſumit ꝙ B graue naturaliter velocius mouetur, q̄̃ A non graue, & hoc petit. Nam ſi velocius naturaliter mouetur ipſo A non graui, igitur graue naturaliter mouetur, quod eſt in petitione.
Solutio. Ego dicerem, ꝙ hæc duo ſupponit, vt ſenſibus nota. Patet.n. ſenſibus graue moueri naturaliter ad medium per magnitudinem, vel lineam G E, nam relictũ ſuæ naturæ mox deſcendit. Secundum etiam ſenſibus patet, nã videmus grauiora velocius moueri minus grauibus, igitur ſenſibus patet graue moueri velocius ipſo non graui, nõ igitur petit, quia procedit per ſenſibus nota.

Auer. commen. 26. Auerroes autẽ in præſenti cõm. 26. primo epilogat, & vult eſſe ex dictis manifeſtũ, corpus oē naturale motũ habere naturalem, et non violentum, vel pręter naturã ſolũ. Immo impoſſibile eſt venire tempus aliquod in futurũ, in quo non habeat motum naturalẽ, ſicut impoſſibile fuit in præterito non habuiſſe: & ſic oportet de præſenti, pręterito, & futuro ſemper habere motum naturalem. Hoc eſt quod declarauit Ariſt. At nunc vult declarare, ꝙ oē corpus naturale, quod habet motum naturalẽ, & rectũ, neceſſario eſt graue, vel leue, ita vt ſit impoſſibile nõ graue, vel non leue moueri ad medium, vel à medio naturaliter. Et
Rō Auer. Auer. hypothence arguit ſic, uel oportet, vt oē corpus q̃d mouetur ad medium ſit graue, vel poteſt moueri ad medium, & non eſſe graue. Si primum, habetur concluſio, videlicet, ꝙ oē corpus naturale, quod ad medium mouet̃ naturaliter motu recto, eſt graue. Si autẽ pōt moueri ad medium, & non eſſe graue ſit hoc corpus non graue A, graue vero B, & vlterius corpus A non graue, tranſeat in G tempore C D ſpatium, graue autem in eodem G tempore tranſeat vltra D ſpatium vſq; ad H, ita vt ſpatium per trãſitum ab ipſo B graui ſit C D H, quod quidem ſit duplum, vel triplum, vel in aliqua proportione maius ſpatio pertranſito ab ipſo A non graui. Et ꝙ graue ipſum in eodem tẽpore cęteris paribus tranſeat maius ſpatiũ, q̄̃ tranſierit nõ graue, patet, quia habet graue ad nõ graue diſpõnem, quã habet grauius ad minus graue. Nã ſicut minus graue eſt nõ graue ſm quid ita non graue eſt nõ graue ſimpl̃r, igitur ſi nõ graue ſm quid, in eodem tempore cæteris paribus minus mouetur q̄̃ grauius, ita non graue ſimpl̃r, minus ſimpliciter mouebitur ipſo graui. Patet igit̃ recte eſſe dcm̃ ipſum B velocius moueri, & per maius ſpatium eodem in tempore ipſo A. Tertio ſumit Auer. ꝙ ab ipſo B graui, quod mouetur in eodem tp̃e G ſupra ſpatium maius, quod eſt C D H ſecetur quædam pars, cuius proportio ad ipſum B totũ ſit, ſicut proportio ſpatij C D pertranſiti ab ipſo A nõ graui, ad ſpatium C D H pertranſitum ab ipſo B graui, hoc eſt ſubdupla, vel ſubtripla, vel aliqua alia. Et ait Auerro. ꝙ poſſe eſt inuenire hanc proportionem, vt probatum eſt in Geometria, quia tam B corpus, q̄̃ C D H ſpatiũ diuiſibile eſt in infinitum. His ſtantibus arguitur, cũ totũ corpus B graue mouet̃ in G tempore ab ipſo C puncto, vſq; ad H punctũ ꝑ ſpatiũ C D H, & ſit ab ipſo B ſecata pars quædã, cuius ꝓportio ad ipſum B eſt velut proportio C D ad C D H, neceſſe eſt, vt in illo G tp̃e pars illa grauis corporis moueat̃ per illud idem ſpatiũ, ꝑ quod nõ graue corpus mouebatur. ſ. ꝑ ſpatium C D in ipſomet tempore G, quod quidem ſpatium C D eſt pars vel minus ſpatio C D H.
Et ꝙ hoc ſequatur, probat, qm̃ cũ duo mota, quorum proportio grauitatis vnius ad grauitatem alterius, eſt velut proportio ſpatij ad ſpatium, neceſſe eſt, vt pertranſeant ſpatium æquale in eodẽ tempore, & ſic A non graue, & ipſius B pars grauis mouebuntur eodem tempore ſupra æquale ſpatium, quod eſt impoſſibile, quia tunc graue & non graue æque velociter mouerentur. Hæc eſt ſumma rationis Auer. Deinde ſequitur illa pars, ponatur ergo. Vbi diſponit terminos, & ait, ꝙ graue corpus intelligatur per lineã B V, pars vero grauis, B Z, cuius proportio ad ipſum graue B V, eſt, velut proportio ſpatij C D ad ſpatium C D H ſit B Z. Et ponatur tempus G in quo A non graue, & B graue mouẽtur per ſpatia C D, & C D H G, enim ſit commune tẽpus hora, vel dies, vel aliquid tale, quibus diſpoſitis arguit, igitur erit proportio B Z partis ad B V graue totum, velut proportio C D minoris ſpatij ad C D H, minus ſpatium, & tempus G: ſed in hoc eodem tempore, ſ. G mouebatur corpus non graue per ſpatiũ C D: igitur per idem ſpatium & eodẽ tempore mouentur duo corpora, quorum alterũ eſt graue, & alterum non graue, quod eſt impoſſibile.

Oſtēſio eiuſdē a cõmutata ꝓportiõe.



Vnde poteſt ſyllogiſmus fieri à commutata proportione ſic, ſicut ſe habet C D H, ſpatium ad C D ſpatium, ita ſe habet B V totum graue ad B Z partem, vtrobiq; enim eſt eadem proportio, vt dictum eſt, igitur permutatim, ſicut ſe habet C D H ad B V, ita C D ad B Z: Sed B V tranſit C D H in G tempore: igitur B Z tranſibit C D in G tempore. Sed C D pertranſiebatur ab ipſo A non graui in G tempore, igitur non graue, videlicet A, & graue, videlicet B Z mouebuntur æqualiter ſupra æquale ſpatium, & æquali tempore, & hoc erat impoſſibile, igitur id ex quo ſequitur, ſequitur autem ex hoc quod dicitur, aliquod corpus moueri ad medium, quod non eſt graue, igitur hoc eſt impoſſibile, eadem demonſtratio fieri poteſt de leui. Hæc Auerro.


Adhuc autem ſi erit aliquod corpus motũ, quod neq; leuitatem, neq; grauitatem habet, neceſſe eſt ipſum vi moueri, vi autem motum, infinitum efficit motum. Ipſum Hoc.

Expoſitio. Hactenus probauit quòd corpus, neque graue, neque leue non poteſt recto motu naturaliter moueri, at nunc probat, ꝙ nec motu violento moueri poteſt, & breuis ratio eſt, quia ſi moueretur vi, infinitum efficeret motum idest moueretur motu infinitę velocitatis. Vnde dicit, adhuc autem ſi erit aliquod corpus motum, quod neque leuitatem, neque grauitatem habet, ſi ſupple non poteſt naturaliter motu recto moueri, neceſſe eſt ipſum vi moueri, vi autem motum, infinitum in velocitate efficit motum. Et ſic vult probare, quòd corpus, nec graue, nec leue non poteſt vi moueri, & tota ratio eſt, quia tunc moueretur motu veloci in infinitum, quod relinquit tãquam impoſſibile. Sed quo modo hæc conſequentia deducatur, non paruus erit labor, & in hoc Ariſtoteles ipſe inſiſtet.

Nam

Et Autem Magnitud. verbum additum. Magnit. verbum additū. Ea rōne quę vt ſeſe habet verbum eſt additum. Magnit. verbum additū ad velocitatem verbum additum. ita ſeſe hab. verbum additum.

Nam cum potētia quędam ſit, quæ mouet, A & minus, ac leuius ab eadem potētia plus moueatur. ſit non graue quidem in quo eſt A per G E magnitudinem, id autem quod grauitatem habet, ſit in quo eſt B æquali in tempore per G D magnitudinem. Si igitur diuiſum fuerit corpus, quod grauitatem habet, ea ratione qua G E ad G D ſe habet, contingit id, quod à corpore habente grauitatem aufertur, æquali in tempore ferri per G E magnitudinem, quoniam totam quidem ferebatur per G D. Velocitas enim minoris ad velocitatem maioris ita ſeſe habebit, vt corpus maius ad minus, per æquale ergo non graue corpus, et grauitatem habens in eodem tempore ferentur. Hoc au- B tem eſt impoſsibile.



Expoſitio. Erat breuis ratio hæc, ſi corpus non graue, nec leue vi mouetur, mouebitur infinite velociter non graue. Intēdit igitur probare hanc conſequentiā, in probando hanc conſequentiam probat Primo, q̄ ſi non graue, vel non leue mouetur vi ſurſum, non graue, & graue eodem in tempore verſus ſurſum per æquale ſpatium mouebuntur, & vtitur eadem deductione, qua vſus eſt verſus deorſum. Sumit vero primo duas ſuppōnes: quarum prima eſt, q̄ in rerum natura ſit potentia violētans, quæ mouet ſurſum. Patet hæc per aduerſarios, nihil.n. mouetur violēter à ſe, & hoc ait, nam cum potentia quædam ſit, quæ mouet.

Secunda ſuppoſitio eſt, q̄ corpus minoris quantitatis & leuius plus, ſupple ſurſum verſus mouetur ab eadem potentia violentante ſurſum, patet, quia minus reſiſtit, cum A ſit minoris molis & leuius. Et hæc ſecunda ſuppoſitio patet ſenſibus, videmus enim minora corpora, & leuiora facilius ſurſum trañci. Inquit, & minus, ſ. corpus ac leuius ab eadem potentia, ſ. violentante moueatur plus, quę ſuppoſitiones ſi concedantur, ponit caſum, & inquit, ſit non graue quidem, quod ſurſum vi mouebitur, in quo eſt A p̄ G E magnitudinem motum. Id autem, quod grauitatem habet, ſit in quo eſt B, quod etiam ſurſum moueatur ęquali in tempore per G D magnitudinem ſubduplam ad G E, vel ſubtriplam, vel alio modo, & hæc eſt ſecunda pars caſus, quę patet, quia ex quo B eſt graue, plus reſiſtit ſurſum mouenti per ſecūdam ſuppoſitionem. Deinde ponit tertiam partem caſus, quæ eſt vt ab ipſo B reſecetur quędam pars, quæ ea proportione ſe habeat ad totum B, qua G D ſe habebat ad G E, hoc eſt ſubdupla, vel ſubtripla, vel eadē proportione, quæcunq; ſit illa. Hāc ponit, & inquit, ſi igitur diuiſum fuerit corpus quod grauitatem habet, videlicet B, ea ratione qua G E ad G D ſe habet, hoc eſt talis diui- B ſione, vt ſit eadem proportio magnitudinis G E ad G D, & ipſius B ad C partem, ſi itaq; hoc pacto fiat caſus, cōtingit id, quod à corpore habente grauitatem aufertur ęquali in tempore ferri per G E magnitudinem, videlicet verſus ſurſum, cuius cauſam ponit.d. quoniā totum B ferebatur per G D. Sed pars C ab ipſo reſecata ſe habet ad B, vt G D ad G E magnitudinem. igitur C pars mouebitur per G E magnitudinem maiorem, cum ſit minus graue in tanta proportione minus, in quanta G D magnitudo eſt minor magnitudine G E. Et hoc dicit, velocitas.n. maioris ad velocitatem minoris ita ſeſe habet, vt corpus maius ad minus, q̄a qualis eſt proportio ipſius B totius ad C partem in grauitate, talis in velocitate, quare ipſius B pars mouebitur in duplo velocius ſurſum verſus, & in hac proportione A non graue trāſibat G E magnitudinem duplam ad D G, igitur æque velociter A non graue, & C pars grauis mouebuntur, & hoc inquit, per æquale ergo non graue corpus, & grauitatem habens in eodem tempore ferentur. Hoc au- C tem eſt impoſſe. Ex his patet prima conſequentia, videlicet, q̄ ſi non graue & nō leue vi ferentur, æque velociter graue & non graue mouebūtur, ſimiliter leue & nō leue. Tu vero ſyllogiza, vt ſupra à commutata proportione.

Quare ſi quouis propoſito, non graue per maius ſpatium mouebitur, per infinitū vtiq; ferretur. Patet igitur, omne definitum corpus neceſſario grauitatem, aut leuitatem habere.

Expoſitio. Probauit, q̄ ſi corpus nec graue, nec leue vi ſurſum fertur, æque velociter mouebit̄, ſicut graue aliquod. Et ſupponit (vt mihi v̄r) Primo, q̄ per quantū graue ſurſum moueri pōt, per tantum & plus moueri poterit corpus neq; graue, neq; leue. Quod quidem per quantū graue pōt ſurſum ferri, per tm̄ corpus nec graue, nec leue moueri pōt, nunc deductū eſt. Sed q̄ per plus, non probabit, ſed ſumit coniecturaliter, q̄a graue reſiſtit violentanti virtuti, corpus vero nec graue, nec leue, nullaten reſiſtit, q̄a ſi re- D ſiſteret, eſſet aut graue, aut leue, igit̄ ſupponit, q̄ per quātum graue ſurſum moueri pōt, per tm̄ & plus, corp⁹ neq; graue, neq; leue moueri poterit. Secundo ſupponit B graue motum eſſe ſurſum in æquali tempore, videlicet H per G D magnitudinē ſubduplā ad G E, quā A nō graue pertranſibat. Tertio ſupponit minus graue velocius moueri ſurſum q̄ṁ moueret̄ grauius, patuit ex ſuppōnibus textus pręcedētis. Ex hac ſuppōne ſequit̄ min⁹ graue ad ſubduplū, ad duplū velocius moueri. Et ita medietas ipſius B in H tēpore mouebit̄ p̄ magnitudinē G E duplā ad G D. Et medietas medietatis adhuc in eodē H tp̄e mouebit̄ p̄ magnitudinē duplā ad G E, & ſic i infinitū, q̄a pōt fieri diuiſio medietatis in medietates in infinitū. Et cū p̄ ſuppōnes per quantū pōt moueri graue, per tm̄ & plus pōt moueri corpus, nec graue, nec leue, igitur ſicut in infinitum paruū graue per infinitū ſpatium moueí in tempore H, ita corpus nec graue, nec leue per infinitū mouebitur in eodē tempore.

Inquit, quare ſi quouis, ſupple graui, propoſito, nõ graue per tm̃, ſupple & maius ſpatium mouebitur, ſequitur ꝙ per infinitũ vtiq; ferretur, quia poteſt infinitũ paruum graue per infinitũ ſpatiũ moueri in tẽpore finito, vt deductũ eſt. Propterea concludit, patet igitur, oẽ definitũ corpus neceſſario grauitatẽ, aut leuitatẽ habere. Ex quib⁹ patet Ariſt. proceſſiſſe in hac ratione à primo ad vltimũ, & nõ reſoluiſſe textum ad duo impoſſibilia, vt quidam voluerunt. Hæc de textu.

Auer. comment. 27. Auerroes vero textum hunc inducit, iuxta eius ſuperficiem, & vult ꝙ Ariſt. velit probare, ꝙ ſi corpus naturale, quod recte fertur, mouetur, & nõ a grauitate vel leuitate, mouebitur violenter. Nã ſi mouetur, & nõ à grauitate vel leuitate exiſtente in eo, mouebitur à motore extrinſeco, & omne tale mouetur violẽter, quare patet, ꝙ ſi corpus naturale mouetur, & nõ à grauitate, vel leuitate exiſtẽte in ipſo, mouebitur violẽter. Demonſtrat modo ꝙ hic motus ſit impoſſibilis, quia ſequitur ipſum eſſe infinitũ, & ſic ſm Auerroem, Ariſt. arguit à primo ad vltimũ, videlicet, ſi corpus naturale qđ recte fertur, mouetur nõ à grauitate, vel leuitate exiſtente in eo, mouebitur violẽter. Vltra ſi mouebitur violẽter, igitur motu infinito. Vltimũ cõſequẽs eſt impoſſibile, igitur & primũ añs. Quę expoſitio mihi non placet, quia ſecunda cõſequẽtia ſi valeret, ſequeretur ꝙ quoties corpus naturale graue moueretur violenter, infinito motu moueretur. Et ita ꝑpterea, quia violenter aliqđ fertur, nõ ſequitur ipſum infinito motu ferri. Melius igitur dicamus, ꝙ Ariſto. cũ probauit nõ graue vel leue moueri non poſſe motu naturali, ꝓbat ipſum moueri non poſſe motu violento, quia ſi moueretᷓ motu violento, ſic ꝙ nullatenus motu naturali, ſequitur ipſum moueri motu infinito, & hæc eſt vera loci expoſitio. Deinde ſequitur. Manifeſtũ eſt. n. Vbi incipit deducere vltimã cõſequẽtiã, videlicet, ꝙ ſi corpus qđ mouetur motu recto, fertur nõ à grauitate vel leuitate exiſtente in eo, ſed violẽter, ipſum moueatur infinito motu. Et

Pri. propõ. ſumit Auerroes propoſitiões. Quarũ prima ex hypothetica hæc cũ oẽ corpus nõ moueatur, niſi a motore, & velocitas motus ſit ex augmento potentiæ mouentis ſupra potentiã moti, patet, ꝙ ſi aliquis motor mouet aliqđ corpus per aliquod ſpatium in aliquo tp̃e, quod mouebit minus illo moto eodẽ tp̃e per maius ſpatiũ. Hæc eſt prima pro-

Secunda. poſitio. Secunda eſt, quæ videtur quaſi hãc ſequi, ꝙ ꝓportio ſpatij ad ſpatiũ eſt, vel poteſt eſſe ſimilis proportioni potentiæ rei motæ violẽter ad potentiã rei motæ. Hoc eſt ꝙ põt accipi vna potentia rei motæ violenter, quæ ita ſe habet ad totũ à quo reſecatur, vt ſpatiũ minus pertranſitũ a mobili ſecundo ad ſpatiũ maius pertranſitũ à mobili primo, ideſt quæ ita ſe habet ad ſuũ totũ, vt ſe habet C D ad C H, vt dicetur. Deinde ſequitur, & ſit corpus nõ graue, A, vbi Auerroes diſponit terminos. Et ait, ꝙ corp⁹ nõ graue ſit A, & ſpatium qđ pertranſit, ſit C H. Corpus vero graue ſit B, quod moueatur ab illo eodẽ motore, & illo eodem tp̃e ꝑ aliquod ſpatiũ. Et patet, ꝙ moueri debet ſpatiũ minus illo primo ſpatio ſm p̃dictã ꝓpõnem, videlicet primã, ſit ergo ſpatiũ min⁹ quo ferẽ B ipſũ C D, qđ ſit ps prioris ſpatij. Deinde ſumit tertiã partẽ caſus, videlicet ꝙ à corpore graui, videlicet ipſo B accipiatur vna ps, ad quã ipſum B eã habeat proportionẽ, quã ſpatiũ maius C H habet ad ſpatiũ minus, videlicet C D. Ex his deducit partem hanc moueri in illo eodem tp̃e ſuper ſpatiũ maius, C H ſuper quo mouebatur A non graue. Huius cauſam affert, quia corpus B totum, cuius pars accipitur, mouebatur ꝑ minus ſpatiũ ab eodẽ motore in eodem tempore, ſcilicet per C D ſpatium. Et motus corporis diuiſi ab eo debet eſſe velocior, quia eſt minus, & minus graue. Et cum proportio velocitatis ad velocitatem ſit, vt proportio totius ad partẽ, patet ꝙ æque velociter mouebitur illa pars, vt mouebatur A non graue, & ſic pluribus verbis tandem deducit æque velociter graue, & non graue moueri. Et intellige verſus ſurſum, vt diximus in textu. Addit Auerroes,

E ꝙ etiam ꝑ eadem deduci poterit graue velocius ferri non graui per diuiſionem ſemper ipſius partis in partem in infinitum, vt patet intelligenti. Vbi patet trãſlationes has Auerrois eſſe diminutas, quia deficit deductio ſecundæ cõſequentiæ, videlicet, ꝙ ſi moueretur violenter, tũc motus eſſet infinitus. Hæc enim deductio, vt vides, deeſt.

Cum autem natura quidem id ſit principiũ motus, quod eſt in ipſo: potentia autem id qđ eſt in alio, vt aliud eſt: atque motus: alius quidem fit ſecundum naturam: alius autem violentus omnis: eum quidem qui ſecundum naturam eſt: vt eum quo lapis deorſum fertur: velociorem faciet id quod eſt ſecundum potentiam. Eum autem, qui eſt præter naturam, omnino ſecundum ipſam, faciet. Fertur verbum additũ eſt. Faciet verbum additum eſt.

F Oſtenſurus quo nam modo motus naturalis & motus violentus fiant. Primo colligit differentiam eorum. Expoſitio. Et differentia eſt, ꝙ motus naturalis poteſt miſceri violẽto, Sed violentus non poteſt miſceri naturali, vt exemplo patet. Nam motus lapidis ſurſum non poteſt eſſe niſi violentus, motus vero lapidis deorſum eſt naturalis quidẽ, quia a principio, quod eſt in ipſo, poteſt vero miſceri violẽto, quatenus potentia quæ eſt extra, poteſt velociorem eum facere impellendo in lapidem. Volens igitur concludere hanc differentiam ſumit duo in antecedente. Primum, videlicet quid ſit natura, quæ eſt principium motus naturalis, & inquit. Cum autem natura quidẽ id ſit principiũ motus, quod eſt in ipſo, ſcilicet quod mouetur. Potentia autem, ſupple quæ violenter mouet id quod eſt in alio, vt aliud eſt. Hoc eſt primum. Secundo ſumit diuiſionem motus, & inquit. Atq; motus omnis, alius quidem fit ſm naturam, alius aũt violentus. Ex his duobus infert differentiam, & inquit. Eum quidẽ, qui ſm naturã eſt, vt eum

G quo lapis deorſum fertur, faciet velociorem id quod eſt ſecundum potentiã, & ſic poteſt naturalis miſceri violẽto, quia poteſt naturalis fieri velocior ab eo quod eſt ꝑ vim atq; potentiam. Eum aũt, qui eſt præter naturam, omnino mouens, ſupple violenter faciet ſm ipſam potẽtiam nullo modo miſcendo illi aliquid naturalitatis. Quo vero ad verba attinet, Ariſtoteles primo definit naturam et potentiam, quia natura eſt principium motus naturalis, & potentia eſt principium motus violenti, & ita quaſi ꝑ hoc vult habere differentiam motus naturalis & violenti à priori. Declaratio verborum. Secundo accipit diuiſionem motus naturalis & violenti, vt habeat ea inter quæ vult differentiã ponere. Propterea, dixit potentiam eẽ principiũ motus violenti in alio ad differẽtiam naturæ, quæ eſt in eo quod mouetur. Sed quia poteſt aliquando potentia efficere motum in ſubiecto in quo eſt per accidens, dixit vt aliud, quaſi dicat, quia poteſt agere motum in eo in quo eſt, ſed non quatenus eſt idem, ſed quatenus eſt aliud. Sed de his in ſe-

H cundo Phyſicorum.

Auerro. cõment. 28. Auerroes aũt in præſenti commento textum eodẽ modo exponit, & vult ꝙ Ariſtoteles declarat quo modo motus violentus & motus naturalis fiant. Et præcipue quo modo fit motus violẽtus. Nam de hoc eſt quæſtio quo modo fiat, videmus enim motum violentum remanere ceſſante actione motoris, quod non deberet eſſe. Nam motus non eſt, niſi ſit mouens, vt igitur declaret quomodo motus violentus fiat, primo dedit differentiam inter motum naturalem & violentum. Hæc Auerroes quo ad textus introductionem. Vlterius notat Auer. differentiam inter violentum & naturalem hoc modo, ꝙ violentus motus eſt ſimplex, hoc eſt nullo modo compoſitus, ſed vno tantum modo. Naturalis vero eſt duplex, quia alius naturalis ſimplex nihil habens præternaturalitatis. Alius compoſitus, ſcilicet habens non nihil præternaturalitatis, vt de motu lapidis deorſum, qui fit à pellente.

lente. Ait tamen Auerroes motū hunc non eſſe ꝓprie cōpoſitū, ſed quaſi cōpoſitū. Quia quatenus eſt ab aptitudine paſſi eſt naturalis, quatenus vero á potentia pellente eſt velocior ꝗ̃ eſſet ex aptitudine paſſi, eſt violentus.

Faciet verbum ſupple tum. Potentiam verbū additum. Vim verbū ſupplemus.

Ad vtrunq; vero vtitur aere ipſo, vt inſtrumento: eſt enim hic aptus & leuis eſſe, & grauis: lationem igitur eam, quę ſurſum eſt, faciet quatenus leuis, cum pulſus fuerit, principiūq; ſumpſerit à potentia ipſa: eam autem, quę deorſum eſt, rurſus faciet quatenus grauis: potẽtia enim quaſi vim quidem impreſſam tradit vtrique: quapropter & non ſequẽte eo quod mouit, fertur id quod præter naturam eſt motum. Si enim non tale quid corpus eſſet, violentus motus ſane non eſſet.

Expoſitio.

Cum poſuit differentiam inter motum naturalem & violentum, nunc oſtendit quo modo aer, vel aqua deſeruit vtriq; motui, & primo quo modo deſeruit motui violento. Et inquit. Ad vtrunque vero ſupple potentia mouens violenter vtitur aere ipſo, vt inſtrumento.

Auer. comment. 28.

Circa hæc Auerroes facit primo hanc cōſequentiā, videlicet, ſi motus violentus eſſet a motore extrinſeco tm̄ ſimplex, vt motus lapidis ſurſum, mox lapis quieſceret, cum proijceretur a manu proijcientis. Et intendit ꝙ ſi eſſet tm̄ ſimplex nihil habens naturalis, mox ceſſante manu ipſe ceſſaret, deduco, quia à nullo cōſeruaretur in eſſe. Et ideo vult declarare, ꝙ habet aliquid naturalis, ſaltem ex parte medij, videlicet aeris, q pulſus quaſi naturaliter mouetur ſurſum & deorſum. Secundo exponit Auer. per vtrunq; naturalem & violentū, quæ expoſitio vera eſt, ſed non ad propoſitū. Sed per vtrunq; intelligit ſurſum & deorſum. Cuius ſignū eſt, quia ſubdit, eſt enim hic .ſ. aer aptus & leuis eſſe, & grauis. Propterea infert lationē, igitur eā, quæ ſurſum eſt, faciet quatenus leuis, cū pulſus fuerit, ſupple á proijciente, principiumq; ſumpſerit á potentia ipſa violenter mouente. Eam aūt ſupple lationem, quę deorſum eſt, rurſus faciet quatenus grauis, quia potentia violenter mouens, ſupple quaſi vim impreſſam tradit vtriq;, videlicet lapidi, & aeri. Ecce quod per verū que intelligit motū ſurſum, & deorſum. Ex hoc ſoluit cauillum eorū, qui negarunt motū violẽtū, dixerunt enim quidā nullū eſſe motū, niſi naturalem, quia ſi eſſet motus violentus, mox ceſſaret, ceſſante vi impellente. Rñdet Ariſt. & inquit. Quapropter & non ſequente eo qđ mouit, videlicet, manu, vel baculo, vel alio id genus, ferẽ id quod præter naturā eſt motū. Et cauſa eſt, quia virtus remanet in aere ipſo impreſſa. Signū affert, quia ſi non eſſet tale quid corpus .ſ. quale eſt aer violentus, motus ſane nō eſſet. Et ſic poteſt motus violẽtus manere ceſſante motore violẽtāte, quia aer remanet in quo eſt vis illius impreſſa.

Quæſtio.

Sed quæres, vtrum motor violẽtans imprimat vtrique, videlicet, aeri, & lapidi virtutẽ, qua aer mouet̃ et mouet lapidem, & lapidi etiā qua mouetur, an vim ſolū præbeat aeri, qua mouet lapidem.

Prima ſol.

Hæc quæſtio non eſt leuis, & debet videri in octauo phyſi. quidam rñdẽt ꝙ motor nō imprimit lapidi virtutes, qua mouetur. Primo, quia motus violentus eſſet a principio intrinſeco, quod eſſet contra rationem motus violenti. Secundo ſequeretur ꝙ lapis hoc ipſo, ꝙ moueretur vi localiter, alteraretur, quod eſt contra ſenſum. Tenẽt igitur ꝙ motor violentans lapidi imprimit ſolum motū, quod quidem fit, dū tangit ipſum, aer vero ſuſceptibilior eſt talis impreſſionis. Primo, quia tenuior eſt. Secundo, quia eſt & leuis & grauis, & ſic pōt tenere vim motoris, qui ſurſum, & qui deorſum mouet, aer igitur conſeruans vim mouet lapidẽ mouendo aerem ſibi proximum, qui vlterius mouet aliū tandiu quandiu durat impreſſio motoris. Ego vero crederem, ꝙ tam lapidi, ꝗ̃ aeri potentia mouens imprimit

A vim, qua mouentur, & qua aer mouet lapidem. Eſt tamẽ hæc differentia, ꝙ vis illa in lapide parum durat, quia cōtra naturam eius omnino eſt. In aere vero poteſt diu durare ſecundum maiorem vel minorem impreſſionem agentis, quia ipſe eſt tam leuis ꝗ̃ grauis. Nec rationes cogunt. Ad primam dico, ꝙ licet eſſet à principio intrinſeco per accidens, non tamen ſubſtantiali, quia illa vis nō eſt forma ſubſtantialis, ſed mere accidens. Ad ſecundam etiam poteſt dici, quod bene lapis alteraretur, ſed non alteratione per qualitates primas, lapis enim qui ſurſum fertur á proijciente recipit leuitatem quandam accidentalem, qua ſurſum fertur, non tamẽ per qualitates primas illam recipit, verum de his in octauo libro dictū eſt.

Corpus verbum additū.

Et ad eum etiam, qui eſt ſecūdum naturam vniuſcuiuſq; promouet eodem modo. Quod quidem igitur omne corpus ſit aut leue, aut graue: & quo modo motus præter naturam B ſe habeant, ex his perſpicuum eſt.

Expoſitio.

Nunc quo modo naturali motui deſeruiat aer, oſtendit. Et inquit. Et ad eum etiam motum, qui eſt ſecūdum naturam cuiuſque aer, ſupple ipſe promouet eodem modo, quia ſua leuitate promouet ad motum ſurſum, ſua autem grauitate ad motum deorſum. Poſtmodum epilogando concludit perſpicuum eſſe ex prædictis, omne corpus eſſe aut leue, aut graue, & eſſe etiam manifeſtum quo modo motus præter naturam ſe habeant, hoc eſt quomodo competant corporibus naturalibus, grauibus, & leuibus.

Auer. comment. 28.

Auerroes autem digreditur in hoc commento parte illa, & quærendum eſt hoc. Verum digreſſionem complet poſt expoſitionem textus. Quærit igitur, vtrum aer ſit motui naturali ac violento neceſſarius, vel propter bene eſſe. Deinde ſequitur. Exiſtimatum eſt enim, vbi ponit opinionem aliquorum, vt Auempaces & aliorum, C qui voluerunt aerem ad motum, tam naturalem quàm violentum non eſſe ſimpliciter neceſſarium, ſed tantum propter bene eſſe, quia arbitrati ſunt naturale corpus poſſe naturaliter, & violenter moueri ſine aere, & ita dixerunt aerem eſſe quaſi iuuantem hos motus, non autem quaſi neceſſarium. Nam vtens aliquo inſtrumẽto in mouendo dupliciter vtitur, aut ſcilicet propter melius, hoc eſt propter facilius, aut propter neceſſitatem, ſcilicet quia nō pōt mouere ſine illo. Ad propoſitum igitur iſti voluerunt aerẽ eſſe inſtrumẽtū quo vtitur virtus motiua, non quidem ꝓꝑ neceſſitatẽ, quia ſine eo fieri pōt motus, ſed ꝓpter melius, quia per ipſum facilius fit motus. Deinde ſequitur. Et iſte eſt locus perſcrutationis. Vbi refellit hanc poſitionem, & ait eſſe locum perſcrutationis, & non ſic leuiter pertranſeundum, ideo arguit contra, probans medium eſſe ſimpľr neceſſariū vtriq; motui. Primo, qa motus fieri non pōt per vacuū, nec per plenum durū nō diuiſibile ab ipſo mobili, igitur eſt neceſſe, vt fiat per corpus, D quod habet diſpōnem aeris, vel aquæ, .ſ. molle, facile cedens, ac diuiſibile. Hoc ſuppoſito arguit. Motus aeris eſt neceſſarius quatenus ab ipſo mobili aer ipſe diuiditur, igitur aer non eſt adiuuans cū tm̄, immo diuiſio aeris erit cōditio neceſſaria in eſſe motus. Deinde ſequitur. Inquantum .n. vbi quaſi ſoluit q̄ōnem breuibus, & vult ꝙ aer poteſt dupľr cōſiderari, vno modo, vt mouetur ab eo quod in ipſo mouet̃ naturaliter, vel violenter. Et hoc pacto concurrit ad vtrūq; motū ꝓꝑ bene eſſe, & pōt vterq; motus iſto modo eſſe ſine aere: alio pacto poteſt conſiderari aer, vt eſt motus, ideſt diuiſus poſt quietem .i. vt diuiſibilis, et facile cędens, & ſic eſt ſimpľr neceſſarius. Vltimo ſe excuſat remittens cōplementū digreſſionis poſt expōnem textus, parte illa. Sed cum demonſtratū fuerit. Ego vero antequā veniam ad partem hanc, volo colligere quæ Auer. dicit exponendo verba Ariſto. quæ licet ꝓ maiori parte non ſint ad textum, tñ ſunt vtilia. Primum igitur

Dubita. pri quod colligo eſt ſolutio dubij, videlicet, quo modo poteſt
aer exiſtens vnius naturæ duobus motibus contrarijs cō
Reſponſio. ferre. Reſpondet, ꝙ licet iſti duo motus ſint contrarij, qa
vnus vergit ſurſum, alter deorſum, tamen iuuat eos, quo-
niam in aere exiſtit grauitas & leuitas, adiuuat enim gra-
ue, vt deorſum moueať aer ipſe ſua grauitate, & leue ſua
Dubita. ſcd'a Reſponſio. leuitate. Secūdū qđ colligo eſt, quo modo fit motus vio
lentus in proiectione lapidis, & vult ꝙ lapis dum proijci
tur à manu mouetur ſurſum, & mouet aerem, qui motus
defert lapidem ſurſum. Vnde vult, ꝙ lapis per ſuam lapi
deitatem, ideſt per ſuam formam ſubſtantialē mouet ae-
rem, quatenus mouetur à manu. Et aer motus à lapide re
tinet illum motū poſtq̄ ſeparabitur à proijciente, retinet
enim illū motū propter leuitatē quā habet, & expellitur
à lapide, & expellit ipſum. Nam lapis in motu hoc habet
quaſi duos motores, alterum videlicet intrinſecum, vide-
licet naturā, ſ. quæ eſt eius forma, & extrinſecū, videlicet
manū. Imaginať igitur Auer. ꝙ violētus motus, qui dici-
tur, piectio fit hoc pacto, ꝙ lapis in principio moueť à ma
F nu, & poſtq̄ motus eſt rōne ſuæ materię, mouet aerē per
eius formā, quæ eſt lapideitas, aer vero, cū ſit ſua natura
leuis, continuat motū ſurſum mouēdo lapidē, & ita proie
ctio fit ex hoc ꝙ lapis mouet aerē, & aer motus mouet la-
Tertiū exēplum. pidē. Tertio colligiť, ꝙ motus lapidis ſurſum eſt mixt⁹
ex naturali, & violento, nam ratione aeris eſt naturalis, q
ſua leuitate ſurſum fertur, ratione ſuæ grauitatis eſt violē
Quartum. tus. Quarto colligiť, ꝙ cū Ariſt. dicit aerem eſſe mediū
inter extrema, intelligit p mediū ſm locum, non aūt ſm
formā, nō enim aer habet formā mediā inter graue & le-
ue, ſed bene eſt in loco medio inter extrema. Vel aliter
ait, ꝙ aer non eſt vere medius inter extrema, ſed ſimilis
medio quatenus eſt grauis & leuis in reſpectu. & ſic dici
poteſt medius ſm locum proprie, & pōt dici medius ſm
Quintum. formam per quandā ſimilitudinē. Vltimo colligitur ꝙ
dupliciter pōt littera exponi, quæ dicit, ſi nō eſſet aer, nō
eſſet motus violentus. Vno modo, ꝙ ſi non eſſet aer, non
G eſſet motus violentus oīno, & hæc eſt expō vera. Alio
modo, ꝙ ſi non eſſet aer, nō eſſet motus violentus ita faci
le, nec ita bene. Deinde ſequitur illa pars. Sed cum de-
monſtratū fuerit. Vbi perficit digreſſionē. Et primo de-
clarat quo modo aer concurrit ad motū violentū. Et de-
clarat primo, ꝙ debet quieſcere & moueri, quieſcere qui
dē, quia declaratū eſt ꝙ locus eſt neceſſarius motui, nam
locus ad quē neceſſarius eſt, vt terminus, locus per quem
neceſſarius eſt, vt via. Item declaratū eſt, ꝙ locus ad quē
eſt terminus, & vltimū corporis continentis. Prętereа,
etiam declaratū eſt, ꝙ locus, qui eſt terminus cōtinēs, eſt
quieſcens apud motū. Ex his declaratū erit locū atq; aerē
ipſum debere quieſcere, & tota cauſa eſt, quia eſt locus.
Moueri vero aer debet, quia eſt locus per quem, igiť aer
debet quieſcere & moueri in motu grauiū & leuiū. Fieri
aūt non poteſt, ꝙ quieſcat & moueatur, niſi patiatur diui
ſionē a corpore quod mouetur in eo, ſic ꝙ pars circūſcri-
bens corpus motū moueatur, & pars continens illā par-
H tē quieſcat. Per hæc vult habere aerē neceſſario cōcurre-
re, quatenus diuiſibile quid facile cedens, necnon vt me-
diū. Deinde oſtendit, ꝙ concurrit propter bene eſſe ac
propter melius, & ait motum violentū fieri facilius ac me
lius, per hoc ꝙ aer eſt grauis & leuis. Et propterea cōclu-
dit ambo, ꝙ videlicet aer eſt neceſſarius, & eſt vtilis. ne-
ceſſarius quidem, vt eſt corpus continens paſſiuum ac di
uiſibile, vtile vero vt aer eſt corpus graue, aut leue faci-
litans hunc motum, & ſic patet quomodo aer concurrit
Quæſtio. ad motū violentū. Deinde ſequitur. Auer. autē. Vbi
oſtēdit, ꝙ eſt neceſſarius ad motū naturalē, et vtilis, neceſ
ſarius, vt corpus paſſiuū & diuiſibile, vtilis vero, vt gra-
uis & leuis. Deinde ſequitur illa pars cōmēti. Et vide-
tur etiā. Vbi Auer. quaſi de nouo diſputat, vtrum aer ſit
neceſſarius motui elementorū, an propter bene eſſe. Et in
quit, & videtur etiā ipſum eſſe neceſſarium modo pprio
motui naturali, & in hoc eſt difficultas. Hæc eſt igiť quæ-

E ſtio. Accipit igitur primo ꝙ elementa non mouētur p Solutio.
ſe, vt animal mouetur a ſe, cum moueantur a generante.
Modus aūt eſt, ꝙ cum generans dat elemento formā, dat
ſibi omnia accidentia, quæ formā illā conſequuntur, vt
locum qualitates & motū, niſi aliquid impediat. Verbi
gratia, cum elementum eſt ignis ſtatim in prima eius par
te in qua igneitas eſt ab igne generante ſunt omnia acci-
dentia in igne, vt ignis eſt, quorum vnum eſt motus ſur-
ſum. Nam vt in parte genita eſt aliquid leuis, ita aliquid
loci ſurſum, & alia propria ei. Secūdo accepit ꝙ omnia
hæc, & pcipue motus non ineſt elemētis, niſi propter for-
mā. cauſa aūt, quia non inſunt hęc elemento, niſi mediāte
ipſo genito elemento. Pars autem præcipua eſt forma, igi
tur motus & alia propria inſunt mediante forma. Ter-
tio concludit, ꝙ motus non eſt primo à motore extrinſe-
co, ſcilicet generante, ſed imediate eſt ab elementi forma.
Concludit quarto, ꝙ motus naturalis elementi habet
hoc propriū, generante ipſo ceſſante pōt remanere modo
F non impediatur, quia remanet forma a qua eſt imediate.
Vltimo concludit, ꝙ hoc pacto elementa aſſimilātur
his, quæ mouentur per ſe, vt animalia, quia ceſſante mo-
tore extrinſeco cōtinuant motū. Ex his vult habere ꝙ ge
nerans non eſt imediatū mouēs, ſed forma. Deinde ſeq
tur illa pars. Et qa motor, vbi vult declarare, qūo motor
& res mota diſtinguantur in elemētis, & accepit ꝙ in his
quæ mouentur à ſe perfectiue, & initiatiue, vt aīalia ſunt,
motor & res mota diſtinguuntur eſſentialiter. Nam mo-
tor eſt aīa, & res mota eſt corpus. Secūdo accepit, ꝙ in
elementis motor & res mota, idē eſt ſm ſpēm, hoc eſt ſm
ſpēm ſubiecti, ſed differunt ſm modū, hoc eſt ratione. Sic
igitur vult, ꝙ in elementis motor & res mota idem ſunt
ſubiecto, & differunt ratione. Differunt quidem ratione,
quia lapis mouet ſe, vt eſt actu grauis, & mouetur, vt ha-
bet materiā, quia eſt potentia deorſum mobilis. Huius rei
cauſam affert ex eo, quia lapis cōponiť ex materia & for-
ma. Sunt autē idē ſubiecto mouens & motū, quia forma.
G mouet, & ipſa mouetur, mouet quidē vt forma, mouetur
vt in materia, quia lapis vel eius forma non eſt potētia ad
inferius niſi vt eſt in materia. Ex his infert primo, ꝙ la
pis non mouet ſe per ſe, vt animal, quod inchoatiue & p-
fectiue mouetur à ſe. Secundo infert, ꝙ lapis eget motore
extrinſeco, vt generante, à quo inchoatiue mouetur. Vel
remouente prohibens. Tertio infert, ꝙ lapis nō nume-
ratur inter ea quæ mouentur ab extrinſeco tm̄, quia tunc
eius motus eſſet violētus. Et ſic cōcludit ꝙ lapis licet mo-
ueatur ab extrinſeco aliquo modo, & ab īntrinſeco aliquo
etiā modo, tm̄ ſine medio non mouetur. Deinde ſequi-
tur. Et hoc eſt quod, vbi remouet opinionē Platonis, Pla
to enim ex hoc ꝙ in lapide vidit motorem & rem motam
idē eſſe, voluit in primo motore, & oībus idē eſſe motorē
& rem motā, & ita concluſit primū motorē mouere ſe p
ſe ac eſſentialiter. Rñdet Auerro. ꝙ non eſt ſimile, nā
in lapide licet idē ſit motor & res mota ſubiecto, differūt
rōne, vt in prima demōſtratione ſeptimi lib. phyſicorum
H demōſtratū eſt. Hoc aūt in primo motore eſſe nō poteſt,
quia non pōt diſtinctio rōnis habere fundamentū, funda
mentum enim diſtōnis rōnis inter motorē & rē motā in
elementis eſt, quia motor eſt in materia, at primus motor
nullo pacto eſt in materia. Ideo in eo nō poteſt hæc diſtin
ctio fundamentaliter reperiri, niſi forte ficte. Deinde
ſequitur. Et quia lapis ſicut, vbi accepit ꝙ lapis mouetur
à ſe quaſi per accidens, & non per ſe. Probatur, quia mo-
tor & res mota non ſunt diſtincta actu, & ita ſequitur ꝙ
lapis mouetur à principio quod eſt in ipſo, videlicet for-
ma accñtaliter, quia non habet eſſe motus niſi ab illo prin
cipio, qa nō moueť lapis niſi vt eſt potētia deorſum, qua-
re forma mouet vt eſt grauis. Iden concludendo ait, ꝙ ſi
lapis mouet vt eſt grauis, & mouetur vt eſt grauis, tunc
motor & res mota erit idem eſſentialiter, quod eſt im-
poſſibile: quare patet lapidem non eſſe eſſentialiter mo-
torem & motum, ſed ſolum mouere ſe per accidens.

Deinde

Deinde ſequitur. Et cum ita ſit. Accepit etiam nunc ꝙ lapis non mouet ſe niſi mouendo aerem, in quo eſt. Nam omne ꝙ mouet ſe per accidens, nõ mouet ſe, niſi quia mouet aliquid per ſe ad cuius motũ mouetur, quare lapis nõ mouet ſe niſi mouẽdo aerem, ad cuius motum mouetur, vt de homine in naui, qui mouet nauim, & ſe ad motum illius. Deinde ſequit. Et cum ita ſit, aer igitur. His ſuppoſitis & bene declaratis ſoluit quæſtionẽ, videlicet quo modo aer cõcurrit ad motum grauium & leuium, & vult ꝙ aer, vel aqua non modo confert motui naturali, ſed eſt neceſſarius, confert quidem quatenus eſt grauis & leuis, eſt autem neceſſarius, quatenus graue vel leue nõ mouetur ſe per ſe, ſed per accidens mouẽdo aerem, ad cuius motum mouetur, per formã enim eius mouet aerem, & per materiam mouetur ab aere moto. Hæc Auerroes de digreſſione.

Quæ Expoſitor. Obÿcit huic determinationi Expoſitor, primo, quia forma nõ eſt immediatum principium motus in grauibus vel leuibus vt agens motum, ſed vt quo mouẽs mouet. velut color eſt principium viſionis, quo aliquid videtur. Secundo, quia octauo phyſicorum Ariſt. ait, ꝙ grauia & leuia non mouent ſeipſa, & propterea concludit illa habere principium patiendi, & non agendi motũ.

Secundo principaliter arguit, ꝙ non requiritur alia reſiſtentia extrinſeca, ꝗ̃ illa quę eſt inter genitũ & generans, & ſic non requiritur aer, vt medium reſiſtens, quia reſiſtẽtia intrinſeca ſufficit. Videtur autem hæc ſentẽtia verbis Ariſt. cõuenire, nam de motu violẽto loquens ait. ſi enim non quid tale corpus eſſet, violentus motus ſane nõ eſſet, de naturali autem inquit. Et ad eum etiam qui eſt ſm naturam cuiuſq; promouet eodẽ modo, & non dixit eſſe neceſſarium, ſed promouere. Ex his Expoſitor tenet in motu violento eſſe neceſſarium aerem, in naturali autem motu concurrere ad bene eſſe. Sed qm̃ hæ materiæ ſatis in libris phyſicorũ ſunt diſputatæ, ne libros repetitionibus impleamus, tantum defendimus Auerroem.

Defenſio Auer. Ad primã Auerroes concedit aſſumptum, nam totum eſt quod mouet, & totum eſt quod mouetur, verum ratione formę totum mouet & ratione materię totũ mouetur. Vel dici poteſt ꝙ totum eſt quod mouet ratione formæ vt forma, & totum eſt quod mouetur ratione formæ, non quidẽ vt forma, ſed vt in materia. Ad ſecundam concedo ꝙ grauia & leuia non mouent ſe per ſe vt animal mouet ſe inchoatiuè et perfectiuè, ſed mouentur à ſe per accidens, vt dictum eſt mouendo medium, & propterea habent principium patiendi motum ab alio, ſ. generante. Ad ſecundum principale patuit ſol. quarto phyſicorum cõmẽ. 71. Vbi Auerroes declarauit reſiſtentiam non eſſe niſi ratione medÿ, et ita vult nullam eſſe reſiſtentiam intrinſecam. Ad vltimam patet ſolutio, ait enim in motu naturali medium promouere eodem modo, vt in violento, ſi igitur dicit eodem modo, igitur eſt neceſſarium vt in motu violento. Hæc itaq; dixi curſim, quia in libris phyſicorum copioſe diximus.

Quod autem neq; omniũ, neq; nullius ſimpliciter ſit generatio ex dictis perſpicuum eſt. D Impoſſibile.n. eſt vniuerſi corporis generationem eſſe, ſi nõ & vacuum quid ſeparatum eſſe poſſit; quo enim in loco id quod generat erit, cum fuerit genitum, in hoc prius vacuũ eſſe, ſi nullum ſit corpus, neceſſe eſt.

Vniuerſi Omnis Cum Sa

Expoſitio. Hactenus de motu locali, quo modo corporibus naturalibus cõpetit, ſatis explicauit, nunc de generatione proponit duas contrarias eſſe ſimul falſas, videlicet omnium eſt generatio, nullorũ eſt generatio, ambæ enim falſę ſunt hæ. Et hoc inquit. Quod autẽ neq; omnium, neq; nullius ſimpliciter ſit generatio ex dictis hęc cõtra Platonem, & contra Democritum patet. Sed quia imperfecte declaratum eſt, declarat iterum. Et primo, ꝙ non omniũ ſit generatio declarat ex hoc, quia mundus nõ poteſt generari, A quia ſi mundus ſimpliciter generaretur, eſſet vacuũ præcedens. deducit, quia ſi nullum præceſſit corpus ante generationẽ mundi, nõ preceſſit plenũ, & preceſſit aliquod corpus de cuius corruptione fit mundus, & non in pleno, igitur preceſſit in vacuo, quare ſi mundus generaretur, oportet eſſe vacuum ſeparatũ. Vnde inquit. Impoſſibile enim eſt vniuerſi corporis generationem eſſe, & per vniuerſum corpus intelligit mundum ipſum. dico impoſſibile eſſe mundum fieri, ſi non & vacuum quid ſeparatũ eſſe poſſit, deducit, & inquit. Quo enim in loco id quod generatur erit, cum fuerit genitum, in hoc vacuum prius eſſe, ſi nullum ſit corpus, neceſſe eſt, & tale vacuum eſt, videlicet ſpacium actu carens corpore, potens tamen ipſum habere. eſt igitur ratio Ariſto. breuis, ſi mundus generarẽ, prius fuiſſet vacuum ſeparatum. Dixit autẽ ſeparatum, quia nonnulli bene conceſſerunt vacuum imbibitum corporibus. Democritici enim dixerunt corpora componi ex vacuo & pleno, nemo tamen conceſſit vacuum ſeparatum, ideo hoc impoſſibile eſt apud omnes Philoſophos. B

Quo vero ad verba attinet. Vniuerſi corporis, græce eſt ἁπαντος σώματος latine vero omnis corporis, verũ ipſum omnis nõ diſtributiue, ſed integraliter tenetur, quia pro ipſo toto mundo intelligitur.

Aliud quidẽ enim ex alio fieri corpus poſſibile eſt, velut ex aere ignem. Sed omnino ex nulla alia præcedẽte magnitudine impoſſibile eſt. Maxime quidẽ enim ex quodã corpore potentia exiſtente actu corpus fit. Quare ſi id quod eſt potentia corpus, nullum aliud actu corpus ſit prius, vacuum erit ſeparatum.

Quare Sed ἀλλὰ.

Remouet cauillũ quendã. nam videmus vnũquodq; corporum generari nullo vacuo exiſtente, velut ex aere fieri ignem nullo vacuo exiſtente, igitur non eſt verum, ꝙ ſi vniuerſum generetur, vacuum preſit. Reſpondet, C & inquit. Aliud quidẽ enim ex alio fieri corpus poſſibile eſt, velut ex aere ignẽ, ſed omnino ex nulla alia præcedente magnitudine impoſſibile eſt. Eſt igitur ſolutio, ꝙ ſecus eſt de particularibus corporibus, & de ipſo vniuerſo. Nã de particularibus corporibus poteſt vnũ corpus fieri ex alio non præcedente vacuo, de vniuerſo autem fieri non poteſt, niſi vacuũ prẹſit. Huius differentiæ cauſam aſſignat, & accipit velut quandã ſuppoſitionẽ, omne corpus actu fieri ex quodam corpore potẽtiã. Vnde inquit. Maxime quidem enim ex quodã corpore potentia exiſtente actu corpus fit. Hæc eſt ſuppoſitio, quam nõ aliter declarat, quia in libris phyſicorũ ſatis eã declarauit, illic enim declaratum eſt: omne quod actu fit, fieri ex ente in potentia, hac ſuppoſitione exiſtente cõpleatur ratio hoc pacto, corpus actu fit ex corpore exiſtẽte in potẽtia, vniuerſum quod fit, eſt actu corpus, igitur fit ex corpore exiſtente in potentia. Quæro igitur de illo corpore exiſtente in potentia ex quo fit, vel eſt actu corpus, vt ignis, vel aer, vel id D genus, vel eſt omnino poteſtate & nullo modo actu, non eſt actu ignis vel aer & id genus, quia tunc vniuerſum nõ fieret penitus, igitur eſt corpus mere in potentia, tale aũt eſt vacuum, eſt enim vacuum ſpatium, quod nullum corpus eſt, ſed poteſt omne recipere, et ideò Ariſt. breuibus, inquit. Quare ſi id quod eſt potentia corpus, ex quo vniuerſum fit, nullum aliud actu corpus ſit prius, vt nec aer, nec ignis, nec id genus, aliquod vacuum erit ſeparatum, ex quo videlicet ipſe mundus oritur, & ſic patet quomodo ſecus eſt de generatione corporum particularium, & de generatione vniuerſi, nam ad generationem vniuerſi ſequitur vacuum preceſſiſſe, ad generationem vero particularium corporum non ſequitur vacuum preſuiſſe.

Expoſitio.

Auer. commen. 20. Auerroes vero textũ hunc introducit aliter, vult enim ꝙ Ariſt. pertractet opiniones antiquorũ de generatione, quæ ſunt duæ, vt in principio huius libri dixit, prima, ꝙ omnia ſunt generabilia. Secunda, ꝙ nullum ens eſt generabile,

rabile, quæ opiniones ſunt cõtrariæ, vult igitur Auerroes ꝙ Ariſt. nunc perſcrutetur has opiniones, nam ſenſui patet non omnia eſſe generabilia. Ideo de generatione quærit, vtrũ generatio exiſtat in omnibus, an in aliquibus ſic, & in aliquibus nõ. Addit tamen Auerroes, ꝙ illa diuiſio per contraria non eſt dubitabilis, quia ſenſibus patet non omnia eſſe generabilia, ſed quærendum eſt vtrũ omnia ſint generabilia, aut nõ omnia, ſed vel quædam ſic, & quædã non. Probat igitur Ariſt. ſm expoſitionem Auer. non omnia eſſe generabilia, & ſupponit primo, ꝙ omne quod generatur eſt in loco, quia omne quod generatur eſt corpus naturale, & ita in loco. Ex hoc arguit, ſi igitur mundus totus fuit generatus, aut primũ corpus, neceſſe eſt ex ſuppoſitione habere locum priorẽ natura, aut tempore in quo generaretur. Vlterius, locus eſt aut vacuum, aut vltimum corporis continentis: vacuum quidem ſm exiſtimationem antiquorum, vltimum vero continentis, ſm veritatem. Si mundus generatur, non potuit ante ipſum eſſe vltimum alicuius corporis, quia ante ipſum non erat aliquod corpus: & erat in loco, in quo generabatur per ſuppoſitionem, igitur ante mundi generationẽ fuit vacuum ſeparatum. dicit Auer. ꝙ Ariſto. tacuit deſtruere conſequens, quia vacuum eſſe, patuit eſſe de impoſſibilibus, & ita ſequitur eſſe impoſſibile vt primum corpus ſit genitũ ex non corpore, & per conſequens patet fieri nõ poſſe vt corpus ſit genitum ſm totum ſimpliciter, ita vt nullum corpus ſit omnino ante eius generationem, & tota cauſa eſt, quia daretur vacuum ſeparatum. Deinde ſequitur illa pars commenti. Et quaſi intendebat. Vbi Auer. reſumit vim rationis Ariſt. & ait ꝙ ſi corpus ita fiat, vt nullum penitus præſit corpus, neceſſe erit aut vt fiat ex non corpore ſimpliciter, quod nec actu nec potentia corpus ſit, aut fiat ex aliquo copore quidem potentia, actu autem nõ corpore, primum eſt impoſſibile, vt ſupponit, quare ſequitur corpus fieri ex nõ corpore actu, ſed potentia corpore, & ſi ita eſt ſequitur vacuum eſſe, nam vacuũ eſt corpus in potentia, quod actu eſt ſeparatum à forma, & accidentibus formæ, & tale eſt dimenſio abſtracta, in qua eſt corpus genitum, & hoc dicitur vacuũ. Addit ꝙ vacuum eſſe ſequitur ad eos qui dicunt corpus ſimpliciter fieri, vel dicentibus primũ corpus fieri, non autẽ ad eos qui dicunt quoddam corpus fieri ex quodã corpore, vt eſt opinio Ariſto.

Deinde ſequitur illa pars. Et ideo videmus. Vbi ponit differentiam inter loquentes ſuæ legis, & antiquos Philoſophos, licet vtrorũq; opinio redeat in idem. Nam loquẽtes ſuæ legis dixerunt mundũ eſſe genitum ex nõ corpore ſimpliciter, videlicet quod nec actu nec potentia corpus eſt, & ita quaſi ex nihilo, & ita dicunt vacuũ præceſſiſſe. Antiqui vero dicunt factum eſſe mundũ ex non corpore actu, ſed potentia corpore, quia voluerunt actionẽ agentis fundari in ente, quia agens nõ operatur in nõ ente, ſed in ente potẽtia, propterea etiã antiqui poſuerunt aliquod quantum ſeparatũ à forma & accidentibus formæ, quod vocant vacuum. Ecce quomodo differunt, ſed redeunt in idem, quia vtraq; opinio concedit vacuum. Deinde ſequitur illa pars. Et hoc quod dixit. Vbi quædã verba Ariſt. animaduertẽs dupliciter illa exponit, verba enim eius vt in tranſlationibus eius reperiũtur ſunt, Sed corpus quod eſt in potentia, ſi non fuerit illic aliud corpus in actu, inuenietur illic locus vacuus ſeparatus à corpore. Hæc ſunt verba in ſuis tranſlationibus. Vbi Auer. ait ꝙ poſſunt intelligi ſi corpus quod eſt in potentia, non habuerit actu formam corpoream, tale corpus erit vacuum, quia eſt dimẽſio ſine forma & accidentibus formæ, quod erit vacuum. Vel aliter, ſi ſit generatio corporis ex corpore in potẽtia, & non fuerit poſitum illic aliud corpus actu, ſed ſolũ corpus quod eſt in potentia, tunc erit dandum vacuũ, ait hãc expoſitionẽ eſſe manifeſtiorem, quia non ſequitur eſſe vacuum ex eo quia ponitur corpus fieri ex ipſo corpore in potentia, nam omnes concedunt hoc, ſed ex eo quia ponitur corpus fieri ex corpore in potentia, & nullum eſt corpus

E actu præter illud corpus in potentia. Nam ſi præceſſiſſet corpus in potentia, & nullum aliud fuit corpus actu: cum omne quod fit, eget loco, ſequitur eſſe vacuum ponẽdum in quo genitum ponitur. Deinde ſequitur illa pars. Impoſſibile autem quod contingit. Vbi remouet quendam errorem, nam aliqui dixerunt corpus eſſe abſtractũ à. 10. prædicamentis. Contra obijcit Auer. quia hoc dato, tunc aliquid eſſet actu, & non eſſet actu, eſſet quidẽ actu, quia ponitur ens ſeparatum à. 10. prædicamẽtis, quod niſi actu eſſet, non poſſet ſeparatũ poni. Quod vero nõ eſſet actu, probat, quia ens in potentia eſſe non poteſt, niſi eſſet pars alicuius entis actu, hæc enim differentia eſt, vt dicit inter non eſſe, & eſſe in potentia, quia eſſe in potentia eſt pars entis actu, nõ eſſe vero nullius eſt pars, cum nihil ſit. Ex his colligit intellectum primæ materiæ, prima enim materia non eſt actu ſeorſum, ſed bene eſt in ente actu, quia illius pars, nõ enim poteſt eſſe ſeparata ab illo, verum de illa ſe feciſſe ſermonem prolixiorem in primo phyſicorum

F aſſerit. Obijcit autẽ Simplicius hic contra Ariſto. quia Ariſt. voluit nullũ corpus fieri ſimpliciter, quia tũc eſſet vacuum. Cõtra ait, quia videmus ignem fieri ex nõ igne, igitur corpus ex non corpore, cuius oppoſitum ait Ariſt. Quę Sim.

Rectè reſpondet Expoſitor, ꝙ Ariſt. bene concederet corpus fieri ex nõ corpore ſm indiuiduum, non autem ſecundum genus, ita vt dicatur corpus fieri ex non corpore ſimpliciter, ꝙ nullum omnino præſit corpus: nam reuera ſequitur vacuum eſſe, vt deductum fuit. Sed vbi ponitur corpus ſecundum indiuiduum fieri ex non corpore ſecundum indiuiduum, non ſequitur vacuũ eſſe, quia ſemper præeſt corpus ſecundũ genus. Præterea quæ Auerroes contra loquentes ſuæ legis induxit, non ſunt contra fidem noſtram, quia nos non dicimus mundum generari, ſed ex nihilo fieri, ideò non oportet concedere vacuum. & propterea rectè ſentit Expoſitor, qui ait Ariſtotelem locutum eſſe de generatione, & non de creatione. Nam ſi mundus generaretur vera generatione, oportet procul G dubio concedere vacuum ante mundũ, vt deductum eſt, nos vero dicimus mundum ex nihilo fieri, ideo ante eum nihil niſi deus creans præfuit. Expoſitor quæ.

Reliquum aũt eſt dicere quorum corporũ generatio eſt, & quã ob cauſam eſt. Cum igitur in omnibus cognitio ſit per prima: prima aũt, eorũ quæ ſunt ſint elementa, conſiderandum eſt, q̃ ſunt taliũ corporũ elementa, & cur ſunt, deinde poſt hæc quot, & qualia quædã ſint. Quæ Qualia

Nunc quæ ſit corporum generatio oſtendit, & præmittit intentionem, & ordinem, & inquit. Reliquum aũt eſt dicere quorum corporum generatio eſt. hoc autem dicit, quia nec omnium corporum nec nullorum generatio eſt, ſed aliquorum, ideo quærit quorũ ſit generatio, & quam ob cauſam eſt ſup. illorum generatio, & (vt recte ait expoſitor) hæc conſideratio inchoatur in hoc libro, & in libro H de generatione perficitur. Deinde tangit ordinẽ, & inquit. Cum igitur in omnibus cognitio ſit per prima, ex quibus definitiones & demonſtrationes conſtant. Prima autem eorum quæ ſunt, ideſt rerum naturalium, ſint elementa, intellige de intrinſecis principijs, quia finis & agens ſunt priora, conſiderandum eſt, quæ ſunt talium corporum elementa, ſcilicet generabilium, & qua ratione ſunt elementa, deinde poſt hæc quot ſint elementa, & qualia quædam ſint. Hæc de intentione & ordine. Expoſitio.

Hoc autem manifeſtum erit, ſi ſuppoſuerimus quænam eſt ipſius elemẽti natura. Sit igitur id corporum elementũ in quod cętera corpora diuiduntur, in quibus ineſt potentia, aut actu, hoc enim vtro modo ſe habet, dubitabile eſt adhuc, ipſum autem eſt in diuerſa ſpecie In qb°, verbũ ẽ additũ. Se habet, eſt verbũ additum.

indiuiſibile:

indiuiſibile, tale quid enim omnes ipſum elementum, & in omnibus dicere volunt.

Expoſitio. Exequitur nunc de propoſita intentione, & primò adhuc particularius proponit intentionē, & inquit. Hoc autem manifeſtum erit, ſi ſuppoſuerimus quęnam eſt ipſius elementi natura, & ſic particularius proponit dicere quid ſit natura ſeu definitio elementi, addit. Hoc aũt manifeſtũ erit, & reliqua, vt innuat propoſitam intentionem patere ex definitione elemēti, & ideo eam vult proponere, deinde proſequit̃ definitionē elementi. *Elemētũ, qd* Vbi debes ſcire tria eſſe de ratione elemēti, quod greci vocāt σοιχεῖον primũ, quod ſit corpus, ad quod cætera corpora reſoluuntur. per hoc enim quod eſt corpus, differt à materia & forma, quę *Prima conditio.* licet dicantur vniuerſalia elementa in libro phyſicorũ, tamen hic non habent rationē elementi, de quo loquimur. Per illud vero ꝙ ad ipſum cætera corpora reſoluunt̃, diſ- *Li. 5. Meta.* fert à cæteris cauſis, nam non omnis cauſa dici poteſt elementum, ſed ſolum, quæ compoſitionē ingreditur. *Secunda.* Secundum vero eſt, ꝙ elementũ inſit in illis, quorum eſt elementũ actu vel potentia, dixit aũt actu vel potentia, quia nondum patet quo modo elementũ inſit corporibus miſtis vtrum actu vel potentia, ſed in libris de generatione patebit, nam ſi generatio vel corruptio ſit per cōgregationem vel ſeparationem, elementa actu ſunt in miſtis, ſi vero ſit per mutationē ſubſtantiæ, elemēta ſunt poteſtate in miſtis. *Tertia.* Tertium autem eſt, ꝙ elementum nō diuidatur in alia differentia ſpecie, omne enim corpus diuiſibile eſt, verum quędā diuiduntur in corpora ſpecie differētia, vt animal, quod diuidit̃ in membra ſpecie differentia. Quędam autem diuiduntur in partes quæ non differunt ſpecie, vt aer, ignis &c. elementũ itaq; nō diuiditur in corpora differentia ſpecie. Hæc tria tangit, & inquit. Sit igitur id corporum elementum, in quod cætera corpora diuidunt̃, eſt igitur elementum de numero corporum id, in quod corpora diuiduntur, et ſic habetur primum. Deinde tangit ſecundum, & inquit. In quibus ineſt potentia vel actu, & quia nondum patet quomodo elemētũ inſit miſtis, addit, hoc enim vtro modo ſe habeat, dubitabile eſt adhuc, quia in libris de generatione declarabitur ſi elemētum inſit miſtis potētia, vel actu. Deinde tangit tertium, & inquit. Ipſum autem eſt in diuerſa ſm̃ ſpeciem indiuiſibile, quia licet diuidatur in corpora, omnia illa in quæ diuiditur, ſunt eiuſdem ſpeciei. Hoc eſt tertium, ex quibus tribus cōſtat definitio elementi. Deinde probat hanc definitionē, & probatio eſt ex cōmuni vſu loquētium, quia hæc definitio eſt etiam ſm̃ nomen, modo nominibus vtimur, vt plures, vt dicitur ſecũdo topicorum. Vnde inquit. Tale quid enim omnes ipſum elementum, & in omnibus dicere volunt. Sic igitur volunt dicere quid tale elementum omnes, & in omnibus, quia in corporeis locutionibus & in demonſtrationibus, in quibus principia dicunt̃ elemēta, quę non reſoluuntur in alia principia. Hæc de definitione elemēti.

Auer. comment. 31. Auerroes aũt in illis verbis. Hoc aũt erit manifeſtum. Et reliqua, ait hũc proceſſum eſſe à definitione rei ad ſuũ accidēs, & cauſam aſſignat, quia ratio elemēti accidit corporibus ſimplicibus quæ ſunt, ignis, aer, aqua, & terra, & propterea proceſſus eſt ab ipſa definitione elementi ad accidens corporũ, quod eſt eſſe elemētũ. Secundo Auer. notat ꝙ Ariſt. indiſtincte loquit̃ de modo quo elementũ eſt in miſtis, ait enim aut potentia aut actu, propter differentes opiniones, vt diximus circa textum. Tertiò notat Auer. ꝙ elementum hic aliter accipitur ꝗ̃ in libris phyſicorum, quia hic loquitur de elementis miſtorum, illic vero de elementis ſimplicium & miſtorum, quæ ſunt materia & forma. Et addit ꝙ materia & forma dicunt̃ elementa ęquiuocè, quia quando compoſitum reſoluitur ad ipſa, non remanet niſi materia, ſed quando miſta reſoluuntur ad corpora ſimplicia, ipſa remanent. Hæc Auer. hic.

Si igitur id, quod eſt dictum, eſt elemētum, talia quędam corporũ eſſe neceſſe eſt. Nam in A **carne quidē ac ligno cæteriſq; id genus ineſt ignis potentia atq; terra, quippe cùm hęc ex illis manifeſtè ſegregentur. In igne autem caro aut lignum nō ineſt neq; potentia neq; actu: ſegregarētur enim iam. Similiter neq; ſi vnũ quid ſolũ ſit tale, in illo eſt: neq; enim ſi caro, aut os, aut quoduis cæterorum erit dicendum eſt cōtinuò potentia ineſſe, ſed pręconſiderādum eſt quis nam ſit modus generationis.**

Nunc oſtendit quæ & quot ſunt elemēta, ſed primo ex definitione data de elemento concludit eſſe quędā corpora, quę ſunt elemēta, inquit. Si igitur id quod eſt dictum, eſt elementũ, talia quædam corporum eſſe neceſſe eſt, & hoc oſtendit per hoc, quia ſunt quędā corpora quibus cōpetunt conditiones poſitæ in definitione elementi, & hoc inquit. Nam in carne quidē, ac ligno, cæteriſq; id genus, B ineſt ignis potētia atq; terra, quia hæc miſta fiũt per quandam alterationem ex illis, & ſic propter hanc conditionē, quæ competit terræ & igni, habetur eſſe quædā corpora elemēta, quę ſunt ignis & terra, & cętera id genus. Probat aũt ita eſſe ex ipſa ſegregatione, & inquit. Quippe cũ hæc ex illis manifeſte ſegregētur, animal enim reſoluitur in puluerem, et in quandam humoroſitatē, atq; in quoſdā vapores, & etiam cætera miſta eodē modo. *Verborũ explicatio.* Quo vero ad verba attinet, per ſegregationem nō intelligit diſſolutionem quantitatiuam, ſed reſolutionē, vt intelligenti patet: quia ſegregatio fit eorum quę ſunt in actu coniuncta, reſolutio vero eorum quæ ſunt potentia vnum. Quod autem caro & os & cætera id genus nō ſint elementa illorũ oſtendit, & inquit. In igne aũt caro aut lignum non ineſt, neq; potentia neq; actu, cuius ſignum, affert dicens, ſegregarētur enim hęc ex igne, ſi ſup. eſſent in illo, quod nullo modo apparet. Nam licet caro vel lignum ſit ex elementis, nō eſt ex illis per reſolutionē, ſed per miſtionem eorũ C alteratiuam, & quia nonnulli (vt Thales) poſuerunt vnũ eſſe omnium elementũ, videlicet aquam, addit ſimiliter neq; ſi vnum quid ſolum ſit tale elementum omnium, vt Thales poſuit, in illo vno eſt caro aut lignũ, vt dicetur in libro de generatione. Sed quia quiſpiā diceret ex elementis fieri lignum & carnē & cętera miſta, & ita poſſet dici hęc miſta eſſe in elementis. Reſpōdet, neq; enim ſi caro, aut ós, aut quoduis cęterorum erit ſup. ex elementis, eſt dicēdum propter hanc rationem continuo illa ineſſe potentia in igne & alijs elementis, ſed eſt pręconſiderandum, videlicet in libro de generatione, quis nam ſit modus generationis illorum miſtorum ex elementis. Nam dicetur miſta fieri ex elementis nō per reſolutionē, ſed per miſtionē. Patet igit̃ ex ijs eſſe quædā corpora, quæ ſunt elemēta, & huius cauſa eſt, qa his cōpetit definitio data de elemento.

Auer. commen. 33. Animaduertendum eſt ꝙ textus quos Auerroes habebat à com. 33. vſq; ad. 35. parum aut nihil cōcordant, ideo in dictis Auer. non eſt facienda vis quo ad verba Ariſto.

D Notat Auer. cōmen. 33. in fine ſyllogiſmum quendam quo probat corpora ſimilaria, vt caro, os, & eiuſmodi, nō eſſe elemēta, & eſt, corpora ſimilaria diſſoluuntur in alia elementa non diſſoluuntur in alia, igitur corpora ſimilaria non ſunt elementa. Huius ſyllogiſmi prima propoſitio eſt minor, ſecunda vero eſt maior.

Anaxagoras autē contrario modo ipſi Empedocli de elementis dicit. Nam hic quidem ignem & terrā cæteraq; eiuſdē ſeriei corporũ elementa eſſe, ac omnia ex his conſtare dicit. Anaxagoras autem huius contrarium aſſerit, ſimilaria enim (dico autem vt carnem & os, & cætera id genus, elementa eſſe ait, aerem autē & ignem horum, cęterorumq; ſeminũ omniũ

Aſſerit verbum additũ. Ait verbum additum. Dicit verbũ additum. Putat verbũ additum.

miſcellam

miſcellam eſſe, vtrunq; enim ipſorum ex cunctis ſimilaribus inuiſibilibus congregatis eſſe dicit, quapropter & omnia ex his fieri putat, ignem enim & ætherem idem appellat.

Expoſitio.

Nunc ponit differentiam inter opinionē Empedoclis, & Anaxagoræ, & primò proponit eos diuerſa ſentire, immo contradictoria, et inquit. Anaxa. aūt contrario modo ipſi Empedocli de elementis dicit. Deinde exponit quo modo diuerſa ſentiunt, & inquit. Nam hic quidē ignem & terram ex eteraq; eiuſdem ſeriei corpora, videlicet aquā & aerem ait eſſe elementa corporū ſup. omnium quæ generantur & corrumpuntur, ac omnia quæ fiunt conſtare ex his. Anaxa. autē huius cōtrarium aſſerit, quatenus ait, ſimilaria vt carnem, os, & cætera id genus eſſe elementa omnium eorū quæ fiunt. Immo quod plus eſt aſſerit aerē & ignem & cætera talia eſſe miſcellam quandā horum, videlicet carnis & oſſis, & cæterorum ſeminum omnium, quę dicunt partes ſimilares, et hoc, quia vtrunq; ipſorū. ſ. aerem & ignem dicit eſſe ex ſimilaribus inuiſibilibus congregatis, ecce quomodo dicūt cōtraria omnino. Et huius cauſam aſſignauit Ariſt. in libro phyſicorum, quia poſuit quodlibet in quolibet, & quodlibet fieri ex quolibet, & ſic partes ſimilares quæ ſunt ſenſu indiuiſibiles ſunt omnium rerum principia, etiam elementorum. Empedocles autē ait elementa eſſe principia ſimilarium partiū. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire ꝙ partes eiuſmodi dicebantur ſpermata, hoc eſt ſemina apud Anaxagor. ideò ait aerem & ignem eſſe ex his, videlicet carne & oſſe, & cęteris ſeminibus, quæ ex infinitis inuiſibilibus. Et quia Anaxa. de igne nihil meminit, ideò ſubdit, ignē enim & ætherem idem appellat, & ſic, quæ dicit de æthere, intelligenda ſunt de igne, de his opinionibus prolixè dictum eſt in lib. phyſicorū, ideò nunc ſit dictū de his hactenus. Quæ dicit Auerroes in hoc cōmento non ſunt ad propoſitum, quia nec textus eius concordat cum græcis verbis. Ex his colligi poteſt prima ratio, qua probatur elemēta eſſe, quæ partim definitione elementi, partim auctoritate Empedoclis eſt comprobata.

Quæ Auer. cōmen. 30.

Cum autē cuiuslibet naturalis corporis ſit motus proprius, motuum autem ſint alij quidem ſimplices, alij vero miſti, & miſtorū quidem miſti, ſimplicium aūt ſimplices ſint, patet eſſe quędā corpora ſimplicia, ſunt enim et ſimplices motus, quare & elementa eſſe, & quam ob cauſam elementa ſint, perſpicuum eſt.

Expoſitio.

Ponit quaſi ſecundam rationem qua probat elementa eſſe, & inquit. Cum autē cuiuslibet naturalis corporis ſit motus proprius, motuum autē ſint duplices, alij quidem ſimplices, alij autem miſti, & miſtorum quidē motus miſti, ſimplicium autem ſimplices ſint, hęc ita primo huius ſunt declarata, patet eſſe quædā corpora ſimplicia in rerū natura, & hoc quia motus ſimplices ſunt in rerū natura.

Deinde epilogat, & inquit. Quare & elementa eſſe, & quam ob cauſam elementa ſint perſpicuum eſt, ſunt enim elementa, quia motus ſimplices ſunt, in quibus verbis patet ſecunda ratio, quæ eſt enthimema, cuius antecedēs eſt vna copulatiua ex tribus ꝓpoſitionibus declaratis in primo huius, conſequens vero eſt ꝙ quędā corpora ſint in rerum natura elementa miſtorum. Auer. autē qui nō habebat textum concordem cum verbis græcis, diſputat cum Themiſtio circa expoſitionē ſui textus, vult enim ipſe ꝙ Ariſt. velit ꝙ qui ponunt corpora ſimilaria fieri & reſolui in ſimilaria, nō poſſunt dicere miſta fieri ex elementis, & cauſa eſt, quia miſta nō reſoluuntur ad ſimilaria, quia ſi reſoluant ad elementa, elementa differunt ſpecie. Præterea impoſsibile eſt etiā id quod dicunt videlicet ꝙ ſimilaria fiant ex ſimilaribus, non enim facies ex faciebus, aut figura ex figuris, aut os ex oſſibus fit, cuius contrariū voluit

Quæ Auer.

E luit antiqui dicentes generationem eſſe congregationē ſimilis cum ſimili, & corruptionem diſſolutionem ſimilis à diſſimili. Patet igitur ſm hoc ens nō poſſe generare corpora non conſimilia. i. miſta ex cōſimilibus, hoc eſt partibus vnius rationis, vt dicebat Anaxa. Themiſtius vero expoſuit hoc capitulū ꝙ Ariſt. velit probare cōſimilia, quæ ſunt elementa, non eſſe infinita, nam ſi elementa ſunt infinita, differentiæ eorum erunt infinitę, dicunt etiam ꝙ differentiæ miſtorum, quæ fiunt ab elementis, ſunt infinitę, & tñ elementa nō ſequitur eſſe infinita, nam ponunt differentias in miſtis, quas nō ponunt in elementis, & ita licet differentiæ miſtorum ſint infinitæ, differentiæ elementorum non erunt infinitæ. Præterea addit Auer. ꝙ dicentes conſimilia eſſe infinita ponunt infinitum duobus modis, in quantitate, & qualitate, & dicentes partes eſſe indiuiſibiles, ponunt eas quantitates tantum, & ideo cōtingit dicentibus cōſimilia plura impoſſibilia, ꝙ̄ dicentibus partes eſſe indiuiſibiles. Animaduerſione dignum quo ad

Quæ The.

F verba, ait enim Auer. tranſlationes quas ipſe habet eſſe Alchindi, & diminutas, veriores eſſe illas Iſaac, vide commen. 56. etiam. Vbi patet nō eſſe ſibi tribuendam fidē in his, quæ dicit circa textum, quia quæ dicit, fundantur in falſis tranſlationibus. Præterea, de numeris & vnitate Auer. notat, ꝙ ſi vnitas & numeri cōſiderentur reſpectu ſubiectorum, in quibus ſunt, tunc in eis non inuenitur diuerſitas ſpecifica, qm̄ differentia ſubiectorum eſt per accidens. Sed ſi cōſiderentur inter ſe, in numeris reperit differentia ſpecifica, quia trinarius differt à quaternario, nō autem in vnitate, quia in vnitate nulla poteſt reperiri differentia niſi ratione ſubiecti: quæ eſt accidētalis, & nō eſſentialis. Hæc Auer. Quæ nō carent dubitatione, nam ſi vnitas non differt ſpecie ab vnitate, tunc numeri non videnť differre niſi ſecundum maius & minus, quatenus videlicet quaternarius plures ꝙ̄ trinarius numerus continet.

Dubitatio.

Præterea, differentia ſubiectorum aliquando eſt eſſentialis, differunt enim genere dimenſiones cœli à dimenſio

G nibus corruptibilium, quia ſubiectum differt à ſubiecto, tu vero lege quæ diximus alibi de his.

Vtrum aūt finita ſint, an infinita, & ſi finita ſint, quot numero ſint, cōſequēs eſt cōtēplari.

Expoſitio.

Hactenus quid ſit elementum, & ꝙ elementa ſint, declarauit, nunc cōſequenter pertractare proponit de finitate ac infinitate elemētorū, & proponit eius intentionem dicens, vtrum aūt finita ſint ſup. elemēta, an infinita, & ſi finita ſint, quot numero ſint, cōſequens eſt contemplari, quæ res etiam in libris de generatione plene dicetur.

Primum igitur infinita nō eſſe (vt quidam arbitrantur) contemplandum eſt, atq; eos primum, qui cuncta ſimilaria elementa faciunt, vt Anaxagoras.

Similaria Homiomera.

Expoſitio.

Propoſita intentione in vniuerſali, adhuc particularius illam proponit, & inquit. Primum igitur infinita non eſſe

H (vt quidā arbitrantur) contemplandū eſt: atq; eos primū contemplandū eſt, qui cuncta ſimilaria, quę grecè dicuntur homiomera, elementa faciunt, vt Anaxagoras, quare à poſitione Anaxagoræ proponit dicere, qui voluit partes ſimilares eſſe rerum miſtarum elementa.

ὁμοιομερῆ

Nemo enim eorū, qui ita dignum putant, recte accipit elementū. Etenim videmus multa miſtorum corporum, dico autem vt carnē, & os, & lignum, & lapidem, in ſimilaria diuidi. Quare ſi compoſitum non eſt elementum, non omne ſimilare erit elementū, ſed id quod eſt indiuiſibile in diuerſa ſecundum ſpeciem, vt dictum eſt prius.

Qui dignum putant. Dignificantium. Cenſentiū.

Obijcit igitur Anaxagorę, & primo ex definitione elementi, quia nō recte Anaxagoras accepit elementum, cū

Expoſitio.

dixit

dixit ſimilare corpus eſſe elemẽtũ, nam caro, os, lignũ, & lapis, ſunt ſimilaria corpora, quę nemo dicet eſſe elementa, & ꝙ nullum horũ ſit elementum, probat, quia nullum compoſitũ eſt elementũ, quoddã ſimilare eſt cõpoſitũ, vt caro, os, lignũ, & lapis, quia quodlibet horum reſoluit ad elementa, vt patet, quare non oẽ ſimilare eſt elementum. propterea cõcludit illud ſimilarũ eſſe elementũ, quod eſt indiuiſibile in diuerſa ſm ſpeciẽ, vt ignis & aer, & cætera id genus, quorũ nullũ diuidit̃ in partes differentes ſpecie, inquit. Nemo enim eorũ, qui dignũ putant, recte accipit elementũ. Dignũ putant, gręcè eſt ἀξιοῦντων & põt latinè exponi cenſentium, vel putãtiũ, & quod nemo horum rectè acceperit elementum, probat, & inqt. Etenim videmus multa miſtorũ corporum, dico aũt vt carnẽ, & os, & lignum, & lapidẽ, in ſimilaria diuidi, & tñ nullum horum eſt elementum. Deinde ſyllogizat quod dixerat, & inqt. Quare ſi cõpoſitum ſup. ex diuerſis ſpecie nõ eſt elementum, & ſupple aliquod ſimilare eſt cõpoſitum, cõcludet̃, non oẽ ſimilare eſſe elementum, ſed concludet̃ id eſſe elementum, quod eſt indiuiſibile in diuerſa ſm ſpeciẽ, vt dictum eſt prius. B Hæc eſt prima ratio accepta à definitione elementi, nõ quidẽ contra infinitatẽ principiorum, ſed contra acceptionẽ ipſius elementi. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire, ꝙ homiomera .i. ſimilaria corpora duplicia ſunt, quædã homiomera exiſtenter, quędã apparenter, vt notãt græci expoſitores: apparenter quidẽ homiomera ſunt corpora, quę vident̃ diuidi in partes eiuſdem rationis, vt caro, & os, nam quęlibet pars carnis eſt caro, & quęlibet pars oſſis eſt os. Non aũt dicuntur homiomera exiſtenter, quia nõ diuiduntur in homiomera corpora prima diuiſione, quia caro prima diuiſione diuidit̃ in quatuor corpora quæ ſunt elementa, quæ non ſunt eiuſdẽ ſpeciei, ignis vero & aqua & aer & terra ſunt homiomera exiſtenter, quia non diuiduntur in corpora prima diuiſione, quæ ſunt diuerſarum ſpecierum, ſed in partes eiuſdem rationis. Nam licet diuidantur in materiam & formã, hęc non ſunt corpora, ſed partes eſſentiales, vt patet. C Sic igitur elementum malè acceperunt. Hæc Ariſtoteles.

Similaria corpora duplicia.

Adhuc autem neq; ſic elementum ſumentibus, facere infinita neceſſe eſt, omnia enim eadem etiã finitis exiſtentibus reddentur, ſi quiſpiam velit, idẽ enim facere, ſi duo aut tría talia ſolũ ſint, vt & Empedocles nititur, cum enim ipſis & hoc modo nõ omnia ex ſimilaribus facere accidit (faciem enim non ex faciebus faciũt, nec aliud quicq̃ eorũ quæ ſm naturã figurata ſunt) patet longè melius eſſe principia facere finita, & hæc tanq̃ minima, ſi eadem omnia demonſtrari poſſint, quemadmodũ & qui in mathematicis cenſent, ſemper enim, aut ſpecie, aut quantitate finita principia ſumunt. D

Sumentes Sumẽtibus Velit Sumpſerit.

Facere, verbum additũ.

Poſſint Futura ſint.

Expoſitio.

Secundò obijcit Anaxagoræ ratione tacta in phyſicis, videlicet ꝙ dato ꝙ Anaxagoras bene ſumeret elementũ, nõ recte facit principia infinita, & addit rationẽ, quia omnia ea quæ ſaluari poſſunt ꝑ principia infinita, ſaluari poſſunt per finita, & ęque bene, quare fruſtra principia infinita facit, inqt. Adhuc aũt nec ſic elementum ſumẽtibus vt Anaxagoras ſumit, neceſſe eſt facere infinita elementa tanq̃ rerum miſtarum principia, & reddit cauſam, quã in phyſicis poſuit, & inquit. Omnia enim eadem etiã finitis exiſtentibus elementis reddent̃, ſi quiſpiã velit ſup. reddere, idẽ enim faciet ſi velit, ſi duo aut tria talia ſolũ ſint, vt & Empedocles nititur facere. Deinde (vt mihi videt̃) alia quaſi ratione ſumpta, præponit Anaxagorę Empedoclẽ, & inquit. Cum enim ipſis & hoc modo nõ omnia ex ſimilaribus facere accidit (faciẽ enim non ex faciebus faciunt, nec facere poſſunt, nec aliud quicq̃ eorum quę ſm naturã A figurata ſunt) patet longe melius eſſe principia facere finita, & hęc tanq̃ minima ſi fieri poteſt, & ſi hęc eadẽ demõſtrari poſſint per finita, quæ demonſtrantur per infinita, quemadmodũ & q in mathematicis cenſent ſup. faciunt, qui ſemper aut ſpecie, aut quãtitate, hoc eſt numero, finita principia ſumunt. Sic igitur Ariſto. prius obiecit Anaxagoræ ratione ſimpliciter, ſecundo obiecit eidẽ pręponẽdo ſibi Empedoclẽ. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire ꝙ quæ ſunt rerum principia eſſendi, ſunt etiã principia demonſtrandi accidentia per ſe rerum. Et propterea Ariſto. voluit melius dixiſſe Empedoclem q̃ Anaxago. quia res potuit facere, & demonſtrare accidentia illarum per principia finita, quod non fecit Anaxa. & ſic melius fecit & quo ad rerum generationẽ, & quo ad rerũ demonſtrationem, vt tangit Ariſtoteles in libro poſteriorum.

Præterea ſi corpus à corpore diuerſum dicitur ſecundum proprias differẽtias, corporum B autem differentiæ ſint finitæ (ipſis enim ſenſibilibus differunt, atque hæc ſunt finita, quod quidem demonſtrari oportet:) patet & elemẽta neceſſariò eſſe finita.

Tertiò arguit Ariſt. ſyllogiſmo hypothetico, cuius antecedens eſt vna propoſitio cõpoſita copulatiua ſic, præterea ſi corpus à corpore proprijs differentijs diuerſum dicitur, & corporum differentiæ ſunt finitæ, hoc eſt antecedens, verum anteq̃ inferat conſequens: probat ſecundam propoſitionem, & inquit. Ipſis enim ſenſibilibus differũt corpora ipſa, quæ ſunt calidum, humidum, ſiccum, & frigidum atq; hæc ſunt finita. Quod quidẽ demõſtrari oportet ſup. in libro de generatione, & vſq; ad illum locum relinquatur. Concludit propoſitum, & inquit, patet & elementa neceſſario eſſe finita. Poteſt autem ſyllogiſmus categoricè ſic componi, quorumcunq; corporum differentiæ ſunt finitæ, ipſa ſunt finita, differentiæ elementorum C ſunt finitę, igitur elementa ſunt finita. Minor probabitur in libro de generatione, quia tot ſunt combinationes poſſibiles. Hæc Ariſto. & ita Ariſto. in hac ratione ſupponit duo. primum, ꝙ corpus à corpore nõ differt niſi proprijs differentijs. ſecundum, ꝙ differentię corporum elementorum ſunt finitæ, ex his ſequitur elementa eſſe finita.

Expoſitio.

Præterea etiam nec vt quidam alij dicunt vt Leucippus & Democritus abderites, ea quæ accidunt, rationi ſunt cõſentanea, primas enim magnitudines multitudinè quidem infinitas, magnitudine autem indiuiſibiles eſſe dicunt, & neq; ex vna multa fieri, neq; ex multis vnũ, ſed harum cõplexione, amplexioneq; omnia generari. Et hi nanq; quodã modo numeros omnia q̃ ſunt, atq; ex numeris faciunt. D Nam & ſi non dilucidè dicunt, hoc tamen dicere volũt. Et inſuper cum figuris corpora differãt, figurę vero ſint infinitæ, infinita & ipſa ſimplicia corpora eſſe dicunt. Qualis aũt & quæ eſt vniuſcuiuſq; elementi figura, nihil definierunt, ſed igni ſolum ſphæram tribuerunt, aerem autem & aquam & cætera magnitudine paruitateq; diuiſere: quia natura ipſorum eſt vt omnium elementorum ſemen.

Semen Panſperma.

Conſequẽter obiterq; opinionẽ Democriti & Leucippi narrat, deinde illi contradicit, inquit. Præterea etiã nec vt quidam alij dicunt, videlicet Democritus abderites et Leucippus, eã q̃ accidũt circa generationẽ corruptionẽq; rerũ ſunt rationi cõſentanea. Poſteà narrat ea q̃ dixerunt circa generationẽ: & inquit. Primas enim magnitudines

Expoſitio.

multitudine

E

multitudine quidem infinitas, magnitudine indiuiſibiles eſſe dicunt, eſt igitur eorum quæ dicunt primū, videlicet ꝙ primæ magnitudines ſunt multitudine infinitę, magnitudine vero indiuiſibiles, hæc Democritus vocat atoma. Ponit ſecundum eorum, quę dicunt, & inquit. Et neq; ex vna illarum magnitudinū dicunt multa fieri, neq; ex multis vnum, ſed dicūt omnia generari harum magnitudinū complexione amplexin neq;. Differt aūt amplexin ab ipſa complexione, quatenus amplecti eſt circumcirca plecti, cōplecti vero eſt ſimul plecti. Dixerunt igitur res fieri vtroq; modo aggregatione magnitudinū, videlicet amplexione & complexione. Eorum etiā quæ dicunt, tertium eſt quod ait, & hi nanq; quodā modo numeros omnia quę ſunt, atq; ex numeris faciūt. Sed quia hoc nō apte dicunt, oſtēdit eos ſic velle dicere, & inquit. Nam & ſi nō dilucide hoc dicunt, hoc tamē dicere volunt. in eo.n. ꝙ dicunt phyſica fieri ex corporibus, videntur dicere non omnia fieri ex numeris, in eo aūt ꝙ ponunt corpora illa atoma quaſi vnitates, velle vidētur omnia fieri ex numeris.

F

Deinde ponit quartum eorū quæ dicunt, & inquit. Et inſuper cum figuris corpora differant, vt nunc ſupponit ad mentem illorū: figuræ vero corporum ſunt infinitę, infinita & ipſa ſimplicia corpora eſſe dicunt, & ſic quartum eſt quod atoma corpora ſunt infinita, quia corporū quę fiunt ex atomis figuræ ſunt infinitæ. Deinde addit quæ prętermiſerunt de elemētis, & quæ de illis dixerunt. & inqt. Qualis autem, et quæ eſt vniuſcuiuſq; elementi figura, nihil definierunt, ſed igni ſolum ſphęram tribuerunt, aerem autem & aquā & cætera, videlicet terram, magnitudine, paruitateq; diuiſere, quia nō differunt niſi ſm denſum & rarum: quatenus ipſorū natura eſt vt omnium elementorum quæ ſunt corpora atoma ſemen, & ſic terra, aer, & aqua, non differunt, quia conueniunt in hoc ꝙ ſunt ſemen omnium atomorū, & ita velle videtur atoma eſſe rerum principia, & tria illa elementa eſſe ſemē atomorum, dixit autē & cætera in numero plurali, quia licet pręter aerem & aquā ſit ſola terra (ſm eos) quę ſit panſperma atomorū,

G

tamen loquitur ſi plura eſſent vltra terram. Hæc igitur breuiter ſunt, quæ dixerunt de rerum naturalium principijs Democritus & Leucippus. Multa alia in libris de generatione dixit. Quæ autē Auerroes ait, in cōmen. 36. & 37. non ſunt ad propoſitum quia nec eius translationes concordant cum græcis verbis, ideò & nos dimiſimus.

Quæ Auer. cō. 36. & 37.

Error
Peccatum
Euenit, verbum additū.
Dum liceret ἐξὸν

Primum quidem igitur & ipſis idem error euenit, non finita ipſa principia ſumere, dum eadem omnia dicere liceret.

Expoſitio.

Enarratis his quæ dixerūt Leucippus & Democritus, nunc obijcit illis, primo quia eis euenit ille idem error, qui alijs eueniebat, videlicet non finita ipſa principia ſumere, eſt enim error, pro quanto per principia finita æque bene omnia ſaluari poſſunt, veluti per infinita, inquit. Primū quidem igitur & ipſis Democrito & Leucippo idem error euenit, qui accidit Anaxa. quem exponit dicens non finita ipſa principia ſumere, dum eadem omnia dicere &

H

ſaluare ipſis liceret per finita, veluti per infinita, & æquè bene, igitur fruſtra ponunt infinita, & hic eſt primus eorum error, qui accidit his veluti accidebat Anaxa.

Figurarum
Corporum
Elementorū

Præterea ſi figurarum differentiæ non ſunt infinitæ, patet elementa infinita non fore.

Expoſitio.

Secundo arguit vt prius, corporum. ſ. elementorū ſunt differentiæ finitæ, & nō infinitæ, igitur elementa ſunt finita. antecedens patet, quia differentiæ ſunt ſenſibiles qualitates, quæ finitæ ſunt. Quo vero ad verba attinet, figurarum græce eſt σχημάτων, ſed alibi legitur στοιχείων, hoc eſt elementorum, alibi σωμάτων, hoc eſt corporū, & quouis modo legatur, per figuras intelligit ſpecies corporum, quæ ſi ſint finitæ, elementa ipſa infinita eſſe non poſſunt, ſiue per corpora intelligat miſta, ſiue ſimplicia.

Sub opinionem omniū.
Cadunt.
ἔνδοξον

E

Præterea indiuiſibilia corpora eſſe dicētes neceſſe eſt mathematicis ſcientijs aduerſari. Compluraq; eorum, quæ ſub opinionem omnium cadunt, & eorum, quæ ſenſu videntur, deſtruere, de quibus antea diximus in his, quę de tempore motùve ſunt dicta.

Expoſitio.

Tertio obijcit, quia ponētes atoma corpora deſtruunt mathematicas, quatenus coguntur dicere continuum cōponi ex indiuiſibilibus, quod eſt cōtra mathematicas ſciētias. Deſtruunt etiam cōmunes opiniones naturalium, quæ ſunt ꝙ res naturales generantur atq; corrumpuntur. Nam datis atomis generatio & corruptio rerum naturalium tollitur, quas cōmunis omnium hominum opinio tenet. Deſtruunt multa quæ cadunt ſub ſenſum, vt alterationem, & augmentationem, quo vero modo hæc deſtruere ipſis accidat, inquit, de quibus antea diximus in his quæ de tempore motuve ſunt dicta, hoc eſt in libris

F

phyſicorum, illic enim expoſuit quo modo dicētibus atoma accidat hæc deſtruere. Hoc modo Auerroes expoſuit vltimam partem textus.

Simul autem & cōtraria ipſos dicere ſibijpſis neceſſe eſt. impoſſibile eſt enim ſi elemēta indiuiſibilia ſint, magnitudine paruitateq; differre aerem, & aquā, & terram: nō enim poſſibile eēt ex ſeſe mutuo generari. Corpora nāq; maxima ſi ſegregantur, ſemper deficient. At hoc pacto aquam & aerem & terram viciſſim ex ſeſe fieri aſſerunt.

Expoſitio.

Quarto obijcit, quia ſibiipſis contradicunt. vbi debes ſcire ꝙ Democritus & Leucippus dixerūt aerē, & aquā, & terram, differre magnitudine, & paruitate atomorum elementorum ex quibus ipſa ſunt, quatenus elementa ex

G

quibus terra eſt, ſunt maiora elementis ex qbus eſt aqua, & elementa ex quibus eſt aqua, ſunt maiora elemētis ex quibus eſt aer, & ſic, vt dictum eſt, hæc tria differunt magnitudine & paruitate eorum elementorū atomorum ex quibus ſunt. Secundò, dixerunt aerem, & aquā, & terrā, ex ſeſe mutuo generari, modo hæc duo aduerſari videnẗ, cum ex ſecundo cōceſſo ſequaẗ oppoſitum primi. Nam ſi aqua ſit ex terra ſm eius ſegregatione elementorum atomorum ex quibus terra erat, aut illa elementa atoma terræ, ex quibus ipſa erat, pro generatione aquę diminuenẗ, aut æque ſtabunt, ſi diminuentur, tunc erunt diuiſibilia, non enim poteſt indiuiſibile diminui. Sin vero æque ſtabunt elemēta atoma ex quibus erat terra in generatione aquę, tunc elemēta, ex quibus aqua eſt, erunt ęqualia elementis ex quibus erat terra, quoniā illis non diminutis ſit aqua, & ſic elementa aquæ & terræ erunt ęque maxima, quare aqua & terra nō differunt magnitudine & paruitate elementorū ex quibus ſunt. Ecce quomodo ex ſecūdo

H

conceſſo ſequitur oppoſitum primi. Inquit. Simul autē & contraria ipſos dicere ſibiipſis neceſſe eſt, & hoc deducit D. impoſſibile eſt enim ſi elementa indiuiſibilia ſint: ex quibus ſupple ſunt aer, aqua, & terra, magnitudine paruitateq; differre aerem. & aquā, & terrā, & oſtendit ꝙ contradicant, & inquit. Non enim poſſibile eſſet ex ſeſe mutuo generari. Corpora nanq; maxima, hoc eſt aliquanta & diuiſibilia ſi ſegregentur ab aliquo pro generatione alterius corporis ſemper deficient, et diminuenẗ, modo hoc eſt impoſſibile, ex quo ſunt atoma, ꝓpterea ſubdit, at hoc pacto aquā, & aerem, & terram, viciſſim ex ſeſe fieri aſſerunt, quare ſibi aduerſantur, quatenus dicunt elemēta ex quibus ſunt terra, & aer, & aqua eſſe atoma, & ꝙ hæc ex ſeſe mutuo fiant, quia vt deductum eſt ex ſecundo conceſſo ſequitur oppoſitum primi.

Auer. commen. 29.

Auerroes aūt aliter textum exponit. Et primo narrat, quę ipſi volunt, & inquit, ꝙ ipſi volunt ꝙ terra nō differt

ab aqua,

ab aqua, niſi quia eſt cōpoſita ex partibus indiuiſibilibus maioribus, ꝙ ſint partes indiuiſibiles, ex quibus cōponiť aqua, ſimili modo aer differt ab aqua, partes enim ex quibus cōſtat aqua, ſunt maiores partibus indiuiſibilibus, ex quibus conſtat aer. Secundo dicunt q̄ūo aqua ex terra, & aer ex aqua fiat, & aiūt ꝙ q̄ñ terra fit ex aqua, partes magnæ propriæ terræ exeūt ex aqua, & remanēt paruæ ꝓpriæ aquæ, & ſic terra ex aqua, econtra fit, q̄ñ ex terra fit aqua; exeunt enim partes paruæ ex terra, & cōgregant in aquā, remanentq; partes magnæ. Obijcit igitur Ariſto. huic opinioni vt exponit Auerroes, & poteſt ratio ſic reduci ad formam. Vel partes magnæ & paruæ ex q̄bus ſunt elementa illa, ſunt finitæ vel infinitæ, ſi infinitæ, erunt magnæ in terra infinitæ, & paruæ etiam infinitæ. Similiter in aqua erunt vtræq; infinitæ, & ita ſequitur ꝙ aqua & terra in nullo differunt, quoniam in vtroq; paruæ & magnæ partes erunt æquales numero. Si autem vtræq; ſunt finitæ, hoc eſſe non poteſt niſi in terra prædominentur magnæ, & in aqua prædominentur paruæ. Quo dato ſequuntur duo, primum, ꝙ partes ex quibus hæc ſunt ſint diuiſibiles, & ſecundum, ꝙ generatio ceſſet, ita, vt non ſit perpetua, & per cōſequens ſi aqua fit ex terra, nō reuertetur ſemp terra ex aqua, primū deduciť ſupponendo terrā conſtare. 15. partibus. 10. videlicet magnis & quinque paruis, aquā ecōtra ex. 10. videlicet paruis, quinq; vero magnis. Hoc patet, quia in terra magnæ prædominanť, in aqua paruæ. Secundo ſupponit aquā fieri ex dimidio terræ, q̄ñ fit ex terra, & terrā fieri ex dimidio aquæ, quādo fit ex aqua. Hoc ſaltem de poſſibili eſt verū, tunc arguitur, terra fit ex aqua, igiť fit ex medietate aquæ, vt in ſecūdo dicebať, quare fit ex. 7. partibus cū dimidio, quinq; videlicet magnis, duabus paruis, cū dimidio vnius paruæ, & ſic ſequiť partem illā diuidi. Simili modo deduci pōt ſi aqua fieret ex terra, & ſic patet primū ꝙ partes illæ erūt diuiſibiles. ſecūdum deducitur etiā, quia ex quo partes vtræq; ſunt finitæ, tandē finienť, & ita non perpetuo aqua ex terra, nec terra ex aqua generabiť. Hæc Auerroes, quæ quidē multifariā deficiunt, nō enim cōſonant rationi, nec textui; ideo omittantur. Deinde ſequiť illa particula. Themiſtius autem. Vbi inducit expoſitionē Themiſtij aliā. Nā Themiſtius ait, ſequi ex illis cōceſſis, videlicet ꝙ partes magnæ generentur, ex paruis, & paruæ ex magnis, aut via alterationis eiuſdē partis ex magnitudine in paruitatē, et ex paruitate in magnitudinē, aut via diuiſionis & cōpoſitionis, videlicet quia pars magna diuiſione fit parua, & paruæ cōgregatione fiūt magna, quæ ſunt abſurda. Indiuiſibilia enim nō poſſunt alterari, nec poſſunt diuidi. Hæc Themiſtius, vt narrat Auerroes, quē ego nō vidi, ſed ſcio, ꝙ nec hæc expoſitio eſt ad propoſitū codicis græci, & ideo nō puto eſſe Themiſtij. Deinde ſequiť illa particula. Deinde opponit Ariſtoteli. Vbi inducit Themiſtiū reſpondere Ariſtoteli, & diſtinguit de generatiōe, ꝙ alia eſt impropriè, quæ diciť generatio per æquiuocationem. Alia propriè quæ eſt per formæ de potentia materiæ eductionē mediante alteratione. Prima vt dicit Themiſtius; fit ſubtractiōe, velut cum generať rhob, hoc eſt muſtū coctū. Velut cum per decoctionē à vino ſeparantur partes ſubtiles, et craſſiores remanēt, aut fit diuiſione vel cōpoſitione, vt cum magnæ partes diuiduntur, & fiunt paruæ, vel cum paruæ cōponuntur, et fiunt magnæ. Vult igiť Themiſtius ꝙ Democritus & Leucippus locuti ſunt in generatione impropriè, & nō in generatione propria. Obijcit autē Auerroes Themiſtio pro Ariſtotele, & ait ꝙ quomodocunq; ſit, ſequiť vt partes indiuiſibiles fiant diuiſibiles. Nā ſiue loquantur in generatione accidētali, quæ fit ſubtractione, vel cōgregatione, ſiue in generatione ſubſtantiali, quæ fit formæ eductione, ſemper ſequiť dictū impoſſibile, & quo modo hoc ſequitur, dictū eſt, Tamen Auer. dat verā ratione Ariſt. nam per eos iſtæ partes fiunt abinuicē, aut igitur vera generatione alteratiua, aut accidentaliter, ſi vera generatione, tunc aut paruæ in magnas, aut magnæ in paruas muta-

A buntur ſm qualitatem vel quantitatē. Nam ſi ſm quantitatem, hoc fiat via diuiſionis vel via cōpoſitionis, et ſequitur vt prius, ꝙ pars diuidetur, vt quando conſtat ex partibus imparibus, ſi via alterationis partes indiuiſibiles alterabuntur, quod eſt impoſſibile. Si autem fiūt generatione accidentali, hoc nō fiet niſi per ſegregationē magnarū in paruas, & ſequiť diuiſio, vel congregatione, & ſic finietur generatio. Quare omnino errauerūt. Ego vero dicerem, ꝙ ſi illi loquuntur in generatione accidentali, quæ dicitur generatio per æquiuocationē, erunt diminuti, quia nihil dixerunt de vera generatione, quare ſi ſufficienter loquuti ſunt, oportet eos loqui de vera generatione, & ſic ſequuntur omnia quæ dicit Ariſtoteles.

Præterea neq; ſm horum ſententiā infinita ſane elemēta fieri videbunť, ſi corpora quidē figuris differunt. Figuræ vero omnes ex pyramidibus conſtant. Rectilineæ quidem ex rectilineis, ſphæra autē ex partibus octo, ſint enim aliqua figurarum principia neceſſe eſt. Quare ſiue ſit vnum, ſiue duo, ſiue plura, & ſimplicia corpora totidem erunt multitudine. *Sententiam ὑπόληψιν Opinionem Suſpitionē.*

Secundo oſtendit ſibiipſis contradicere. Nam ponunt corpora abinuicē per figuras differre, ex hoc ſequitur ſimplicia corpora non eſſe infinita, & ſyllogizemus ſic, quæcunq; corpora differūt figuris, ſunt finita numero, ſimplicia corpora differūt figuris, igitur ſimplicia corpora ſunt numero finita. Maior probatur, quia figuræ ſunt numero finitæ, nam oēs conſtant ex pyramidibus, rectilineæ quidem ex rectilineis, rotundæ aūt ex rotundis, vt ſphæra ex octo partibus. Modo pyramides ſunt finitæ, ꝙ vero ſimplicia corpora differūt figuris, patet, quia mixta reſoluuntur ad ſimplicia, & ſimplicia corpora ad figuras (vt dicūt) igitur ſimplicia corpora differūt figuris. Inquit. Præterea neq; ſm horum ſententiam infinita ſane elementa videbuntur fieri, cuius cōtrarium ſentiunt, & ponit rationem dicens, ſi corpora quidem figuris differunt, ſcilicet elementaria, & figuræ ſupple omnes ſint numero finitæ, quia figuræ omnes ex pyramidibus conſtant, quæ ſunt numero finitæ. Rectilineæ quidem ex rectilineis, ſphæra autem ex partibus octo, & ꝙ pyramides ſint ex quibus cōſtant figuræ, patet, quia neceſſe eſt eſſe aliqua principia figurarum, quæ non videntur eſſe niſi pyramides. Tunc dat concluſionem, & inquit. Quare ſiue illud principium figurarum ſit vnum, ſiue duo, ſiue plura, & ſimplicia ipſa corpora totidem eſſe multitudine neceſſe erit. Patet igitur quali ratione ſibiipſis etiam aduerſentur. *Expoſitio.*

C

Quo vero ad verba attinet, Auerroes notat primò, ꝙ figurarum aliæ ſunt eſſentiales corporibus, vt cœlo ſphærica, & hominibus humana. Aliæ accidentales, vt ſphærica elementis. Secundo notat, ꝙ iſti ſupponunt figuras eſſe eſſentiales corporibus elementis, ſiue illa ſint diuiſibilia, ſiue indiuiſibilia. Tunc ex his concludit figuras differre propter corpora, & ꝙ numeri figurarum ſint ſecundum numerum corporum. Quod vero figuræ ſint finitæ, ait Auer. eſſe accipiendum ex ſuppoſitione facta in geometria, illic enim vt dicit Auerroes declaratum eſt omnes figuras quinq; reſolui in pyramides, quæ ſunt rectilineæ aut rotundæ, vt ſphæra octo, cubus ſex, & ſimiliter in alijs quæ dicuntur in libro Euclidis. Vlterius Auerroes reducit rationem ad propoſitiones tres pro antecedente, & infert ex illis conſequens. Prima igitur propoſitio eſt, corpora figurata differunt per figuras. Secunda, omnes figuræ corporeæ componuntur ex pyramidibus. Tertia propoſitio quæ eſt cauſa reſolutionis figurarum in pyramidem eſt, quòd figuræ rectilineæ ſunt ex rectilineis, & reſoluuntur in triangulum, & pyramis etiam reſoluitur in triangulum, ita vt prima corporalium figurarum ſit prima ſuperficialium. *Auer. comment. 40.* *Prima propoſitio.* *Secunda.* *Tertia.*

D

Ponderat

Ponderat vero Auerroes cur dixit ſphęricam figuram componi ex partibus perfectis, et nihil dicit, quia hęc verba non ſunt in græcis codicibus, dicit enim ſphæram eſſe ex partibus octo. Hæ ſunt tres propoſitiones acceptæ quaſi antecedens, ex quibus cōcludit figuras habere principia. Nam corporeæ reſoluunť in pyramides, & ſuperficiales in triangulum. Hæc eſt ratio. Verũ addit Auerroes, ꝙ Ariſtoteles accipit tanq̃ ſuppoſitionẽ ꝙ ſi elementa ſunt ſpecie finita, miſta ex illis ſunt etiam ſpecie finita.

Addit etiã ſecundo, ꝙ licet hæc ratio geometrica nulla eſſet, tñ eſt cōcedendum omnes quinq; figuras reſolui in figuras finitas, aut vnã, aut duas, aut plures. Hæc Auer. quæ certè nō planè verbis græcis applicantur. Deinde ſequitur illa particula. Themiſtius aũt. Vbi inducit Themiſtium defendere antiquos, ait enim Themiſtius, duplices eſſe figuras, regulares, & enormes, regulares quidẽ finitę ſunt, vt ratio concludit, & de his non loquuntur veteres, cũ dicunt atoma differre figuris. Enormes vero ſunt infinitæ, & his figuris atoma differre dicunt, qua ratione ſibi non aduerſantur, quia corpora ſunt infinita, & figuræ quibus differunt ſunt infinitę. Deinde dicit. Dicamus igitur. Vbi replicat contra Themiſtium, quia nō poſſunt illi intelligere niſi de figuris regularibus, quoniam figurę irregulares ſunt accidentia corporum, quibus nō differũt corpora atoma, niſi per accidens, quare nō poſſunt loqui niſi de figuris regularibus quibus hæc corpora differunt per ſe, & eſſentialiter. Modo cum hæ ſint finitæ, & atoma erunt finita etiam, quare rectè Ariſtoteles contradixit antiquis. Hæc Auerroes, & ſapide.

Præterea, ſi cuiq; quidem elementorũ quidã motus proprius inſit: & ſimplicis corporis ſimplex ſit, nō ſunt aũt ſimplices motus infiniti, propterea ꝙ neq; ſimplices lationes plures quã duæ ſunt, neq; loca infinita ſunt, neq; hoc modo profectò ipſa elementa infinita erunt.

Expoſitio.

Vltimò obijcit opinioni eorum, & cōcludit elementa finita eſſe, & ſumit pro antecedente tres propoſitiones, et inquit. Præterea ſi cuiq; quidem elementorum quidã motus proprius inſit. Hæc eſt prima & perſpicua, eo quia elementũ eſt corpus naturale, cui omnino oportet ineſſe motum aliquem. Deinde ponit ſecundã, & inquit, & ſimplicis corporis ſimplex ſit, hæc eſt ſecũda & in primo libro planè declarata. Deinde ponit tertiam, & inquit. Non ſunt autem ſimplices motus infiniti, cuius duas aſſignat cauſas, & inquit. Propterea ꝙ neq; ſimplices lationes plures q̃ duæ ſunt, videlicet ſurſum & deorſum. Secundo, quia neq; loca infinita ſunt, ſunt enim duo loca, videlicet alter ſurſum, alter deorſum. Ex his tribus propoſitionibus pro antecedente ſumptis, infert conſequens, & inquit. Neque hoc modo profectò ipſa elementa infinita erunt. Poteſt aũt hæc ratio ſic reſolui ad ſyllogiſmos, primus quidem erit, cuiq; elemento motus proprius ineſt: atomum corpus eſt elementũ: igitur cuiq; atomo ineſt proprius motus. Secundus, cuiuslibet ſimplicis corporis ſimplex eſt motus: atomum eſt corpus ſimplex: igitur motus eius eſt ſimplex. Tertius, motus proprij elementorum & ſimplices finiti ſunt, qm̃ nō plures duobus: motus atomorũ ſunt proprij atomis & ſimplices, vt duo primi ſyllogiſmi probãt: igitur motus proprij atomorum & ſimplices nō ſunt infiniti, ſed finiti. Ex his tribus ſyllogiſmis ſequiť Quartus ſic, quot motus tot atoma, finiti ſunt motus, igitur atoma finita erunt. Hoc igitur modo ratio ſyllogiſtica Ariſtotelis reſoluitur.

Primus ſyllogiſmus.

Secundus.

Tertius.

Auer. comment. 41.

Auer. autem vult ꝙ Ariſtoteles nunc demōſtratione oſtenſiua & recta probet elementa eſſe finita, quia antea probauit demonſtratione ducente ad impoſſibile, vt viſum eſt. Deinde abbreuiat eius textum & probat primo numerum corporum ſimplicium eſſe ſm̃ numerum motuum ſimplicium, nam elementum eſt corpus ſimplex, et

E omne corpus ſimplex habet motum ſimplicẽ, ideo quot ſimplices ſunt motus, tot corpora erunt ſimplicia. Secũdo probat, ꝙ numerus motuum ſimpliciũ ſit pro numero locorum, & huius cauſa eſt, quia motus ſimplices ſunt ad loca terminata, ideo ſequiť quot loca ſunt, tot eſſe motus ſimplices. Ex his arguit à primo ad vltimũ, ſi loca ſunt finita, motus ſunt finiti, ſi motus ſunt finiti corpora ſimplicia erunt finita. Sed loca ſunt finita, igitur & corpora ſimplicia erunt finita. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire, vt notat Auer. ꝙ ſimplices lationes nō ſunt plures duabus, loquendo de lationibus rectis, quia loquendo generatim ſunt tres, videlicet à medio, ad medium, et circa medium. Vlterius idem de locis, nam loca generatim ſunt duo. ſ. ſurſum & deorſum, ſpeciatim ſunt quatuor, quia alius locus eſt ſurſum ſimpliciter, alius deorſum ſimpliciter, alius ſurſum in reſpectu, alius deorſum in reſpectu; ideo quatuor ſunt elementa ſpeciatim, videlicet ſimpliciter leue vt ignis q. eſt ſurſum ſimpliciter, ſimplr̃ graue vt
F terra, q̃ eſt ſimpliciter deorſum, leue in reſpectu, vt aer, qui eſt ſurſum in reſpectu, graue in reſpectu vt aqua, q̃ eſt deorſum i reſpectu: generatim ãt duo ſunt graue & leue; velut etiã duo ſunt loca generatim ſurſum & deorſum.

Cùm autem finita eſſe neceſſe ſit, reſtat conſiderare vtrum plura ſint an vnum. quidam enim vnum ſolum eſſe ſupponunt, & horum alij quidem aquam, alij autem aerem, alij vero ignem, alij autem aqua quidem ſubtilius, aere autẽ denſius, quod vniuerſos cœlos, cum ſit infinitum, continere dicunt.

Expoſitio.

Cum terminata ſit quęſtio de infinitate elementorum, in qua determinatũ eſt non eſſe infinita elementa, proponit nunc aliam quęſtionem, & inquit. Cum aũt finita eſſe elementa neceſſe ſit, reſtat conſiderare vtrum plura ſint vno, an vnum tm̃ elementum. Deinde proſequẽdo nar-
G rat veterum opiniones, & primo eorum, qui vnũ eſſe dixerunt, & inquit. Quidam. n. vnum ſolum rerũ generabilium elementum eſſe ſupponunt, et ſupple alij plura vno, & eorum qui vnum eſſe ſupponunt, narrat differentiã, & inquit. Et horum alij quidem aquã, alij autẽ aerem, alij vero ignem, alij autem horum extremorum medium, videlicet aqua quidem ſubtilius, aere vero denſius, & hoc medium dicunt ambire atq; continere vniuerſos cœlos cum ſit infinitum. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire ꝙ cum Ariſt. ait, Quod continere dicunt vniuerſos cœlos, poteſt dupliciter intelligi. Vno modo, ꝙ illud mediũ contineat cœlos, quatenus extra cœlos eſt illos ambiens atq; penetrans, & poteſt ſtare ad illorum mentẽ. Alio modo, ꝙ medium illud contineatur ab vniuerſis cœlis, quatenus intra cœlum ſtans eſt materia omnium generabilium. Alij intelligunt, & tertio hoc mediũ cōtinere vniuerſos cœlos, et omnes res intra cœlos contentas, quatenus eſt vniuerſalis materia cœlorum, & rerum generabi-
H lium, & totum eſt bonum.

Auer. comment. 42.

Auerroes autem addit tertiam quæſtionem, videlicet, ſi elementa ſunt plura, quæſtio emergit tertia quot ſunt, ait tñ Ariſtotelem hanc quæſtionẽ dimiſiſſe vſq; ad librũ de generatione. Et propterea exiſtimať ꝙ iſte liber quaſi præcedit librũ de generatione & corruptione. Et nō ſolũ exiſtimatur ita eſſe, ſed re vera ita eſt, vt alibi diximus.

Liber de generatione & corruptione poſterior eſt libro de cœlo, & mũdo.

Quicunq; igitur hoc vnum quidẽ aquã aut aerem faciũt, aut aqua quidẽ ſubtilius, aere vero denſius: deinde ex hoc raritate denſitateq; cætera generant, hi ipſi ignorãt aliquid aliud elemẽto ſe facere prius. Nam generatio quidẽ ex elemẽtis cōpoſitio eſt (vt dicũt) ad elementa vero eſt diſſolutio, quare id, quod eſt ſubtiliorũ partiũ, natura prius eſſe neceſſe eſt, cum

Deinde
Sint
Si
Ignorant
Latent

igitur

igitur omniũ corporum ignem ſubtiliſſimũ eſſe dicant, ignis vtiq; natura primum erit.

Expoſitio. Obijcit autem his nunc Ariſt. inſimul, nam omnes poſuerunt primum elementũ eſſe medium quoddã inter extrema, eſt. n. aer quoddã quaſi mediũ ignis & aquę, aqua etiã quaſi medium aeris, & terræ, id quod eſt aere denſius & aqua rarius, quod dicitur vapor, eſt etiã medium, quare ſimul his omnibus obijcit, quia oẽs medium elementorum dixerunt eſſe primũ, & primo ſumit quomodo hi ſe habent in dictis ſuis ſic dicendo, & inquit. Quicunq; igitur hoc vnum quidem aquã, aut aerem faciunt, aut aqua quidem ſubtilius, aere aũt denſius, deinde ex hoc vno, quod ponunt, raritate denſitateq; cętera generãt, nam raritate generant ex illo ignẽ, & omnia igneum, denſitate aũt terram, & omnia terrea, hi ipſi ſic dicendo ignorant aliquid aliud elemento ſe facere prius. Ex hoc vult habere ꝙ ſibi ipſi contradicunt, & hoc deducit, & ſupponit primo, ꝙ, quãdo ex elementis fit miſtorum generatio, illa generatio eſt cõpoſitio, cum nõ fiat niſi condenſatione, & cõpoſitione, quando vero ex miſtis fit generatio elementorũ, illa generatio eſt diſſolutio, generantur. n. elementa ex miſtis reſolutione, miſta vero ex elemẽtis cõpoſitione. Hoc inquit. Nam generatio quidẽ, ſupple miſtorum ex elementis, cõpoſitio eſt (vt dicunt) ad elementa vero ſup. profectio, eſt diſſolutio, ex hac ſuppoſitione infert nõ medium elementum, ſed extremũ eſſe primum, videlicet ignẽ, & inquit. Quare id quod eſt ſubtiliorum partium natura prius eſſe neceſſe eſt. Cum igitur omnium corporum ignem ſubtiliſſimum eſſe dicant, ignis vtiq; natura primum erit.

Auer. com. 42. Auerroes deducit primam cõſequentiã ex definitione elemẽti, quæ eſt, ꝙ ſit ſimpliciſſimũ eorũ, quę exiſtunt in cõpoſito, at extremum eſt ſimplicius medio, eſt. n. mediũ duplex (vt ait) qualitate, vt rubrum inter albũ & nigrũ, & hoc eſt ſimplicius vtroq; extremo, & quantitate, vt ęquale inter ſummũ & minimũ, & hoc eſt ſimplicius altero extremo, videlicet ſummo, q̃d continet ęquale. Et amplius. Arguãt igitur ſic, ſimplicius eſt prius cõpoſito, ſubtilius eſt ſimplicius denſo, igitur prius denſo. Vlterius ſequitur ſecunda conſequentia, videlicet ꝙ ignis ſit primũ omnium, quia eſt omnium ſimpliciſſimũ. Sed hæc deductio nõ placet, quia non ſequiẽ ex ſuppoſitione poſita, ſuppoſitio enim fruſtra fuiſſet. Melius igitur dico, ꝙ prima, & vltima cõſequentia ſequunẽ duobus poſitis, primũ eſt ꝙ elementorum generatio ex miſtis ſit reſolutio, generatio miſtorũ ex elementis ſit compoſitio: ſecundũ eſt, ꝙ compoſitio ſit natura prior reſolutione, nam cõpoſitio eſt motus à nõ eſſe, vel ſaltem ab eſſe imperfectiori ad eſſe perfectius. Ex his duobus ſequitur id quod eſt ſimplicius & ſubtilius eſſe prius, q̃a terminus à quo eſt via naturę prior termino ad quẽ. Arguatur igitur ſic, quod eſt prius in aliquo ordine eſt prius omni eo quo ille ordo eſt prior: ſed ſimplicius eſt prius natura in cõpoſitione, & cõpoſitio eſt prior reſolutione: igitur ſimplicius eſt prius miſto & medio, quare ignis, qui eſt ſimpliciſſimus, erit primũ corpus omnium corporum. Vel dici poteſt ꝙ ſufficit illa ſuppoſitio, quam Ariſt. poſuit, videlicet ꝙ generatio miſti ex elementis ſit cõpoſitio, generatio elementi ex miſto ſit reſolutio, quia ſi eſt reſolutio, eſt, quia à miſto ad elementum itur tanq̃ ad ſimplicius, modo ſimplicius prius eſt natura compoſito, igitur ignis, qui eſt omnium ſimpliciſſimum, erit omnium primum, quod eſt contra eos, & ſic patet deductio vtriuſq; cõſequentię ex illa vna ſuppoſitione. Ex his infert Auerroes contra Themiſtiũ, ꝙ hoc impoſſibile deductum contra antiquos non eſt, quatenus voluerunt generationem eſſe viã rarefactionis & cõdenſationis, ſed quatenus voluerunt primum elementum eſſe quoddam medium inter extrema, & hoc quod dicit Auerroes rectum eſt, nam contra hoc obijcit Ariſtoteles, vt omnibus patet. Prætereà arguit Auerroes, ſi confutatio Ariſtotelis eſſet contra hoc quod dixerunt de generatione ꝙ ſit raritas vel denſitas, tunc quæritur vtrum per raritatẽ vel denſitatem intelligerent formas ſubſtantiales, an accidentales, videlicet qualitates. Si ſubſtantiales, tunc mediũ non eſſet corpus in actu, ſed ens in potentia, vt materia, quod eſt contra eos. Si autem intelligunt eſſe qualitates, tunc generatio eſſet alteratio, vt in libro de generatione argutum eſt, & ita dici poteſt ꝙ ſiue Ariſtoteles obijciat contra hoc quod dicunt primum elementum eſſe mediũ, ſiue contra hoc quod generatio eſt raritas vel denſitas, vtroq; modo errant antiqui, licet in libro de generatione procedat contra ſecundum magis.

Differt autem nihil, neceſſe eſt enim vnum quoddã cæterorũ eſſe primũ, & non medium.

Expoſitio. Remouet dubium, quia poſſet dici ignem nõ eſſe alijs ſimplicem, vel ſubtiliorem, quoniã elementa ſunt æquę ſimplicia. Reſpondet Ariſtoteles hoc nihil differre ad rationem, nam ex ratione ſaltem neceſſe eſt non medium eſſe primum, ſed quoddam aliud à medijs elementis, modo illud ſit ſimplicius ac ſubtilius, quicquid ſit illud. Nã ſecundum peripateticos in rei veritate illud eſt prima materia, vt dicetur, & dictum eſt ſuo loco.

Etiam ꝙ. Præterea raritate ac denſitate cætera generare, & ſubtilitate atque groſſitie, nihil differt. Nam ſubtile quidem rarum, groſſum autem denſum eſſe volunt. Subtilitate rurſus atque groſſitie, & magnitudine ac paruitate idẽ eſt: ſubtile enim quod quidem paruarum, groſſum autẽ, quod magnarũ partium eſt. Quod enim ad multum extenditur, id ſubtile eſt, tale autem id eſt, quod ex paruis partibus conſtat, quare accidit ipſos magnitudine ac paruitate ſubſtantias diuidere cæterorum.

Expoſitio. Secundo obijcit his, & ſupponit idem eſſe generari aliquid raritate & denſitate, quod generari magnitudine, & paruitate. Probat ſuppoſitionẽ, quia generari ſubtilitate, & groſſitie eſt generari magnitudine & paruitate, ſed generari & raritate & denſitate eſt aliquid generari ſubtilitate, & groſſitie, igitur generari aliquid raritate & groſſitie eſt generari magnitudine & paruitate. De ratione primo tangit minorem D. Præterea raritate ac denſitate cętera generari & ſubtilitate atq; groſſitie, nihil refert. Hæc eſt minor, & eam probat D. nam ſubtile quidem rarum, groſſum autẽ denſum eſſe volunt. Deinde ſumit maiorem, & inq̃t. Subtilitate rurſus atq; groſſitie, & magnitudine ac paruitate, ſup. generari idẽ eſt, & dicit cauſam, q̃a ſubtile eſt quod quidẽ paruarum partiũ eſt, groſſum aũt, quod magnarũ, q̃d enim ad multũ extẽdiẽ, id ſubtile eſt, tale aũt id eſt, quod ex paruis partibus cõſtat. Hęc eſt maior, deinde dat cõcluſionẽ, & inq̃t. Quare accidit ipſos antiquos magnitudine ac paruitate cęterorũ ſubſtãtias diuidere generando, & ita idẽ eſt raritate & denſitate generari, quod magnitudine & paruitate, quæ erat ſuppoſitio.

Accidit aũt ita definientibus cũcta ad aliqd dicere, atq; abſolute nõ erit aliud quidẽ ignis, aliud aũt aqua, aliud vero aer, ſed idem ad hoc quidem ignis, ad aliquid autem aliud, aer.

Expoſitio. Hac ſuppoſitione ſtante, arguit nunc cõtra eos, probãdo, ꝙ ſi cętera generantur raritate & denſitate, tunc nihil erit abſolutum, ſed cuncta ad aliquid. Deducitur, & ſyllogiſmus ſic cõponitur, quæcunq; generãtur magnitudine & paruitate, ſunt ſolũ ad aliquid, erit. n. genitum omne aut magnum, aut paruum, quæ nihil ſunt niſi ad aliquid, quęcunq; generãtur raritate & denſitate, generantur magnitudine & paruitate, vt ex ſuppoſitione conſtat, igitur quæcunq; generantur raritate & denſitate erunt ſolum ad aliquid, inquit. Accidit aũt ita definientibus, cun-

ćta ad aliquid dicere, ita vt abſolutè non erit aliud quidē ignis, aliud autem aqua, aliud vero aer, ſed ideā ad hoc quidem ignis, ad quod eſt magnum, ad aliquid aliud aer, ad quod eſt paruum, patet hæc conſequentia cōponendo ſyllogiſmū ex ſuppoſitione tacta. Debes ſcire, ꝙ hęc ratio differt à prima, quia prima fuit contra poſitionē in ſe, quæ voluit primum elementum eſſe vnum mediorum, hæc ſecunda eſt contra modum ponendi, qui fuit ꝙ ex illo medio cętera generentur raritate et denſitate, arguit enim ꝙ ſic cætera omnia eſſent ſolum ad aliquid, & nihil eorum abſolute tale. Hæc quo ad verba.

Auer. commen. 43.

Auerroes ait in principio commenti velle videtur, ꝙ Ariſt. contradicat his, inquantū iſti cōcordant cum ponētibus atoma, & fallit, qm̄ ſtatim Ariſtoteles hoc facit, & non in principio textus. Poſteà balbutiendo reducitur ad expoſitionem noſtram, vt bene intelligentibus patet.

Quod quidem & his accidit, qui plura quidem elementa eſſe aiunt, magnitudine autem & paruitate differre dicunt. Nam cum vnumquodq; quantitate ſit definitū, erit inter ipſas magnitudines ratio aliqua, quare eorum, quę adinuicem hanc rationem habent, aliud aerē, aliud ignem, aliud terrā, aliud aquam eſſe neceſſe eſt, propterea ꝙ in maioribus rationes minorum inſunt.

F

Expoſitio.

Obiter nunc contradicit quibuſdā, qui dixerunt plura eſſe rerum elementa, ſed differre ſolū magnitudine ac paruitate, quæ vero ſint hæc elementa, quiq; ſint hi, qui ſic dixerunt, Ariſt. nō explicat, nec eſt nobis curandum. Arguit igiť his Ariſt. nam ſi ita eſſet, idem eſſet aer, & ignis, aqua, & terra. deducendo conſequentiā, ſupponit ea quæ quantitate differunt habere inter ſe aliquā proportionē, qua cōſtituuntur. verbi cauſa, ſi A differt ab ipſo B quantitate, ipſum A habet quandā ad ipſum B proportionē, qua ipſum A cōſtituitur in eſſe, qua poſita ponetur ipſum A, & qua remota, etiā remouebitur, inquit. Quod quidē & his accidit, qui plura quidem elementa eſſe aiunt, magnitudine aūt & paruitate differre dicunt, quicunq; ſint iſti, quos non explicat. Et quod hoc idem his etiam accidat, deducit, ſupponēs quod dictū eſt, & inquit. Nam cum vnumquodq; quantitate ſit definitum, erit inter ipſas magnitudines ratio, ſeu proportio aliqua, ſup. qua cōſtituentur in eſſe, eſt igitur ſuppoſitio, quæ definiuntur, & differūt magnitudine vel quantitate, proportione conſtituuntur. Ex hac ſuppoſitione arguit nullum elementum eſſe tale ſimpliciter, nam ignis erit ad aerem ad quē habet proportionem, qua per magnitudinem conſtituitur, aer etiam erit ignis ad aquam, quia quam proportionem habet ignis ad aerem, eam aer habet ad aquā, & aqua erit ignis ad terrā ratione eadem, & ita nullum elementum erit tale abſolute, inquit. Quare eorum quæ adinuicē hanc rationem habent, aliud aerem, aliud ignem, aliud terrā, aliud aquam eſſe neceſſe eſt, & ſic quod eſt ignis ad aquam, erit aer ad ignē, & quod eſt ignis ad terrā, erit aqua ad aerē. Et huius cōſequentię cauſam aſſignat D. propterea ꝙ in maioribus rationes minorum inſunt, aeri. n. ineſt ratio & proportio minor ad ignem, quę ineſt aquæ ſi comparetur ad aerem, & ineſt terræ ſi comparetur ad aquā, & ita proportio minoris ad maius, quæ ineſt aeri reſpectu ignis ineſt aquę & terræ, aquæ quidē reſpectu aeris, & terræ reſpectu aquæ, & ita nihil horum erit abſolute tale. Hæc Ariſt.

G

H

Auer. commen. 43.

Auer. autē velle videtur Ariſtotelem cōtradicere his, qui dixerunt atoma, quia iſti dixerunt atoma eſſe rerū elementa, differreq; paruitate & magnitudine. Sed errat, qa Ariſt. deducit de quatuor elementis, et nō de atomis. probat enim, ꝙ ſi quatuor elementa differunt ſolum magnitudine & paruitate, tunc nullum eorum erit tale abſolute, ſed ſolum proportione, quæ ratio docet fuiſſe quandā

B

poſitionē quæ dixit quatuor eſſe elementa rerum, vt ſunt ignis, aer, aqua, & terra, & illa differre ſolum quantitate, & contra hos obijcit clare Ariſtoteles, vt omnibus patet, decipitur igitur Auerroes.

Quicunq; vero ignem elementum ſupponunt, hoc quidem effugiunt, alia vero ipſis accidere abſurda neceſſe eſt, aliqui enim ipſorū igni figuram accōmodant, vt hi qui pyramidem faciunt, & horum alij quidem ſimplicius dicētes, pyramidem quidem dicunt figurarū acutiſſimam, ignem autem corporum.

Effugiunt
Euadunt
Diffugiunt
Abſurda
Irrationabilia.
Accommodant.
Adiungunt
Coaptant
Dicunt, verbum additū.
Expoſitio.

Hactenus de his qui primū elementū fecerunt mediū, nunc tranſit ad eos, qui primum elementū fecerunt extremum, videlicet ignē. Et primo proponit quales facientes ignem elementum ſe habeant circa abſurda, et inquit. Quicunq; vero ignē elementū eſſe ſupponunt, quod eſt extremum, hoc abſurdū, quod modo diximus contradicentes medium eſſe elementū, effugiunt, alia vero ipſis accidere abſurda neceſſe eſt, & ita licet euitent dictū abſurdū, non euitāt alia, quę dicturus eſt. Deinde incipit narrare opiniones, & inquit. Aliqui. n. ipſorum igni figurā accōmodant, vt hi qui pyramidē faciunt, & ſupple tu, & hi ſunt, qui ignem dicunt eſſe rerum elementū primum, ſed quia iſti ſunt multi, qui cōueniunt in ponendo ignē eſſe rerum primum elementū, ponit differentiā eorum penes modos ponendi ſeu rationes quibus mouebanť ad ipſum ponendum, & primo narrat primā rationem, quæ ſic cōponitur in ſecunda figura, pyramidale eſt acutiſſimū, ignis eſt acutiſſimus, igitur ignis eſt pyramidal. Vltra, ſed pyramidale maxime habet rationē primi elementi, igiť ignis habet rationē primi elemēti. Aliter poteſt exponi, ꝙ cum oēs qui ponunt ignem eſſe elementū rerum, cōueniant in ponendo ipſum eſſe pyramidalem, ponit differētiā rationū quibus mouebanť ad dicendum ignē eſſe pyramidalē, & ſic non penes poſitionē, ſed penes ea quæ cōſequunť poſitionem Ariſt. ponit differentiā, inquit. Et horū alij quidē ſimplicius dicentes, pyramidem quidē dicunt figurarum acutiſſimam, & pyramidale eſſe acutiſſimum, ignem aūt corporum eſſe acutiſſimū, quare in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis voluerunt ignem eſſe pyramidalem.

Auer. commen. 44.

Sed poſſet dici defendēdo hoſce, ꝙ ex duabus affirmatiuis ſyllogiſmus eſt vtilis, quando maior conuertitur. Reſpondet Auer. ꝙ maior nō conuertitur, non. n. omne acutiſſimum in penetrando eſt pyramidale, niſi quando penetratio fieret merito figurę, & in habentibus figuras. eſt igitur rationis huius primus defectus ꝙ fit in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis, quarum nulla conuertitur.

Secundus defectus, vt dicit Auer. eſt, quia nondum patet, an ignis habeat figuram ſibi propriam, vel ne, & ita minor eſt falſa, hæc Auer.

Alij vero probabilius rationem proferunt aſſerentes, corpora quidem cuncta ex eo compoſita eſſe, quod eſt omnium maxime ſubtilium partium. Solidas vero figuras ex pyramidibus, quare cum corporum quidem ignis ſit ſubtiliſſimū, figurarum vero pyramis maximè paruarum eſt partium, atque prima, primaq; figura primi ſit corporis, ignis profectò pyramis erit.

Obiectio.
Reſponſio.
Proferentes adducentes.
Aſſerentes verbum additum.

Expoſitio.

Nunc tangit rationem ſecundā aliorū, quæ ſic cōponitur, prima figura cōpetit primo corpori, pyramis eſt prima figura, igiť pyramis cōpetit primo corpori. Vltra, pyramis cōpetit primo corpori, ignis eſt primū corpus, igiť pyramis cōpetit igni. Ante igitur q̄ ſyllogiſmū componat, narrat qualis ſit hęc ſecūda ratio cōparando eā ad primā, & inquit. Alij vero probabilius rationē proferūt, & ita hæc ratio eſt probabilior prima. Deinde probat,

primo,

primo, ꝙ corpus igneum ſit primũ, & hoc, quia, eſt id ex quo maxime corpora miſta cõponuntur, & ſic vult habere minoris probationem in ſecundo ſyllogiſmo, et inquit. Aſſerẽtes corpora quidẽ cuncta ex eo cõpoſita eſſe, quod eſt omniũ maxime ſubtiliũ partium, quale eſt ipſe ignis. ecce quõ vult habere ignẽ eſſe primum corpus, quatenus ex eo omnia alia cõponuntur, quę quidẽ fuit minor ſecundi ſyllogiſmi. Deinde tãgit probationẽ minoris primi ſyllogiſmi, videlicet, ꝙ pyramis ſit prima figurarũ, & ratio eſt, quia ex ea oẽs ſolidę corporeęq; figuræ cõponuntur, & ſic patet minor in primo ſyllogiſmo, quibus probatis epilogat primã rationem, & ponit ſecundã & inqt. Quare cum corporũ quidẽ ignis ſit ſubtiliſſimũ, figurarũ vero pyramis ſit maxime paruarum partiũ, ſup. concludet per primam rationem ignẽ eſſe pyramidẽ vel pyramidalem.

Deinde tangit ſecundã rationẽ & copuletur ſic, et cum etiã pyramis ſit prima figurarũ, hęc eſt minor primi ſyllogiſmi, et iã probata, primaq; figura primi ſit corporis, ſequit̃ per primum ſyllogiſmũ, ꝙ pyramis competit primo B corpori. Deinde tangit concluſionem ſecundi ſyllogiſmi, quia tota vis ſtat in minore illius, videlicet ꝙ ignis ſit primum corpus, quæ iam probata eſt, & inquit. Ignis profecto pyramis erit vel quid pyramidale. Hęc igit̃ eſt ratio ſecunda, quæ duobus ſyllogiſmis conficitur.

Auer. commen. 45.

Auer. aũt voluit ꝙ Ariſt. primo accepit duo antecedentia, & ſecundo ex illis dedit duo conſequentia. Primũ eſt, ꝙ corpora omnia ſunt cõpoſita ex igne. Secundum, ꝙ primum corpus. ſ. ſphæricum eſt cõpoſitũ ex pyramidibus, ex his ſimul ſumptis, infert primò ꝙ ignis eſt cęteris corporibus prior, & ſubtilior. Secundò, ꝙ pyramis eſt minima & prima figurarũ. His duobus illatis. Auer. ex textu cõponit duos ſyllogiſmos, primus eſt, prima figura competit primo corpori, pyramis eſt prima figura, igit̃ pyramis cõpetit primo corpori. Secundus, pyramis competit primo corpori, ignis eſt primũ corpus, igitur pyramis cõpetit igni. Deinde in cõmento ſequit̃ illa particula. Themiſtius aũt. Vbi Auer. narrat, ꝙ hæc ratio quã Ariſtoteles C reprehendet, nõ poteſt iuſte reprehẽdi, quia illa vtitur ipſemet Ariſt. quando probat motum circularem cõpetere primo corpori, arguebat enim primus motus competit primo corpori, circularis eſt primus motus, igitur circularis competit primo corpori, ſed primũ corpus eſt cœlum, igitur competit cœlo. Etiam illa vtitur Ariſt. quãdo probat cœlo competere ſphæricam figurã, vt patet intelligenti. Auerroes autẽ dicit ꝙ hæc non ſunt paria, quia cœlum neceſſariò debet eſſe figuratum, quia mouetur & eſt animal, modò omne animal quod mouetur eſt figuratum. At ignis cum non moueat̃ motu animali, nec ſit animal, nõ eſt clarum an debeat habere figurã propriam.

ψῆγμα Arena vnde fit aurum.

Alij de figura quidẽ nihil dicunt, ſubtiliſſimarum autem partium ſolum ipſum faciunt, deinde ex hoc compoſito cætera fieri dicunt, perinde ac ſi arena vnde fit aurum conflatur.

Expoſitio.

Nunc narrat poſitionẽ aliorum, qui de figura elementi D nihil loquẽtes, de elemento ipſo cõcordant, vnde inquit. Alij aũt de figura quidẽ nihil dicunt, ſed ipſum elementũ vt alij dixerunt, faciunt tenuiſſimũ ac ſubtiliſſimarũ partium. Deinde ex hoc elemento ita tenuiſſimo ac ſubtiliſſimo, cõpoſito ac cõdenſato cętera fieri dicũt, perinde ac ſi arena vnde fit aurũ, conflatur, eſt enim arena illa tenuiſſima, ſed cum ex ea aurũ fit, conflatur ac cõdenſatur, & hoc pacto fruſtum auri ex ea oritur. Dicitur autẽ arena vnde aurum fit, gręcè vno verbo ψῆγμα, latinè quoq; fruſtum.

ψῆγμα Fruſtum, & arena, e qua aurum fit.

Verum vtriſq; hęc difficilia accidunt. Nam ſi primum quidẽ corpus indiuiſibile faciunt, rurſus ad hanc ſuppoſitionem rationes, quæ prius dictæ ſunt, accedunt.

Expoſitio.

Obijcit autẽ tunc Ariſt. vtriſq;, videlicet tam figurantibus elementũ pyramide, q̃ non figurantibus. Et poteſt A ratio ſic ordiri, quia vel elementũ quod ponunt tenuiſſimum, eſt indiuiſibile, vel diuiſibile. Sed nec ſic, nec ſic, igitur elementũ tale, quale ipſum ponunt, eſſe nõ poteſt. primo igit̃ oſtendit illud nõ poſſe eſſe indiuiſibile, & inquit. Verum hęc vtriſq; difficilia accidunt. Nam ſi primũ quidem corpus indiuiſibile faciunt, rurſus ad hanc ſuppoſitionem ſiue oppoſitionem rationes quæ prius dictæ ſunt contra Democritum & Leucippum, accedunt, quarum prima fuit, ꝙ quantum ac continuũ nõ eſſet in infinitum diuiſibile. Secunda ꝙ indiuiſibili poſſet indiuiſibile continuari, quæ ſunt contraria principijs mathematicorum.

Quo vero ad verba attinet, verbum {Suppoſitionẽ} græcè eſt hypothesim, ſed hypotheſis interdum pro poſitione ac oppoſitione accipitur, vt in hoc loco.

Auer. commen. 46.

Auerroes ait, ꝙ iam ponentes figurã igni & nõ ponentes cõueniunt, primo, ꝙ ignis eſt ſubtilior cæteris elementis, & propterea eſt elemẽtũ primũ. Secundo, ꝙ ex diuerſitate cõpoſitionis partium ignis in denſitate fiunt cætera B corpora, ignis. ſ. apud eos creatus fuit tumoroſus naturaliter. i. remotus in partibus abinuicẽ, & cũ illę partes conſtringunt̃ & appropinquãt, fiunt cętera, nã ſi parũ appropinquant, fiet aer, ſi magis fiet aqua, & ſi uerũ magis fiet terra. Addit tamẽ Auer. ꝙ iſte ſermo poteſt intelligi ſolũ de his, qui dant figurã igni, ſed ego non video quomodo poſſit hoc intelligi, nam litera noſtra eſt negatiua, legitur enim ſic, alij autem de figura quidem nihil dicunt.

Præterea, ſi naturaliter cõtemplari volunt, hoc dicere nequeũt. Nam ſi omne corpus eſt corpori comparabile ſm quantitatem, & magnitudines ipſę tam ſimilarium, q̃ elemẽtorũ proportiones inter ſe habẽt, velut totius aquę ad aerem totum, & elemẽti ad elementum, & in cæteris id genus eodẽ modo, aer etiã maior eſt aqua, & omnino id quod eſt ſubtiliorũ par C tium, eo quod eſt craſſiorũ, patet & elementũ aquæ minus eſſe q̃ aeris. Si igit̃ magnitudo minor ineſt maiori, diuiſibile pfectò erit aeris elementum, & ipſius ignis identidem, & eorũ omnino, quæ ſubtiliorum partium ſunt.

Et Autem Proportiones. Proportionabilia. Etiam Autem.

Expoſitio.

Obijcit nunc ſecundo ratione naturali, & ſupponit primo elementa eſſe comparabilia ſm quantitatẽ, & ſyllogizat hãc ſuppoſitionẽ ſic, omnia corpora cõparabilia ſunt comparabilia ſm quantitatem, elementa ſunt corpora cõparabilia, igitur ſunt comparabilia ſm quantitatẽ, inquit. Præterea ſi naturaliter cõtemplari volunt, hoc dicere nequeunt, deinde tangit maiorem, & inquit. Nam ſi omne corpus eſt corpori comparabile ſm quantitatem, hæc eſt maior, videlicet, ꝙ omnia corpora comparabilia ſunt cõparabilia ſm quantitatem. Deinde tangit minorẽ, & inquit. Et magnitudines ipſę tam ſimilariũ corporum quę D cunq; ſint illa, ſiue miſta, ſiue ſimplicia, q̃ elementorũ proportiones inter ſe habent. eſt igit̃ minor, ſed elementa & vniuerſaliter omnia ſimilaria ſunt cõparabilia, ponit exẽplum & habet vim cõcluſionis, & inqt, velut totius aquę ad aerem totũ, & vniuerſaliter elemẽti ad elementũ, & in cęteris id genus ſimiliter, hoc eſt in ſimilaribus eodẽ modo. hæc eſt cõcluſio, videlicet ꝙ omnia elemẽta & omnia ſimilaria ſunt cõparabilia ſm quantitatẽ. Secundo ſupponit, ꝙ in excedente eſt exceſſus, et res quę excedit̃, vt ſi A excedit B in digito, in A ipſo erit quantitas B ipſius, & digitus, cauſa aũt eſt quia in maiori eſt minus & aliquid vltra, inquit. Aer etiam maior eſt aqua, & omnino id quod eſt ſubtiliorũ partiũ maius eſt eo quod eſt craſſiorũ, ꝙ ſi ita eſt patet aerẽ eſſe aqua maiorẽ & aq̃ elementũ eſſe minus elemẽto aeris, p hęc vult habere ꝙ ex quo aer eſt maior aqua, in eo eſt magnitudo aquę, & aliqd vltra, vt vniuerſaliter in cęteris habere vult in maiori cõtineri minus, &

aliquid vltra. His duobus ſuppoſitis arguit propoſitum, & inquit, Si igiẽ magnitudo minor ineſt maiori. ſ. per continentiam, diuiſibile profecto erit aeris elementum, & ipſius ignis identidẽ, & eorum omnino, quæ ſubtiliorũ partium ſunt, cõponatur igitur ſyllogiſmus, oẽ continens minus per exceſſum eſt diuiſibile. ſ. in exceſſum, & rem quę exceditur, ignis continet cętera elementa, igiẽ ignis eſt diuiſibilis, & ita patet eos nõ conuenire rationibus naturalibus. Sed dices ad quid ponitur prima ſuppoſitio, illa. n. nihil facit ad ſyllogiſmũ. Dici poteſt, ꝙ ponitur ad obiectionem tacitã. poſſet. n. dici ꝙ ignis nõ eſt maior nec minor, cum ſit indiuiſibile, vt ipſi volunt, ideo poſuit primã ſuppoſitionẽ, nam per illam tollitur hic cauillus, quia per illam habetur ꝙ ignis ſit maior vel minor, quia eſt cõparabilis ſecundum quantum alteri elemento. Hæc Ariſto. quæ pauci (vt mihi videtur) intellexerunt.

Dubitatio. — Solutio.

Auer. commen. 97.

Auer. aũt, vt diximus, aliter poſitionẽ antiquorũ interpretatus eſt, & ideo iuxta eius interpretationẽ oportet dicere, ꝙ ignis, quẽ faciunt primum rerum elementũ, ſit ex partibus indiuiſibilibus, vel partibus diuiſibilibus, ideo dupliciter ſm Aure. Ariſt. obijcit, primo quidẽ ſi dicerẽt ignem eſſe ex partibus indiuiſibilibus, ſecundo ſi dicerẽt ignẽ eſſe ex partibus diuiſibilibus, vlterius ſm Auer. duabus rationibus obijcit Ariſt. eis, ſi dicerẽt ignẽ eſſe ex partibus indiuiſibilibus, ratione quidẽ doctrinali quę fundaẽ in ꝓpoſitionibus mathematicis, & rõne naturali, quæ eſt ex propoſitionibus naturalibus, ratio naturalis quę poniẽ in pſenti textu, ſm Auer. eſt hęc, ſi elemẽta ipſa vel ignis ſint ex partibus indiuiſibilibus, tunc quęlibet pars eſſet quę fieret ex parte alteriꝰ fieret ex illa æquali in analogia, & ita ex vno pugillo terrę nõ fierent. 10. aquę, nec ex vno aquę fierent. 10. aeris, nec ex vno aeris fierent. 10. ignis, & tota ratio per ſe patet, quia oẽs partes elementorũ ponuntur ęquales numero ſpẽ ac magnitudine ac indiuiſibiles, & ita generatio erit ſemꝑ ęquali in analogia, conſequens aũt eſt cõtra ſenſum, quia videmus ex elemento ſpiſſiori fieri elñtũ rarius in multiplicata analogia. Addit Auer. hanc rationẽ maximè tenere ſi nõ detur vacuum intrinſecum partibus, nã ſi dareẽ vacuum intrinſecũ, poſſet fingi vnum elemẽtũ eſſe altero maius nõ partium pleni numero, vel magnitudine, ſed magnitudine vacuitatũ, quæ introcludũtur corporibus, hæc Auer. circa primã partẽ textus, quę ita cõſonant verbis gręcis Ariſt. ſicut cœlo ſonat terra, tu vero facilè potes intelligere diſſonantiã ex trãſlationibus noſtris fideliſſimis. Deinde ſequiẽ illa particula. Et cũ poſuit hoc dixit reuertamur, vbi debes ſcire ꝙ in translationibus quas Auer. exponit ſit hæc cõſequẽtia, ſi magnitudo minoris elementi continetur in magnitudine maioris, elementũ maius, vt aer & ignis, erit diuiſibile, & vniuerſaliter omne corpus ſubtile recipiet diuiſionẽ ſic ꝙ erit cõpoſitũ ex partibus diuiſibilibus. Auer. dupliciter exponit hoc enthymema, vno modo ſic intelligẽdo antecedens, ſi elementũ alterareẽ in elementũ, tunc partes mutarentur de magnitudine in paruitatẽ, ſi elementũ maius altereẽ in paruũ, vel de paruitate in magnitudinẽ, ſi elementũ minus alteraretur in maius. Aliter intelligit, vt ſit antecedẽs, ſi minus elementũ contineret in maiori, tũc elementum maius haberet elementa in infinitũ, & conſequentiã deducit, quia haberet partes q̃ vlterius haberent partes in infinitũ, & ita elementa infinita, quia elementa partes ſunt. Deinde ſequiẽ ibi {& vniuerſaliter ſi dixerint} vbi remouet dubium contra hanc rationẽ, quia dici poſſet elementũ eſſe vnum, & nõ plura, & ita partes non erunt elementũ, cõtra obijcit Auer. qm̃ vnum corpus nõ poteſt fieri ex altero niſi vel cõplexione, hoc eſt alteratione facta in cõplexione, vel cõpoſitione, hoc eſt mutatiõe facta in quãto de paruo in magnũ, vel de magno I paruũ: modo ſm eos vnum corpus nõ fit ab vno corpore ſm cõplexionem, fiet igitur ſm cõpoſitionẽ, & ita oportet vel vt partes paruæ fiant maiores, vel vt magnæ congregenẽ in minus, & quouis modo ſit, oportet elementum habere partes, quę ſunt quaſi elemẽta, quod negabãt, quę omnia vt mihi videẽ nullatenus conſonant verbis græcis Ariſt. ſed ſunt ficta ab eo, & ſupra falſis trãſlationibus fundata.

Deinde ſequiẽ illa pars. {Themiſtius autẽ} vbi inducit expoſitionẽ Themiſtij, & defenſionẽ, qua antiquos defendebat, voluit igiẽ Themiſtius ꝙ ſi partes elemẽtorum fuerint poſitæ æquales in paruitate, hoc eſt oẽs indiuiſibiles, tunc elemẽta erunt æqualia, & neutrũ, neutro maius: ſinautẽ partes nõ fuerint poſitæ æquales, hoc eſt indiuiſibiles, ſed maiores & minores, tunc elementa non oportet eſſe ęqualia, ſed poterit alterum altero maius eſſe, & quia antiqui, ſup. tu, poſuerunt partes ęquales, quia oẽs indiuiſibiles, ideo ſequiẽ apud eos omnia elementa eſſe ęqualia, hanc vult eſſe rationẽ Ariſt. vt Auer. narrat de mẽte Themiſtij. Poſtea Themiſtius ibi {Et ipſe opponit} Soluit hanc rationẽ Ariſt. & ait tunc ſequi elemẽta eſſe ęqualia, quãdo partes fuerint poſitæ ęquales magnitudine, & numero, modo licet partes elementorũ ſint ęquales magnitudine, quia oẽs ſunt indiuiſibiles, nõ ſunt ęquales numero, quia plures ponuntur in maiori elemẽto q̃ in minori.

Deinde ibi. {Nos aũt dicimus} obijcit huic ſolutioni dupliciter, primo quia oportet partes maiores eſſe numero æquales partibus minoris, patet ex generatione, nã ex omnibus partibus minoris fit maius cum oĩbus ſuis partibus, & ex omnibus partibus maioris fit minus cum omnibus ſuis partibus, hoc autẽ fieri nõ poſſet, niſi partes in vtriſq; eſſent numero ęquales, aliter non ſm ſe & quodlibet ſui maius ex minori, & minus ex maiori fieret. Secũdo obijcit, q̃a non põt fingi partes eſſe ęquales numero in maiori & minori, et elementũ eſſe altero maius, niſi ponẽdo vacuũ in vno maius vacuo in altero, modo hoc vacuũ eſt reprobatum ab Ariſt. hęc Auer. ego autẽ nõ legi Themiſtium, ideò ſi ita dicit vel ne, remitto me Auer.

Figura determinant. Figurans.

Sinautem diuiſibile, his quidem qui ignẽ figura determinãt, accidet partem ignis ignem non eſſe, propterea ꝙ pyramis nõ ex pyramidibus conſtat. Itẽ & non omne corpus aut elementum, aut ex elemẽtis eſſe. nam pars ignis nec eſt ignis, nec vllum aliud elementum.

Expoſitio.

Deſtruit aliud membrũ, et inquit. Sinautẽ, ſup. faciunt elemẽtum diuiſibile, his quidem, qui ignem figura pyramidali determinãt, accidet primo partẽ ignis nõ eſſe ignẽ propterea ꝙ pyramis nõ ex pyramidibus cõſtat, quia igitur pars pyramidis non eſt pyramis, & ignis eſt pyramis ſm eos, igiẽ pars ignis non eſt ignis, quod eſt falſum, quia ignis eſt corpus ſimilare, cuius partes ſunt eiuſdẽ rõnis cũ toto. Itẽ & ſecundo accidet non oẽ corpus eſſe aut elemẽtum, aut miſtum eſſe ex elementis. probat conſequentiã, & inquit. Nam pars ignis nec eſt ignis, quia cum ſit pyramis ignis ipſe, pars eius, quę nõ eſt pyramis, nõ erit ignis, nec vllum aliud erit elementũ, cum nec aer, nec aqua, nec terra, & ſupple tu, nec erit miſtum ex elemẽtis, quare his, q̃ ignem figurant, accidet primo partem ignis non eſſe ignem, contra rationem ignis. Accidet ſecundo, aliquod eſſe corpus, quod nec eſt elementum, nec ex elemẽtis miſtum, vt pars ignis, hæc contra eos, qui ignem figurant.

Auer. comment. 98.

Auer. in cõmen. infert quoddã, & inq̃t, & ex hoc apparet deſtructio ſermonis cõuertentiũ propoſitionẽ, q̃ dant igni figurã pyramidalẽ, quia eſt elementũ corporum, hęc Auer. vult. n. ꝙ ex dictis Ariſt. patet propoſitionem hãc non conuerti, omne pyramidale eſt elementũ corporum, & oẽ elementum corporũ eſt pyramidale, nã licet omne pyramidale ſit elementũ corporum, non tñ omne elemẽtum corporũ eſt pyramidale. Inſtãtia eſt de gleba ignis, quę quidẽ eſt elementum corporum, & nõ eſt pyramis.

His autem, qui magnitudine definiũt, accidet aliquid prius elemento eſſe elementum et hoc in infinitũ abire, ſiquidem omne corpus

diuiſibile

diuiſibile eſt, & quod paruarum magis eſt partium eſt elementum.

Expoſitio.

Nunc obijcit his qui elementum definierunt paruitate magnitudinis, nam (vt dictũ eſt) aliqui voluerunt elementum eſſe magnitudine paruũ, & quanto paruius, tãto magis eſt elementũ, obijcit contra, & ſumit antecedens ſic, ſi oẽ corpus eſt diuiſibile, vt probatũ eſt, & quod paruarũ magis eſt partium, eſt elementũ (vt ipſi dicunt) accidet aliquid prius elemento eſſe elementũ, nam partes elementi ſunt priores elemẽto, quę tñ erunt elementũ, qm̃ ſunt paruiores, iſtę igiť partes priores elemẽto, erũt elemẽtũ, ſunt quidẽ quid prius elẽto, q̃a ſunt partes q̃ ſemp via cõpoſitionis pręcedũt totũ, ſunt elñtũ immo magis, q̃a paruę ac minores toto, & addit hoc abire in infinitũ, q̃tenus partes illę ſunt adhuc diuiſibiles in partes, & illę adhuc in alias.

Auer. comment. 40.

Auerroes pręſenti cõmẽto reducit rationẽ hãc ad propoſitiones, parte illa. {Et dixit hoc.} Quarũ prima eſt ꝙ oẽ corpus cõponiť ex partibus diuiſibilibus in infinitũ ita & ſemp partes minores & in minores in infinitũ ſint ſubtiliores ac ſubtiliores, ſecũda eſt, ꝙ ſemp ſubtile eſt elemẽtum corporis groſſioris, hęc ſecunda ꝓpoſitio cõcediť ab aduerſarijs, prima vero licet nõ ſit ab eis cõceſſa, tñ ſequiť ab illis, quæ ipſi cõcedunt. Cõcedunt.n. oẽm partẽ paruã diuidi in minorẽ, & ſubtile corpus in ſubtilius, ex his ꝓpoſitionibus arguiť, omne ſubtile eſt elementũ ſpiſſioris, oẽ elementũ habet ſubtile & ſubtilius in infinitũ, igiť omne elementũ habet elemẽta in infinitũ. Hęc Auer. & bene.

Prętereà & his etiam accidit dicere idem ad hoc quidem ignẽ eſſe, ad aliud autem aerem, & aquam rurſus ac terram.

Expoſitio. Quæ Auer. cõmen. 50.

Secundo obijcit, et componiť ſic enthimema, vt Auer. facit. Si differentiæ elementorum quibus differunt per rarum & denſum, ſunt ſm magis & minus, ita vt ignis non differat ab aere niſi ſm proportionem terminatam inter eos in raritate ac denſitate, ſequitur ꝙ ſi reperiretur aliud corpus, cuius proportio ad ignem eſſet, quanta ignis ad aerem, illud corpus ad ignem eſſet ignis, et ignis ad ipſum eſſet aer. Item ignis ad aerem eſſet ignis, & aer ad aquã eſſet ignis, & reliqua, hæc Auer.

Alia deductio.

Melius deducerem enthymema ſic arguendo, ſi ignis differt ab aere proportione magnitudinis numeri, tũc idem corpus eſſet ignis, aer, aqua, & terra, deducitur ſumendo A ignem cuius proportio ad aerem eſſet, quæ ignis ad aerem: A enim eſſet ignis. Quod vero eſſet aer, probo minuendo ipſum A in tanta proportione in quanta aer ſe habet ad aquã, & ſequetur A eſſe aerem. Similiter minuendo A in tanta proportione in quanta aqua ſe habet ad terrã, et igiť ipſum A eſſe aquam. Similiter minuẽdo ipſum tm̃ quod ad nullũ aliud proportionẽ habeat, & ſequiť A ipſum eẽ terrã, quare idẽ corpus ſpecie erit ignis, aer, aqoa, et terra, vt patet variatione proportionis. Et vt rectè dicit Auer. Totũ hoc accidit, quia differentias illorũ ponunt ex capĩo quantitatis relatiuè.

Commune autem peccatum his omnibus eſt, qui elementum vnum ſupponunt, vnum naturalem ſolum, omniumq; eundem facere motum. Omne nanq; naturale corpus principium habere motus videmus. Si igitur omnia corpora vnum quid ſunt, vnus ſanè omnium motus erit, & hoc eo magis moueri vnumquodq; neceſſe eſt, quo quidẽ maius ſit. Quẽadmodum & ignis, quo quidem maior ſit, eo ſua latione ſurſum celerius fertur. Accidit autem multa deorſum celerius ferri. Quare propter hęc ipſa, & inſuper cum definitum ſit prius naturales plures eſſe motus, patet vnũ elementum eſſe non poſſe.

Vnũquodq; verbum additum. Quo quãto.

Expoſitio.

Vltimò obijcit cõmuni ratione, quæ omnibus valet, videlicet ꝙ ſi vnum tantum eſſet elementum, vnus eſſet motus naturalis tantũ. deducitur, quia motus diſtinguentur propter formas diuerſas elemẽtorũ, & ita ſi omnia elemẽta erunt vnum elementũ in forma, omnium erit vnus naturalis motus, quod eſt contra ſenſum, q̃a videmus motum quo leuia ſurſum feruntur, & motũ, quo grauia deorſum mouenť, inquit. Cõmune autẽ peccatũ his omnibus eſt, qui elementũ vnum ſupponunt, vnum naturalẽ ſolũ, omniumq; eundẽ facere motum. Et deducit hoc ſequi ad eorum poſitionẽ, & inquit. Omne nanq; naturale corpus principiũ habere motus videmus, & etiã ſic ſecundo phyſicorum eſt definitum. Si igiť omnia corpora .ſ. elementa vnum quid elementũ ſunt, ſup. tu, vnum erit omniũ principium motus, & per cõſequẽs vnus erit motus naturalis omnium, hoc aũt eſt contra ſenſum, quia reperiunť plures motus, videlicet quo ſurſum quędã feruntur, & quo deorſum alia, & hoc .ſ. motu ſurſum eo magis moueri vnumquodq; leuium neceſſe eſt, quo quidẽ maius ſit leue, quẽadmodum & ignis, quo quidem maior ſit, eo ſua latione celerius ſurſum fertur. Similiter accidit quædã alia deorſum celerius ferri, vt grauia. Vel melius hæc pars exponitur, vt ſit totũ hoc pars cõſequentis, & tunc conſequẽs erit, vnum eſſe omniũ, quo videlicet corpora elemẽtaria differunt ſm magis & minus, non ſimpliciter, quia vt omnia elementa vnum ſunt ſimpliciter, ſm eos ſolum differẽtia in reſpectu, ſic omniũ erit vnus motus, quo ſolũ elemẽta differũt in reſpectu, & hoc ait, & hoc eo magis moueri vnumquodq; neceſſe eſt, quo quidẽ maius ſit, quẽadmodum et ignis, quo quidem inter elementa maior ſit, eo ſua latione ſurſum celerius fertur, & aer quo quidẽ minor eſt igne, & maior aqua, eo moueť ſurſum minus igne, & magis aqua, & aqua quo quidem eſt minor aere & igne, & maior terra, eo fertur ſurſum minus igne & aere, et magis terra, terra vero cum ſit omniũ minima, ideo, vt dicit, mouetur deorſum. Propterea inquit. Accidit autem multa deorſum celerius ferri, quia terra mouetur deorſum non ſimpliciter, ſed quaſi modo accidentali in reſpectu. Sic igitur ſequiẽ, ſi elementa omnia ſunt vnum, omnium vnum eſſe motũ, qui differt in eis ſm magis & minus, velut elementa differunt proportione ſm magis ac minus, hæc relinquit tanq̃ manifeſte falſa, ideo inquit. Quare propter hæc ipſa abſurda manifeſta. Et inſuper etiã quia definitũ eſt prius, naturales plures eſſe motus, vt primo huius, patet vnum elementum eſſe non poſſe, & hoc pacto ego intelligo locũ hunc nõ leuẽ, quicquid iuniores velint.

Dubitatio.

Sed quęres, vtrum ſi ſint omnia elementa vnum tm̃, ſequatur vnum eſſe motũ omnium corporũ, vel ſolũ omniũ elemẽtorum tm̃ eſſe vnum motũ.

Reſponſio.

Rectè reſpondit Auer. ꝙ ſi omnia elementa vnũ ſunt elemẽtum, ſequiť omnium elementorum & omniũ miſtorum vnũ ſpecie eſſe motum, cauſa eſt, quia miſta omnia vnũ erunt ſpecie, quod mouebitur vi elementi, quod in eo prędominatur. Prætereà Auer. quęrit, cur in eius ſermone addidit. {Et hoc eo magis moueri.} & reſpondet hoc eſſe additũ ad demonſtrandum cõſequẽs eẽ impoſſibile, q̃a videmus quędã ſurſum magis ac magis ferri, quo leuiora ſunt, quædã magis deorſum, quo grauiora ſunt. Et ita ſm Auer. hæc verba poſita ſunt ad deſtructionem conſequentis. Ego vero puto illa eſſe poſita, vt partes conſequentis, vt diximus.

Cum autem, neq; infinita ſint, neq; vnum plura eſſe, atq; finita neceſſe eſt.

Expoſitio.

Epilogat, et inquit. Cum autem neq; infinita ſint, neq; vnum elementum, plura eſſe atq; finita neceſſe eſt. Vtrũ autem quatuor, in libro de generatione complebitur.

Quo quidẽ hoc cum. ipſa quidẽ.

Conſiderandum autem primò vtrum ſempiterna ſint, an genita corrumpantur, quo quidem demonſtrato, & quot ipſa ſint, & qualia, perſpicuum erit.

poteſt de potentia ad formam in infinitum poſt generabilem, abſolute.n.ſi conſideretur, non finitur ex aliqua parte, ſed per accidẽs, quatenus inter indiuidua eſt ordo per accidens, & quatenus vnum indiuiduũ per accidens pręcedunt infinita, poteſt dici finita à parte antè, & infinita à parte poſt. Quare dici poteſt, q̄ potentia abſolute conſiderata eſt vtraq; ex parte infinita, quia vt ſic nihil aliud eſt niſi materia, & hoc modo eſt vna potẽtia ad formam, quæ eſt generabilis tempore infinito poſt, & ad formam, quæ fuit in prætenito infinito, nõ.n.vt ſic ſunt duę potentię ſimpliciter infinitę, ſed vna tantum. Eſt igitur ſolutio, q̄ ſi cõſideretur potentia per ſe vt ſubiectum formarum, ſic eſt vna tantum, vt materia ipſa, & eſt vtraq; ex parte infinita, ſed ſi cõſideretur potentia ſecundum quid, & per accidens reſpectu formæ ad quam limitata fuit, vt ſic eſt infinita ſm quid, & non eſt abſurdum reperiri duas tales, & quia Plato nõ diſtinxit inter per ſe & per accidens, voluit per ſe genitum poſſe corrumpi & eſſe ęternum. Vnde conceſſit duo, æternum aliquando deſinere, & genitũ eſſe æternum, & motus fuit argumento accepto à potentia, quæ fuit æterna, & tamen in aduentu formæ deſinit. Tu vero quęre ſolutionem primo huius clariorem.

Cõm. 120. Sin autẽ ſtabit alicubi diſſolutio, an id corpus in quo ſtabit indiuiſibile erit, an diuiſibile quidem, non tamen diuidetur vnq̃, vt Empedocles velle dicere videtur, indiuiſibile quidem igitur non erit propter rationes antea dictas, at neq; diuiſibile quidem erit, nunq̃ autem diuidetur; minus enim corpus facilius q̃ maius corrumpi poteſt. Si quidem igitur & maius hac corrumpitur corruptione, vt diſſolutio eſt in minori, ipſum minus adhuc magis id pati, conſentaneum eſt rationi, ignem autẽ duobus modis corrumpi videmus. Nam & à contrario corrumpitur, cum extinguitur, & ipſe à ſe ipſo marceſcens. Hoc autem patitur minor à maiori, & eo celerius, quo minus eſt. quare corporum elemẽta corruptibilia, & generabilia eſſe neceſſe eſt.

Corrũpi poteſt facilius eſt corruptibile, eo quo Quanto.

Expoſitio. Hactenus probauit q̄ elementorum corruptio ſiue generatio non ſit infinita, nunc probat q̄ corruptio elementorũ non ſit finita. Vbi debes ſcire q̄ Empedocles agrigentinus poſuit duplicia elementa, quędam quæ vidẽtur elementa, & non ſunt, vt quę videtur aqua, nõ tamen eſt aqua pura, ſed aqueum, ſimiliter qui videtur ignis, non tamen eſt ignis purus, ſed igneum quoddã, & ſic de cęteris.

Quędam ſunt elemẽta, & nõ videntur, vt ignis purus, aer purus, aqua pura, & terra pura, hæc.n.ſunt elementa, non tñ apparent. dicebat Empedocles elementa quæ videntur elementa eſſe corruptibilia, et eorũ corruptionem ſtare ad elementa vera, quę licet ſint corruptibilia, tamen nunq̃ corrumpuntur. Imaginatur.n. Empedocles miſta reſolui ad ea elementa, quæ videntur elementa, & hęc elementa reſolui ad pura elementa, quæ licet ſint corruptibilia, nunq̃ tamen corrumpuntur, & ſic corruptionẽ elementorum vult vt ſtet ad corpora diuiſibilia, quæ nunq̃ diuidentur. Probat igitur Ariſt. q̄ corruptio elementorũ, quę videntur elementa nõ ſtet ad corpora diuiſibilia, quę ſunt vera elementa, ſed omnia ſunt corruptibilia, ita vt aliquando corrumpant, inquit. Sin autẽ ſtabit alicubi diſſolutio, quęrit quale corpus erit illud, ad quod ſtat diſſolutio, & inquit, an id corpus in quo ſtabit, indiuiſibile erit, vt dixit Democritus, qui voluit corruptionẽ elementorũ reſolui ad atoma, an diuiſibile quidem, nõ tamen diuidet vnq̃, vt Empedocles velle dicere videtur, qui voluit miſta reſolui ad elementa impura, & impura elementa ad quædam alia elementa pura, quę ſunt diuiſibilia, nunq̃ diuidenda.

A Obiicit contra vtrunq;, & inquit. Indiuiſibile quidẽ igitur non erit, ſup. illud ad quod ſtat reſolutio elementorum, vt dixit Democritus, propter rationes antea dictas contra eum, quas non repeto, quia ſatis ſunt explicatæ. Deinde ipſe deſtruit ſecundum membrũ, quod poſuit Empedocles, & inquit. At neq; diuiſibile quidẽ erit, nunq̃ autem diuidetur, vt dixit Empedocles, qui voluit corruptionem elementorum impurorum ſtare ad elemẽta pura, quæ ſunt diuiſibilia, & nunq̃ diuiſa. Minus enim corpus facilius q̃ maius corrumpi poteſt, & ſupple tu verum elementum eſt minus corpus q̃ elementum impurum, & elementum impurum corrumpitur aliquãdo, igitur elementum purum aliquando corrumpetur. Et hoc ſubdit. Siquidem igitur & maius hac corrumpitur corruptione, vt diſſolutio eſt in minori, ipſum minus adhuc magis id pati conſentaneum eſt rationi. Vnde hæc ratio reſoluitur ad propoſitiones. Prima eſt, q̄ ſi corrumpitur corpus maius, corrumpitur etiam minus. Hæc propoſi-

Prima propoſitio.

B tio patet in his quæ ſunt eiuſdem rationis, quia in maiori eſt maior virtus reſiſtendi, q̃ in minori. Secunda, elementum impurum eſt corpus maius elemento puro, patet quia cæteris paribus elementum impurũ continet purum. Tertia propoſitio eſt, q̄ elementum impurum corrumpitur de facto. Hoc probat exemplo ignis, qui (vt dicit) dupliciter corrumpitur, aut à contrario, cum extinguitur, aut ab intrinſeco, cum ipſe à ſeipſo marceſcit. Ex his tribus propoſitionibus componitur ſyllogiſmus, ſi maius corpus eſt corruptibile, & corrumpitur, minus corpus erit corruptibile, & corrumpetur, ſed maius eſt corruptibile, & corrumpitur aliquando, igitur minus aliquando corrumpetur. Sed elementum purum eſt minus, & elementum impurum eſt maius, & elementum impurum corrumpitur aliquando, igitur elementum purum aliquando corrumpetur. Hæc ratio tota patet ex propoſitionibus, & ideo inquit. Hoc autem patitur minor à maiori, vt minor flamma à maiori, & eo celerius, quo minus eſt.

Secunda.

Tertia.

C Quo vero ad verba attinet, debes ſcire, hæc verba poſſe dupliciter intelligi. Vno modo vt minus patiatur à maiori, ita vt minus corpus ſit patiens, & maius ſit agens, & hoc licet ſit verum non tamen ad propoſitũ, patitur minus calidum à magis calido, non tamen eſt ad propoſitum. Alio modo intelligi poteſt vt minus hoc modo patiatur à maiori, ideſt reſpectu maioris. Nam minor flamma patiatur magis q̃ maior, hoc eſt facilius, & ſic intelligit in propoſito. inquit, hoc autem patitur minor, ſup. ignis à maiori, i. reſpectu minoris, & eo celerius quo minus eſt. Ex his dat concluſionem, & inquit. Quare corporum elementa quę ſunt pura, & propterea dicuntur elementa corporum, corruptibilia & generabilia eſſe neceſſe eſt. Sed occurres, quia illa regula ſi maius corrumpitur, minus facilius corrumpi poteſt, non valet, niſi in his quæ ſunt eiuſdem rationis, modo elementum purum & impurum non ſunt eiuſdem rationis. Nam impurum eſt mixtum, modo mixtum non eſt eiuſdem rationis cum ſimplici ex quo cõſtat.

Verborũ interpretatio.

Dubitatio.

D Poteſt dici illa eſſe eiuſdem rationis ſubiecti, quoniam ambo conueniunt in eadem ſpecie materiæ, immo in eadem materia numero, & propterea valet ſi impurum elementum aliquando corrumpitur, quod eſt maius, purum quod eſt minus, aliquãdo corrumpetur, quia ambo ſunt eiuſdẽ rationis ſubiecti.

Solutio.

Pulchra dubitatio eſſet, ſi ignis poteſt corrumpi ab intrinſeco circumſcripto omni cõtrario extrinſeco. Sed quia hæc dubitatio eſt optime diſputata in libris de generatione, vſq; illuc dimittatur.

Animaduerte q̄ Auer. dicit fuiſſe opinionẽ Empedoclis: quędã elementa corrumpi, vt partes elementorũ quę ſenſibus noſtris patent. Hę.n. partes corrũpuntur, quędã alia eẽ in ſe corruptibilia, q̃ tñ nũq̃ corrũpunť, vt ſunt elementa, q̃ nobis non videnť. Et ad hęc dixit Empe. ſtare corruptionẽ elemẽtorũ, quę nobis videnť corrũpi, et ſic Auer. idẽ quod nos ſentit. Secundo animaduerte q̄ ſm Auerroẽ cum

Auer. commen. 12.

Ariſto.dixit ignem dupliciter eſſe corruptibilem, voluit inquere in vtroq; modo corruptionis ſemp minorē ignē citioris eſſe corruptionis q̃ maiorem, ignis.n.minor citius corrumpitur à ſuo contrario, q̃ maior, & ignis minor citius extinguitur ac marceſcit à ſe q̃ maior, quare vult habere minorem facilius corrumpi. Tertio debes ſcire ꝙ Auer.ait ignem marceſcere à ſe, quādo defectu materiæ, in qua continetur, extinguitur.

Dubitatio. Sed occurres an poſſit ignis corrumpi defectu materię ſine contrario ipſum corrumpente.

Reſponſio. Reſpondet Auer.ꝙ nō, quia corruptio quę fit defectu materiæ, eſt etiā ex contrario, ſed per accidēs, quia contrarium nunq̃ ipſum corrumpet, donec materiā illi conuenientem reperit. Confirmat hoc, quia vt dicit in ſecundo de anima, nihil generatur à ſe, & nihil corrumpitur à ſe, ſup. ſine contrario extrinſeco, et ſic tenet Auer. ignem qui à ſe marceſcit, non corrumpi abſq; contrario.

Duplex corruptio. Vnde pro ſatisfactione verborū Ariſto. videtur velle ꝙ duplex eſt corruptio vna à contrario, & eſt quæ principaliter eſt à cōtrario, & hæc dicitur à contrario principaliter, non ꝙ non ſit defectu materiæ: altera eſt à defectu materię principaliter, licet nō ſit abſq; cōtrario. verbi gratia, mors naturalis hominis eſt principaliter defectu materiæ, tñ eſt à contrario, quia à ſicco accidentali. Mors vero preternaturalis, vt mors iuuenis eſt principaliter à cōtrario, tamen nō eſt ſine defectu humidi. Vel fortaſſe dici poteſt ꝙ Ariſt. velit ignē poſſe corrumpi aliqñ à ſe defectu cōtrarij, quando venit ad naturalē finem ſuæ periodi. Ariſto.n. omnibus genitis in libris meteororum præbuit periodū, qua viuunt, vel qua ſtabilita ſunt in eſſe, quę igitur corrumpuntur per hoc ꝙ perueniunt ad finē ſuæ periodi, vult corrumpi ſine contrario, ſed ſolum propter materiā, quæ appetit tunc aliam formā, & ideò tunc pereunt ſine contrario poſitiuo, & per ſolum contrarium priuatiuum.

Alia vero pereunt preter naturaliter qñ præuenit eorū corruptio finē ſuæ periodi, & hæc vult corrumpi propter contrarium poſitiuum, ſed de his in libris de generatione multa, quare ex his perſpicuum eſt, ꝙ elementorū generatio nō ſit infinita, nec etiam finita.

Dubitatio. Sed occurres, omnis motus eſt finitus, vel infinitus, generatio eſt motus, vel cum motu, igitur vel finita, vel infinita.

Reſponſio. Dici poteſt ꝙ generationē vel corruptionem eſſe finitā vel infinitā poteſt dupliciter intelligi. vno modo reſpectu temporis, & ſic quęlibet eſt finita, qm̃ quęlibet pars elemēti, quæ generatur, generatur in tempore finito, vel corrumpitur in tempore finito: alio modo reſpectu terminorum, & ſic nec eſt finita, nec infinita, infinita quidem nō, quia pars ignis cum fit, non fit ex parte alia, quæ etiam fiat, & ſic in infinitum, nec cum corrumpitur, corrumpitur in partem quæ corrumpitur, & ſic in infinitum: finita vero minime, quia non corrumpitur ad aliquod, quod non poteſt corrumpi, nec generatur ex aliquo, quod non poteſt generari, quare hoc modo, nec finita eſt, nec infinita, tamen reſpectu tēporis eſt finita, & ſic concludit ratio.

Quum autē generabilia ſint aut ex nō corpore, aut ex corpore ipſorū generatio erit, & ſi ex corpore, aut ex alio, aut ex ſe viciſſim.

Expoſitio. Quæ Auer. cōmen. 53. Auerroes optimè introducit hanc quæſtionem, ait.n. ſenſu apparere ꝙ elemēta generentur viciſſim ex inuicē, & ita hoc non quęrit, cum ſenſibus pateat, quærit autem vtrum elementa generentur ex ſe viciſſim eſſentialiter ac per ſe, ita vt nō poſſint fieri niſi ex inuicem fiant, nam hoc ſenſibus nō conſtat. Fecit aūt hoc Ariſt. (vt dicit Auer.). per ſimile ad id quod quæſiuit de corruptione. nā quēadmodum quod videtur ſenſu de corruptione eorū, non eſt ſufficiens in certificatione ꝙ elementum quod corrumpitur, ſm omnes partes corrumpatur, ita eſt hoc quod videtūr de generatione eorum adinuicē. ſ. quia non ſufficit per hoc ſcire ſi per ſe ex ſe mutuo fiant, ideò quærit vtrum ex ſeinuicē mutuo fiant elemēta per ſe, quare cum probauit de elementis ꝙ illud quod generatur & corrumpitur, generatur & corrumpitur ſm omnes ſuas partes, quęrit nūc de ſecunda intētione, videlicet vtrum ex ſe mutuò per ſe generentur. Et inquit. Quum aūt generabilia ſint, ſup. ſm omnes partes, vt antea probatum eſt, ideò quæritur poſt hoc vtrum ex non corpore, aut ex corpore ipſorum generatio ſit. & ſi generatio ſit eorum ex corpore, quærit an ex alio corpore, ſupple priori elementis, & alterius generis ab eis, an ex ſe viciſſim, ſup. ſm Auer. per ſe & eſſentialiter fiant. Hæc eſt expoſitio Auer. & ſatis pulchra.

E

Is quidem igitur ſermo, qui ex nō corpore ipſa generat, vacuum facit. omne enim, quod fit, in aliquo fit, & id in quo fit generatio, aut non corpus erit, aut corpus habens: & ſiquidem habebit corpus, duo corpora ſimul erūt in eodem, id videlicet quod fit, & id quod prę erat. Sin autem non corpus fuerit, vacuum ſeparatum eſſe neceſſe eſt, hoc autem impoſſibile eſſe, & antea demonſtratum eſt.

Ipſa verbū additum. In græco ſuperfluit verbū generās. Erunt Habebit ἀφωρισμένον Separatum Definitum.

F

Expoſitio. Nunc Ariſt. deſtruit duo membra, vt concludat membrum verum. probat igit̃ primò, ꝙ elementa nō generentur ex non corpore, & hoc proponit ibi, Is igitur ſermo, qui ex nō corpore ipſa generat, vacuum facit, & ſic vult illa non fieri ex non corpore, quia ſequeretur vacuū eſſe. Pro deductione cōſequentiæ ſumit vnum ſuppoſitum in quarto phyſico. ſatis declaratū, & inquit, omne.n. quod fit, in aliquo, ſup. vt in loco fit. Hęc eſt ſuppoſitio ſatis nota, qua ſtante quęrit, & id in quo fit generatio, aut nō corpus erit, aut corpus habens. probat ꝙ nō habeat corpus, & inquit. Et ſiquidē habebit corpus, duo corpora ſimul erunt in eodem, id videlicet quod fit, & id quod præerat in eo. Sin autem locus in quo fit, ſit non corpus, ita vt in ipſo nullum ſit corpus ſenſibile, vacuum ſeparatum eſſe neceſſe eſt, nam eſt quātum quoddam in quo fit generatio, & non eſt corpus in eo ſenſibile, igitur vacuum, hoc autē impoſſibile eſſe & antea in quarto phyſico. demonſtratū eſt. Hoc modo Themiſtius & Alexander expoſuerunt, vt Auer. narrat, eos enim non vidimus.

G

Auer. commen. 54. Circa hunc locum Auer. diligēter procedit, vt mihi videtur, ideò nos ſui cōmenti omnes vtiles partes adnorabimus. Quantum igitur ad textus introductionē, inquit, in hoc capitulo vult deſtruere duas diuiſiones, ſiue duo mēbra prædicta ſyllogiſmi diuiſiui ad cōcludendum tertiū, erat.n. ſyllogiſmus, elementa generantur ſm omnes partes, vel igitur ex nō corpore, vel ex corpore priori eis, vel ex ſe mutuo. probat igitur ſm Auer. ꝙ elementa non generentur ex non corpore, nec ex corpore priori, vt cōcludat illa fieri mutuo ex ſeinuicem. Hæc eſt introductio Auer. Deinde ſequitur illa particula cōmenti. Et intendit per nō corpus, vbi Auerroes declarat quid Ariſt. per non corpus velit, cū quærit, vtrū elementa quæ generantur, fiant ex non corpore, vel corpore alio, vel ex ſeinuicem. Nam declaratis terminis facilè intelligitur proceſſus Ariſtotelis. Et probat ꝙ per non corpus Ariſto. non poteſt intelligere ipſum nō eſſe ſiue ipſum nihil, quod eſt priuatio ſimpliciter entis, ſed corpus in potentia quale eſt materia, quæ eſt non corpus actu. primò, quia generatio eſt motus ſaltem communiter dictus, omnis motus eget ſubiecto, igitur per non corpus non poteſt intelligere ipſum nihil. Secundo probat idem ibi. Et etiam res. Quia res quæ fit, alia eſt à re ex qua, vt è termino è quo fit, vt patet in cæteris transmutationibus, ſed in alijs transmutationibus neceſſario requiritur ſubiectum, igitur in generatione. Addit tamen quandam differentiam, quia in alijs transmutationibus ſubiectum eſt in actu. In generatione autem, quę eſt in ſubſtantia, ſubiectum eſt in potentia, vt alibi diximus. Tertio probat idem ibi. Ipſe ergo, quia ſi per non corpus intelligeret non eſſe, tunc non eſſe reciperet eſſe, vt deductum fuit in libris phyſicorum ſæpe.

H

Quarto

Quarto ibi. Et ideo ꝓpoſitio. probat ſic, quia antiqui, immo omnes volunt generationem non fieri ex non corporeꝫ, capiendo non corpus pro non eſſe, cõueniunt enim in hoc omnes, qui de natura loquuntur, & ſic cum in hoc nulla ſit vis, videtur igitur ꝙ Ariſtoteles per non corpus intelligat non corpus actu, vt quæſtio ſit, vtrum elementa generentur ex corpore actu tanquam ſubiecto, an ex corpore potentia, q͛d nõ eſt actu corpus, ſm igitur Auerroem Ariſtoteles probat ſubiectum, ex quo fiunt elementa, nõ eſſe actu corpus. *Obiectio.* Sed occurres, quia expoſitio videtur contra textum. Ariſtoteles enim probat id ex quo elementa fiunt, non eſſe non corpus, ait enim, hic igitur ſermo, qui ex non corpore ipſa generat, vacuum facit. Ecce ꝙ probat illa non fieri ex non corpore, quia ſequeretur vacuum eſſe. Auerroes autem vult ꝙ Ariſtoteles probat ſubiectum ex quo fiunt elementa eſſe non corpus, & ſic expoſitio eſt contra textum, quia textus deſtruit, quod Auerroes ait conſtrui. *Solutio.* Poteſt dici ꝙ Ariſtoteles ꝑ non corpus intelligat trinam dimenſionem ſeparatam, quod B eſt non corpus ſenſibile, ſed bene corpus quantum. Vnde inquit, his quidem igitur ſermo qui ex non corpore ipſa generat, ideſt qui ex trina dimenſione ſeparata ipſa generat, vacuum facit. Modo idem quæstio & itelligit Auerroes, vult enim ꝙ Ariſtoteles probet ſubiectum elementorum non eſſe actu corpus ſenſibile, nec eſſe actu corpus quantum ſeparatum à corpore quali, quæ non repugnãt.

Vnde ſm Auerroem textus reſoluit ad duo, quia primo probat ſubiectum generationis elementorum non eſſe corpus actu. Secundo ꝙ non ſit corpus in potẽtia, id eſt trina dimenſio ſeparata à corpore ſenſibili, neceſſe .n. eſt (vt dicit Auerroes) ꝙ omnis generatio ſit in ſubiecto, & neceſſe eſt vt illud ſubiectum aut non participet corporeitate, nec accidente, neqꝫ quantitate, nec alio, aut neceſſe eſt vt in eo ſit corporeitas, ideo probat primo ꝙ in ſubiecto non ſit corporeitas per ſe, hoc eſt dicere ꝙ ſubiectũ ſit corpus actu, quia ſi ſubiectum generati ſit corpus actu, & ipſum genitum ſit actu corpus, tunc duo corpora pene C trabunt ſe occupando eundem locum. verbi gratia, ſi ſubiectum generationis ignis ex aere fuerit aer, & cum ſubiectum ſit in re generata, eſt enim pars illius, tũc aer & ignis erunt inſimul in eodem loco. Deinde ſequitur illa particula. Et ſi locus in quo. Vbi probat ꝙ ſubiectũ ex quo ſit elementum non eſt corpus in potentia .i. trina dimẽſio ſeparata, quia ſi ſic eſſet, tunc daretur vacuum, nam vt dicit quarto phyſicorum, vacuum eſt corpus in potẽtia, q͛d actu eſt non corpus, capax tamen corporis actu. Et tunc iuxta hãc põnem cum Ariſtoteles ait, Omne enim quod ſit, in aliquo ſit, intelligit ſubiectum, quia omne quod ſit ex ſubiecto, & in ſubiecto ſit. Similiter per id in quo ſit, intelligit ſubiectum ex quo & in quo ſit generatio. Quare patet elementa fieri non poſſe ex ſubiecto actu per ſe, nec ex ſubiecto in potentia, quod eſt trina dimenſio ſeparata, erit igitur generatio elementorũ ex ſubiecto: quod eſt corpus actu: non quidem per ſe, ſed per accidens, ex ſubiecto aũt in potentia, quod eſt materia prima, per ſe, hæc eſt ex- D poſitio Auerrois. Deinde ſequit. Themiſtius aũt. Vbi ponit Themiſtij & Alexandri expõnem, qui format ſic rationem textus, omne genitũ aut erit in loco, in quo nõ eſt corpus, aut in loco in quo eſt corpus, ſi in loco in quo eſt corpus, tunc duo corpora erunt in eodem loco. Sin autem in loco in quo non eſt corpus tunc vacuum erit. Addit ꝙ Ariſtoteles non induxit hunc ſermonẽ apud eos, niſi ad declarandum quomodo contingit ex poſitione generati vacuum eſſe. & ita volunt hanc rationem non eſſe demõſtratiuam, ſed probabilem, ita ꝙ eſt inducta vt quædam dubitatio accidens circa põnem generationis, quam antiqui neſciebant ſoluere, quæ ratio docet, ꝙ generatio ſit ex corpore, non quidem actu, ſed potentia hoc modo, videlicet, ꝙ primum initans eſſe formæ genitæ, eſt primum nõ eſſe præcedentis corporis, & ſic Alexander & Themiſti⁹ arbitrantur circa rationem hanc. Deinde ſequitur. Et A hoc non eſt verum. Vbi Auer. ſoluit rationem Ariſtotelis (& vt mihi videtur) ſolutio ſua eſt illa, quam dederunt Themiſtius & Alexander, nam (vt dicit) qui ponit generatum fieri a corpore in potẽtia, poteſt ponere generationem fieri in loco, non ponere vacuum, poterit enim ponere in loco generationis eſſe corpus corrumpendum, quod quidem recedet per generationem noui corporis, quia primum eſſe noui corporis eſt primum non eſſe corporis ꝓcedentis, quod recedit. Exemplum huius eſt quia corpus liquidum, vt aqua intrat vas, vbi erat aer, quia q̃ cito intrat aqua, tã cito recedit aer, & ita nõ ſequitur vacuũ eſſe. Deinde ſequitur illa particula. Si autem itellectum. Vbi redit ad ſuam expoſitionem, & vult ꝙ ſi per corpus & nõ corpus intelligat materiã, tunc intentio Ariſtotelis eſt demonſtrare quomodo corpus fiat à corpore, & ſupple quõ à non corpore, fit enim à corpore, quia à materia, quę actu eſt ſub forma alterius corporis, igitur fit à corpore ꝑ accidens, fit aũt à non corpore, quia fit à materia, quæ eſt non B corpus actu, ſed corpus in potentia. Deinde ſequitur illa particula. Quomodo autem ſequitur. Vbi oſtẽdit quomodo ſequitur ſi generatum ſit à corpore in potentia, vt vacuum ſit, & ait vacuum ſequi, quãdo fieret generatũ à corpore in potentia .i. à materia ſubiecta trinæ dimẽſioni omnino ſeparata à corpore actu, nam cum materia quanta eſſet ſeparata actu, proculdubio eſſet vacuum. Vnde ſi materia quanta, quæ eſt in potentia, remaneret per ſe ſeparata, quanto magis ipſum vacuum actu. Addit ꝙ Themiſtius fatetur locum hunc eſſe difficilem. *Cautius.* Deinde ſequitur. Et ego quæro. Vbi probat Auer. ꝙ cum Ariſtoteles dicit, in quo ſit generatio, non intelligit locum. primo, q̃a ſi intelligeret locum, & propoſitiões ſyllogiſmi eſſent veræ, ſi non poneretur vacuum, omnino generatio tolleret. probatur, quia ſi itelligit locum, & propoſitiones ſunt veræ, oporter ponere in loco generatiõis nullum eſſe corp⁹, aliter non ſit generatio, quare ſi non ponitur vacuum, generatio omnino tolletur, ſiue ponatur generationem fieri C ex aliquo in potentia, ſiue ex alio in actu, idem enim cõſequitur ſemper. Secundo arguit ibi. Et hæc expoſitio. Quia expoſitio hæc eſſet idonea, quando per id, in quo ſit generatio, intelligit corpus in potentia: nam ſic dicẽdo redit expoſitio noſtra, quæ itellexit per id in quo, ipſam materiam. Deinde ſequitur illa particula. Et hoc quod. Vbi ſoluit argumentum eorum, arguebant enim Ariſtotelem non potuiſſe intelligere per id in quo, ipſam materiã, quoniam ſi per id in quo intellexit materiã, tunc id in quo non eſſet pars generati, nec corrupti, ſed aliud quid ab eis, & ſequitur vlterius materiã nihil eſſe, quia materia tandiu eſt, quãdiu eſt pars generati, vel corrupti, quare ſi per id i quo intelligeret materiam, materia non eſſet materia, nec aliquid aliud, q̃a in quo eſt quid aliud a genito & corrupto, nec alicuius illorum pars. Deinde ſequitur illa particula, & hoc nihil eſt. *Solutio.* Reſpondet Auer. & concedit Ariſto. per id in quo ſit generatio itelligere materiam, & vlterius cõcedit illam eſſe partem rei corrumpendæ prius, poſtea fie- D ri partem rei genitæ, quia dum prior forma à materia tollitur, alia in ea ſit. Et ſic poſſumus tenere generationem eſſe, & vacuum non eſſe & poſſumus dicere quòd vacuum eſt ſi generatio eſt, ſupple à materia quanta ſeparata à corpore quali, hæc Auerro. quæ mihi vidẽtur acuta, licet fortaſſe non ad mentem Ariſtotelis.

At neqꝫ ex corpore quodam fieri poſſunt elementa: accidet enim aliud corpus elementis ipſis prius eſſe.

Expoſitio. Nunc deſtruit ſecundum membrum, & probat elemẽta ipſa fieri non poſſe ex corpore alio ab eis, & hoc proponit. d. At neque ex corpore quodam, ſupple alio ab elemẽtis, ipſa elementa fieri poſſunt. Apponit abſurdum, quod ad hoc ſequitur. d. accidet enim aliud corpus elementis ipſis prius eſſe. & conſequentia probatur, licet ipſe nunc nõ probet, quia id ex quo aliquid ſit, prius eſt eo, quod ſit, vt

materia

materia prior eſt cõpoſito, quod ex materia fit. tacuit autem probationem, quia in libris phyſicorũ ſatis dicta eſt, illic enim dictum eſt ſubiectam materiam priorẽ eſſe his, quæ ex materia fiunt, vt mater prior eſt filijs.

Vnum. Quoddam. Momentum. inclinationẽ. Appetudinẽ. Quare igitur Fit, verbum additum.

Hoc autem ſiquidem grauitatem aut leuitatem habet, vnum elemẽtorum erit. Sinautem nullum habet momentum, immobile atq; mathematicum erit, at ſi tale eſt, in loco non erit, in quo enim quieſcit, in hũc & moueri poteſt, & ſi vi quidem præter naturam. Sin vero non vi, ſecundum naturam, quare ſiquidem in loco atq; alicubi erit, elementorũ quoddam erit. Sinautem nõ erit in loco, nihil ex ipſo erit: id enim qđ fit, & id ex quo fit, ſimul eſſe neceſſe eſt.

Expoſitio.

Græci copulant textum hunc ad præcedentem, quod etiã Auer. fecit. volunt enim per hunc textũ Ariſtotelem (F) declarare id quod deduxit, eſſe abſurdũ. Vnde ſm eos ſic ratio poteſt componi, ſi elementa fiunt ex corpore quodam alio ab eis, eſſet quoddã corpus prius elemẽtis. Hoc autem eſt impoſſibile, quia tale corpus, vel habebit inclinationem aliquam, videlicet grauitatem aut leuitatẽ, aut nullã, ſi inclinationem habebit, proculdubio erit aliquod elementorũ, ſinaũt nullã, erit corpus mathematicũ, quod abſurdum eſſe oſtendit. Hæc eſt græcorũ expõ, quæ ſatis cõmoda eſt verbis Ariſtotelis. Poteſt etiam eſſe aliud argumentũ & tũc verbũ aũt, legatur pro etiã, vel ꝑterea, hoc pacto videlicet, ꝑterea ſi elemẽta, ſupple fiũt ex quodã corpore alio ab elemẽtis, hoc habebit inclinationẽ aliquã vel nullã, totũ hoc eſt ſupplẽdũ, qđ breuitatis cauſa ꝑtermiſit. Deinde ſequitur, ſiquidẽ iclinationẽ, hoc eſt grauitatẽ, aut leuitatẽ habet vnũ elementorum erit, patet ipſa cõſequentia per ſe. Sinaũt, nullũ habet momẽtum ſiue inclinationẽ mouẽdi, quæ græce rhope dr̃, imobile atque mathematicũ erit. Deinde deſtruit hoc, & inquit. At (G) ſi tale eſt, videlicet imobile atq; mathematicum, i loco vl lo erit, deducit, quia ſi in aliquo loco erit, in illo quieſcit, hoc autem falſum eſſe demonſtrat. d. in quo enim quieſcit, in hunc & moueri poteſt. Dico in hunc moueri poſſe, eo modo, quo in illo quieſcit, quia & ſi vi quieſcit in loco aliquo, ꝑter naturam ad illum mouebitur, ſin vero in illo quieſcit nõ vi, ad eum mouebitur ſm naturam. q̃ ſic ſequitur qđ poſitum eſt imobile ac mathematicũ, eſſe mobile, ac naturale. Præterea deducit ad aliud ſi ponitur tale mathematicũ corpus eſſe in loco, & iquit. Quare ſupple ſequitur aliud qđ eſt cõtra dicta, ꝙ ſiquidẽ in loco erit atq; alicubi, elemẽtorũ qđdam erit, quod erat negatum. Deinde deſtruit aliud mẽbrum, & inquit. Sinautẽ nõ erit in loco, nihil, hoc eſt nullum elemẽtum ex ipſo fiet, cuius rõnem aſſignat. d. id. n. quod fit, & id ex quo fit, ſimul eẽ neceſſe eſt, q̃ aũt ſimul ſunt, vt dicit̃ Quinto phyſicorũ, in vno eodẽq; loco ſunt. quare ſi nullibi eſt, nihil ex ipſo fiet. Debes ſcire ꝙ tota ratio põt ſic cõponi, ſi elementa fiunt ex corpore quodã alio ab eis, vel habet inclinationẽ, vel nullã, ſi habet inclinationẽ, erit aliquod elementorum, at ſi nullã habet iclinationẽ, erit corpus mathematicũ. Hoc aũt eſt impoſſibile, quia vel erit in loco, vel in nullo erit loco. Si in loco erit, mobile erit, quod negabat̃. Præterea etiam ſi erit in loco erit aliquod elementorum, omne enim quod eſt in loco ſiue ſit in eo vi, ſiue naturaliter, eſt elementũ, vel elementũ habens. Sinaũt in nullo loco fuerit tale mathematicũ corpus, ex ipſo nihil fiet, q̃a id quod fit, & id ex quo aliquid fit, oportet eſſe ſimul in eodem loco. Patet igitur elementa fieri non poſſe ex alio quodam corpore priore elementis.

ῥοπὴ impetus momentũ, inclinatio ἀπὸ τοῦ ῥέπειν, quod ẽ inclinare, cũ ſtatus in alteram partem deuergit, quaſi declinatio & deuergentia.

Cùm autem neque ex non corpore, neque ex alio corpore fieri poſſint, ex ſeſe mutuo ipſa fieri relinquitur.

(E) Recolligit nunc concluſionẽ ſyllogiſmi, & inquit. Cũ aũt neq; ex non corpore, neq; ex alio corpore fieri poſſint elementa, ex ſeſe mutuo ipſa fieri relinquitur. Hæc eſt cõcluſio totius ſyllogiſmi.

Auer. comment. 51.

Debes ſcire ſm Auerro. ꝙ elemẽta fieri ex corpore poteſt dupliciter intelligi, aut ꝙ fiant ꝑ ſe ex corpore, aut ꝑ accidẽs, ſi ꝑ ſe ex corpore, aut ex corpore actu, aut ex corpore potẽtia. Ipſa ꝑ ſe fieri ex corpore actu, deſtructũ eſt, ipſa fieri ex corpore in potẽtia per ſe, dupl̃r adhuc eſt, aut ex corpore, qđ ſit ſeparatũ ab actu corporeo, & hoc item deſtructũ eſt, & ꝓ parte deſtruet̃, aut ex corpore in potẽtia, quia actu eſt ſub corpore, & põt denudari ab illo, & ſic verũ eſt elemẽta fieri per ſe ex corpore in potentia. Iterũ elemẽta fieri per accidens ex corpore, põt dupl̃r intelligi, aut in potentia, & hoc non, quia elementa fiunt ꝑ ſe ex corpore in potẽtia, ad ſenſum datũ, aut actu, & ſic eſt verũ, fiunt enim elementa ex corpore actu ꝑ accidens, qđ ꝑ ſe eſt in potẽtia, vt dictũ eſt. ſm igitur Auerro. Ariſto. (F) probat elemẽta fieri ꝑ accidẽs ex corpore actu, quod nõ eſt aliud ab elementis, ſed elementũ ipſum, quia illa non fiunt niſi ex ſeinuicem, hęc Auer. et nõ ſunt aliena ab his, quæ diximus. Vlterius quo ad verba, inquit Auer. & debes ſcire ꝙ intẽdebat ꝑ hoc quod dixit, neq; graue, neque ponderoſum, negationẽ ſimplicẽ, econtrario illi, qđ dixit de cęlo, cum dixit de eo neq; graue neq; leue eſſe, illic enim intendebat ꝙ cęlũ habet naturam, de qua nõ dicitur graue, neq; leue. Et ita velle videt̃ Auer. ꝙ qñ Ariſ. ait. Sinaũt nullũ habet momẽtũ intelligat ſimpl̃r ꝙ nullũ habeat momentũ, quia cęlũ etiã habet momentũ, nam licet nõ habeat momentũ, quo ſurſum vel deorſum mouetur, habet momẽtũ, quo mouetur circulariter, qđ momentum eſt eius natura tertia. Vnde ſi ꝑ nullũ habere momentũ non intelligeret negationem ſimplicẽ, non ſequeret̃ illa cõſequẽtia, videlicet ꝙ ſit imobile atq; mathematicũ, q̃a cęlũ nullũ habet momẽtũ elemẽtare: & tñ eſt mobile & non mathematicũ, igitur intelligit ſimpl̃r ꝙ nullã (G) habeat vim naturalẽ mouendi, hæc Auer. & recte. Vltimo Auer. infert contra antiquos, & ex hoc apparet vt ſubiectũ eorũ ſit idẽ, & vnũ cõe, quod dicit̃ materia, apparet etiã ꝙ ſint ex materia & forma cõpoſita, & ꝑcipue, vt dicit, patet hoc cum declaratum ſit impoſſibile eſſe, vt generentur & corrumpantur ſm diſſolutionem & cõpoſitionem in ſuperficies, aut in partes diuiſibiles.

Rurſus igitur conſiderãdum eſt quis nam ſit mutuæ generationis ipſorum modus, vtrũ vt Empedocles dicit atq; Democritus, an vt hi, qui in ſuperficies diſſoluũt, an alius quiſpiam ſit præter hos modus.

Expoſitio.

Nunc conſequenter ad aliud tranſit negotium, cuius, vt ſui moris eſt, intentionẽ proponit. Et inquit. Cum ſup. elementa generentur ex ſeſe mutuo, rurſus igitur cõſiderãdũ eſt, q̃s nã ſit mutuæ generationis ipſorũ mod⁹, vtrũ vt Empedocles dicit, atq; Democritus, an vt hi qui in ſu- (H) perficies diſſoluũt, vt Platonici, an alius quiſpiam ſit præter hos modus, vt peripatetici dicunt.

Hi igitur qui quidem circa Empedoclem, atq; Democritum ſunt, ipſi ſeipſos latent, nõ generationem mutuam, ſed apparentem generationem facientes, vnumquodq; enim quod ineximit, ſegregari dicunt, quaſi è vaſe ſit ipſa generatio, non autem è materia quadam mutatio eius, quod generatur.

Mutatio. Fieri. Generari.

Reſponſio.

Proſequit̃ nũc de ꝓpoſita intẽtione, & ꝑmo narrat opinionẽ Empe. Demo. & Anax. circa modũ gñationis ex ſeſe elẽtorũ, vbi debes ſcire ꝙ Empe. poſuit q̃tuor ꝑma corpora, ignẽ videlicet aerẽ, aquã, et terrã, et ſm ſubãm intrãſmutabilia, diuiſibilia tñ ſm q̃titatẽ, & diuiſa in ꝑtes ꝑuas ꝑ cõgregationẽ hmõi ꝑtiũ ſm plus & minus conſtituere illud,

illud,quod dicimus ignem , aerem , aquam , & terram.

Nam nihil ſyncere poſuit tale,poſuit enim duplicia elementa,videlicet pura.vt quatuor prima corpora,quę diximus,& impura,quæ ex partium illorum congregatione reſultant,& ex his impuris poſtea per ſegregationem poſuit generari ea,quæ dicimus miſta.Democritus vero poſuit prima corpora atomia,& ex ipſis per congregationem generari primum id quod dicimus ignem , aerem, aquam,& terram,& ex iſtis per ſegregationem fieri miſta.Anaxa.etiam prima corpora poſuit partes ſimilares, infinitas exiſtentes in vnoquoq;,poſtea per ſegregationẽ miſta fieri.Cõueniunt igitur hæ opiniones in eo quod dicunt rerum generationem fieri per ſegregationem eorũ, quæ inexiſtunt. Obijcit igitur Ariſto.cõtra hoc in quo conueniunt,primo quia tunc generatio nõ eſſet vera,ſed apparens tm̃.Inquit.Hi igitur,qui quidem circa Emped. atq; Demo.ſunt,ipſi ſeipſos latent,& ponit in ſeipſos latent.ſ.non generationem mutuam ipſorum ſup.veram, ſed apparentem tm̃ facientes.Declarat hoc eos dixiſſe,& inquit.Vnumquodq; enim quod inexiſtit,ſupple in elementis,ſegregari dicunt,& hoc eſſe illorum generationẽ, quaſi generatio miſtorum ſit ex vaſe exitus , quia fit per ſegregationem ab illis elementis,ſegregantur enim ab illis parua corpora quæ poſtea congregantur ad generationem miſtorum,& ita dicunt generationem quaſi ſit exitus a vaſe,& nõ ex quadam materia mutatio vera & ſubſtantialis eius quod fit,ecce ad hanc opinionem ſequi generationem non eſſe veram,ſed apparentem tm̃ mutationem,quod eſt primum abſurdum contra hos. Debes ſcire ꝙ generatio ſm̃ hos eſt ſegregatio,& congregatio . eſt quidem ſegregatio paruorum corporum ab his,quæ vocant elementa,eſt autem congregatio illorum paruorum corporum,quæ iam erant ſegregata ad vnum,quod generatur,quare generatio quouis modo ſit,erit apparẽs mutatio & non vera ex materia tranſmutatio.

Auerro. cõment. 58. Auer.aũt ait qõnem præſentem,quæ quærit de modo generationis elementorum abinuicem,declarari nõ poſſe ſyllogiſmo hypothetico.cuius cauſa eſt , qa hypotheticus diuiſiuus ſyllogiſmus fundatur ſupra partibus cõtradictorijs,modo eiuſmodi opiniones non ſunt contradictoriæ,ideo fieri non põt per deſtructionem illarum ſyllogiſmus hypotheticus diuiſiuus à deſtructione falſarum poſitionum ad poſitionem veram. Vlterius Aue.dicit quòd Ariſto.in hoc libro contradicit opinionibus falſis,& in libro de generatione inducit modum verum,quo elementa inuicem generantur, hinc concludit librum hunc eſſe præambulũ ad librũ de generatione. Tertio dicit Ariſt. non tantum cõtradicere Democrito & Empedocli , ſed omnibus dicentibus generationem eſſe cõgregationem & ſegregationem,& omnibus qui dicunt generationem eſſe ex ſubiecto ente in actu,omnes enim ſic dicentes coguntur dicere generationem eſſe aut latitationem,aut alterationem in qualitate non in ſubſtantia.

Obiectio. Sequitur illa particula{Sed iam}vbi mouet dubitationem, quia in libro de Anima dictum eſt,Empedoclem poſuiſſe elementa intranſmutabilia,hic vero dicit de mente illius illa inuicem generari.

Solutio. Reſpõdet ꝙ forte Ariſtoteles tribuit hãc opinionem Empedocli quaſi per accidens,quatenus ponit illa in miſto actu modo latitatiõis. Vel melius dici poteſt Empedoclem poſuiſſe elementa duplicia,quædã pura,& hæc ſunt intranſmutabilia,alia impura,& hæc tranſmutabilia,de his ſupra ſatis dictum eſt. Deinde ſequitur illa particula.{Et hoc quod dicunt}vbi notat Auerroes duas literas,vna dicit ita antiquos dixiſſe rerum generationem eſſe,ſicut generatur ignis excuſſione lapidis cum ferro,licet ſit differentia,quia antiqui voluerunt generationem eſſe de capitulo tranſlationis,generatio ignis ex lapide eſt de capitulo alterationis & tranſmutationis. Alia litera dicit eos ita generationem dixiſſe,ſicut eſt exitus alicuius corporis à vaſe,& hoc pacto in noſtris græcis codicibus legitur,& eſt exemplum verius,qm̃ hic exitus eſt tranſlatio tantum,& ſic generationem eſſe tranſlationem dixerunt antiqui, quare melius eſt.

Dicunt verbũ additum. Deinde ſi ſic,non minus ea,quæ accidunt , abſurda ſunt . eadem enim magnitudo ſi denſatur,grauior fieri non videtur. At qui aquam aeri ineſſe , & inde ſegregari dicunt , eos hoc dicere neceſſe eſt. Cum enim aqua ex aere fit, grauior eſt.

Expoſitio. Secundo arguit ſic.Si vnum elementum generatur ex alio ſola ſegregatione,tunc motu locali omnibus alijs paribus aliquid fieret grauiꝰ q̃ prius erat.Immo ſequeretur ſolo motu locali,graue fieri,quod falſum eſt,nã graue aut ſubſtantia eſt,aut conſequens per ſe ſubſtãtiam,& ſic fieri nequit,niſi ſubſtantiali mutatione.Conſequentia vero deducitur,quia dum ex aere aqua fit,ipſa generatur p ſolam ſegregationem earum partiũ,quæ in aere erat apud ipſos,modo patet talem aquam genitam grauiorem eſſe q̃ prius erat dum in aere cõtinebatur,quæ ratio docet ipſam fieri non poſſe per ſolam partium ſegregationem ab aere,& ita in aere non prius erat.Inquit.Deinde ſi ſic ſupple eſt ꝙ vnum elementum generetur ſola ſegregatione earum partium,quæ in priori elemento erant, non minꝰ ea,quæ accidunt abſurda ſunt,ſupple,q̃ pauloante diximus.Sequitur enim ſupple aliquid fieri grauius q̃ prius erat ſolo motu locali,ſupple ſi ſola ſegregatione vnum elementum ex ſeparatione partium fieret ex alio, eadem.n. magnitudo ſi denſatur , grauior fieri non videtur ſupple ſolo motu locali,& qui aquam aeri ineſſe,& inde cũ generatur,ſegregari dicunt,eos hoc dicere neceſſe eſt, vt deduximus,cum enim aqua ex aere fit grauior eſt,quare cũ hoc abſurdum ſit ipſam fieri ſegregatione partium abſurdum erit,& per cõſequens aqua non prçerat aeri. Animaduerte ꝙ Auerroes pulchre hoc declarat,& dicit,contingit.n.eis ꝙ cum corpus leue a quo exit graue,cum fuerit in aliqua quantitate,deinde inſpiſſatur, & diminuitur ſua quantitas,vt in eo appareat grauitas maior , quando inſpiſſatur,& appropinquat ſua quantitas quantitati corporis grauis,quod exit ab eo . Et ſic ſola loci mutatione qua fit inſpiſſatio ſequitur aliquid fieri grauius. Ponit exemplum,& īquit,verbi gratia,quia videmus ꝙ aer ex quo generatur aqua,habet quantitatem,ſupple ſibi cõuenientem,& cum ex eo fit aqua,inſpiſſatur primo , & diminuitur ſua quantitas,& ſic fit aqua:ecce quomodo ſola inſpiſſatione aqua fit grauior q̃ erat antea,cum in aere ipſo continebatur. Oſtẽdit aũt Auerroes hoc abſurdũ eſſe,& inquit.Si igitur aqua eſſet in actu clauſa in aere, non accideret aeri quando inſpiſſatur , & appropinquat aquæ,vt eſſet grauior q̃ ante,quia ſupple tũc ſola inſpiſſatione accideret noua grauitas.Modo hoc falſum eſt , videmus enim aerem,cum inſpiſſatur addi ſibi grauitatem aqueam,quam prius non habuit . Quare oportet dicere aquæ generationem fieri non ſola partium ſeparatione.

Deinde ſequitur illa particula{Et inclinauit} vbi remouet dubium,dubitaret forte aliquis, quia ſi aer fit grauior inſpiſſatione,tũc ipſe eſſet grauis in loco proprio.Reſpondet primo eum dixiſſe aerem eſſe grauẽ ante & poſt exitum aquæ ab eo,ne quis credat leuitatẽ aeris eſſe violenter commiſtam grauitati aquę.Et propterea voluit innuere vtrunque eſſe graue , & non aquam tantum , ne quis dicat aquam violenter miſtam eſſe aeri,vel aliter ait Auerro.hoc dixiſſe,quia opinio ſua eſt aerem proprio in loco graue eſſe,& ſic conceditur id quod in dubio inducebatur. Vel aliter hoc quod dixit deſuit ad confirmandum ſupple abſurdum illud ſequi opinionem antiquorũ, qui dixerunt omnia elementa eſſe vnum ſubſtantia , non ꝙ ita ipſe velit,hæc Auerro. & non imperite. Deinde ſubdit{Si aliquis quæreret}repetit dubitationem , quã breuibus ſoluit,ꝙ de mente Ariſt.aer in proprio loco habet aliquam grauitatẽ , vt in quarto dicemus. Animad-

uerte tamen multa Auer. hic dicere, quæ ad verba textus nihil faciunt, vt intelligenti patet.

Occupare Obtinere Maiorem Ampliorem Tranſitu μεταβάσει Migratione Permutatione. Abſurdum Irrationale ἄλογον.

Præterea corporum miſtorum alterum ſeparatum non neceſſe eſt locum ſemper occupare maiorem. At cum oritur aer ex aqua, maiorem aer occupat locum. Quod enim ſubtiliorum eſt partium, id maiore in loco fit. Patet autem hoc, & in ipſo tranſitu. Euaporante .n. humido, ſpirituq; turgente, ea vaſa quæ moles continent, ob anguſtiam rumpuntur. Quare ſiquidem omnino vacuum non eſt, neq; extenduntur corpora, vt hi qui hæc dicunt, inquiũt ipſum impoſsibile eſſe patet. Sinautem vacuum eſt, & extenſio, abſurdum eſt id quod ſeparatur ex neceſſitate ſemper maiorem occupare locum.

Expoſitio. Tertio ſyllogizat ſic, corporum miſtorum alterum ſeparatum non neceſſe eſt locum ſemper occupare maiorē. hæc maior probatur extra textum, quia eorum quę miſta ſunt, eadem eſt forma, eadem etiã & virtus, quorũ vero eſt forma & virtus eadē, locus, quoq; idem erit. Et ſic patet hæc maior. Deinde ponit minorē, & inquit. vt cum oritur aer ex aqua, maiorē aer ipſe occupat locũ, probat aerem maiorem occupare locum cum ipſe ex aqua orit. primo, quia quod eſt ſubtiliorum partium, id maiore in loco fit. Modo aerem ſubtiliorum partiũ eſſe nemo eſt qui dubitat, quare aer dum oritur ex aqua maiorem occupare locum clarũ erit. Secundo probat idem dicens, patet aũt hoc & in ipſo tranſitu, vt quando aliqua corpora tranſeunt de vna diſpoſitione ad aliam quãdo trãſeunt de groſſo ad aereum, euaporant enim humido, vt muſto, vel alio ſucco, ſpiritu queq; turgente, ea vaſa cōtinent moles, hoc eſt muſti & ſuccos, quæ moles dicuntur nomine generis, rumpuntur, dolium enim ſæpe rumpitur itumeſcēte muſto, ſimiliter & amphora intumeſcēte ſucco, & hoc eſt q̃a moles illæ tranſeunt de aqueo terreo ad aereũ, quæ ratio docet aerem dum ex aqua fit, maiorem occupare locum, & ſic patet minor. deficit concluſio, quæ eſt, igitur aer nō

Syllogiſ. tex. fuit ſola congregatione aquæ cōmiſtus. Eſt igitur ſyllogiſmus, corpus alteri cōmiſtũ per ſolam cōgregationem, & actu exiſtens, cum ſeparatur non obtinet maiorem locum, aer cum ſeparatur ab aqua, obtinet maiorem locũ, igitur aer non eſt aquæ commiſtus per ſolam congregationem actu exiſtens. Sed occurres, quando rumpũtur vaſa, quæ moles continent, & quando non rumpuntur.

Dubit. tex. Solutio. Reſpondet Ariſto. q̃ ſi non detur vacuum, neq; corpora contenta in vaſe extenduntur ſpũ turgente, nunquam poſſunt vaſa rumpi, quia per ebullitionē nunq̃ intumeſcent hæc corpora, dupliciter enim muſtum poteſt intelligi fieri maius per ebullitionem, aut propter vacuum, q̃a dum ebullit vacuum inter partes ebullientes oritur, aut propter extenſionem, quia dum ebullit, partes groſſæ aq̃ extenduntur, quare ſi nec vacuum, nec partium extenſio fit, nec vaſorum fractio erit intumeſcentibus corporibus contentis in illis. Inquit. Quare ſiquidem omnino vacuũ non eſt, neq; extenduntur corpora contenta in vaſis, vt hi qui hæc dicunt, inquiunt, volunt enim corpora non extendi, ipſum impoſsibile eſſe patet, hoc eſt patet fieri non poſſe fractionem vaſorum per intumeſcētiam corporum, patet ergo quando eſt dicendum vaſa non rumpi. Deinde dat quando eſt neceſſe dicere vaſa rumpi, & inquit. Sinautem vacuum eſt, & etiam extenſio corporum contentorũ intumeſcente ſpiritu, ſupple tu, vaſorum fractio erit, & ſi fractio ſupple erit, abſurdum eſt id quod ſeparatur ex neceſsitate ſemper ſola ſegregatione maiorem occupare locum. Nam id quod ſeparatur, maius erit, aut propter vacuum, quod inter partes eſt, aut quia partes extenduntur,

E quæ minores præerant, & non propter ſolam ſegregationem, vt ipſi dixerunt. Sic igitur ſi nec vacuum, nec extenſio partium eſt, etiam nec vaſorum fractio fiet intumeſcēte ſpiritu. Sinautem aut vacuum, aut partium ẽxtẽſio ſit, vaſorum fractio erit, & corporum etiam intumeſcentia, verum non erit ob ſolam ſegregationem, vt dixerũt ipſi; ſed vel vacui interpoſitione, vel partium extenſione. Et ſi dices ad quid hæc Ariſt. Dici poteſt hæc eſſe dicta, vt demonſtraret antiquos vix poſſe ſaluare problema de fractione vaſorum ſecundum eorum fundamēta, niſi aut ponant vacuum, quod eſt contra veritatem, aut ponant partium extenſionem, quod eſt contra eos qui volunt ſola ſegregatione corpora fieri maiora, nulla extẽſione de nouo facta. Fuit autem mihi non parum difficilis locus iſte, vt conſiderantibus patet. Optima de. Solutio.

Auerro. autem reſoluit textum ad ſyllogiſmum in ſecunda figura, & inquit, illum in duabus propoſitionibus fundari. Prima eſt, corporum clauſorum inuicē cum exie- Auer. commen. 18.

F rit vnum ab altero, non occupabit maiorem locum loco corporis in quo erat clauſum. Addit Auerr. Ariſto. per corpora inuicem clauſa intelligere ipſa miſta, nō quidem vere miſta, ſed congregatiue coadunata. Secunda eſt, q̃ cum aer exierit ab aqua, occupat maiorē locũ loco aquæ, in quo aer ipſe erat clauſus. Ex his in ſecunda figura, vt dicit, concluditur, q̃ cum aer fuerit generatus ex aqua, non erat clauſus in ea. Secundam propoſitionem probat Ariſt. vt dicit Auer. per quoddã commune omnib9 corporib9 ſubtilibus, videlicet per hoc, quia corpus ſubtilius occupat maiorem locum, modo aer eſt ſubtilior aqua, igitur occupabit maiorem locum, cum ab aqua exierit. Secundo probat Ariſt. idem, exemplo ſumpto ab alteratione & tranſlatione, & hoc vt Auer. ait, vt propoſitionem minorem vniuerſaliorem faciat in omnibus corporibus, quæ mutantur de ſpiſsitudine in raritatem, exemplum igitur Ariſt. eſt de corporibus turbidis, videlicet muſto, & ſucco, cum clarificantur, & tranſeũt ad aeream diſpoſitio-

G nem magis. Nam hæc creſcunt adeo, q̃ frangunt vaſa, & muſtum dolium, & ſuccus ampullam, quæ ratio docet aerem, cum fit ex aqua, non eſſe conſtrictum in ea, quoniam non ineſt aquæ vis tanta, vt poſsit aerem ſic conſtrictũ detinere, cum nec dolio hæc vis inſit, eo quia aer eſt pollentior inter elementa, vt patet in fulminibus, et typhonib9, & cæteris ventis furioſis, qui elidunt duriſsima ac firmiſſima corpora. Deinde in tranſlationibus, quas Auer. interpretatur, ſequuntur hæc verba {Et cum ita ſit} & nihil eſt vacuum, & reliqua, vbi Auer. vult q̃ Ariſto. velit oſtendere, q̃ ſiue ponatur vacuum, ſiue non ponatur, impoſsibile eſt, vt corpus occupet maiorem locum, cum exit à minore corpore, q̃ occupabat cum erat in illo. Secũda pars probatur, quia ſi vacuũ non eſt non erit expãſio corporis, quia putant cauſam expanſionis eſſe vacuũ. Si non eſt expanſio corporum, nullum corpus poteſt fieri maius q̃ erat, quare aer cum exit ab aqua, non poteſt maiorē locum occupare, q̃ antea cum erat in aqua. Prima vero ſic

H deducitur. Primo, quia ſi vacuũ eſſet, bene poſſet eſſe cauſa quare corpus maius fit minus, quia compreſsione vacuitates tolluntur. Secundo, quia non poteſt propter vacuum corpus ſpiſſum fieri rarius, vel rarum ſpiſsius, niſi alteratione mediãte. Modo ex ſolo motu locali quo corpus exit ex alio corpore redditur maius, igitur poſitione vacui non ſequitur corpus poſſe fieri maius cum exit ex alio q̃ quando erat in illo. Addit tamen Auer. in translationibus ſuis verba Ariſt. eſſe diminuta, quia nō inuenitur verificata niſi ſecunda pars, ſed in trãſlationibus Albeſaras reperiuntur ambæ partes. Addit ſecũdo hoc modo Themiſtium expoſuiſſe, & certe hæc expoſitio optime conſonat verbis græcis, quę latina nos fecimus, inquit .n. Ariſt. quare ſiquidem omnino vacuum non eſt, neq; extenduntur corpora, vt hi qui hæc dicunt, inquiunt, volunt enim ipſa corpora extendi poſitione vacui, ipſum ſupple quod dixerunt patet eſſe impoſsibile, videlicet, q̃ corpus occu-

pet

pet maiorem locum q̃ occupabat cum erat in alio corpore, nam vt diximus, cum vacuum non eſt, nõ eſt expãſio, quia expanſionis cauſam volunt eſſe vacuum. Cum oon eſt expanſio, non poteſt vllum corpus effici maius cum exit ab alio, q̃ erat cum in illo erat. Et ſic patet prima ps. Deinde verificat ſecundã, & inquit. Sinautem vacuũ eſt, & extenſio ipſa, quæ fit propter vacuum, abſurdum eſt ipſum quod ſeparatur, cum exit ab alio, ſemp maiorem ex neceſſitate occupare locum. Hoc Ariſto. poſuit, ſed Aue. dupliciter probauit. primo, quia non eſt verum niſi quando corpora tranſirent ad minus. Secuodo, quia poſitione vacui corpus fieri non poteſt maius vel minus, niſi alteratione, at iſti dicunt ſola translatione aliquod corpus fieri maius, vt aer cum exit ex aqua maior fit, & non alteratione, ſed ſola translatione, vel ſeparatione partium ab eo, in quo aer erat, hæc expoſitio mihi placet valde, & eſt alia à noſtra, & fortaſſe facilior, & verior. Deinde ſequitur {Et cum Themiſtius} vbi narrat quòd Themiſtius dixit Alexan. hunc locum aliter intellexiſſe, cuius tamen expoſitionem Themiſtij non explicauit. Poſtea reddit cauſam: quare Ariſt. dixit hæc, vbi debes ſcire ꝙ duæ ſunt difficultates antiquę, vtrum de magno ad paruum corpus mutari poſſit abſq; vacuo. Et vtrum de paruo ad magnum mutari poſſit corpus abſq; vacuo. Hæ ſunt duæ quæſtiones.

Dictum fuit in phyſicis de magno ad paruum non poſſe mutationem fieri abſq; vacuo. Quoniam nõ poſito vacuo, daretur penetratio corporis. Ideo ĩ mutatione de magno ad paruum neceſſarium eſt vacuum. At in mutatione de paruo ad magnum non eſt vacui neceſſitas, quia in tali mutatione negato vacuo, non ſequitur penetratio corporis, inquit Auer. & non dixit hoc. ſ. quod in textu legitur de vacuo, niſi ꝙ cum ſermoni dicenti corpus trãſmutari non poſſe de magno ad paruum negato vacuo, accidit queſtio quam diſſoluit in phyſicis de penetratione, voluit narrare quæſtionem illam de penetratione nõ accidere ſermoni dicenti corpus mutari de paruo ad magnum. Et reddit cauſam, cur ſermoni dicẽti corpus mutari de magno in paruum accidit quæſtio de penetratione, & ſermoni dicenti corpus mutari de paruo in magnum dicta quæſtio de penetratione non accidat, cauſa (vt dicit) eſt, quia mutatio de magno in paruum eſt abſq; alteratiooe, ſupple acquiſitiua nouæ formæ, ideo ſaluari non poteſt niſi conceſſa penetratione. At mutatio de paruo ad magnum eſt cum alteratione acquiſitiua nouæ formę, ideo fieri poteſt abſq; penetratione. Quare ad hæc animaduertens Ariſt. declarauit ꝙ ſiue ponatur vacuum, ſiue non ponatur, fieri minime poteſt, vt corpus ſubtilius generetur cum exit ab alio corpore, q̃ erat antea, quando cum illo coadunabatur, & hoc totum ſatis fuit explicatum. Deinde ſequitur illa particula {Nos autem intelligimus} vbi Auerro. quaſi de mente Alexan. oſtendit ꝙ etiam quando mutatio fit de paruo ad magnum neceſſariũ eſt vacuum, quia non poteſt fieri niſi foramina amplientur. Foramina autem ampliari oon poſſunt niſi introitu vacui in illa, quare niſi eſſet vacuum, non eſſet ampliatio, & vbi nõ eſſet ampliatio, non poſſet aliquod corpus fieri maius cum exit ab alio corpore, in quo latebat. Similiter oec poſſet fieri minus, nam oegato vacuo eſſet penetratio partium. Sic igitur negato vacuo corpus quod exit ab alio corpore, nec maius nec minus fieri poſſet quàm erat dum cum alio latebat. Cuius oppoſitũ dixit Them. qui voluit ſine vacuo corpus fieri nõ poſſe minus cũ exit ab alio, in quo latebat, bene tamen fieri poteſt maius. Sed hæc tu conſidera.

Inſuper / Sed

Inſuper etiam generationem mutuam deficere neceſſe eſt: ſiquidem in ipſa finita magnitudine infinita, finita nõ inſint. Cum enim ex terra aqua fit, aliquid terræ aufertur. Si generatio quidem ipſa ex ſegregatione fuerit: & iterum cum ex eo quod relinquitur ſimili modo. Quare ſiquidem ſemper hoc erit, accidet in ipſo finito infinita ineſſe. At cũ hoc impoſſibile ſit, non ſemper ex ſeſe mutuo generabũtur. Non eſſe quidem igitur ex ſegregatione mutuam generationem dictum eſt.

Quare igitur

Expoſitio.

Vltimo arguit Ariſto. hypothetice ſic, ſi generatio eſt ex ſola ſegregatione corporis, quod cum alio erat congregatum, tunc generatio mutua elementorum tandem deficeret. deducitur cõſequentia, quia pono ex terra certę magnitudinis fieri aquam certæ magnitudinis, videlicet pedalem, cum hæc generatio ſit mera ſegregatio aquæ a terra aliquid a terra minutũ erit, ob quod terra ex qua aqua fit reddetur minor. Vlterius pono aliam aquam iterũ ex terra relicta fieri, & certum eſt terram rurſus minorem relinqui, quare oportet tãdem aut vt generatio aquæ ex terra deficiat, aut vt in terra ex qua aquæ illæ oriuntur ſint infinitæ aquę certæ quantitatis inuicem incommunicabiles at infinita eſſe in mole finita fieri nequit, igitur generatio elementi ex elemento tandem deficiet, inquit. Inſup etiã ſupple ſi generatio elementi eſt mera ſegregatio vnius elementi ab alio in quo erat congregatum, generationẽ mutuam deficere tandem neceſſe eſt. Siquidem in ipſa finita magnitudine infinita finita non inſint, & quod dixerat declarat, dicens, cum enim ex terra aqua fit, aliquid terrę aufertur, quia terra redditur minor q̃ erat, ſi generatio quidem ipſa fuerit ex ſegregatione, & fuerit ſimiliter etiam generatio ſecunda, quæ iterum fit ex eadem terra relicta ſegregatio, & ſic in infinitum. Ponit demum concluſionem, & inquit. Quare ſiquidem ſemper hoc erit videlicet ꝙ in generatione ſemper aliquod quantum ſegregetur a terra, accidet in ipſo finito infinita eſſe, at cum hoc impoſſibile ſit, non ſemper ex ſeſe mutuo elementa ipſa generabuntur, & ſic generatio mutua deficiet, quod erit propoſitum, demum epilogat. d. non eſſe quidem igitur ex ſegregatione mutuam generationem dictum eſt. Quo verò ad verba attinet debes ſcire ꝙ infinita eſſe in magnitudine finita poteſt dupliciter intelligi: continuæ proportionalia, & ſic nihil prohibet, quia in omni magnitudine infinitæ partes eſſe poſſunt continuæ eiuſdem proportionis. Aut æqualia & nulli certæ quantitati nec inuicem cõmunicabilia, & ſic eſt impoſſibile, & tale ſequitur eos, qui dicunt generationem vnius elementi eſſe ſegregationem, hæc quo ad verba.

Declaratio verborum.

Auerro. autem ait & iſtius ſermonis forma eſt quaſi ſyllogiſmi hypothetici continui, cuius compoſitio eſt talis, ſi generatio mutua elemẽtorum eſt ſm exitum, oeceſſe eſt vt generatio ſecetur, hæc continuatio probatur ſm Auer. in textu, quia ſi non ſecetur, in corpore finito erunt infinitæ magnitudines finitæ, hæc Auer.

Auerro. cõment. 57.

Reſtat autem vt in ſeipſa tranſmutata fiant. verum hoc dupliciter, aut enim trãſfiguratione, vt ex eadem cera pila fit, cubuſue, aut diſſolutione in ſuperficies, vt quidam aiunt.

Pila / Sphęra / Cubus / Circulus

Expoſitio.

Nunc vult reprobare alias opiniones, & primo ponit illud in quo conueniunt quaſi ex dictis illud deducendo, & inquit. Reſtat autem ſupple vt ipſa elementa fiant in ſeipſa tranſmutata, & non ſegregatione tantum. Poſtea diſtinguit vt opiniones declaret diuerſas & inquit. Verũ hoc dupliciter, ſupple eſt, hoc eſt, elementa tranſmutari inuicem dupliciter eſt, aut enim transfiguratione, vt ex eadem cera fit pila modo, & modo cubus, vel aliquod tale, ſic ex eadem maſſa elementari omnia elementa fiant & vnum ex alio ſola facta mutatione facta in figura, aut diſſolutione in ſuperficies, id eſt ſola mutatione facta in ſuperficies, vt quidam aiunt, videlicet Platonici. tacuit tertium modũ verũ, videlicet p transmutationem in ſubſtãtia q̃ in libris de generatione cõplebitur, quare quærit nũc de his alijs duobus modis, quos vtroſq; refellit, hæc Ariſtot. de poſitionibus breuiter, quas reprobabit.

Siquidem

Siquidem igitur transfiguratione generantur, accidit ex neceſsitate ipſa corpora dicere indiuiſibilia eſſe, non enim ſi diuiſibilia ſint, pars ignis erit ignis, neq; ipſius terrę terra, propterea q pars pyramidis omnino pyramis nõ erit, neq; ipſius cubi cubum.

Expoſitio. Incipit nunc reprobare opiniones, & primo eam, quæ voluit elementa fieri inuicem transfiguratione, & (vt mihi videtur) hęc ratio fundatur in pluribus propoſitionib⁹: prima, q elementa limitant ſibi figuras, quarum tranſmutatione mutantur in ſubſtantia, verbi cauſa, ignis limitat ſibi pyramidem, & terra cubum, & alia alias quarum trãſmutatione ipſa in ſubſtantia mutantur. Secunda propoſitio, figura eſt indiuiſibilis, non enim quælibet pars pyramidis eſt pyramis, neq; quælibet pars cubi eſt cubus. Ex hac ſequitur tertia q corpora, q́ has ſibi limitant figuras, ẽt indiuiſibilia erunt, qm̃ ſunt pp has figuras, & ideo ſi hę indiuiſibiles erunt, & corpora his figuris conſtituta etiã indiuiſibilia erũt. His ſtantibus arguit Ariſt. ſi elemẽta mutuo ex ſeinuicẽ generenẽ trãsfiguratione earũ figurarum, quas ſibi p ſe limitãt, elemẽta ipſa erũt indiuiſibilia, quia p ppoſitiones ſi figuræ ſunt indiuiſibiles, & corpora erũt indiuiſibilia, q́ illas ſibi limitãt. Inquit. Siquidẽ igiẽ elemẽta ex ſeſe mutuo generanẽ trãsfiguratione, accidit ipſã corpora dicere indiuiſibilia eſſe. Probat cõſequẽtiã, & inquit. Nõ.n. ſi ſint diuiſibilia, erũt diuiſibilia in partes eiuſdẽ rõnis, & ita oportet dicere illa eſſe indiuiſibilia in ptes eiuſdẽ rõnis, nõ.n. pars ignis erit ignis, neq; pars ipſius terræ erit terra ipſa, veluti neq; pars pyramidis erit pyramis quã ſibi limitat ignis, neq; pars cubi eſt cubũ, quã figurã ſibi limitat terra, quare elemẽtũ oẽ indiuiſibile erit, quod eſt abſurdũ inuentũ.

Syllogiſm⁹. Vnde põt ſyllogiſmus à primo ad vltimũ ſic ordinari, ſi generatio elemẽtorũ mutua eſt trãſfiguratione, elementa limitabunt ſibi figuras quaſdã quarum tranſmutatione ipſa generantur, & corrumpuntur, ſi elementa limitabunt ſibi figuras, elementa limitabunt ſibi formas indiuiſibiles in partes eiuſdẽ rõnis, ſi elementa limitabũt ſibi formas indiuiſibiles in partes eiuſdẽ rõnis, elementa erunt indiuiſibilia in partes eiuſdem rationis, et ita ſequitur ĩpoſſibile, quare elemẽta trãsfiguratione non mutuo generabunẽ. Nõ deſunt qui dicunt phyloſophum obiecisse nõ directe contra poſitionem, ſed contra fundamentum poſitionis, quod eſt q elementa determinãt ſibi proprias figuras tanq̃ eſſentiales formas, obiecit enim cõtra hoc, quia quodlibet elemẽtum eſſet indiuiſibile in partes eiuſdem rationis, & nullum eorum eſſet ſimilare, veluti & ipſa figura, quã ſibi limitant, eſt indiuiſibilis.

Auerro. cõmet. 20. In cõmento præſenti Auer. docet oẽs opiniones antiquorum dẽ generatione elementorum reduci ad tres, videlicet latitationem, vt Anaxagoras poſuit, transfigurationem, vt Democritici, & diſſolutionem eorum ad ſuperficies, vt Platonici. Vlterius dicit in calce commenti, q non eſt ita de cubica figura, veluti eſt de pyramidali, quia terra poteſt diuidi in cubica & in partes, quarum quælibet eſt cubica, non ſic de pyramide, quod quomodo ſit, relinquatur.

verbum nõ, in quibuſdã textibus vacat, ĩ noſtris habetur. Sin autem diſſolutione ſuperficierum, primum quidem abſurdum eſt non omnia ex ſeſe mutuo generare, quod quidem ipſos dicere neceſſe eſt, & nõ dicunt. Neq;.n. conſentaneũ eſt rationi vnũ duntaxat tranſmutationis expers factum eſſe. Neq; per ſenſum videtur, ſed omnia in ſeſe mutuo tranſmutari ſimiliter.

Expoſitio. Obijcit autem contra Platonem, quĩ generationẽ elementorum voluit fieri per reſolutionem ad ſuperficies, et primo, quia accidit eos dicere non omnia elementa ex ſeſe mutuo fieri, inquit. Sin autem diſſolutione ſuperficierũ

E ſupple dicitur elementa generari, primum quidem abſurdum, ſupple quod accidit, eſt non omnia ex ſeſe mutuo generari, quod quidem ipſos dicere neceſſe eſt, & nõ dicũt, coguntur autem ſic dicere ſtantibus ſuis fundamentis, & tamen verbo non dicunt. Quo vero ad verba attinet, verbum {non} in antiquis translationibus non legitur, & in quibuſdam gręcis codicibus minime, tñ in noſtris reperitur, & (vt mihi videtur) optime ponitur. Deinde explicat abſurdum Platonis quale eſt, & ait ipſum eſſe ſenſibus & rationibus diſſonũ, ĩquit. {Neq; enim rationi conſentaneũ eſt vnũ ſupple elemẽtorũ duntaxat eſſe factum expers trãsmutationis, neq; p ſenſum videẽ, ſed id qd́ ſenſu vr̃ eſt, oĩa in ſeſe ſimiliter mutuo trãsmutari: igitur rõni & ſenſui diſſonũ eſt vnũ ſolũ elemẽtorũ videlicet terrã eẽ intranſmutabile, cætera vero tranſmutabilia eſſe.

Auer. cõ. 21 Auerro. autem primo breuibus narrat poſitionem Platonis, quam in Timęo poſuit, ſecundo deducit conſequentiã ſeu abſurdũ. Plato igitur poſuit figurã, qua ignis eſt

F ignis pyramidem habentem tres baſes, figurã aeris habẽtem octo baſes, figuram aquæ habentẽ baſes .20. terrã vero habentem cubicã figurã, hæc breuiter de Platonis opinione. Abſurdũ vero deducit, quod erat quia data poſitione Platonis, nõ omnia elementa mutuo ex ſeſe trãſmutarentur, ĩmo (vt dicit Auer.) nõ omne elemẽtum fieri diceretur ex omni elemento, deducit Auer. quia impoſſibile eſt, vt elemẽtũ, quod eſt ex pluribus trĩãgulis fiat ex elemento, quod eſt ex paucioribus triangulis, verbi gr̃a, impoſſibile eſt vt elementũ quod eſt ex viginti baſibus fiat ex elemento, quod eſt ex tribus baſibus, & ita ſequitur vt elementum, quod eſt pauciorum triangulorum nõ tranſmutetur in aliud plurĩũ triãgulorum, neq; aliud in ipſum: hæc Auer.

Qualis eſt Auer. deductio. Vera deductio. Mihi aũt non placet hęc deductio, quia Ariſtoteles ait Platonem oportere dicere vnum ſolũ elementũ eſſe tranſmutationis expers, & illud eſt terra, vt poſtea dicet, pp̃ea debes ſcire primo q Plato in Timæo voluit, principiũ eorũ q́ generantur, vt ſubiectum quidẽ eſſe ma-

G teriã, vt rõnem vero eſſe formã ſeu ideam, vel ſpeciẽ, horũ aũt propagines primæ ſunt quatuor elementa, & quãtum ad hoc nõ valde differt ab Ariſtotele. Nã Plato omniũ elementorũ vnã primã poſuit materiam, vt & Ariſtoteles ipſe, & ſic p reſolutionem ad iſtam oĩa ex ſeſe mutuo fieri ſenſit. Differt vero ab Ariſt. quo ad materias propinquas elementorũ, quas appellat ſuperficies, nã aliã poſuit ignis, aliã aeris, aliã aquæ, aliam terræ, verum figuræ ſuperficiales, ex quibus ignis, aer, & aqua cõſtant, omnes ſunt eiuſdẽ rationis, quatenus voluit oẽs eſſe iſcalenicas, ſeu iſopleuricas, pyramis enim ex qua cõſtat ignis ex quatuor iſopleuris cõponitur. Octocedron quod eſt materia propinqua ſeu elementũ ſeu figura propria aeris, conſtat ex octo iſopleuris. Icocedron, quod eſt ppria aquæ materia, vel figura, vel pprium aquæ elemẽtũ, ex viginti cõſtat iſopleuris. At ſolã terrã ait conſtare ex figura alterius ſpeciei, videlicet iſoſcele, nam hęc figura hñs angulos octo, cubum conſtituit, quod eſt elementũ ſeu ppria ma-

H teria terrę, quia igitur ignis, aer, & aqua cõſtant ex materijs proprijs, quæ ſunt eiuſdem rõnis, ſola aũt terra cõſtat ex figura iſoſcele, quæ eſt alterius rõnis, ideo tria prima cogitur dicere inuicem tranſmutari, ſolã aũt terram intranſmutabilem, quia conſtans ex materia alterius rationis nõ poteſt trãſmutari in inconſtans ex materia alterius rõnis, vñ ſyllogiſmus eſt, oẽ quod cõponitur ex materia alteri⁹ rationis, nõ põt tranſmutari in cõpoſitum ex materia eiuſdẽ rõnis: ſed terra cõſtat ex cubica materia, quæ conſtat ex iſochele figura, & cætera tria conſtant ex ſcalenonibus ſeu iſopleuris, quæ ſunt figuræ eiuſdem rationis, igitur ſola terra eſt intranſmutabilis in alia elementa. Hæc Plato iuxta fundamenta ſua cogitur dicere, licet verbo nõ dicat.

Quæ Plato de figuris. Ex his apparet Platonem has figuras non poſuiſſe ex pte formæ, ſed ex parte materiæ, q̃a has voluit eſſe ſcd̃as materias elementorũ, ex quibus ppinque cõſtant elemẽta, nã materia prima oĩbus elemẽtis cõmunis eſt remota

omnium

omnium elementorum. Quomodo vero poſitio Pla. deſendi poſsit, prius pro parte dictũ eſt, et fortaſſe dicetur.

Inſuper Autem.

Accidit inſuper eos de his, quæ apponunt dicentes, non conſentanea his dicere, quæ apponunt, huius autem cauſa eſt, non bene prima principia ſumere, ſed omnia ad opiniones definitas quaſdam reducere velle. Sẽſibilium enim principia fortaſſe ſenſibilia, perpetuorum perpetua, corruptibilium corruptibilia, & omnino ſub eodem genere, ſub quo ſubiecta ſunt eſſe oportet.

Expoſitio.

Secundo obiicit per aliud abſurdum, quia ſecundũ hãc Platonis poſitionem accidit de his, quæ apponunt, non dicere conſentanea his, quæ apponunt, quod Ariſt. reputat erroneum, per hanc cauſam, videlicet, quia principia debent correſpondere principiatis, & propoſitiones concluſionibus, quia oportet corruptibilium principia eſſe corruptibilia, & perpetuorum perpetua. Et ꝙ hoc accidat Platonicis patet, quia effectus ſunt res naturales, ſuperficies quas volũt eſſe principia ſunt res geometricæ, inquit. Accidit inſuper eos de his, quæ apponunt dicentes non conſentanea his dicere, quæ apponũt: quod putat erroneum, & quod hoc accidat, probat. d. huius autem cauſa eſt non bene prima principia ſumere, ſed omnia ſupple ad principia velle reducere, quæ ſunt ſecundum quaſdam opiniones definitas, vt Pythagoricas, vel Democriticas, vel alias. Quia igitur volunt effectus reducere ad principia ſecundum opiniones aliorum, ideo loquuntur de apparentibus per non apparentia. Oſtẽdit autẽ hoc eſſe abſurdũ. d. ſenſibilium enim principia fortaſſe ſenſibilia, perpetuorũ perpetua, corruptibilium corruptibilia, & omnino ſub eodem genere, ſub quo ſubiecta hoc eſt principiata, quę cauſis ſubijciuntur oportet eſſe. Sic igitur ſecundum abſurdũ eſt, ꝙ de principiatis ſubiectis loquuntur per cauſas extraneas alterius generis, quia principiata ſubiecta ſunt naturalia & gñis Phyſici, cãę aũt ſunt Mathematice, hoc autẽ reprobatum eſt in libris Poſteriorũ, ideo nunc ſupponat.

Præterea Autem. Diſputatio-nibus. Sermonib⁹. Rationibus. Expediens eſſet & oporteret.

Hi præterea propter horum amorem idem facere videntur his qui poſitiones in diſputationibus ſeruant, omne enim ſuſtinent ꝙ accidit, vt vera habentes principia, ac ſi quædam non expediẽs eſſet ex euenientibus iudicare, præſertim quæ ex fine, eſt autem finis factiuæ quidem ſcientiæ opus, naturalis autẽ id, quod ſemper proprię per ſenſus apparet.

Expoſitio.

Tertio obijcit per aliud abſurdum, quia iſti logice, ſiue diſputatiue procedunt, ꝙ ſcientijs demonſtratiuis eſt diſſonum. Et ꝙ procedant diſputatiue declarat, et inquit. Hi præterea propter horum amorem, hoc eſt, ꝑpter affectũ, quem in mathematicis habent, idem facere videntur ipſis qui poſitiones in diſputationibus ſeruant, & declarat quomodo faciant dialectici, quando diſputãdo poſitiones ſeruant, & inquit. Omne enim ſuſtinẽt quod accidit, & ſequitur ad poſitiones illas, vt faciunt illi, qui vera habent principia, diſputantes enim cũ tenent aliquas poſitiones, concedunt quicquid ſequitur illas, & negant omne repugnans poſitis. Concedunt dico, omne ſequens ex poſitis etiam ſi falſum fuerit, & impoſsibile, faciunt autem hoc, ac ſi quædam ſupple poſita non eſſet expediẽs iudicare ex euenientibus, ac ſequentibus illa poſita, & præſertim ex fine, quæ eſt concluſio, iuxta quam propoſitiones ſumptę moderantur, quod eſt erroneum, quia in demonſtratiuis ſcientijs propoſitiones moderant̃ propter ea quæ ſequuntur. Logice enim ex falſis ſequitur quandoq; verũ, demõſtratiue autem ſi concluſio eſt falſa, propoſitiones ſunt falſæ, aut vtraq;, aut altera, vt in poſterioribus eſt dictũ, quare quia Plato diſputatiue in ſcientijs demonſtratiuis quales ſunt phyſicæ, proceſsit, ideo errauit. Quo vero ad verba attinet, dixit {Ac ſi quædam} & non omnia, quoniã ſolum demonſtratiua principia per ea quæ ſequuntur iudicantur, non autem dialecticæ poſitiones. Et quia dixit præſertim propter finem eſſe iudicandas poſitiones declarat duplicem finem eſſe, & inquit. Eſt autem finis, factiuę quidem ſcientiæ opus, naturalis autem ſciẽtiæ veritas ſenſibus conformis, & hoc ait, naturalis autem id, quod ſemper proprie ꝑ ſenſus apparet, igitur veritas ſenſata vel ſenſibus conformis eſt finis phyſicarum ſcientiarum. Ex his vult habere errorem Platonis, quia Plato de ſenſibilibus rebus per non ſenſilia principia proceſsit, quia ex non ſenſilibus principijs non poteſt ſequi concluſio ſenſilis, & ſic nõ phyſice, ſed magis dialectice proceſsit. Quo vero ad verba attinet, per naturalem ſcientiam hic intellexit omnem ſcientiam humanitus acquiſitam hæc enim eſt de ſenſilibus, & per ſenſilia principia. Scientia vero ſupernaturaliter inuenta, poteſt eſſe de inſenſilibus per inſenſilia principia, vt catholici ſcribunt. Vel fortaſſe per naturalẽ ſcientiam, ſolam phyſicam voluit, quæ proculdubio eſt de ſenſilibus rebus per ſenſilia principia.

Dubitatio.

Dubitaret forte quiſpiam, quia rerum naturalium prima principia ſunt prima forma, & prima materia, & vtræq; ſunt æternæ, igitur nõ oportet corruptibilium principia eſſe corruptibilia.

Reſponſio.

Reſpondet Auer. Ariſt. dictum eſſe intelligẽdum de propinquis principijs, non autem de remotis, modo prima materia, & prima forma ſunt remota principia miſtorum naturalium, propinqua autem ſunt quatuor ipſa elementa. Et propterea Auer. colligit Ariſt. duo voluiſſe. Primum, ꝙ cum res geometricæ ſint æternæ, illarum principia erunt æterna. Secundum, ꝙ cum res phyſicæ ſicut corruptibiles, illarum principia erunt etiam corruptibilia non quidẽ remota, ſed propinqua.

Obiectio.

Sed occurres, quomodo propinqua principia ſunt corruptibilia an de per ſe, an per accidens.

Reſponſio. Auer.

Reſpondet Auer. ꝙ propinqua ipſa principia rerum naturalium ſunt corruptibilia, quia ſunt partes compoſiti corruptibilis, vt materia proxima rei, & eius forma, ſunt. n. corruptibiles, quia ſunt partes compoſiti corruptibilis, vt ignis vel miſti cuiuſdam, vnde Auer. ait hęc Ariſt. dixiſſe ad demonſtrandum primam materiam eſſe ingenerabilem & incorruptibilem, formam vero rei eſſe corruptibilem, quatenus eſt pars compoſiti corruptibilis.

Confutatio dictorũ Aui.

Sed pace Auer. dixerim, hæc determinatio non videtur cõſona, nam ſi miſtum compoſitum eſt res corruptibilis, oportet ſecundum Auer. elementum, ex quo miſtum eſt tanquam ex principio propinquo, eſſe corruptibile, vltra elementum eſt corrupribile, igitur eius principia proxima ſunt corruptibilia, ſunt igitur principia proxima prima materia & eius forma elementaria, igitur prima materia & prima forma elementaria erunt corruptibiles, quod Auer. negat de prima materia, & concedit de prima forma, quæ eſt elementaria. Præterea prima materia & prima forma ſunt corruptibiles per accidens, quatenus ſunt partes cõpoſiti corruptibilis, & Ariſt. per proxima principia corrumpi intelligit, vt dicit Auer. illa corrũpi, quia ſunt in compoſito corruptibili. Igitur dictũ Ariſt. eſt vniuerſaliter verum de propinquis, & de remotis principijs, quoniam vtraq; ſunt corruptibilia, qa ſunt partes rei corruptibilis, ſaltem per accidens. Inſuper etiam eodem modo in geometria eſſet, nam remota & proxima rerum geometricarum principia ſunt per accidens corruptibilia, qa omnes res Mathematicæ ſunt ſecũdum eſſe in rebus phyſicis, quare ad corruptionem rerum phyſicarũ, ſaltem ꝑ accidens eſſent corruptibiles.

Solutio propria.

Videtur igitur mihi eſſe dicendum dictum Ariſt. eſſe vniuerſaliter verum, tam de proximis ꝗ̃ de remotis principijs. Et cum dicitur vel intelligit per ſe, vel per accidens, dico ꝙ intelligit per accidens, nam rerum corruptibilium per ſe principia ſunt corruptibilia ſaltem per accidens, & hoc ſufficit. Et cum dicitur à pari res Mathematicæ poſſunt eſſe principia rerum

phyſicarum,

phyſicarum, quia ſaltem per accidens illæ mathematicæ E res ſunt corruptibiles, dico q licet res mathematicæ per accidens ſunt corruptibiles, tameo vt ſunt ſic per accidẽs corruptibiles, noo ſunt mathematicæ, nec mathematicæ conſiderationis, & ſic non poſſunt eſſe rerum phyſicarũ principia, q̃m ſunt alterius generis, niſi quatenus deſcenduot ad phyſicum genus, nam quantitates, de quibus eſt geometria, quatenus ſuot corruptibiles, diſpooũt ad phyſicam generationem, & conſiderantur à phyſico, & non a mathematico. Vlterius in calce commenti Auer. notat differentiam inter modum procedendi mathematicæ ſcientiæ, & phyſicæ, nam in phyſica proceditur à notioribus nobis, quæ ſunt compoſita effectus ad ſuas cauſas ſimplices, in mathematica autem proceditur à nobis notioribus, quę ſunt ſimplices cauſæ ad compoſitas res quæ ſunt effectus, & propterea Auerroes ait Ariſto. dixiſſe {quædã} quia ſolum in phyſicis locũ habet. Ego vero dico q hæc Auer. ponderatio non eſt ad propoſitum, neq; poſſum textui noſtro illam accommodare. Tu vero ſi potes, apta, quia placebit, hoc vnum ſcio Platonem non recte inceſſiſſe, quia proceſſit ex principijs ignotioribus ad F concluſiones ootiores, quia per inſenſibilia iudicauit res phyſicas ſenſibiles, hæc Auer. & recte.

Præterea Etiam autem.

Præterea etiam accidit ipſis terrã elementum maxime eſſe, ſolamq; incorruptibilem, ſi quidem id quod indiſſolubile eſt, & incorruptibile & elementum eſt, terra enim ſola in aliud corpus indiſſolubilis eſt.

Expoſitio.

Secundo principaliter Platoni obijcit, quia ſi generatio elementorum fit per reſolutionẽ ad ſuperficiem, tunc accidit ſolam terrã eſſe elemeotũ, & ſolã terrã eſſe incorruptibilem, probatur cõſequentia, & ſyllogiſmus componitur ſic ex dictis Platoois, quicqd eſt indiſſolobile in aliud corpus, ſ. incorruptibile & elemeotũ ſolũ, hæc eſt perſpicua, quia hæ duæ ſunt maximæ conditiooes veri elementi ſm Platonẽ, incorruptibilitas, & indiſſolubilitas in aliud corpus, & hanc ponit Ariſt. d. ſiquidem id quod indiſſolubile eſt, ſupple io aliud corpꝰ eſt & incorruptibile & elemẽtum ſolum. Sed terra eſt ſola indiſſolubilis in aliud corpus vt ſequitur ex dictis Platonis, igitur ſola terra eſt elementum & incorruptibilis. Inquit. Terra. n. ſola io aliud corpus indiſſolubilis eſt, deficit concluſio, videlicet, q ſola ſit elementum, & incorruptibilis, quod eſt contra Platonẽ. Minorem non probat Ariſt. ſed ſuperius fuit probata, qa figura cubica, quæ hexaedrõ dicitur terræ ipſi propria ex ſex quadratis cõſtat, velut taxillus, quodlibet autem quadratum ex quatuor iſoſcelibus componitur, eſt autẽ iſoſceles triangulus rectilineus duo habens latera æqualia, & tertium inæquale, & vnum angulum rectum duntaxat. Figuræ autem cæterorum elementorum omoes ex ſcalenoibus conſtant (eſt autem ſcalenon triangulus rectilineus tria habens latera inęqualia, angulum etiam rectum vnum) nam icoſedron, quam aquæ tribuebant, ex 20. ſcalenoibus componitur, octocedron, quam aeri dabant ex H octo ſcalenonibus, tetra edron, ſeu pyramis, quam igni aſſignarunt, ex quatuor ſcalenonibus, igitur cæteræ figuræ omnes ex ſcalenonibus cõſtant, quare aqua, aer, & ignis, ex ſolis ſcalenonibus fiunt. Sola autem terra ex iſoſcelibus, ſed quia iſoſceles non eſt reſolubilis in ſcalenonem, nec ſcalenon in iſoſcelea, cum ſint ſpecie diuerſi, oportet enim omne quod reſoluitur, reſolui in ea, quæ eiuſdem rationis ſunt, iure aqua, aer, & ignis, ſunt inter ſe inuicem tranſmutabile, & ſola terra intranſmutabilis, & ſic patet minor. Quare ſequitur concluſio, quòd ſola terra vendicet ſibi nomen elementi, quia vt dicit Auer. conditio pręcipua elementi eſt, vt nõ reſoluatur in aliud corpus prius, modo hoc eſt contrarium ſuæ opinioni, quia Plato opinatur hæc quatuor eſſe elementa cæterorum miſtorum, nullumq; eorum habere nomen, ac rationem elemẽti dignius alio, hæc Auer. & optime.

E Inſuper etiam in his, quæ diſſoluũtur, triangulorum prætermiſſio non eſt rõni conſona: Accidit autem & hoc in tranſmutatione, quæ inuicem mutua eſt, propterea quod ex inęqualibus triangulis multitudine conſtant.

Inſuper Etiam At vero.

Expoſitio.

Quidam volunt Ariſtotelem nunc probare, q neq; illa tria elementa, videlicet ignis, aer, & aqua, poſſunt mutuo inuicem tranſmutari, quia cum declarauit terram nõ poſſe in aliquod eorum tranſmutari, nũc declarat, q neq; illa tria poſſunt mutuo tranſmutari inuicem.

Auer. cõ.

Auerroes autem continuat ſermonem præſentem cũ præcedenti, & ait Ariſtotelem ponere aliud abſurdum, quod in ordine eſt tertium. Et ſecũdum ipſum ſic componitur, data poſitione Platonis, tunc in tranſmutatione elementorum mutua ſupereſſent aliqui trianguli non neceſſarij. conſequentia declaratur, quia elementum limitãs ſibi viginti triangulos, vel figuram conſtantem ex viginti F triangulis, cum tranſmutaretur in elementum habẽs tres 17. ſuperflui remanebunt, qui neq; eſſent aliquod elementum, neq; miſtum ex aliquo elemento. Et ſi ex elemento habente viginti triangulos fieret elemeotum habẽs octo 12. trianguli ſuperflui eſſent. Et ſi ex elemento habente viginti triangulos fieret elementum cubicum habens 12. remanebunt octo, immo elementum habens viginti triangulos non poſſet ex eorũ aliquo fieri, & vniuerſaliter nullum eorum poſſet ex alio fieri, quoniam omnia cõſtant ex triangulis numero inæqualibus, & hoc inquit. Inſuper etiam in his elementis, quæ diſſoluuntur, & mutuo inuicem mutantur, triangulorum prætermiſſio non eſt rationi conſona, & q ſequatur prætermiſſio triangulorum, inquit. Accidit autem & hoc in tranſmutatione elementorum, quæ inuicem mutua eſt, propterea q elementa conſtant ex triangulis multitudine inæqualibus; & ita ſp aut trĩaguli ſupflui eſſent, aut deficiẽtes, hęc Auer. & optime.

Præterea hi, qui hæc dicunt generationem G faciant ex non corpore neceſſe eſt, nam cum ex ſuperficiebus fuerit genitum, non ex corpore erit genitum.

Expoſitio.

Quarto arguit, q data poſitione Platonis tunc generatio corporis eſſet ex non corpore, quod relinquit tanq̃ impoſſibile, inquit. Pręterea hi, qui hæc dicunt, videlicet, q elementa fiant ex ſuperficiebus, & reſoluantur in ſuperficies, generationẽ faciãt ex nõ corpore neceſſe ẽ. Deducit cõſequẽtiã dicẽs, nã cũ ex ſupficiebꝰ elm̃tũ ipſm fuerit genitũ, nõ ex corpe erit genitũ, q̃m ſup. ſupficies nõ ẽ corpus.

Auer. commen. 49.

Auer. autem primo reſumit ea, quæ dicta ſunt de generatione corporis ex corpore, & ait q corpus non fit ex corpore in actu, niſi accidentaliter, q̃m eſſęntialiter corpus fit ex corpore in potentia, modo illud quod eſt eſſentialiter, & per ſe, impoſſe eſt vt non ſit, imo eſt æternũ & neceſſariũ, quare per ſe & neceſſario corpus fit ex corpore in potẽtia; deinde oñdit abſurdũ Pla. nã cũ Pla. diſſoluat corruptum H primo in ſuperficies, deinde ex illis ſuperficiebus cõponat corpus, cõtinget corpus per ſe primo fieri ex ſuperficiebꝰ, & nõ ex corpore illo, quod diſſoluebat in ſuperficies. Quo cõceſſo ſequunt oĩa impoſſia, quæ cõtingunt dicẽtibus generationẽ corporis fieri ex nõ corpe, vt q vacuũ ſit, & q corpus fiat ex aliquo, quod nec eſt actu corpus, nec potentia corpus, quæ oĩa ſunt declarata ſupius eẽ impoſſia. Sed dices, q ſupficies ſunt corpa in potẽtia, qa cũ ſubto ligant, et à ſubto diſſoluunt, igit ſaltẽ cõpoſitũ ex ſubto, & ſupficie erit corpus in potẽtia. Obijcit huic Auerr. Primo, quia hoc conceſſo neceſſe erit ſubiectũ eſſe prius ſuperficiebꝰ, & ſic nõ primo corpus fieret ex ſuperficiebus, ſed ex ſubiecto, qd' eſt illis prius. Secundo ſequeret, q ſuperficies eſſent ſubiectæ elm̃torũ, videlicet quaſi formæ, probat, quia illis corruptis, vel generatis elm̃ta fiũt & corrũpuntur, igit eſſent quaſi formæ, quare nõ poteſt ex materia, & ſuperficie fieri corpus in potentia, hæc Auer. & optime.

Ad hæc

Ad hæc nō omne corpus diuiſibile eſſe dicere, ſed certiſſimis ſcientijs aduerſari neceſſe eſt: nam & mathematicę ipſum intelligibile diuiſibile accipiunt. At hi neq; omne ſenſibile concedunt propterea ꝙ ſuppoſitionem ſuā ſaluare volūt, ꝙ nanq; figuram cuiq; tribuūt elemento: & hac ſubſtantias ipſorum diſtinguunt, hi indiuiſibilia faciant ipſa neceſſe eſt: pyramide enim, aut pila aliquo modo diuiſa non erit quod relinquitur pila, aut pyramis: quare aut pars ignis non ignis eſt, ſed erit aliquid elemento prius, propterea ꝙ omne corpus elementum eſt, aut ex elementis conſtat. Aut non omne corpus diuiſibile eſt.

Tribuunt. Facıunt. Conſtat verbum ſupple tum.

Expoſitio.

Vltimo obijcit per rōnem ſæpe ſæpius factam, videlicet ſi elementa limitant ſibi figuras, quarum transmutatione generentur & corrumpātur erit aliquod corpus indiuiſibile. Et hoc propooit, & īquit. Ad hæc ſupple ſi elementa limitant per ſe ſibi figuras proprias, nō omoe corpus eſſe diuiſibile eos dicere oeceſſe eſt. Sed immo, eos neceſſe eſt aduerſari certiſsimis ſcientijs, quales ſunt mathematicæ, & ꝙ ſic dicere aduerſetur mathematicis ſciētijs, probat. d. nam & mathematicæ ſcientiæ ipſum intelligibile corpus abſtractum à corpore ſenſibili diuiſibile accipiunt. At hi Platonici neq; omoe corpus ſenſibile ſupple diuiſibile eſſe cōcedunt: propterea, ꝙ ſuppoſitionem ſuā ſaluare volunt, quæ eſt, ꝙ omne elementum limitat ſibi per ſe propriam figuram, eſt igitur conſequētia, ſi omne elementum limitat ſibi figuram, tunc noo omne corpus erit diuiſibile, & hoc ait, qui nanq; figuram cuiq; tribuūt elemento, & hac ſubſtantias ipſorum diſtinguuot, & determinant, hi indiuiſibilia faciaot ipſa neceſſe eſt, & ita ſequitur noo omne corpus diuiſibile eſſe. probat cōſeqoentiam. d. pyramide enim quam ſibi ignis limitat, aut pila quam ſibi cœlum determinat, diuiſa aliquo modo nō erit pars, quę rehoquitur pila, aut pyramis, vt omnib⁹ patet; quare aut pars ignis nō ignis eſt, ſed erit aliquid quod nō eſt corpus elemēto prius: propterea, ꝙ omne corpus, aut elementū eſt, aut ex elementis conſtat, aut erit noo omne corpus diuiſibile, quod eſt iotētum. Debes ſcire, ꝙ hæc deductio fundatur in hoc, ꝙ nihil eſt ignis, vel cœlum, qn ſit pyramis vel ſphæra, quia igitur pars pyramidis nō eſt pyramis, pars ignis nō erit ignis, erit igit quid prius igne vel miſto ex igne, ſed cū hoc ſit impoſsibile, quare ignis non erit diuiſibilis, & ſic habetur intentum. Auerroes autem reducit rationem ad duo fundameota. Primū eſt, ꝙ elementum habet figuram propriam. Secundum, ꝙ pars elementi habeotis figuram oon debet habere illam figuram, ex his ſequitur elementum non diuidi in elemētum, quod eſt impoſsibile.

Auer. cō. er

Notat Auer. corpus figuratū dupl̄r reperiri, quoddam homogeneæ figuræ, quia totum & quęlibet eius pars eadem ſpecie figuræ afficiuntur, vt cubicum, totū enim corpus terræ eſt cubicum, & quælibet eius pars. Quoddam vero heterogeneum, vt pyramidale, non enim quælibet pars pyramidis eſt pyramis, patet igitur, ꝙ elemētum figuram habens heterogeneam, non eſt diuiſibile in partes eiuſdem ratiooís, hæc Auerroes. Vltimo Auerr. reducit errorem eorum ad aliquod trium impoſsibilium, aut vt concedant ignem non eſſe diuiſibilem contra ſenſum. Aut ſi cōcedunt, oportet eos dicere aliquod corpus eſſe, & neq; elemeotum, neq; ex elemento. Et tertio oportet coocedere elementum habere elementum, quod eſt contra diffinitionem elementi, quæ omnia (vt dicit) patent.

Taxilli Teſſera Cubus

Omnino autem eniti ſimplicia corpora figurare irrationabile eſt: primo quidem quia accidet non repleri totum: nam in planis quiA dem tres figuræ locum replere videntur, triāgulus, & quadrangulus, & ſexangulus, in ſolidis autem duæ ſolæ, pyramis & cubus. At plures harum accipere neceſſe eſt, quia plura elementa faciunt.

Expoſitio.

Nunc de elementorum figuris dicere videtur. & proponit primo, quod in præſenti capitulo vult probare, & inquit. Oīno autem eniti ſimplicia corpora figurare irrationabile eſt, vult igitur probare, ꝙ elemēta non ſunt per ſe figurata. Et primo reprobat pōnem Platonicorū. Vbi pro textus expoſitione animaduerſione dignū, ꝙ vt geometræ dicunt figura duplex eſt, plana quidem, vt quæ linea, vel lineis clauditur, & hæc ab angulorū numero multiplex eſt: nam ſi tres habeat angulos trigona dicit̄, ſi quatuor, tetragooa, ſi ſex, hexagona, & de cæteris id genus. Figura alta eſt, quæ ſolida, ſiue corporea dicitur, vt quæ ſuperficie vna, vel pluribus circundatur, hæc rurſus multiplex
B eſt, vt lib. 15. Geometriæ declaratur, octoedra quidem eſt, quæ octo extremis ſuperficiebus ac baſibus contioetur, icocedra vero, quæ viginti ſuperficiebus ac baſius continetur, cubica autem, quæ longitudini latitudinem & profunditatem æquam habet, eiuſmodi ſunt teſſeræ vel taxilli. Sphæra vnica ſuperficie, pyramis pluribus, diximus de his ſuperius. Platonici igitur duodecedri figuram aſcripſerunt cœlo, igni vero pyramidis formā, ꝙ ſurſum ſub pyramidali euolet forma, figurā aeri octocedri, nā ſicut aer ignē motus paruitate ſequitur, ſic octocedri forma pyramidis formā ad motū habilitate comitat̄ 20. baſiū figurā aquæ dictitarunt, nā cū ipſa baſium pluralitate plus cæteris circuletur in ſphæram fluēns rei motui magis q̃ ſcandentis conuenire viſa eſt. Cubicam autē figuram terræ dederunt, qa nulla eſt figura difficilius mobilis teſſera, ac cubica, & nullum elementum conſtantius reperitur terra, hæc Platonici. Probat ergo Ariſt. Platonicos inconuenienter figuras elemētis attribuiſſe, vt igni
C ſphæricam, aut pyramidalem, aeri octocedram, aquę ecocedram, & terræ cubicā. Primo, qa in planis figuris triangulares, quadrāgulares, & ſexāgulares ſil'iūctæ totum replēt ſpatiū. In ſolidis aūt, atq; corpeis ſolū duę pyramis, & cub⁹, at plura duob⁹ ſunt elīta. Igit̄ aliquib⁹ cōueniūt figuræ nō replētes totū ſpatiū, & ita ſequit̄ vacuū, aut ſaltē plures oportet eſſe figuras ſolidas totū replentes ſpatiū q̃ duas, & eas elementis attribuere ad excludēdū vacuū, inquit. Primo quidē, qa accidet ſic, ſupple dicētibus non repleri totū, & ita vacuū eſſe. Nā in planis quidē tres figuræ ſil'iūctę locū replere vn̄r, triāgulus, & quadrāgulus, & ſexāgul⁹, in ſolidis aūt atq; corpeis, duæ ſolæ, pyramis videlicet & cub⁹, at pl̄es har̄ accipere neceſſe eſt, qa plura elīta ipi faciūt, vel oportet aliqua nō ſic figurata pooere.


Diſgreſsio Auer.

Auer. vero in pn̄ti loco diſgredit̄, & iocipit diſgreſsio. {Qm̄ cū duæ lioeæ rectæ ſecēt ſe.} Vbi declarat oīa hęc & acute, quæ Ariſt. de figuris dixit. Et primo, ꝙ figurarū ſuperficialiū ſiue rectilinearū tres replēt locū ſupficialē.
D Secūda ibi {Figurarū quinq; corporaliū} declarat ꝙ corporaliū duę ſolę replēt locum cubica & pyramidalis. Ad euidētiā igit̄ primę partis iuniores optime reſumunt, quę Auer. ait cōfuſe, iō ſequar eos, ſumūt igit̄ de mēte Auer. ꝙ replere totū locū ſuperficialē ooo eſt niſi occupare aliquod totū ſpatiū ſuperficiale circunſtās aliquod pūctum in ſuperficie intell'. dixit Auer. circūſtās aliquod punctū, qa nō oportet de circūferentialibus pūctis, nō. n. oportet de A, vel de B, vel de C, vel de D, ſed ſatis eſt de E pūcto medio, tale. n. mediū pūctū circūſcribit̄ à ſpatio toto ſuperficiali, & nullū aliud de circūferētialib⁹. Secūdo reſumit̄ de mente Auer. ꝙ quodlibet punctum intellectū in ſuperficie circuoſtet aliquod ſpatium, ꝙ ęquiualet quatuor figuris rectis, ſiue quatuor quadratis, hoc non alio probat Auer. niſi quia duę lineę rectę videlicet, F O, & M N orthogonaliter ſe in puncto E interſecando punctum E circunſtāt nihil vacui relinquendo. Ex qua ſuppōoe ſequit̄ ꝙ

Secunda ſuppoſitio.


Tertia ſuppoſitio. Excerptum.

quarūcūq; figurarū anguli ſunt quatuor recti, vel quatuor rectis æquiualentes, illarum punctū mediū circūſcribitur ſine vacui interpoſitione, & ita omnes tales figuræ poterunt commiſceri inter ſe nihil vacui relinquendo.




Reſumitur tertio principaliter, ꝙ quilibet angulus triā guli æquilateri valet duas tertias vnius anguli recti, anguli vero obtuſus figuræ hexagonæ valet vnū rectū, & tertiam vnius recti. Angulus aūt pentagoni valet vnum rectū, & quintā vnius recti, hæc omnia ſupponenda ſunt ex geometricis declarationibus, ideo in his non eſt nimis immorandū. Ex his facile deducit̃ dilucidatio, nam ex his ſequit̃ primo, ꝙ quatuor quadrata ſm quatuor angulos copulata ad punctū mediū in ſuperficie intellectū replēt totū ſpatiū ſuperficiale nihil vacui intrinſecus relinquendo, extrinſecus vero cū figurā non faciant ſphæricam, ſecus eſt. Fortaſſe.n. vacui non nihil derelinquunt, hoc ſequitur ex ſuppōnibus, quas modo accepimus. Dixit vero quatuor quadrata, quia plura vel pauciora ſi intelligantur, vacui fortaſſe quicq; relinquerēt, qm̄ in puncto medio non ſe tangerent. Secundo ſequitur, ꝙ ſex triāguli æquilateri ſm ſex eorum angulos copulati ad punctum mediū in ſuperficie intrinſecus intellectū totū ſuperficiale ſpatiū replent nihil vacui extrinſecus relinquendo. Hoc patet, quia hi ſex trianguli æquilateri valent quatuor rectos, vt dictum eſt. Diximus ſex triangulos, qm̄ ſi plures, vel pauciores aſſumerent̃, fortaſſe vacui non nihil intrinſecus reliquerēt, cū ī pūcto medio nō ſe tāgerēt, ut figurāti cōſtat.

Hexagonæ figuræ.




Tertio ſequitur, ꝙ tres figuræ hexagonæ ſm tres earū angulos obtuſos in puncto medio in ſuperficie intellecto ſe contangentes totū replēt ſpatiū nihil vacui intrinſecus relinquendo, patet, quia illi tres anguli obtuſi valent quatuor rectos, plures vel pauciores ſi ſumant̃, in pūcto vno medio non ſe tangerent, vt figuranti patet.

Pentagona.



E Quarto ſequitur, ꝙ figuræ pentagonæ in quouis numero ſumptæ non poſſunt ita ad medium punctum copulari in ſuperficie intellectum, quin vacui non nihil relinquant, & ratio eſt, quia aut valent minus quatuor rectis, vt ſi ſumerentur tres, aut plus ſi ſumerentur quatuor, nā vbi tres ſumerentur tres eorum anguli ſecundum quos in puncto medio E copulantur, non valent niſi tres rectos & tres quintas vnius recti, & ita vacui quicquam in medio relinquent.



F Sinautem quatuor ſumerentur, quatuor earum anguli ſecundum quos in puncto E medio copularentur valēt plus quatuor rectis, reſultabunt enim quatuor recti, & quatuor quintæ vnius recti. Et ita ſi ſumerentur in quouis alio numero. Idem intelligi poterit de heptagonis cæteriſq; figuris plurium angulorum, quare conſtat trigona, tetragona, & hexagona, aliquoties ſumpta, & ſecundum angulos vnita circa punctum in ſuperficie intellectum totum ſpatium ſuperficiale intrinſecus replere nihil vacui relinquendo. Nam quatuor tetragona ad E pūctum copulata nihil vacui relinquunt, minora vel plura ad E contangi non poteſt, ſex trigona ad E puncta copulata iterum nihil vacui relinquunt, plura vero vel pauciora ad vnum punctum contangi non poſſunt, tria hexagona G ad E punctum etiam vnita nihil vacui relinquunt, plura vero vel pauciora ad idem punctum minime copulari poterunt. Inquit Auerroes. Primo, ꝙ duæ lineæ rectæ ſi in vno puncto ſic ſe ſecauerint, quatuor rectos conſtituent, ex hoc dat ſecundam ſuppoſitionem, & ait, ꝙ figuræ, quæ implent ſuperficiem, debēt habere, aut quatuor angulos rectos, aut illis æquales. primam autem ſuppoſitionē non expreſſit, ſed dedit intelligere. Ex his dat excerpta. Primum, ꝙ ſi quatuor quadrata componantur ſic, ꝙ in puncto E concurrent ſecundum eorum quatuor angulos, hæc implebunt ſuperficiem neceſſario, quia quadrati eſt angulus rectus, vt diximus. Secūdum excerptum ponit ibi {Et ſimiliter} ꝙ videlicet ſex trigona ad punctum A medium copulata nihil vacui relinquit, quia valent omnes eorum anguli quatuor rectos, & tangit vnam partem tertiæ ſuppoſitionis, quæ erat, ꝙ angulus cuiuslibet trianguli eſt duæ tertiæ vnius recti, & ita illud quod congregatū eſt ex ſex hexagonis erit æquale quatuor rectis. Tertium H excerptum tangit ibi {Et ſimiliter hexagoni} ꝙ videlicet tres figuræ hexagonæ ad punctum E medium copulatæ implent totam ſuperficiem, & tāgit aliam partem tertiæ ſuppoſitionis, quæ erat, ꝙ quilibet angulus hexagoni valet rectum & tertiam recti, quare ſupputādo omnes valebunt quatuor rectos ad punctum E copulatos. Vltimo tangit quartum excerptum, videlicet ꝙ nullæ figuræ aliæ ad punctum vnum poſſunt copulari quin aliquid vacui relinquant, quia nec pētagonæ, nec eptagonæ, nec aliæ plurium angulorum quæuis, quia ſemper anguli copulati, vel aggregatum ex illis valebit aut pauciores, aut plures quatuor rectis. verbi gratia, ꝙ ſi tres pentagoni congregentur in eodem puncto, prouenient illic tres anguli recti, & tres quintæ vnius recti, & ita non æquiualebunt quatuor rectis. Et ſi quatuor congregabuntur, fient illic quatuor recti, & quatuor quintæ vni⁹ recti, & ſic de aliīs dici poteſt, patet igitur prima pars digreſſionis Auerro.

Deinde

A Deinde ſequitur illa pars commenti {Figurarum vero quinq; corporalium} vbi declarat quot, & quæ figuræ corporalium in certo numero commiſtæ replent locũ nihil vacui relinquendo, & probat ꝙ duæ tantum, videlicet cubica, & pyramidalis, in certo numero ad vnũ punctum copulatæ replent locum. Nam octo cubi ad vnum punctum copulati replent locum, & duodecim pyramides ſecundum cuſpides copulati etiam locum replẽt. Ad huius autem euidentiam ſupponamus de mente Auer. ꝙ replere locum corporalem eſt occupare totum ſpatium, quòd eſt circa punctum intellectum corporalem, hoc eſt ſecundum latum, longum, & profundum. Secũdo ſupponamus pyramidalem figuram ad cæteras corporales figuras ita ſe habere, vt ſe habet triangulus æquilaterus ad cæteras figuras ſuperficiales. Qua rõne euenit, vt ſicut tres anguli trianguli æquilateri valent duos rectos quadrati, ita tres pyramides valẽt duos angulos corporales rectos figuræ cubicæ. Tertio ſupponamus ꝙ ſicut ſpatium ſuperficiale circa aliquod punctum intellectum valet quatuor angulos rectos ſuperficiales, ita ſpatiũ corporale circa aliquod punctum corporale valet octo angulos rectos cubicos, hæc non alia rõne nũc patẽt, ſed ex geometricis ſupponunt. Ex his ſequit̃ dilucidatio, nã ſequit̃ primo eas figuras corporales replere locũ, quæ in certo numero præciſe valent octo angulos rectos cubicos. Quare octo cubi ad vnũ punctũ mediũ in ſpatio intellectũ ex oĩ latere applicati replent totum ſpatium corporaliter. Quia ſm octo angulos rectos cubicos ad illud punctũ mediũ applicantur, & ita totũ illud ſpatiũ replebunt. Huius rei exemplum in plano dari nõ põt, ſed ſi octo taxilli hoc pacto ad vnũ punctũ applicent̃, cõſtat illos vacui nihil relinquere.

Sequitur ſecundo, 12. pyramides ſm earũ cuſpides ad vnum punctũ mediũ in ſpatio itellectũ copulatas totum ſpatiũ corporaliter replere nihil vacui relinquẽdo, nam cum tres pyramides duos rectos angulos cubicos valeãt, 12. pyramides valebunt octo angulos rectos cubicos, & C ita replebunt totum ſpatium corporaliter circa aliquod punctum deſcriptum, & ita nihil vacui relinquent, huius rei exemplum in plano deſcribi non poteſt, ſed in ſolidis facile conſtat. Sequitur tertio cæteras corporales figuras quocunq; numero ſumptas, & ſecundum angulos circa punctum vnitas in medio ſpatij notatum, non totũ ſpatium replere, & ita icocedricæ, & octocedricæ, & duodecedricæ figuræ, & cæteræ aliæ quouis numero ſumptæ, et quomodolibet copulatæ ad vnum punctum in ſpatij medio conſtitutũ, nunquã vacuũ replebunt. Et huius cauſa eſt, quia in quouis numero ſm angulos ad punctũ applicatæ non valent pręciſe octos rectos angulos cubicos, ſed vel plures, vel pauciores, & ita aut relinquent vacui quicquã in aliqua parte medij, aut ſuperfluent, & in medio cõtineri nõ poterunt. Quare patet cubicas figuras & pyramidale duntaxat in certo numero replere locum & nullas alias id facere, hæc Auerroes, inquit. Figurarũ vero quinque corporalium æquilaterarũ duæ duntaxat replent locũ, D & affert cauſam breuibus, quia cũ tres lineæ in vno pũcto ſe ſecabunt corporaliter, videlicet ſm longũ, latũ, & profundũ, ſuper angulos rectos, fient illic octo anguli corporales cubi recti vt dictũ eſt, quorum quilibet valet tres rectos, qualis eſt angulus cubi. Ex hac rõne cõcludit eas figuras corporales replere locũ, quæ cũ ad vnum cõem pũctũ in ſpatio corporali copulantur, octo angulos rectis cubicis, illum circunſtant, quare octo cubi cum ad vnũ communẽ punctũ in ſpatio intellectũ copulant̃, locum replebunt, quia ſm octo angulos rectos cubicos vniunt̃ illi puncto. Tertio ſequitur, 12. pyramides ſimiliter cũ ad vnũ punctum vniũtur, etiã locũ replere. Quoniam anguli ſex pyramidum æquiualẽt angulis quatuor rectis cubicis, & ita 12. anguli pyramidales æquiualent octo angulis rectis cubicis. Nam vt in Geometria declaratũ eſt, angulus pyramidis ſolidus, ac corporalis eſt ex duobus rectis. Cubus vero angulus ex trib⁹, et ita tres anguli pyramidales ęquales erunt duobus angulis cuborum. Quare, 12. pyramidales anguli æquales erunt, 8. cubicis, quia proportio anguli pyramidis, ad 4. cubos eſt vt proportio anguli trianguli ad quatuor rectos. Nam angulus trianguli ſunt duæ tertiæ recti. Quarto infert cæteras figuras, videlicet icocedron, duodecedron, & octocedrõ quouis numero ad vnũ punctũ in ſpatio intellectum copulatas nullatenus locum replere. Nam aggregatum ex eis vnquam valere poteſt octo angulis cubicis rectis, ſed vel pluribus, vel paucioribus. Nam angulus icocedricus eſt ex tribus rectis, & tertia vnius, & ita fieri non poteſt vt producantur, 12. recti, qui ſunt quatuor cubici. Similiter etiam de octocedron, et duodecedron, vt calculanti patet. Ex his Auer. redit ad propoſitũ, & inquit. Cum ita ſit, continget his qui elemẽta figurant figuris proprijs & eſſentialibus, vt tãtum duæ figuræ ſint corporales replentes locum, cum præter pyramidalem, & cubicam, quæ implent locum, non ſint aliæ, quoniã elemẽta ſunt quatuor, & ita oportet eſſe quatuor B tales ad minus locum replentes. Addit ꝙ in libro Euclidis. 15. declaratũ eſt. Primo ꝙ nulla figura corporea eſt præter has quinq;. Secũdo ꝙ duæ ſolæ iſtarum implẽt locũ, & nullæ aliæ, etiã ſi plures eſſent ꝗ quinq;, & ſic patet vis rationis contra Platonicos. Non enim poſſunt elementa conſtare figuris proprijs, cum ſint quatuor, & figuræ plenæ duæ tantum, vt oſtenſum eſt. Tu vero intellige figuras plenas corporeas eſſe duas tantum, quæ locum replent, videlicet centraliter, nam circunferentialiter nullæ figuræ corporeæ replent locum, quouis etiam numero copulatæ ad vnum punctum. hęc ſufficiant.

Deinde corpora quidem ſimplicia omnia figurata videntur à loco ipſo cõtinente, maxime autẽ aqua, & aer. Permanere igitur elemẽti figurã quidẽ impoſſibile eſt. Non. n. totum vtiq; ipſum continens omni ex parte tãgeret. *Totũ elemẽtũ ſecũ ſit ſe, & quodlibet ſui.*

Expoſitio. Secundo arguit enthymematice ſic, corpora ſimpli C cia figurant̃ à loco continente, maxime aqua & aer, igitur nullum elementũ habere põt figuram eſſentialiter atq; permanenter, inquit. Deinde corpora quidem ſimplicia omnia figurata videntur à loco ipſo continente, in quo vnũquodq; eorum eſt, vt in loco, maxime aũt aqua & aer, quæ humida ſunt & fluida, quæ non niſi termino alieno terminant̃. Ex hoc infert cõſequẽs, & inquit, igitur permanere elementi figuram quidem impoſſibile eſt, & ita nullũ elementum habet figuram propriam permanenter, ac eſſentialiter. Hæc cõſequentia patet de ſe, quia ſi elemẽta ab ipſo continente habent figuram, illam non poſſunt habere eſſentialiter ac permanenter, qm̃ ab alio illã hñt. Tũ Ariſ. probat aſſumptum, videlicet ꝙ elementa habeant figurã ab ipſo continente, quia ſi non haberent ab ipſo cõtinẽte, tunc totũ elm̃tũ dũ circunſcribit̃ ab ipſo loco cõtinẽte non tangeret illud ſm ſe, & quodlibet ſui. v. g. qm̃ lapis habet figurã fixã ſi reponat̃ in vaſe, illud oĩ ex parte nõ tãgeret, D niſi reduceret̃ ad liquidũ, & ſic patet antecedẽs, videlicet, ꝙ elm̃ta, ſaltẽ aer & aqua figurant̃ figura cõtinẽtis, inquit. Nõ. n. totũ. ſ. elm̃tũ oĩ ex parte ac cũcunq; tãgeret ipſum cõtinẽs, cui⁹ oppoſitũ patet ad ſenſum de aere & aqua ſic patet illa duo figurata eſſe figura cõtinẽtis, qđ erat añs.

Adhuc autẽ ſi tranſproportionetur, nõ amplius erit aqua, ſiquidẽ figura ipſa differebãt.

Expoſitio. Tertio arguit, ſi aqua trãſproportionet̃, ita vt de ecocedra trãſfiguraret̃ in pyramidẽ, aut cubũ, ſequit̃ ꝙ aqua nõ ampli⁹ erit aqua, ſed aut ignis, aut terra, pbat cõſequentiã q̃a elm̃ta differũt figura ipſa eſſentialr̃ ſm Plat. & ita ſi vnũ eorũ accipiat alteri⁹ figurã, et î illud vertet̃, ac trãſmutabit̃.

Auer. cõ. Auer. autem hanc tertiã rõnẽ miſcet cũ ſecunda faciẽs vnã ex his ambabus, & dicit Ariſto. argumentari hypothetice à deſtructione conſequentis ad deſtructionẽ antecedentis, hoc pacto, ſi elementa habent figuras, ꝓprias, & figurantur figuris alienis, tunc cum figurantur alijs figu-

ris,ſ.continentis,non remanerent elementa, ſed corrumperentur. Interponit autem Auer. vnum alium ſyllogiſmum hypotheticum hoc pacto, ſi elementa figurantur figura continentis, non habent figuras proprias, ſed elemēta figurantur figuris continentis, igitur non figurantur figuris proprijs. q figurentur figuris continētis patet, quia aliter daretur vacuum, vt omnibus patet: & ita vult duos hypotheticos ſyllogiſmos. Primus eſt, q, ſi elemēta haberent figuras proprias, cum in figuris mutarētur, mutarentur in ſubſtantia. Secundus eſt probans, q non habent figuras proprias, quia figurantur figura continentis, & probatur hoc ratione & ſenſu, ſenſu quidem patet de aere & aqua, ratione vero, quia ſi non figurarentur figura continentis, daretur vacuum. Addit Auer. q nō indiguit vti ſigno ſenſato, quale eſt exemplum in deſtructione conſequentis, quoniam conſequens eſſe falſum, videlicet q vacuum non ſit, conſtat intellectu ac ratione, & non ſenſu, at poſitio antecedentis, videlicet elementa figurari figura continentis, patet ſenſu & ratione. Ariſt. tamen coniūgit illi intellectum, i. rationē, quia aduerſarij poſſunt negare propoſitiones ſenſibiles, & ita vult ex his fieri vnā rationem, hæc Auerroes, quæ mihi videntur potius confuſiones, q̃ expoſitiones verborum Ariſtotelis.

Autem
Sed
Oīcapax
Capaciſsimū
ὡνδήπερ
Vt
Quapropter
Separatis differentijs.
Sine figuris.

Videtur autem natura ipſa hoc nobis ſignificare, quod & ſecūdum rationem eſt, nam vt & in cæteris ſubiectum oportet eſſe ſpeciei expers ac informe. (Maxime enim vtiq; ſic omni capax ipſum poterit accommodari, vt in Timæo ſcriptum eſt) ita & elementa intelligere oportet eſſe tanq̃ materiam compoſitis ipſis, vt & adinuicem tranſmutari poſſint ſeparatis his differentijs, quę ſunt ſecūdum paſſiones.

Expoſitio.

Quarto arguit ſic, elementa ſunt materia omnium miſtorum cuiuſuis figuræ exiſtentium, ergo non limitant ſibi figuram eſſentialiter, ac per ſe. tenet conſequentia, quia vbi elementa ipſa eſſentialiter limitarent certam figuram, nō poſſent ad omnem figuram miſti aptari. oportet enim oē recipiēs eſſe denudatum à ſpecie recepti, ſi debet coaptari omni ſpeciei recepti, inqt. Videtur aūt quo & ſm rōnem eſt, natura ipſa hoc nobis ſignificare, & per {naturam} intelligit naturam quæ eſt materia, quod declarat, & iquit. Nam vt & in cæteris. ſ. rebus generabilibus ac corruptibilibus ſubiectū quod eſt materia, oportet eſſe ſpeciei expers, ac informe nulla determinata ſpecie, vel forma affectum ad hoc vt omnem formam recipiat, ita & elementa intelligere oportet eſſe tanquam materiam ipſis miſtis cōpoſitis. Dico ita intelligere oportet, ſ. abſq; figura ac penitus ſuapte natura īfigurata ad hoc vt poſſint recipere omnem figuram miſti. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire nō eodem mō materiam eſſe ſubiectum formarum, & elementa miſtorum, nam ſm aliquos elemēta ſunt materia miſtorum ſm alterationem, at materia eſt ſubiectū formarum recipiens, elemēta enim ſm hos ſunt materia, quatenus ex ipſis corruptis fit miſtum, remanentibus tñ virtualiter immiſtis. Secundum vero Auerroem in præſenti commento elementa ſunt materia miſtorum diſpoſitiua quatenus diſponunt primam materiā vt recipiat formas miſtorum. interpoſuit autē ad huius rei declarationē authoritatem Platonis in Timæo, & inquit. Maxime, n. ſic informæ ac exiſtens ſine ſpecie vlla ipſa materia, quę à Platone dicit Pandeches, hoc eſt omnis capax, poterit omnibus formis accōmodari, q oē recipiēs eſſe debet denudatū à natura recepti. Reddit cām vniuerſalē, ob quā elēta nō debēt eſſe ſuapte natura figurata, & iquit. Dico ſupple illa elementa eſſe infigurata, vt & adinuicē trāſmutari poſſint ſepatis drījs, q̃ ſunt ſm paſſiōes his. p drīas, q̃ ſunt ſm paſſiones, nonnulli intelligunt figuras. Mihi nō placet hęc expō, nō. n. video qūn figuræ dici poſſint paſſiones, vel drīæ ſm paſſiones. Alij intelligūt formas ſubales

Verborum excuſatio.

R futatio.

E elemētorū, quaſi dicat elemēta ipſa eſſe infigurata vt poſſint trāſmutari inter ſe ſepatis his drījs, quæ ſunt ſm paſſiones, hoc eſt corruptis formis ſubſtātialibus, nec hæc expō placet, non. n. formæ ſubſtātiales elētorū dicunt drīæ ſm paſſiones. Melius ergo ſm Auerroē p drīas ſm paſſiones intelligit qualitates quatuor, quæ ſunt paſſibiles qualitates, pp quas elementa alterant, & poſtea in ſubā trāſmutant. quaſi dicat, elementa ipſa infigurata eſſe ſuapte natura vt poſſint trāſmutari īter ſe ſubſtātialiter ſepatis ac corruptis vel in toto, vel in parte his drījs, quæ ſunt ſm paſſiones, dixi vel in toto, vel in parte, pp Auerroem, qui in præſenti commento tenet elementa non pdere qualitates ſm totū, dum veniunt ad miſturam. Quo vero ad verba attinet, verbum {vt} gręce eſt διόπερ latine quapropter, verum aliqñ Ariſtoteles ſumpſit pro ipſo, vt, eo modo quo hic accepit. Auerroes diſgreditur aduerſus Auicennā de elementis, an maneāt actu, vel virtute in miſto, ſed quonos in libello de miſtione, quem noſtro diſcipulo epolarinati inſcripſimus, cōmētū iſtud particulariter totū expoſuimus ac opinionē Auerrois pulchre declarauimus, idō bona fronte nunc vlteriorē declarationem prætermiſimus.

διόπερ, quapropter, propterea idcirco, vt

F

Præterea quo nam modo fieri poteſt caro, & os, aut quoduis compoſitorum corporum, Neq;. n. ex ipſis elementis contingit, quia nō fit ex compoſitione continuū, neq; ex ſuperficiebus cōpoſitionem ſubeuntibus: ipſa enim elementa compoſitione generantur, & non ea, quæ ex elementis ſunt, quare ſi quis diligenter loqui voluerit, & non ex tranſitu rationes elementi ſuſcipere, hos tollere ex entibus generationem intuebitur.

Poteſt.
Contingit.
Cōpoſitorū
Cōtinuorū.
Cōpōnem.
Subeuntib⁹.
Compoſitis.
Tranſituram ſumptione.
Egreſsione.
Expoſitio.

Vltimo arguit ſyllō hypothetico diuiſiuo hoc pacto, ſi elementa limitant ſibi figuras per ſe, miſta nullo mō fieri

G poſſent. Deducit cōſequētiā, quia ſi miſta fient, vel ex elementis vel ex ſupficiebus ſimul cōpoſitis, nō ex elētis, q ſi ex elētis oporteret illa elementa figuras proprias amittere, & ſic in miſto elementa corrūperent, & non remanerent. Nō ex ſuperficiebus, qm̄ ſm opinionē eorum, bene elēta fiūt cōpoſitione ſupficierū, nō aūt miſta: quare, ſi debeāt miſta fieri ex elētis, oportet dicere elēta nō limitare ſibi certas figuras. Inquit, pterea quo nā mō fieri pōt caro, & os, aut qduis cōpoſitorū vel miſtorū corporū, quaſi dicat, q nullo mō aliqd miſtū poſſet fieri. Quo ad verba attinet, verbū {miſtorū} gręce eſt συνεχῶν latine cōtinuorū, verū cōtinuū hic p miſto accepit. Qd' vero nullatenus miſta fieri poſſent, ſi elēta limitarent ſibi figuras, probat, & inquit. Neq;. n. aliquod horū miſtorū fieri cōtingit ex ipſis elemētis, quia cōtinuū, hoc eſt miſtū, nō fit ex cōpoſitione elemētorū, q tn en retinerent, pprias figuras, & ſic nō eſſet alteratorū vnio ipſa miſtio, & ſi figuras amitterent, elementa corrūperent, & ita nō eſſet miſtio. Ani-

H maduerte hāc rōnem nullā eſſe, niſi ſupponat ſm Ariſto. elementa aliquo mō in actu remanere in miſtis, ppea opinio Auerrois vr̄ optime ad mentē Ariſto. dum tenet elemēta remanare formaliter in miſto, patet igr̄ ex elemētis fieri nō poſſe miſtū aliqd, ſi elementa haberent figuras proprias. Deinde deſtruit ſm mēbrū, & inquit. Neq; miſtū aliquod fieri poſſet ex ſupficiebus ſimul cōpoſitis īmediate, cuius cām affert, et inqt. Ipſa. n. elēta cōpoſitione ſupficierum generant ſm Platonicos, et nō ea, q̃ ex elētis ſunt, quæ dicunt miſta. Ex his quaſi cōcludit hos deſtruere generationē miſtorū ſi velint elēta ſibi proprias figuras limitare, & inquit. Quare ſi quis diligenter loqui voluerit & non ex trāſitu rōnes elementi velit ſuſcipere, hos tollere gñationē ex entibus intuebit, q nūc tollūt gñationem miſtorū, & prius declarauimus eos tollere gñationem elementorū, quatenus elēta volūt fieri ex cōpoſitione ſupficierum, & recte intuendo iſti tollunt oēm generationem.

Quo

De figuris elementorũ. πάροδου obiter, intrã ſcurſu, p trãſennã, leuiter, & vt cicero ait tranſeuntes, ſtrictim aliquid. aſpicere.

Quo vero ad verba attinet, verbum non ex trãſitu grece eſt ix παρόδου parodos vero eſt, latine tum via, tum trãſitus, ea vero ex tranſitu conſiderantur, quæ raptim animaduertuntur, ea diligenter conſiderantur, quæ lõga mora proſpiciuntur, hæc Ariſtoteles.

Quæritur de figuris elementorum. nam ſecundo hu9 Ariſto. probauit propriam terrę figuram eſſe ſphęricam, per hoc ꝙ omnes terræ particulæ petunt centrum, quod Auerroes hoc exponit commentis. 26. & com. 8. In contrarium eſt Ariſto. hic per totum, & ſecundo huius Auerroes cõmento. 22.

Quæ Platonici. Quæ Ariſt.

Platonici tribuerunt elemẽotis figuras proprias, terræ quidẽ figurã exacedron, queq; cubica dicitur, qualis eſt figura taxilli, icocedrõ aquę, quę ex. 20. ſcalarijs, cõſtat octocedron aeri, quæ octo ſcalarijs coofi citur, igni tetracedron ex quatuor ſcalarijs conſtitutam.

Ariſto. vero quinq; rõnibus probauit nullũ elementũ propriam habere figuram: potiſſimum, quia cum quælibet ſtare pōt oẽ elementum nec corruptum, nec remiſſũ.

Conciliatio. Propriũ duplex

B Ego vero decreto Auerrois ſecũdo huius cõmẽto. c. 8. ſic inter hos cõſulerẽ, nã proprium aliud eſt eſſentiale, vt riſibile, figura cœli ipſi cœlo, & humana ipſi homini, hæc. n. ſunt ꝑpria eſſeotialiter ac inſeparabiliter. Aliud eſt propriũ accideotale, & hoc modo omne quod naturaliter cõpetit alicui ſiue ſeparabiliter ſiue iſeparabiliter dicitur propriũ, qua ratione albedo dicitur proprium qđdã mulieribus, viris vero fuſcedo, qm̃ mulieribus albedo magis naturalis eſt, viris aũt fuſcedo. Tũc dicerẽ, Antiquos voluiſſe elementa habere figuras proprias ſecundo modo, videlicet naturaliter & ſeparabiliter, nõ aũt proprias eſſentialiter, & in ſeparabiliter, & hoc Ariſtot. probauit, quare opiniones iſtæ hoc pacto poſſunt in idẽ reduci, non enim puto Platonicos fuiſſe ita ignaros vt dixiſsẽt elementa ſibi limitare figuras eſſentialiter, cum clariſſime cernamus elementa eſſe, & rameo varijs figuris affici, ac diſponi. Sed puto eos voluiſſe elementis eſſe tribuendas figuras proprias, hoc eſt naturales, quia ſeparabiliter, hæc de figuris elementorum.

C At vero & ad affectiones, & potẽtias, et motus incõcinnæ ſunt figurę corporib9, ad quas maxime reſpicientes ſic diſtribuerunt, vt qm̃ ignis facile mobilis eſt, & calefactiuus & vſtiuus, alij quidẽ ipſam ſphęrã, alij autem pyramidem effecerunt: hæc. n. facillime quidẽ mobilia ſunt, propterea ꝙ minima tangunt, atq; minime ſtabilia ſunt, maxime autem calefactiua maximeq; vſtiua ſunt: propterea ꝙ hoc quidẽ totũ angulus eſt, illud vero acutiſſimi eſt anguli, angulis autẽ (vt aiũt) vrunt & calefaciunt.

Minime ſtabilia ſunt. Neque firmiter iacent.

Expoſitio.

Platonis diſcipuli reſpicientes motum, igni pyramidẽ tribuerũt, eo qđ dum mouetur pyramide affici cernitur.


D Reſpicientes vero affectiooes, aeri octocedricã tribuerunt figuram, & aquæ figuram. 20. baſium, qm̃ aer paruitate motus ſequitur ignem, velut octocedroo pyramidẽ, aqua etiã ſimili rõne, quia aqua ſequitur aerem, velut figura. 20. baſium ſequitur octocedron. Reſpicientes vero virtutem ac potentiam, terræ tribuerũt cubicam figurã, ꝙ terra eſt maxime ſtabilis, & nulla figurarũ videtur maxime conſerens ad ſtandũ ſicut cubica. Ariſto. ergo oſtendit ꝙ elementis eiuſmodi figuræ non ſunt propriæ etiam reſpiciendo motus, vel affectiones, vel potentias, & hoc proponit, & inquit. At vero inconcinne ſunt figuræ corporibus, hoc eſt elementis, & quo ad affectiones, & quo ad motus, & quo ad potentias: omnibus enim iſtis modis figuræ ſunt elementis inconcinnę, deinde narrat opinionem Platonicorum, & inquit. Ad quas. ſ. figuras reſpiciẽtes ſic illas elementis diſtribuerunt, vt qm̃ ignis facile mobilis eſt, & calefactiuus, & vſtiuus, alij quidẽ ipſam ſphæram, alij autem pyramidem effecerunt, cuius conuenien-

A tiæ ac diſtributionis cauſam affert, & inquit. Hæc. ſ. pyramidalia ac ſphærica facillime quidem mobilia ſunt quod probat duplici ratione, primo quia pyramis ſua acuitate tangit minimã, immo punctum, ſphæra vero ſua rotunditate tangit non modo minimum, immo ipſum planum in puncto. Secundo, quia pyramis & ſphæra ſunt maxime mobilia, & minime ſtabilia. His etiam ratiõibus hæc ſunt maxime calefactiua ac vſtiua propterea ꝙ hoc quidẽ. ſ. ſphæra totum angulus eſt, illud vero. ſ. pyramis acutiſſimi eſt anguli, & ſic maxime medij penetratiuũ, ita vt medium quaſi nihil ſibi reſiſtit, modo vt dicit, vſtiua et calefactiua angulis vrunt & calefaciũt, patet igitur recte igni datam eſſe pyramidem, vel ſphæram, quia hęc ſunt maxime actiua, & maxime mobilia. Quo vero ad verba attinet verba illa. {Atq; minime ſtabilia ſunt} græce ſunt ἥκιστα βεβηκότα. Quæ nonnulli tranſtulerũt, id eſt neque q; firmiter iacent, quæ in idem redeunt. Animaduerſione dignum aliquos voluiſſe ignem eſſe pyramidẽ. primo

B pyramis & ſphæra ſunt maxime mobiles, & tactiua minimorum, ignis maxime mobilis eſt & minimorum tactiuus, ergo ignis eſt pyramis. Secundo angulus vim habet calefaciendi, & vrendi, ignis calefacit & vrit, igitur ignis eſt angulus, nam pyramis eſt anguli acuti, & ſphęra eſt tota angulus. Sed dubitaret forte iunior, quonã mõ ſphæra eſt tota angulus. Reſpoodent quidam ꝙ ſphæra eſt tota angulus, quia tota eſt circũflexa, quæ circũflexio videtur quaſi angulus. Sed hæc expoſitio oon placet, nam tũc ſola recta linea eſſet in angularis, cuius oppoſitum dicunt mathematici, qui voluot rectum & ſphæricum eſſe inangularia. Videtur ergo mihi ſphęrã eſſe totã angulã potentia propinqua, quia in ea poſſunt infinita pũcta ſignari, quia poteſt eſſe angulus incidentiæ duorũ angulorũ acutiſſimorũ. vt verbi cã ſit punctus A in ſphæra, A E F G, ſuper A puncto trahatur linea B A C, ex hmõi lineę ꝑtractiõe facti ſunt duo anguli incidentię, videlicet, C A E, & B A G. Simili mõ ſupra puncto E pōt trahi alia linea. Et ſupra puncta F, & ſupra punctũ G, & ſic cũ oullũ ſit in ſphæra punctũ qn illud poſſit eſſe coous duorũ angulorum acutiſſimorũ incidentiæ, ergo ſphæra eſt tota angulus potẽtia ꝓpinqua.

Dubitatio. Reſponſio.

Oppugnat.

C 

Auer. commen. 69.


Auer. aũt declarat quæ ſunt ſigna vera, ẽ quibus fiunt demõſtrationes ſigni, & vult ꝙ ſunt poſteriora, hoc eſt effectus, quibus poſitis ſequuntur ꝓcedentia, hoc eſt cauſę, & quę ſequuot poſitis ꝓcedẽtibus ſiue cauſis, quales ſunt operationes, motus, & accidẽtia elementorũ. Secundo ait Auer. ꝙ ignẽ qdã ponũt pyramidalẽ, alij ſphęricũ, ex tribus poſterioribus, quæ videnf in igne, quæ ſunt velocitas motus, calefactio, & vſtio, vñ pōt ſylls antiquorũ ſm Auer. ſic cõponi, corpus ſphæricũ vel pyramidale eſt velocis motus, vſtiuũ, & calefactiuũ, ignis eſt velocis mot9, vſtiuus & calefactiuus, ergo ignis eſt ſphæricus, vel pyra

D midalis. Qđ vero ſphæra & pyramis ſint velocis motus, declarat Aue. & oõ cõſooe textui, licet quæ dicit ſint vera. ait. n. ſphærã eſſe velocis motus, quia cum tãgit planum, non tangit ipſum in aliqua parte magna in qua poſſit firmari, ac fixe permanere, ſed in puncto, vel in eo planũ ipſum ſphæra tangit, quod eſt puncto ſimile. Pyramis etiã tangit in puncto, cũ tangit planum in altero ſuorũ angulorum, & quaſi dicat ꝙ hæc oon quieſcunt, quia nõ implent de loco, in quo quieſcere poſſunt, niſi parum. Declarat ẽt Auer. ſphærã cõuenire igni ꝑꝑ vſtiooẽ, qa ſphæricum eſt velocis motus, & vſtio fit à motus velocitate, ſimiliter pyramis eſt velocis motus, quia cũ ſit acutiſſimi anguli, eſt maxime penetratiua, & hac rõne eſt maxime vſtiua, & ita patet ꝙ de figuris ſphærica vel pyramis cõuenit maxime igni. Aiaduerſiõe dignũ ꝙ Ariſt. nõ declarauit põnem antiquorum niſi de igne, de terra vero, cęlo, aere, & aqua nihil dixit, qa ſuperius ſatis dictum eſt.

Primum quidem igitur de motu vtriqꝫ peccarunt: nam & ſi figurarum hæ facillime mobiles ſunt, non tamen motu ignis facile mobiles ſunt: qui quidem enim ipſius ignis eſt ſurſum, & ſecundum rectũ eſt, hę vero facile mobiles ſunt eo motu, qui vocatur circularis.

Expoſitio. Obijcit autẽ his Ariſto. primo ꝙ ſphæra vel pyramis igni non competit ꝑ motum localem, quia licet ſphæra vel pyramis eſſet figura maxime motui apta, non tñ videtur apta ei motui qui eſt ignis, qui eſt ſurſum & ſm rectũ, ſed maxime apta eſt circulari motui, & ita licet ignis eſſet bene mobilis motu naturaliter ſibi proprio, non tñ ſequitur ipſum eſſe ſphæricũ vel pyramidalẽ. Inquit. Primum quidẽ igitur de motu vtriqꝫ peccauerũt, hoc eſt vtraqꝫ opiniones ſunt falſæ, tam quæ igni dat ſphæram, q̃ quæ igni dat pyramidem. nam & ſi figurarum hæ duę, videlicet pyramis & ſphæra facillime mobiles ſunt, non tamen motu ignis facile mobiles ſunt, qui quidẽ .n. motꝰ ipſius ignis eſt, ſurſum & ſm rectũ eſt, hæ vero facile mobiles ſunt eo motu, qui vocatur circularis, & ita non competunt igni, ſed maxime cœlo videntur competere.

Auer. cõ. 70 Quæſtio. Mouet hic Auerro. q̃õnem, quia ipſe Ariſto. in textu velle viſus eſt ſphæricum, & pyramidale nõ poſſe moueri motu recto, & tñ experiẽtia dictat cõtrariũ, videmꝰ .n. ſphæricum corpus, vt pilã, motu titubationis recto moueri, pyramidale vero facile penetrare in rectum, imo pyramis non videtur poſſe moueri ſm circulum, cũ circulariter motũ nõ ſit niſi circulare. Reſponſio. Rñdet Auerro. ꝙ ſecus eſt loqui de motu recto in ſe, & de eius velocitate. nã loquendo de recto motu in ſe, tam pyramidale q̃ ſphæricũ põt moueri motu recto. At loquendo de motus recti velocitate, ſic ꝑ accidens poſſunt ſphæra, & pyramis moueri recto motu velociter, nã ſphæra naturaliter non mouet̃ niſi ſphærice, quatenus vero ſubit rõnem corporis recti, vt ſic, põt velociter per accñs moueri, pyramis vero ꝑ ſe



mouet̃ motu circulari, quo ad partẽ in qua eſt A, nõ aũt quo ad ptẽ I qua eſt B, eſt. n. in pyramide circularitas ſolũ ſuper vnũ angulorũ vt in angulo A recto, nõ aũt in angulo B acuto, & ita rõne ipſiꝰ A velociter mouet̃. Addit tñ pyramidẽ in motu recto cõuenire cũ alijs figuris maxime rõne anguli B, vt figuræ octogoni. Sed ego

Refellitur Auer. nõ intelligo hanc rñſionẽ. nõ. n. video qua nã rõne pyramidale põt circulariter moueri & velociter rõne anguli recti A cũ Ariſto. dixit ſupra pyramidale moueri velociter, quia eſt maxime penetratiuũ, modo pyramidale non penetrat niſi rõne anguli acuti B, & nõ rõne anguli recti, A. Melior reſponſio. Ideo mihi vr̃, ꝙ licet Ariſto. loquatur de vtraqꝫ figura, tñ de ſphærica rẽ verificat, nã ſphæra circulariter velociter mouet̃, at de pyramide narrat, ſed nõ probat, qa fortE illud erat verũ ſm antiquos, & ſic Ariſt. de vtriſqꝫ figuris ꝓponit, ſed de ſphærica tm̃ probat eã facile moueri motu circulari, tu vero ſi melius habes melius dicas. Poſtmodũ Auerroes cõponit ſyllm̃ Ariſt. ſic, motus corporũ habentiũ pyramidẽ, & ſphęrã nõ eſt velox ſm rectũ, motus ignis eſt velox in rectũ, ergo in ſecunda figura, motus ignis non eſt corporũ habentiũ ſphærã, vel pyramidem.

At ſyllogiſmus antiquorũ erat in ſecũda figura ex duabus affirmatiuis hoc modo, omne habens alteram duarũ figurarũ eſt velocis motus, ignis eſt velocis motus, ergo ignis habet alteram duarum figurarũ. dicit Auer. ꝙ hic ſylls nullus eſt, niſi maior, quæ eſt, omne habens alteram duarum figurarum eſt velocis motus, modo hæc maior nõ põt cõuerti in terminis, qm̃ multa ſunt velocis motꝰ, quæ non habent alterã duarũ figurarum, modo in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis coniugatio eſt aſyllogiſtica, ac inutilis, niſi altera ꝓpoſitionũ cõuertat̃, nam facta cõuerſione mox ſyllogiſmus redit in primã figurã, vt dixit Auer. ſecundo huius cõmẽto. 23. & in hoc libro cõmeto. 44. & dicemus quarto libro huius cõmentis quarto, & 33. tamen primo priorum ſatis abunde declaraui.

Deinde ſi terra cubus eſt: quia firmiter iacet atqꝫ manet, manet aũt nõ vbiuis, ſed ſuo in loco: ex alieno autẽ fert̃ non prohibita. Et ignis ẽt, & cętera ſimili mõ, patet et ignẽ, & vnũquodque elemẽtorũ in alieno quidem loco, ſphęrã eſſe, vel pyramidem, in proprio vero cubũ. Cubus Teſſera.

Secundo obijcit ſic, ſi terra eſt cubica, quia firmiter iacet ac ſtabiliter manet, vel reſpectu ꝓprij loci, vel alieni, non reſpectu alieni, quia in illo non firmiter manet, ſed ab eo mouetur, niſi prohibeatur, ſi reſpectu proprij loci, cũ ignis & cætera elemẽta in proprijs locis firmiter maneãt ab alienis locis, velociter feruntur, tũc ignis & cætera elementa, in alieno quidem loco eſſent ſphæra vel pyramis, quia ab illo velociter feruntur, in proprio autem loco eſſent cubi, quia in proprio firmiter ſtarent, quod eſt abſurdum: nõ. n. elementũ debet in figura eſſentiali mutari ꝑ mutationẽ de motu in quietẽ, vel econtra. Inquit. Deinde ſi terra cubus eſt, quia firmiter iacet, atqꝫ manet, manet aũt firmiter nõ vbiuis, ſed in ſuo loco, ex alieno aũt fertur nõ prohibita, & ſic patet terrã firmiter ſtare reſpectu loci proprij. Tũc addit quaſi minorem, & inquit. Et ignis etiã & cætera ſupple elementa ſimiliter in ꝓprio loco manent firmiter, ferũtur vero ab alieno. Ex his dat abſurdũ, & inquit, patet & ignem & vnumquodqꝫ elementorũ in alieno qdẽ loco ſphærã eſſe, vel pyramidẽ, quia ab illo velociter ferunt̃, in ꝓprio vero loco eſſe cubũ, qa in illo ſtabiliter iacent. Qđ eſſe abſurdũ nemo eſt qui dubitat.

Auerroes aũt ꝑ malas quas habebat trãſlationes, aliter exponit, deducit enim primo ꝙ ſi terra eſt cubica, qa frigida, tunc figura cubica eſſet cauſa quietis terræ in medio, & quia terra mouetur ad medium, cum fuerit extra mediũ, & non niſi quia cubica, igitur figura cubica eſſet cã duorum oppoſitorum, videlicet quietis & motus terræ. Ex hoc etiã infertur aliud abſurdius ꝙ terra quieſcat in omni loco, quia in omni loco eſt cubica, cum hæc figura ſit ei eſſentialis. Sequit̃ ẽt ignẽ moueri in omni loco, quia in omni loco eſt pyramis, quæ eſt cã velocis motus eius, cuius eſt figura. Rurſus tertio ſequit̃ ꝙ vbi qeſcet ignis, illic erit figuræ terræ, videlicet cubicꝰ, & quo terra mouet̃, erit figuræ ignis, videlicet pyramidalis, quare ſeq̃tur nullũ eniꝫ hr̃e figurã ꝓpriã ac eſſentialẽ, qđ Ariſto. tenet, hęc Auer. q̃ licet vtilia ſint, nõ tñ ſunt in textu Ariſt.

Præterea, ſi calefacit & vrit ignis propter angulos, omnia elementa erunt calefactiua, aliud tamen alio forſitan magis: omnia enim angulos habent, vt & quod eſt octoedron, & dodecaedron. Democrito autem & ſphæra vrit, quia angulus quidam eſt: quare differunt per magis atqꝫ minus: hoc autem falſum eſſe perſpicuum eſt.

Tertio obijcit ſic, ſi ignis calefacit, & vrit propter angulos, quos habet, omnia elementa calefacerent, & vrerent, licet aliud alio fortius, quatenus aliud atque aliud angularius eſt. Deducitur conſequentia, quia omnia elemẽta ſunt angularia, nam aer octocedron eſt angularis, cœlũ autem dodecaedron angulare eſt, viginti baſium figuræ eſt aquæ, terra cubica, & ignis pyramidalis, quare omnia elementa ſunt angularia. Democrito autem ſupple videtur ꝙ & ſphæra vrit, quia ipſa eſt tota angulus quidã, vt ſuperius dictum eſt, quare omnia elementa ſunt angularia, & differunt per magis & minus, quia ſphæra eſt minus cęteris angularis. Modo hoc falſum eſt, quoniã aqua

Auer. cõ. 71
Expoſitio.
Octoedron 8 baſium
Dodecaedron. 12. baſium
20. baſium. Icoſedron.

frigefacit

frigeſacit, terra exiccat, aer humectat, & ignis calefacit, vt ſenſibus patet. Auerroes aūt aliquantulum diſgrediendo ponit hanc regulam, à cauſis eiuſdem naturæ effectus, qui ab illis proficiſcunẽ, ſunt eiuſdē naturæ, & ſi cauſæ ſunt eiuſdē naturæ, & nō differūt niſi ſm magis & minus, effectus ſunt eiuſdem ſpēi, & nō differunt niſi ſm magis & minus. ex hac regula arguit, ſi anguli acuti multum calefaciant, ergo anguli minus acuti minus calefaciēt: vltra ex his inferẽ oīa elemēta eſſe calefactiua, licet aliud quidem magis, aliud vero minus. Nā à cauſis diuerſis in quātitate, hoc eſt differentibus ſm magis et minus, effectus q ab illis proficiſcuntur, licet ſint eiuſdē ſpēi, tñ differūt ſm magis & minus per regulā datā. hoc cōſequēs Ariſto. dixit eſſe abſurdū, quia ipſum falſum eſſe, perſpicuū eſt, hoc eſt, quia eſt cōtra ſenſum. Auer. aūt oſtēdit hoc cōſequēs eſſe cōtra rōnem, nā conceſſo ꝙ oīa elemēta calefacerent, & ſolū in calefaciēdo differūt ꝑ magis & minus, tūc à cauſis differētibus quātitate ſola, hoc eſt ſm magis et minus, ꝓficiſcerenẽ effectus differentes ſpē, eſſentia, ac forma, qđ eſt cōtra regulā, deducit Auer. quia ab angulis ipſis differentibus penes acutū, & minus acutū ꝓficiſcerenẽ omnia elementa, quæ calefactiua eſſe deductū eſt, ſolū in calefaciendo dr̄ia ſm magis & minus. Mō elemēta differūt ſpecie, eſſentia, ac forma, & ſic ab illis angulis in ſpecie eiſdē ꝓficiſcerenẽ quatuor elementa differētia ſpē, qđ eſt cōtra regulā. Modo hoc eſſe īpoſſibile probat Auer. primo. quia nihil agit diuerſa ſpecie pp diuerſitatē in quantitate, hoc eſt ſm magis et minus, niſi ꝑ accñs, quia quātitas, hoc eſt res variabilis ſm magis & minus nō eſt terminata, qa pōt diminui, vel creſcere in infinitū vt quātum. At cauſę agentes & patientes materiales ſunt terminatæ ad maximū & minimū, nā ſm Auerroē nullū agēs pōt agere quātū licet maius, vel minus, nec aliqđ patiēs pōt pati ab agēte quātolibet maiori, vel minori, agens. n. & patiens ſunt determinata ad maximū & minimum pp formas ſuas.

Secundo idē eſſe īpoſſibile ꝓbat, quia qua rōne ab ipſo acumine angulorū ſm magis ac minus differenti ꝓficiſcūtur quatuor elementa, eadē rōne ꝓficiſcerenẽ infinita corpora ſpecie differentia, nā ſi ſola differentia angulorū ſm magis & minus ſufficit ad generationē quatuor elementorū, cū acumē illud ſit in infinitū variabile ſm magis & minus, igitur ab eo poſſunt infinita corpora ſpē dr̄ia ꝓficiſci, patet igiẽ dictū abſurdū nō ſolū eſſe cōtra ſenſum, ſed cōtra rōnē. Sed dubitares cōtra regulā, nā dr̄ia in cā ſm magis ac minus vr̄ facere ad dr̄iam effectuū in ſpecie, nā eædē qualitates elntorū tēperatæ ſunt cāę formę in materia, & illæ auctæ, vel īminutæ ſunt cāę foræ cadauerīs materia. Pōt dici ꝙ dr̄ia ſm magis ac minus ex pte cauſarū diſponentiū bene facit ad differētiā ſpecificā effectuū, nō aūt ex parte cauſarū principaliū, cāę. n. variabiles ſm magis & minus diſponūt ad diuerſas formas ſpecie, non aūt ſunt principales cauſæ illarum, & hoc forte voluit dicere Auerroes dum ait, per accidēs aliquādo cauſas differentes ſm magis ac minus facere differentiam effectuum ſpecificam, quatenus diſponunt ad formas, quæ inducuntur principalibus ab agentibus. hęc Auerroes.

Dubitatio. contra regulam.

Solutio.

Simul aūt accidet & mathematica corpora vrere, & calefacere. Nā & illa angulos habēt, & in ipſis indiuiſibilia, & ſphæræ, & pyramides inſunt, præſertim ſi & indiuiſibiles magnitudines ſunt, vt dicūt. Nam ſi illa quidē vrūt, hæc vero non, dicenda eſt differentia, non tamen ſic ſimpliciter dicendum eſt vt dicunt.

Prefert'm ἀλλῶς. Vrunt verbum additū eſt.

Quarto obijcit ſi ignis calefacit propter angulos, tunc corpora mathematica vrerent, & calefacerent. Deducit conſequentiā, quia corpa mathematica angulos hñt, ſunt enim corpora ipſa mathematica angularia, præterea in ipſis ēt corporibus mathematicis reperiunẽ indiuiſibilia pūcta, q̃ poſſunt eſſe coni angulorū, reperiunẽ & ſphæræ, & A pyramides, inquit. Simul autē accidet & mathematica corpora vrere, & calefacere, cuius cām affert, & inquit. Nam & illa corpora mathematica angulos habent, & in ipſis indiuiſibilia puncta, quę coni angulorū eſſe poſſunt, & ſphæræ & pyramides īſunt, quare corpora ipſa mathematica vſtiua ac calefactiua ſunt, quia nonnulli negarunt puncta, dicentes, nullum indiuiſibile eſſe in rerū natura, ideo inqr. Pręſertim ſi & īdiuiſibiles magnitudines ſunt, quæ dicuntur puncta ſiue atoma, vt dicit Democritus, nam ſi hæc atoma ſunt, ſiue pūcta, poſſunt dari in mathematicis coni ac anguli acuti, & ita cōburent. Dicet adhuc fortaſſe quiſpiā non oīa indiuiſibilia nec oīa ſphęrica, vel pyramides agere, ſed phyſica tm̄, at mathematica nō agunt, huic obijcit Ariſtoteles, & inquit. Nā ſi illa quidē naturalia vrunt, hæc vero ſphærica ſiue pyramides non, ab eis dicenda eſt differentia, & cauſa differentiæ vt cur hæc vrunt, illa nō, & ſi aſſignant cām differentiæ, non tñ ſic ſimpłr nulla facta diſtinctione. dicendū eſt, agere ignē B pp angulos, vt ipſi dicunt, ſed oportet dicere ignē agere pp angulos, quos habet phyſicos, quare ſaltē errant, quatenus ſimpłr dicunt, qđ per diſtinctionem eſt dicendum.

Auerroes aūt vult Ariſto. hic refellere tacitā qōnem, quia poſſet dici ignem cōburere propter angulos acutiſſimos, qui non ſunt diuiſibiles, cætera elementa non cōburunt, quia eorū anguli non ſunt ita acuti, cum ſint diuiſibiles, & ſic anguli figurę igneæ, & anguli figurarum aliorū elementorū differunt ſpecie, quia anguli ignei ſunt indiuiſibiles, cęteri vero diuiſibiles, & ita differūt ſpecie & quātitate, ſiue numero. Huic obijcit Ariſto. vt Auerro. exponit, quia ſaltem figuræ mathematicæ eſſent actiuæ, nam in eis poſſunt dari anguli indiuiſibiles ſimpłr. Sed mouet Auerroes aduerſus Ariſto. dubitationem, quia quiſpiā dicet, angulos mathematicos non agere, quia ſunt ſeparati à materia, anguli vero ignei agunt, quia ſunt in materia. Contra obijcit Auer. & reſpondet, quia tunc anguli ignei per accidens agerent, quia non quatenus acuti, C ſed quatenus in materia, ergo per accidens. Modo hoc Ariſt. cōcederet. Ariſt. n. vult quanta non facere ꝑ ſe ad actionē, ſed per accñs quatenus ſunt diſpōnes agentis naturalis, vel patiētis naturalis, & ſic hæc eſt opinio noſtra. Præterea vel res mathematicę ſunt ſm eſſe ſeparatę à materia, vel ſolum ſm intellectum, et in materia ſm rē, ſi ſimpliciter ſeparatæ, ergo ſunt per ſe actiuæ, quia cum nō habeant eſſe in materia, non poſſunt dici actiuæ, niſi per ſe. Sin autem ſecundum rem ſunt in materia, ergo per ſe actiuæ non ſunt, ſed per accidens ratione agentis naturalis, cui coniunguntur, & ſic habetur opinio Ariſtotelis. Ariſtoteles enim in libris. 13. & . 14. Metaphyſi. voluit mathematica per ſe non eſſe actiua, ſed ſolum per accidens, quia non ſunt per ſe ſeparatæ.

Auer. cō. 72

Dubitatio. Auer.

Præterea ſi quod vritur, ignitur, ignis autē ſphæra eſt, aut pyramis, neceſſe eſt id quod vritur, fieri ſphæram, aut pyramidem.

D Quinto arguit, ignis eſt ſphæra, aut pyramis, quod vritur fit ignis, ergo quod vriẽ, fit ſphęra aut pyramis. Hæc concluſio eſt cōtra ſenſum, igitur aliqua ꝓpoſitio ſylli eſt falſa, nō minor, oēs. n. cōcedunt ignē fieri id qđ vriẽ, ergo maior eſt falſa, q̃ dicit ignem eſſe ſphærā, aut pyramidem huius ſylli primo ponit minorē, ſcđo maiorē ibi. {Ignis autē} tertio concſonē ibi {Neceſſe eſt.} & ſic patet rō.

Expoſitio.

Auerroes autem vult ꝙ Ariſtoteles refellat argumentum antiquorum, quo vra combuſtionis probarunt ignē eſſe ſphæram, vel pyramidem, erat enim in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis hoc pacto, ſphæra vel pyramis eſt comburens, ignis eſt comburens, ergo ignis eſt ſphęra vel pyramis. Ait Auerroes, ꝙ ſi propoſitiones hæ nō cōuertuntur, non cōcludit ſyllogiſmos ex illis, quia ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura per ſe nihil cōcludunt. per accidens vero quatenus altera propoſitionum eſt cō-

Auer. cō. 73

uertibilis, vt ſyllis redeat ad pmã figurã. hęc Aue. quę ita verbis Ariſt. conueniunt, velut agnus lupo, nec hoc probare opus eſt, cũ ſolũ verborum translatione pateat.

Incidere quidem igitur atq; diuidere ſic ſit accidens ſecundum rationem figuræ, pyramidem vero pyramides facere, aut ſphærã ſphæras, omnino irrationabile eſt, ſimileq; eſt atq; ſi quis cenſeat gladium in gladios, & ſerram in ſerras diuidere.

Expoſitio.

Sexto obijcit, quia data põne antiquorum, videlicet, φ ignis eſſet per ſe ſphæra, vel pyramis, tunc pyramis diuideretur in pyramides, & ſphæra in ſphæras, quia expoſitorie ſequitur hoc, videlicet, igne demonſtrato diuiditur in ignes, hoc eodem oſtẽſo, eſt per ſe ſphæra, vel pyramis ergo ſphęra vel pyramis per ſe diuideretur in ſphęras, vel pyramides, quod eſt abſurdum, inquit. Incidere quidem igitur atq; diuidere figurã in figuras ſm rõnem ſic, ſit accidens figurę ipſi. quaſi dicat, non eſſe omnino extra rõnem figuram diuidi in figuras, quia poteſt figura plurium angulorũ diuidi in figuras paucioru angulorũ. Hoc tñ per accidens figuræ ipſi cõpetit, pyramidẽ vero pyramides facere ſua diuiſione, aut ſphæram facere ſphæras omnino & per ſe, & per accidens irrationabile eſt. Simileq; eſt atq; ſi quis cẽſeat gladiũ in gladios, & ſerrã in ſerras diuidere. Et ſic licet figura vnius ſpeciei poſſit diuidi in figuras alteri⁹ ſpeciei, nõ tñ diuidi põt in figuras eiuſdẽ ſpeciei cum ipſa. Hoc accepto vult eſſe ſub intelligendũ, φ data põne antiquorũ ſphæra in ſphæras, & pyramis in pyramides diuideretur, vt deductũ fuit, hęc ſentit vt mihi videt̃ Ariſtot.

Auer. commen. 73.

Auerro. vero vult φ antiqui pbabãt illam propõnem, ſphæra vel pyramis eſt comburens hoc pacto, angulare comburit, ſphæra vel pyramis eſt angularis, ergo ſphæra vel pyramis comburit. per angulare ipſe intelligit diuiſionem vltimatam, hoc eſt acutiſſimũ, vult itaq; Auerro. φ Ariſto. refellat hunc ſyllogiſmum, quia ſi angulare comburit, tunc ſphæra in ſphæras, & pyramis in pyramides diuideretur, quoniam omnis pars pyramidis eſt angularis, & omnis pars ſphæræ ſimiliter, quę expoſitio non cõſonat verbis Ariſtot. vt omnibus conſtat.

Reddere Aſſignare ἀποδοῦναι In vnum finẽ redigere συνορίζειν conſinire, cõtinuare. Similaria. ὁμόφυλα.

Præterea ridiculum eſt igni figuram reddere ſolum ad diuidendũ: videtur. n. magis congregare, atq; in vnum fines redigere, φ̃ ſegregare, ſegregat quidem enim non ſimilaria, cõgregat vero ſimilaria, & congregatio per ſe eſt (nam in vnum finem redigere, atq; vnire ipſius ignis eſt) diſgregatio vero per accidens, cõgregãs enim ſimilare, id quod alienũ eſt ſeparat; quare aut ad vtrunq;, aut potius ad congregandum reddere oportebat.

Septimo obijcit Ariſto. contra antiquos, quatenus illi figuram coaptarunt ſphæricam, vel pyramidalem ppter id quod igni per accidens cõpetit, & non pp id quod igni per ſe cõpetit. Competunt enim igni duo. ſ. diuidere, & congregare, diuidit. n. diſſimilaria, congregat vero ſimilaria, at p ſe igni cõperit cõgregare ſimilaria, per accidens ſibi cõperit diuidere inter diſſimilaria, modo veteres figurã ſphæricam, vel pyramidalem igni coaptarunt propter diuiſionem & non propter congregationem, modo diuiſio ineſt igni per accidens, congregatio vero per ſe, igitur figuram ignis attribuerunt ratione eius, quod ſibi per accidens competit, & non ratione congregationis, quæ competit igni per ſe, quare omnino inſufficienter locuti ſunt, Inquit. Præterea ridiculum eſt igni figuram reddere & aſſignare ſolum ad diuidendum, & hoc duplici de cauſa eſt ridiculum, tum quia ei competit etiam congregare, & ita non debuerunt ſolum reſpicere diuiſionem, tum ſecundo quia diuiſio competit igni per accidens, inquit. Videtur

E enim ignis magis congregare, atque in vnum finem redigere, quàm ſegregare, in vnum fines redigere græce eſt συνορίζειν, quod de verbo ad verbum ſonat cõſinire ὁρίζειν enim finire eſt συν vero græce con latine ſonat, & aſſignat cauſam, & inquit. Segregat quidem enim non ſimilaria, hoc eſt diſſimilaria, quæ differunt genere, congregat vero ſimilaria, quæ græce dicuntur ὁμόφυλα latine eiuſdem tribus, vel eiuſdem generis, melius ſimilaria diximus.

Addit, & congregatio per ſe eſt ipſius ignis, diſgregatio vero per accidens eſt ipſius ignis, cuius rationem aſſignat, & inquit. Nam in vnum finem redigere atque vnire ipſius ignis eſt, congregans enim ſimilare id quod alienum eſt ſeparat, eximit, atq; excipit. Ex his infert eorũ inſufficientiam, & inquit quare, aut ad vtrunq;, aut potius ad cõgregãdũ igni figurã reddere oportebat eos, & nõ ad diuidendũ, & ſic patet dupl̃r hos fuiſſe inſufficiẽtes, pmo, qa reſpexerũt ad id qđ eſt p accidens. Secũdo, qa potius ad ipſum cõgregare debuerunt reſpicere, vel ad vtrunq;.

Separat Excipit Eximit

F Aue. vero duplici exẽplo pbat magis igni cõpetere cõgregationẽ, φ̃ ſegregationẽ, primo, quia vbi eſſent cõmiſta aurũ, argentũ, ęs, & lapis, & ponerentur in igne, vt liquęfierent, experientia docet illa ſeparari, & ſeorſum fieri qđlibet á quolibet. Hoc aũt non eſt, niſi quia ignis cõgregat aurũ, & ſic diuidit ab argento, & á cęteris, Scđo, quia calor naturalis agendo in cibũ, ſeparat diſſimilaria p accidens, per ſe vero cõgregat ſimilare, cõgregãdo. n. homogeneũ, ſeparat, à diſſimilari, & ita vult φ igni magis peculiare ſit cõgregare, φ̃ ſeparare, quia cõgregat prima intentione, hoc eſt p ſe, ſeparat vero itẽtione ſcđa, & p accidẽs.

Auerro. cõmet. 74.

Sed dubitat Auer. cõtra ſe, quia nõ põt ignis diſgregare niſi cõgreget, nec cõgregare niſi diſgreget, ergo nõ magis ppriũ eſt igni congregare φ̃ ſegregare. Reſpondet Auer. eſſe magis ppriũ cõgregare, φ̃ ſegregare ipſi igni, nã fieri põt ſegregatio nihil cõgregando, at cõgregatio fieri nõ põt abſq; ſegregatiõe. Quare ſi ignis cõgregat, ſegregat, nõ tñ ſi ſegregat, neceſſario cõgregat. Quia vero hęc

Obiectio.

Reſponſio.

G rõ eſt voluntaria, ideo Auer. aſſignat aliam rõnẽ, & vult φ cõgregatio eſt quædã generatio, at ſegregatio eſt corruptio, modo igni meli⁹ eſt attribuere generationẽ φ̃ corruptionẽ, quia ipſe inter elemẽta vr̃ formalius, & magis generatiuus, verũ hæ rõnes ſunt voluntariæ, nõ enim video cur igni potius congregare φ̃ ſegregare cõueniat, ſi vtrũque conuenit, præterea generatio videtur quædam extractio formæ à materia, ergo generatio magis competit ſegregationi. Propterea Auer. Ariſto. verba exponẽs facit hanc diuiſionem, aut congregare & ſegregare vtrũq; igni competit per ſe, aut alterum per ſe, & alterum per accidens, ſi vtrunq; per ſe igni conuenit, ergo non magis figura aſſignanda eſt congregatiua, φ̃ ſegregatiua, vel non magis ſegregatiua φ̃ congregatiua, & ſic igni nõ aſſignãda erit figura ſphærica, vel Pyramidalis ſegregatiua magis quàm congregatiua A vel a. At ſi alterum illorum per ſe competit, alterum per accidens, vel illud eſt cõgregare, vel ſegregare, ſi congregare, eſt contra eos, qui igni

H figuram diuiſiuam magis tribuerunt, ſin autem per ſe igni competit ſegregare, cum congregare & ſegregare ſint cõtrariæ operationes, figura ſphærica, vel pyramidalis ſegregatiua, & figura A vel a congregatiua erunt contrariæ, veluti operationes illæ, at hoc eſt omnino impoſſibile, hõ. n. in figuris reperitur contrarietas, nec contraria in eodẽ ſubiecto, quare oino hæc, quę iſti dicũt, ſunt impoſſibilia, hęc ſunt quæ Auer. ſuppleuit, & ſunt bona.

Adhuc cum calidum, & frigidum contraria ſint potentia, impoſſibile eſt ipſi frigido figuram aliquam reddere, propterea, quia contrarium quidem eſſe oportet, qui redditur: at cõtrariũ nihil figuræ eſt, quapropter, & omnes hoc prętermiſerunt, & tamen cõueniebat aut omnia definire figuris, aut nullum.

Octauo

Octauo obijcit ſic, ſi calidum limitat ſibi figuram, videlicet Pyramidem, vel ſphæricam, eadem ratione frigidũ figuram ſibi limitabit, ſunt enim contrariorum contrariæ affectiones propriæ, ac per ſe. Sed frigidum non poteſt figuram ſibi limitare, nam nullam ſibi limitabit, niſi contrariam ei figuræ, quam ſibi calidum limitat. At hoc fieri nequit, quia figuræ nihil eſt contrarium, inquit, adhuc cum calidum, & frigidum contraria ſint potentia, quia virtute actiua, ſupple, oportet ſi calido figura competit, vt frigido figura contraria conueniat, deſtruit iſtud conſequens, & impoſſibile eſt ipſi frigido figuram aliquam reddere, propterea quia contrariam eſſe oportet figurã, quæ redditur frigido ipſi. At contrarium nihil figuræ eſt. Addit antiquorum inſufficientiam, & cauſam illius, & inquit, quapropter & omnes hoc prætermiſerunt, nullus enim aſſignauit frigido figuram aliquam, quia non poteſt aſſignari, & tamen ſecundum eorum fundamenta conueniebat, aut omnia elementa figuris diffinire, aut nullum elementorum, vt rationibus nunc deductum eſt.

Auer. comen. 75.

Auerroes autem addit, ꝙ iſti coguntur, vel omnibus elementis aſſignare figuram, vel nullis, vel ſaltem aſſignare cauſam, quare aliquibus aſſignanda eſt figura, aliquibus non. Quam quidem cum aſſignare non poſſunt, omnino viſi ſunt errare.

συνθλίβει Comprimit. Conſtringit. Premit Compingit.

Nonnulli autē de potentia ipſius dicere conati, ipſi cõtraria ſipſiſpſis dicũt. frigidũ enim dicunt eſſe quod magnarum partium eſt, propterea quia premit, & per meatus non tranſit. patet igitur & calidum eſſe quod tranſit, tale autem erit quod eſt ſubtilium partium, quare euenit calidum, ac frigidum paruitate ac magnitudine differre, non autem figuris.

Nunc autem reducit Platonicos ad contradictionem, nam diſputantes de potentia frigidi, ac calidi, dixerunt calidum calefacere paruitate, ac tenuitate partium, quibus conſtat frigidum infrigidare magnitudine partium, quibus conficitur, cum enim frigidum ſit partium magnarũ, premit id cui applicatur, & per meatus non pertranſit. Calidum vero cum ſit paruarũ partium, calefacit, & per meatus penetrat. Obijcit autem Ariſto. his, ꝙ ſibi ſunt contrarij, quia tunc non figuris differrent calidum, & frigidum, ſed partium differentia, cuius oppoſitũ dixerunt, inquit, nonnulli autem de potentia ipſius calidi, ac frigidi dicere conati, ipſi contraria ſibiipſis dicunt, frigidũ enim dicunt eſſe, quod magnarum partium eſt, propterea quia premit id, cui applicatur, & per meatus non tranſit, patet igitur & calidum eſſe, quod tranſit, tale autem erit quod eſt ſubtilium partium, ex his concludit hos ſibiipſis contrarios eſſe, & inquit, quare euenit calidum, ac frigidum paruitate, ac magnitudine partium differre, non autem figuris, & ſic ſibiipſis aduerſantur, nam dicunt elementa figuris differre, & poſtea dicũt calidum, ac frigidum differre partium magnitudine, ac paruitate, quę inuicem aduerſantur. Auerroes vult hic, ꝙ Ariſt. reducat Platonem ad cõtradictiones duas, quarum prima eſt, ꝙ calidum, & frigidum differũt paruitate, & magnitudine partium, ex quibus conſtant, non autem figuris, cuius contrarium ſuperius dixit, voluit enim Plato, calidum, & frigidum figuris differre, quia calidum voluit eſſe, aut ſphæram, aut pyramidem, frigidum autem non.

Quæ Auer. comen. 76.

Præterea ſi Pyramides ſint inæquales, magnæ vtiq; non ignis erunt, neque figura vrendi cauſa erit, ſed eius quod eſt contrariũ, quod quidem igitur non figuris differant elementa, ex dictis patet.

Hæc eſt ſecunda contradictio, vt rectè Auer. inquit, et arguit ſic dicens, ſi Pyramides ſint inæquales, quia aliæ magnæ, aliæ paruæ, magnę non vtiq; ignis erunt, ſed paruę, nam magnę Pyramides erunt aqua, paruæ vero erunt ignis, dixit enim calidum, & frigidum differre magnitudine, & paruitate partiũ, & ita magnæ erunt aqua, & paruæ erunt ignis. Secundo ſequitur, ꝙ nec figura Pyramidalis ſupple quęlibet ſit cauſa vrendi, ac calefaciẽdi, nam magna Pyramis nõ eſt cauſa caloris, ſed eſt cauſa eius quũ eſt calori contrariũ, videlicet, frigiditatis, vt recte Auer. interpretatur. Demum epilogando, inquit, quod quidam igitur non figuris differant elementa ex dictis patet.

Quæ Auer. comen 77.

Cum autem propriȷſſimæ differentiæ corporum ſint, quę ſecundum affectiones, & opera, & potentias ſunt, (vniuſcuiuſq; enim eorum, quę natura ſunt, eſſe dicimus & opera, & affectiones, & potẽtias,) primum vtiq; erit de his dicendũ, vt cõtemplãtes hęc, vniuſcuiuſq; ad vnumquodq; differentias ſumamus.

Hoc eſt quaſi procemium ad librũ quartũ huius, ac ad librum de generatione. vnde inquit, cum autẽ corporũ. ſ. naturaliũ differentię propriȷſſimę ac principales ſint, quę videlicet, ſunt ſm affectiones, opera et potẽtias, cuius cauſam aſſignat, & lege ſuſpenſiue ſic (vniuſcuiuſq; enim corporum eorum quæ ſunt natura, eſſe dicimus & opera, & affectiones, & potentias,) ex his cõcludit intentionem, & ordinem dicens, primum vtiq; erit de his dicendum operibus affectionibus & potentȷs, adhuc vt hæc contẽplantes ſumamus, vel ſumere valeamus vniuſcuiuſq; corporis naturalis ad vnumquodq; differẽtias, nam omnis differentia corporum naturalium erit, aut penes opera, aut penes affectiones aut penes potentias. Patet igitur intentionem dicẽdorum eſſe de operibus, affectionibus, ac potentȷs elementorum, & huius cauſam finalem eſſe vt inter illa differentia omnis colligi poſſit.

Quæ Auer. comẽ. viii.

Quo vero ad verba attinet, Ariſtoteles (vt Auerro. inquit.) intelligit per opera motus ac actiones paſſioneſue, per potentias, ſiue virtutes intelligit formas ſubſtantiales elementorũ, per affectiones intelligit proprias illorũ qualitates, vt calidum, frigidum, humidum, & ſiccum. Propterea ait Auer. cum quodlibet elementorũ habeat figuram. i. formã propriam, & qualitatem propriã, & operationem propriã, dicendum eſt de his tribus ſeorſum perfecta ſpeculatione, quia cum hoc fecerimus, patebit eorũ differentia, ac cõuenientia. Tacuit vero (vt ait Auer.) cõuenientiam, quia intelligitur ex differentia, nam quęcũq; differunt, conueniunt. Sed cuius ſit hoc procemiũ, quod hic proponit, Auer. vult eſſe libri ſecundi de generatione quia illic exequitur quæ hic promittit. Cauſa autem quare hoc procemium eſt ſecundi libri de generatione & non primi aſſignatur ab Auer. quia primus liber deſtruit opiniones falſas de affectionibus, virtutibus, ac operibus elementorum, & propterea liber de generatione primus eſt quaſi præcedens, hoc eſt, vt antecedens, & liber ſecundus quaſi conſequens in enthymemate. Sed tunc eſt dubiũ, cur opiniones falſas de elementis hic narrauit, cum & illas narret in libro primo de generatione. Reſpondet Auer. quia opiniones falſæ hic narratæ ſunt dictæ de elementis, quatenus elementa ſunt partes mundi, & nõ quatenus ſunt generabilia & corruptibilia. At opiniones alię falſæ de elementis narratæ in libro primo de generatione ſunt dictæ, vt elementa ſunt partes mixti, & generabilia & corruptibilia, & ſic falſæ opiniones de elementis aliter hic, aliter illic dictæ ſunt, patet igitur ſecundum Auerro. hoc procemium eſſe libri ſecundi de generatione. Ego vero puto procemium hoc eſſe non modo libri de generatione, ſed ad quartum de cœlo, & ad libros Meteororum deſeruire, quia in omnibus his de elementis agit, verum hoc non refert, hæc pauca de libro tertio.

Dubitatio.

Solutio.

Cõmentariorũ libri Tertȷ de Cœlo & Mundo finis.

ARISTOTELIS

DE COELO ET MVNDO

Liber quartus,

Cum Auguſtini Niphi tranſlatione & expoſitione.

DE graui autem & leui quid eſt vtrunq;, quæ nam ipſorum natura, cōſiderandum eſt, & propter quam cauſam has potentias habent.

COmpleuit opiniones antiquorum de graui& leui in tertio, & in fine propoſuit proœmiū quaſi vniuerſale ad multos libros, nunc de graui & leui exequitur ſm opinionem propriā. Et proponit primo proœmiū particulare huius vltimi libri, & inquit, de graui autem & leui, quid eſt vtrunq;, & quæ nam eſt ipſorum natura, & propter quā cauſam graue & leue has potentias hñt conſiderandū eſt. De graui & leui ꝓponit primo, q̄a graue & leue cōprehēdunt omnia quatuor elementa. Sed quia de quatuor elementis agit Liber de generatione quatenus ſunt alterabilia, & nō quatenus ſunt mobilia, hac ratione proponit de ipſis, quatenus ſunt grauia et leuia, q̄a vt ſic mobilia ſunt. Dixit quid eſt ipſorū vtrunq;, quia cōſiderabit de eis diffinitiones, & nō modo quid ſit vtrunq;, ſed quæ nā ſit eorū natura. Addit aūt hoc, vt daret intelligere idē eſſe cōſiderare quid ſit aliq̄d, et quid ſit eius natura. Addit velle etiā
G conſiderare quā ob cauſam graue et leue has potentias habent, quę ſunt grauitas & leuitas, ergo duo proponit dicere, quid videlicet ſit graue ac leue, & quam ob cauſam elementa aliqua habent grauitatem, & aliqua leuitatem.

Auer. commen. 1.

Auerroes aūt ait Ariſt. vnum pręſupponere & alterū declarare, pręſupponit enim elementorū formas eſſe grauitatem & leuitatē, quia eſt manifeſtum per ſe, declarabit aūt quid ſit grauitas, quę eſt forma ſubſtātialis grauiū, & quid leuitas, q̄ eſt forma ſubſtantialis leuiū. Addet etiā & ſecundū, videlicet, propter quā cauſam grauia & leuia habent has potētias, hoc eſt, vt Auer. inq̄t, propter quam cauſam proprietas grauis eſt mouere ad mediū, & ꝓprietas leuis eſt mouere à medio, & ita ſm Auer. vnū pręſuppoñit Ariſt. & quaſi duo declarabit.

Verba declarantur.

Quo vero ad verba attinet, Auerroes per cauſas intelligit formalē, & finalem, non aūt cauſam agentē. Nam leuitas nō ineſt igni aliquā ob cauſam agētē, nec grauitas terrę, q̄m leuitas ineſt
H igni perpetuò, & neceſſariò, modo licet perpetua habent cauſam finalē & formalē, non tñ agentē, riſibilitas etiā nō habet agentē cauſam: qua ineſt homini, ſed bene formalē, quia fluit ab hominis definitione, habet etiā finalē, quia riſibilitas homini ineſt vt rideat, non enim homo rideret, niſi eſſet riſibilis, eſt enim operatio finis potētię, & ita grauitas nullā ob cauſam agētē ineſt terrę, vel aquę, ſed bene habet formalem cauſam, qua ineſt terræ, vt definitionem eius: & finalē, quę eſt operatio terræ quæ eſt motus deorſum. Sed dubitaſ contra hæc quę Auer. ait, primò, quia

Dubitatiões prima.

dicit perpetua nō habere agentē cauſam, cuius contrariū dicit ſecundo libro huius cōmentis. 102. & 104. vbi aperte ait, æterna habere efficientē cauſam. Præterea Auer. in aſſignando rationem, quare grauitas nō habet cauſam agentē, qua ineſt grauibus, ait quia ęterna nō habent cauſam, & ſic ſupponit grauitatē & leuitatē eſſe ęterna, quod eſt falſum, ſunt enim generabilia & corruptibilia, velut elementa. Ad hæc eadem eſt effectrix cauſa hominis & eorū, quæ per ſe homini inſunt, dans enim formā dat cōſequentia illā, octauo phyſicorū cōmen. 4. quare ſi terra habet effectricē cauſam, grauitas habebit illāmet cauſam, & ſic dubiū eſt non paruū.

Secunda.

Secundo dubitaſ, quia grauitas eſt accidens elementis, ergo non pōt eſſe illis forma ſubſtātialis, nō enim poteſt accidēs vnius eſſe ſubſtantia alterius.

Solu. prima.

Ad primū dicendum agēs ipſum, apud Auer. multifariā ſumi, aliq̄ñ pro agente mediantibus qualitatibus alterabilibus, & Hoc pacto loquiſ de agente Tertio Phyſicę auſcultationis cōmento. 3. in fine, dum ait in plus eſſe mouens q̄ agēs. Aliquādo pro mouēte, quod mouet vt finis, & ſic loquiſ. 12. metaphy. cōmē. 36. Cum inquit, deū mouere vt appetibile. Aliq̄ñ pro effectiuo principio quod nō diſtinguiſ à conſeruatiuo, vt. 9. metaphy. cōmēto. 1. dum ait, ꝙ efficiens in plus eſt, q̄ mouens, & 12. metaphyſicæ cōmen. 6. Aliquādo pro forma cōſeruante, & ita hic accipiſ, ex his patet q̄uo æterna nō habēt agens,
F & q̄uo habent, nō enim habent agens mediante alteratione, cęteris aūt modis bene habēt agens.

Secunda.

Ad ſecundū dicendū, ꝙ leuitas & grauitas ſunt generabiles ſimpľr, ſed ęternæ ſm inhęrentiā, quia neceſſario & perpetuo inſunt ſubiectis, & nō poſſunt nō ineſſe. Ad tertiū dicendū, ꝙ bene Auer. vult hęc habere agentē cauſam mediate, quia illāmet, quæ eſt cauſa ſubiecti. Attamē hic vult illa nō habere cauſam agentē immediate, qua inſint ſubiectis. Ad quartū dicēdū, graue et leue ſumi ęquocę, q̄a ſi ſubſtātialiter ſumanſ, ſunt formę ſubſtantiales, ſi accidētaliter, ſunt proprię elementorū affectiones, q̄bus elementa ſunt mobilia.

Energię Operatiões
Inclinatio Momentū Impetus Actus Actiones Fomenta Suſcitantia Excitamēta

Eſt enim contemplatio, quæ eſt de ipſis ſermonibus, qui ſunt de motu propria, nam graue, & leue eo dicimus quo naturaliter aliquomodo moueri poteſt, actibus autem ipſorum nomina impoſita non ſunt, niſi putet quiſpiā
G inclinationem eſſe eiuſmodi, quia vero negocium de motu phyſicum eſt, hæc autem habent in ſeipſis, quaſi motus fomenta quædam omnes quidem vtuntur ipſorum potētijs, nō tamen definierunt niſi pauci.

Aſſignat cauſam, quare de graui & leui agendū eſt in hoc libro naturalis philoſophię, & inq̄t, eſt enim cōtēplatio, quæ eſt de ipſis. ſ. graui & leui, ſermonibus hoc eſt libris, q̄ ſunt de motu propria, ac accōmodata. Aſſignat vero cauſam, nā graue & leue eo dicimus, quo naturaliter moueri pōt, ergo de graui & leui eſt ſermo ꝓprius philoſophię naturali. Obiter vero remouet dubitationē, q̄a verbo vniuerſali quædā elemēta dicunſ grauia, quædā leuia, ſed in ſpecie terra quo modo diciſ grauis, & aqua quo modo ſimiliter, & ignis quo modo leuis, & aer ſimiliter. reſpondet: actibus aūt ipſorū, hoc eſt formis ipſorū in ſpecie nomina impoſita non ſunt: niſi putet quiſpiā inclinationē
H eſſe eiuſmodi, videlicet, terrę inclinationem deorſum ſimpliciter, leue inclinationē ſurſum ſimpliciter, cæterorū vero inclinatiões tales in reſpectu, & ſic p Energias. i. actus, Ariſtoteles actus primos intelligit, hoc eſt formas. Vel aliter & melius per Energias intelligit operationes grauitatis: & leuitatis q̄ ſunt mot⁹ ſurſum, & deorſum his enim nomina propria non videnſ impoſita, niſi dicanſ inclinationes, græce dicuntur rhopæ. i. momenta.

Rhopæ

Motus vero miſtorū ac cœlorum nō dicuntur ropes hoc eſt inclinationes, quia nō ſunt mere naturales, ſed ſimpliciter ropes dicunſ motus elementorū, quia ſunt penitus inclinationes, & tunc per Energias intelligit actus ſecundos, quare formę ipſorū dicunſ grauitas & leuitas, Energię aūt ropes. i. inclinationes. & ſic de graui & leui, & de eorū operationibus agit phyſicus, de graui quidē & leui, quia ſunt principia motus naturalis, de ipſorū grauis & leuis operationibus quia ſunt motus naturales, quæ dicunſ inclinationes.

Auerroes

Auer. commen. 2.

Auerroes vero introducit textũ pręſentẽ hoc modo, ꝙ velit hæc nomina graue & leue declarare ꝙ ſignificent habitum, & formã, quia hæc nomina pro maiori parte in cõ pluribus idiomatibus dicunẽ de actione hoc eſt actu primo, qui eſt habitus, & non de motu qui proficiſciẽ ab illa actione, ſiue actu primo, aſſignat aũt cauſam, ꝗa hæc duo habitus, & actio hoc eſt actus ſecundus, qui proficiſciẽ ab habitu, cum ſint diuerſæ res nomine etiam differunt, quia vero in idiomate græcorum hoc non contingit, ideo coactus fuit declarare quid ſignificent graue & leue, hæc eſt Auer. introductio.

Confutatio.

Quę introductio friuola eſt, nõ enim mihi conſtat hęc duo nõ habere diuerſa nomina apud gręcos, immo Ariſto. in præſenti loco vult actionem quæ eſt motus dici ropem, hoc eſt declinationẽ, at grauitatem & leuitatem dici potentiã, & ſic apud ipſum hæc differũt re & nomine.

Alia riſio.

Et ideo mihi videtur, ꝙ cũ Ariſt. accepiſſet de graui & leui eſſe phyſicam cõtemplationem, aſſignat cauſam, quia grauitas eſt principium motus, motus autẽ cuius eſt grauitas ipſa eſt principium, diciẽ ropes, ſiue declinatio, hoc eſt motus naturalis pure, quę introductio eſt etiam Simplicij.

Verba explanantur.

Quo vero ad verba attinet, Auer. in ſuis tranſlationibus habet graue eſſe illud, quod habet potentiã, qua moueẽ motu naturali. iuxta quæ verba Auer, vult Ariſto. intelligere per id quod habet potentiam, formam ipſam, qua graue & leue mouetur, non aũt compoſitum ex materia, & forma, quia compoſitũ eſt, quod mouetur, non id quo mouetur. Præterea forma dicitur habere potentiã, & eſt ipſa potentia, dicitur habere potentiam quatenus concretiue accipitur vt graue, quo vero abſtractiue intelligitur vt grauitas, eſt ipſa potẽtia. Addit etiã grauitatem eſſe potentiam actiuam, nõ autem paſſiuam, quia grauia & leuia mouentur à ſuis formis actiuè, & non paſſiuè apud Auer. probat aũt hoc Auer. ex differentia: quæ eſt inter potentiam actiuã, & paſſiuam, vt tertio de anima dicitur cõmen. 4. eſt enim potentia actiua, quę nõ extrahitur de potentia ad actum, at paſſiua extrahitur ab agente. Quia vero graue ſuæ naturæ relictum, & remotis omnibus impedimẽtis mouet ſe, & à nullo extrahitur ad motum, iure potentia erit actiua & nõ paſſiua, hęc Auerroes, quæ vera ſunt, & non ad propoſitum, nam iuxta gręca verba ſic habetur, {Graue enim & leue ſm poſſe moueri aliquo modo dicimus,} & ſic non oportet exponere ipſum graue eſſe: quod habet potentiã, ſed eſſe id quo poteſt moueri. Vtrum vero ſit id quo poteſt moueri actiue, vel paſſiuè, ex verbis Ariſtotelis non habemus, licet Auerro. ſuppleuit. Vlterius animaduerte ꝙ illa verba {Actibus autẽ ipſorum nomina impoſita nõ ſunt, niſi putet quiſpiã inclinationẽ eſſe eiuſmodi.} Auerroes exponit per actus, ipſos actus primos, qui dicuntur habitus, & tunc vult dicere Ariſt. vt Auer. exponit, ipſis habitibus, qui ſunt grauitas & leuitas, nõ ſunt nomina impoſita, ſcilicet propria, & diſtincta à nominibus operationum. Quia nomina hæc ſunt ęquiuocè cõmunia habitibus, & operationibus quæ proficiſcunẽ ab illis: quod ait eſſe in idiomate ſuo, non autẽ in idiomate arabico. Alij expoſuerunt habitus habere nomina, operationes vero non habere.

Quam expoſitionẽ refellit Auer. primo: quia Ariſto. incępit demonſtrare graue & leue ſignificare potentiam mouendi. Omne aũt quod demonſtratur eſt dubiũ, & ſic nomen hoc eſt quaſi ambiguũ de graui & leui, quod non eſſet niſi diceretur de operatione. Secundo hoc non cadit apud aliquod idioma, nullum enim idioma habet nomen habitui impoſitũ, & non actioni, quę proficiſcitur ab illo, eſt enim quadruplex idioma. Aliud habet nomẽ propriũ habitui, & nomẽ proprium diuerſum actioni, quæ oritur ab illo, quod eſt melius, quia res diuerſæ diuerſimode intelliguntur, & ita diuerſimode ſignificantur, & per conſequens habet nomina diuerſa. Aliud habet actioni & habitui nomen ęquiuocum, aliqñ habitum, aliquando actionem demonſtrans. Aliud habet habitui nomen impoſitum, non aũt actioni, quod raro eſt, cum ſemper actio ſit notior habitu: modo à notiori ſunt nomina ipſa rebus imponenda. Aliud vero nomen habet actioni impoſitum, non autẽ habitui, vt apud arabas. Quare ex differentia idiomatum patet Ariſt. non intellexiſſe habitus habere nomen, & actiones non habere, cum hoc ſit raro, & cõtra rationem, ergo intelligit actus non habere nomẽ proprium, ſed cõmune ſibi & habitibus, hæc Auer. in prima expoſitione. Aliter vero exponit ꝙ habitibus nomina non ſunt impoſita penitus, ſed ſolum operationibus, quæ proficiſcuntur ab illis, niſi dicanẽ inclinationes. Et ſic prima expoſitio, & ſecunda differũt, quia prima dicebat nõ eſſe habitibus nomina propria impoſita, ſed æquiuoca, ſecunda dicit nullo modo eſſe actibus. i. habitibus, qui ſunt actus primi, nomina impoſita, ſed ſolum operationibus quæ ab illis emergunt: niſi fingamus nomina & dicamus illas ropes. i. declinationes, in quibus expoſitionibus patet per actus ſemper Ariſto. intellexiſſe primos, qui habitus dicuntur.

Quę Simplicius.

Simplicius vero optime diſtinguit de agẽtibus, quia duplicia ſunt, alia quidem quæ eodẽ nomine cenſentur, quo operationes eorum vt calidũ, frigidum, & id genus. Nam calefactio nomine calidi dicitur, frigeſcere nomine frigidi, non tñ eadẽ terminatione. Alia vero ſunt agentia, quę non eodem nomine cenſentur, quo eorũ operationes nuncupantur, vt graue & leue. Nã operatio grauis eſt motus deorſum, operatio leuis ſurſum motus. Modo graue nõ cenſetur eodẽ nomine, quo eius motus. Nec leue etiam. Et tunc iuxta hãc expoſitionẽ per actus poſſumus intelligere actus primos, & actus ſecũdos. Si primos intellexerimus, tunc eſt ſenſus, actibus autẽ ipſorum, hoc eſt habitibus, qui dicuntur graue & leue, nomina impoſita non ſunt, quę cenſentur eadẽ cum nominibus operationum, niſi putet quiſpiã inclinationẽ eſſe eiuſmodi nomen quaſi cõmune habitibus & operationibus. Sin autẽ intelligit actus ſecundos, vt puto, tunc inquit, actibus aũt ipſorum. i. operationibus ipſorũ grauis & leuis nomina impoſita non ſunt, quibus cenſeanẽ agentia ipſa, niſi illa nomina ſint declinationes, his enim nominibus poſſunt cenſeri habitus ipſi agentes, & operationes. Ex quibus patet error tranſlationũ Auer. qui in ſuo textu vbi ſcribitur declinationes, habet actionẽ, hoc enim non conuenit verbis gręcis, nam gręce eſt ῥοπαί latinè declinationes, momenta, vel impetus. Deinde quaſi epilogat rationem, qua probauit de graui & leui eſſe negocium phyſicũ. Et componitur ſic, de motu negociũ eſt phyſicum. De graui & leui negocium eſt negocium de motu, ergo eſt phyſicum. Inquit, quia vero negocium de motu phyſicum eſt, hæc eſt maior. Hæc autẽ habent in ſe quaſi motus fomenta quędã. per hęc vult habere minorẽ, videlicet, ꝙ de graui & leui negocium eſt de motu, verbum fomenta gręcè eſt zopyra, latine ſuſcitantia ſiue excitamenta, quia grauitas & leuitas ſunt fomenta motuũ, grauitas quidẽ motus deorſum, leuitas ſurſum. Ex his concludit concluſionẽ, & ſimul cum concluſione addit defectum antiquorum, et inquit, oẽs ſupple ergo vtuntur quidem ipſorũ potentijs, & per omnes intelligit phyſicos antiquos, q. d. ergo rectè phyſici de eis egerunt in libris naturalis philoſophiæ. Non tamen has potentias definierũt, niſi pauci, & ſic antiqui rectè dixerunt quo ad hoc, ꝙ de his in phyſicis libris locuti ſunt: quo vero illas potentias non definierunt, non rectè locuti ſunt. Addit Auer. omnes antiquos de definitionibus iſtorum aliqua tentaſſe, ſed Ariſto. vult paucos perfectis definitionibus de illis dixiſſe, quia perfecta definitio eſt, quæ eſt apta remouere omnem quæſtionem accidentem in re, vt quarto phyſi. meminit Auer. commento. 31. & 1. de anima commento. 11. & 2. de anima, commento. 26.

ζώπυρον Fomes, fomentũ, excitamẽtũ, excitatio inflammatio, ἀπὸ τοῦ ζωπυρεῖν ab igne excitando, ac viuificando.

Videntes igiẽ primo quę ab alijs dicta ſunt: dubitantes etiã quęcunq; diſtribuere ad hanc conſiderationem eſt neceſſarium, ſic, & id dicamus, quod nobis de ipſis videtur.

Diſtribuere Diuidere διελεῖν

Concluſit

Cõcluſit de graui & leui eſſe negociũ phyſici, et ita ad ipſum ſpectare, qui ſcribit naturalẽ philoſophiã. At nũc quẽ ordinẽ vult tenere exponit, & ait ſe velle pertractare quę ab alijs dicta ſunt, & dicere dubitationes huic ꝓpoſito neceſſarias, demũ poſtea ait, ſe velle dicere opinionẽ, quę ſibi videt̃ de his. Inquit, vidẽtes igit̃ primò quę ab alijs dicta ſunt, dubitãtes etiã quęcũq; diſtribuere ad hãc cõſiderationẽ eſt neceſſariũ, ſic tandẽ et id dicamus, quod nobis de ipſis videtur, hic eſt ordo in dicendis. Addit Auer. ꝙ Ariſt. dicẽdo eius opinionẽ, dabit tales definitiones iſtorũ, vt oẽs quæſtiones accidentes remoueantur.

Graue itaq; & leue aliud quidẽ ſimpliciter, aliud aũt ad alterum dicitur. eorum enim quæ grauitatem habẽt, aliud quidem leuius, aliud autem grauius dicimus eſſe, vt ligno æs.

Poſita intentione, & ſtatuto ordine, nunc exequitur et primo proponit diſtinctionẽ quandam de graui & leui, et vult duplex eſſe graue, & leue, quoniam aliud eſt tale ſimpliciter, aliud tale ad alterũ, quod dicitur tale in reſpectu, Graue ſimpliciter eſt terra, quod omnibus ſubeſt. Leue vero ſimpliciter eſt ignis, quod omnibus eminet, grauia & leuia in reſpectu ſunt aqua, & aer, quæ ad ignẽ ſunt grauia, ad terram autẽ leuia. Inquit, graue itaq;, & leue aliud quidem ſimpliciter, aliud autem in reſpectu, ſiue ad alterum dicitur. probat aũt hanc diſtinctionem Ariſto. quaſi ab exemplo, quo vtebantur antiqui, & inquit, eorũ enim quæ grauitatem habẽt, aliud quidem leuius, aliud autem grauius dicimus eſſe, vt ligno æs dicimus eſſe grauius, & lignum ęre leuius, hæc eſt diſtinctio.

Quæ Auer. cõmen. 5.

Auerroes autẽ hic vult graue in reſpectu eſſe illud, in quo non eſt pura grauitas neq; pura leuitas, ſed vtrunq;, quia idẽ eſt alio grauius, atq; alio leuius.

Dubitatio.

Sed dubitares contra hęc: qm̃ magis & minus non differunt ſpecie, ergo graue in reſpectu nõ differt ſpecie à graui ſimpliciter. Pro hac parte faciunt verba Auer. inferius cõmen. 6. vbi vult ſimpliciter graue, & graue in reſpectu non differre niſi ſecundum magis & minus, & ita non differunt ſpecie.

Solutio.

Poteſt dici, ꝙ leue, & leue in reſpectu poſſunt intelligi, aut in miſto, aut in ſimplici elemento: ſi intelliguntur in miſto, ſic nõ differunt ſpecie, ſed ſolum ſm magis, et minus, vult lignum eſt leuius ære, quia vtrunq; eſt leue leuitate eiuſdẽ ſpeciei. Si autẽ intelligatur in ſimplici elemento, ſic differunt ſpecie. Nam leuitas ignis, & leuitas aeris differũt ſpecie: & grauitas terrę, & grauitas aquę etiã ſpecie differũt.

De his quidem igitur, qui ſimpliciter dicuntur, nihil à prioribus dictum eſt, ſed de his quę ad aliud, non enim dixerunt quid eſt graue, & quid eſt leue, ſed quid grauius, & quid leuius ſit in his quæ grauitatem habent.

Obiter addit antiquorum inſufficientiam. nam antiqui non de duplici graui, ſermonẽ fecerunt, ſed de graui & leui in reſpectu, & ſolum in miſtis corporibus, quæ habent grauitatem & leuitatem. Non aũt de ſimpliciter graui & leui. Inquit, de his quidẽ igitur grauibus & leuibus quę dicuntur ſimpliciter, nihil à prioribus dictum eſt, ſed dixerunt de his grauibus, & leuibus, quę dicuntur ad aliud, quæ ſunt talia in reſpectu. huius reddit cauſam, & inquit, non enim quid eſt graue, & quid eſt leue ſimpliciter dixerunt, ſed quid grauius & quid leuius, quæ ſunt talia in reſpectu, & nõ ſupple in omnibus, ſed in his quæ grauitatẽ habent: vt ſunt miſta ipſa. Et ſic duplex fuit antiquorum inſufficientia, primò quia non de omnibus grauibus & leuibus dixerunt, quia ſolum de his in reſpectu. Secundo, quia de his dicentes, nõ in omnibus dixerũt, ſed in miſtis & non in ſimplicibus, & ita non dixerunt de graui & leui in reſpectu in elementis, ſed in corporibus miſtis.

Magis autem perſpicuum erit id quod dicimus hoc pacto. Nam quædam à medio ſemper apta ſunt ferri; quædam autem ſemper ad medium. Horum autẽ id quidem quod à medio fertur, ſurſum dico, ferri, id vero quod ad medium deorſum.

Expoſitio.

Poſuit diſtinctionem de graui & leui, & probauit illã aliquo modo ex his, quæ ab antiquis dicebantur, nunc autem illam probat ratione efficaciori & veritati conſona. Dictum eſt enim graue ac leue eſſe duplex, ſimpliciter, & in reſpectu. Et quod detur graue ſimpliciter, & leue ſimpliciter probatur, qm̃ alia mouentur ſimpliciter à medio, alia ſimpliciter ad mediũ. Quę ſimpliciter à medio feruntur, hæc ſunt ſimpliciter leuia, quæ vero ad medium ſimpliciter mouentur, hæc ſunt ſimpliciter grauia. inquit, magis autẽ perſpicuum erit id quod dicimus, hoc pacto, hoc eſt ſupradicta diſtinctio quod eſt leue ſimpliciter, & graue ſimpliciter magis patebit, et exponit quomodo magis patebit, & inquit, nam quędã à medio ſemper apta ſunt ferri, quædam autem ſemper ad medium. Horum autẽ id quidem, quod à medio fertur, ſurſum dico ferri, & eſt leue, id vero quod ad medium fertur, id dico deorſum moueri, & eſſe graue, & ſic patet diſtinctio.

Auer. commen. 4.

Auerroes autem cõponit ſyllogiſmum in tertia figura hoc pacto, hoc corpus mouetur ſurſum, hoc corpus mouetur ad circunferentiã cœli, ergo circunferentia cœli eſt ſurſum. Et intelligit per hoc corpus, leue ipſum, quod fertur ſurſum. Addit Auer. hũc ſyllogiſmum eſſe ex duabus affirmatiuis in tertia figura, verum hoc nõ nocet, quia in ſecunda ſi eſſet hic ſyllogiſmus, bene noceret, in tertia enim fieri ex duabus affirmatiuis ſyllogiſmus cõſtat, in ſecunda vero ex duabus affirmatiuis nullus conſtat ſyllogiſmus. Vlterius Auer. ait, ꝙ vt probatur circunferentiã cœli eſſe ſurſum per hoc ꝙ leuia vndiq; ad eam feruntur, ita poteſt probari per conuerſionẽ ſermonis ad locũ deorſum ſic ſyllogizando in tertia figura, Graue vndiq; mouetur deorſum, graue vndiq; fertur ad medium totius: ergo medium totius eſt deorſum, & ſic patet nec ſimpliciter leue, nec ſimpliciter graue eſſe ſm comparationẽ tantum.

Sed dubitares vtrum ſi grauia ferantur ad mediũ mundi ex parte noſtri hemiſphęrij vbi nos ſumus, & non ex parte hemiſphærij, in quo ſunt antipodes, ſint ſimpliciter grauia. Reſpondet Auer. ꝙ ſic imaginando oportere dicere cœlum eſſe ſicut tectum quod noſtra tegit capita tantum, & non eſſe vndiq; ſphæricum ex parte noſtra & ex parte antipodũ, vt vulgus opinat̃. Propterea ait Auer. ꝙ ſi ſic dicatur, grauia, quę mouerẽtur ex parte noſtra ad medium, & leuia quę mouerentur á medio, nõ eſſent ſimpliciter talia, quoniam non vndiq; ex parte vtriuſq; hemiſphærij ad medium hæc mouerentur, & illa è medio ipſo. Quare apud Auer. ſequitur cœlum eſt vt tectum ſolum, videlicet, ſphæricum ex parte noſtra, ergo nihil eſt graue ſimpliciter, & nihil leue ſimpliciter, conſequentia patet, quia hæc non ex omni parte eſſent talia.

Abſurdum eſt enim in cœlo non exiſtimare, aliquid eſſe ſurſum, aliquid eſſe deorſum, quemadmodum quidam cenſent. non enim eſſe aliud ſurſum, aliud deorſum dicunt, ſi quidem omni ex parte ſimile eſt. Et vndiq; quiſq; gradiens ipſe ſibi antipes erit. Nos aũt ipſum vniuerſi extremũ ſurſum dicimus, quod eſt & ſm poſitionem ſurſum & natura primum.

Expoſitio.

Sed circa dicta remouet dubium, nam antiqui in ipſo mundo nihil ſurſum, nihilq; deorſum dixerũt eſſe duabus rationibus moti. Prima, quia cœlũ ipſum, quo vniuerſum tegit̃, eſt omni ex parte ſimile. Secunda, quia vndiq; qſq; gradiens et circa terrã ſe mouens, fiet ſibi ipſi antipes, vt ſi ab ortu feratur ad occaſum ipſe in occaſu erit antipes ſibi, dum erat in ortu, et econtra etiam omnibus ita eſſe patet. Obijcit autẽ huius poſitioni Ariſt. quia in ipſo mundo id

dicimus

dicimus eſſe ſurſum, quod eſt & poſitione ſurſum, & ipſo in vniuerſo primum, quale eſt cœli lunæ concauum ergo mediũ erit ſimpliciter deorſum, inquit, abſurdũ eſt enim in cœlo, hoc eſt in ipſo mundo, nõ exiſtimare aliquid eſſe ſurſum, & aliquid eſſe deorſum, quemadmodũ quidã cenſent. Deinde huius poſitionis tangit breuiter duas rationes, & inquit, non enim eſſe aliud ſurſum, aliud deorſum dicunt in ipſo mundo, ſiquidem omni ex parte cœlum ipſum ſimile eſt & vniformę, hęc eſt prima ratio. Et vndiq; quiſq; gradiẽs ipſe ſibi antipes erit. Nam cum quis ab auſtro in ſeptentrionem gradit̃, hic vt in ſeptẽtrione eſt ſibi antipes vt erat in auſtro, obĳcit aũt huic, & inquit, nos autem ipſum vniuerſi extremum, dicimus etiã ſurſum quod eſt & ſm poſitionem ſurſum, et natura primum, quale eſt lunæ concauum. Quare deorſum erit cœli medium, nam hoc erit poſitione & natura poſtremum. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire in vniuerſo poſſe aſſignari ſurſum & deorſum ſimpliciter duobus modis, vno modo reſpectu cœli & eius cœleſtis motus. Alio modo reſpectu motus elementorũ, vt diximus ſecundo huius. Si conſiderentur ſurſum & deorſum reſpectu motus cœli, ſic ſurſum & deorſum ſunt ſm virtutes animæ cœli, quę vim habet ipſius partis ſuperioris in auſtrali, & ipſius partis inferioris in parte ſeptentrionali, dextri vero in orientali, ſiniſtri, in occidentali: anterioris in culmine cœli, & poſterioris in imo noctis. At ſi reſpectu motus elementorũ hęc conſiderent̃, ſic ſurſum eſt in lunę concauo, vbi leuia locãtur, deorſum aũt cœli medium ſub noſtris pedibus. Et tertum hęc ſm virtutes ſunt. Nam cõcauũ lunę eſt vis terminans motum leuiũ. Medium vero totius eſt vis locãs grauia. Verum concauũ eſt primum poſitione: quatenus ad noſtra capita primum eſt, et ſm naturam, quatenus ab illo ad nos deducitur omnis vis locatiua miſtorum & elementorum, medium vero eſt vltimũ poſitione, quia quo ad nos infra nos. Et natura, quia per ipſum nihil ad nos fertur, & ſic patet ſolutio quęſtionis antiquorum.

Quoniã autem eſt aliquid cœli extremum & medium, perſpicuum eſt, & ꝙ erit ſurſum & deorſum.

Quaſi epilogando concludit eſſe in vniuerſo ſurſum & deorſum, quia in vniuerſo ſunt extremũ vniuerſi, videlicet, lunę cõcauum, & medium totius, ſcilicet centrũ mundi. Et inquit, quoniam autem eſt aliquid cœli extremũ, vt lunæ cõcauum, & medium, ſcilicet centrũ mundi, perſpicuum eſt, ꝙ erat ſurſum, & deorſum in ipſo mundo.

Si exiſtimauerunt. Exiſtimantes. προυπολαβόντες

Qemadmodum & multi dicunt, nõ tamen ſufficienter (huius autem cauſa eſt, quoniam nõ omni ex parte cœlum eſſe ſimile cenſent, ſed vnum tantum eſſe hemiſphærium, quod eſt ſupra nos) quoniam ſi exiſtimauerunt, & circulo eſſe tale, & medium ad vniuerſum ſimiliter ſe habere, illud quidem ſurſum, mediũ autem deorſum eſſe dicent.

Continuetur ſic textus, quoniã autem eſt aliquid cœli extremũ & medium, perſpicuũ eſt ꝙ erit ſurſum & deorſum: quemadmodum & multi dicunt, qui ſupple nobiſcũ cõueniunt in quantũ voluerunt in vniuerſo eſſe hęc duo. Addit tamen eorum errorem, nam dixerunt cœlũ non eſſe omni ex parte ſphæricũ, ſed eſſe ſemiſphæricum, quia ſolum ea ex parte quæ ſupra nos eſt, ad antipodas autẽ nihil cœli eſſe dicentes, tamen volunt id ſurſum eſſe quod ſupra nos eſt, id deorſum, quod ad pedes noſtros collocat̃. Inquit, non tamen ſufficienter, cuius opinionem narrans, aſſignat eorum cauſam, & inquit, huius aũt cauſa eſt, quoniam non omni ex parte cœlũ eſſe ſimile cenſent, ſed vnũ tantum eſſe hemiſphærium, quod eſt ſupra nos, & ſic putant cœlum eſſe tectũ ſemiſphæricũ, deinde aſſignat cauſam, quare nõ ſufficienter dixerunt, qm̃ ſi exiſtimauerũt,

A & cœlum, ſupple circulo eſſe tale rotundum omni ex parte, & medium ad vniuerſum ſimiliter ſe habere, quia vndiq; cẽtrum totius, illud quidem ſurſum, videlicet, quod eſt ſupra nos, medium autẽ deorſum eſſe dicent, verbum ſi exiſtimauerunt gręce eſt προυπολαβόντες hoc eſt putãtes, verum legi debet hypotheticè, quia ipſi abſolute ſic non dixerunt, propterea ait, ſi exiſtimauerunt, quia ſi putauerunt cœlum eſſe ſimile vbiq;, & medium eſſe centrũ totius, dubio procul coguntur dicere ſurſum eſſe id quod eſt ſupra nos, deorſum vero eſſe medium totius: nec curauit hoc probare ſimpliciter, qa in ſecundo libro ſatis abunde dixit. Debes ſcire vt ex cõmento colligitur, vulgares rectius fuiſſe locutos, q̃ veteres, tum quia cõceſſerunt ſurſum ſimpliciter cœlum. Et etiam deorſum ſimpliciter, videlicet, terrã ipſam, quę antiqui minime voluerũt. Tum etiã quia ſequuntur eorum fundamenta, nam nihil videntes ſub terra, dixerunt ea ex parte eſſe nihil niſi abyſſum, & ita cœlum eſſe tectum aſſerunt, cauſa autẽ eſt, quia nõ

Inſuper arbitrati.

B perceperunt cœlum eſſe continens omnia. Antiqui vero dixerunt cœlũ eſſe vniuerſum continens, & tñ ſolum eſſe hemiſphæricum arbitrant̃, & nihil eſſe ſub terra, & ita errant, qm̃ ſi cœlum eſt omnium continens, erit ex parte noſtra, & ex parte alia ſphæricum: qua ratione vt ex parte noſtra id ſurſum eſt, quod ſupra nos eſt, & id deorſum, quod centrum eſt terrę, ita ex parte antipodum id erit ſurſum, quod eſt ad eorum capita collocatum, id autem deorſum, quod eſt ad eorum pedes.

κάτω Deorſum ἄνω Surſum.

Igitur leue quidẽ ſimpliciter dicimus, quod ſurſum fertur, & ad extremum, graue vero, qđ ſimpliciter deorſum, & ad mediũ. Ad aliud autem leue ac leuius, quod duobus grauitatẽ, & magnitudinem æqualem habentibus, deorſum fertur alterum natura velocius.

His declaratis concludit quid ſit graue leueq; ſimpliciter, & quid graue leueq; in reſpectu, & inquit, igitur leue quidẽ ſimpliciter dicimus quod ſurſum fertur, & ad extremum, quod eſt cœli cõcauum. Addit autẽ. {Et ad extremum,} ad differentiã leuis in reſpectu, quod mouet̃ quidem ſurſum, nõ autẽ ad extremum. Deinde quid ſit graue ſimpliciter addit, & inquit, graue vero ſupple ſimpliciter, quod ſimpliciter deorſum fertur, & ad mediũ. addit {Et ad medium} propter graue ſimpliciter, quod deorſum mouetur, & ad medium ſimpliciter, graue vero in reſpectu mouetur deorſum, non autẽ ad mediũ ſimpliciter.

Deinde quid leue quidue graue in reſpectu ſit, exponit & inquit, ad aliud aũt leue, ac leuius, ſupple eſt, quod duobus grauitatem & magnitudinẽ æqualẽ habentibus deorſum fertur, alterũ natura velocius. Dixit primo duobus grauitatem habẽtibus, quia comparatio fieri debet inter ſimilia, niſi enim ambo grauitatem habeant, nõ poteſt alterum altero leuius vel grauius dici. Dixit ſecundo, ęqualem magnitudinem habentibus, Quia vbi non ſunt paria

D in magnitudine nõ dicetur alterum altero leuius, vel grauius niſi per accidens, non autem per ſe. Verbum vero {deorſum} vt mihi videtur, corruptum eſt & græce legi debet ἄνω hoc eſt ſurſum, & tunc ſenſus eſt, id leuius eſſe alterum altero quod cum ęquale ſit illis in magnitudine & vtrunq; leue velocius ſurſum fertur, grauius autem quod æqualis quantitatis cum altero graui plus habet grauitatis, & velocius deorſum fertur.

Auer. commen. 6.

Auerroes vero cõmento ſexto dicit duo, primũ, ꝙ grauia & leuia definiũtur per motus, qui ſunt ſurſum & deorſum. Quia operationes propriæ in his rebus accipiuntur loco ſuarum differentiarum, & ideo ſunt deſcriptiones & non definitiones, ſm ꝙ Ariſt. deſcribit leuia & grauia in reſpectu non in ſimplicibus corporibus, ſed in miſtis. non graue ſimpliciter eſt illud, quod habet grauitatem ſine leuitate, & leue ſimpliciter, eſt illud, quod habet grauitatẽ ſine leuitate, et leue ſimpliciter eſt illud, quod habet leui-

tatem

tatem ſine grauitate. At leue in reſpectu, i. quod leuitatẽ habet ſuę grauitati admiſtam. Graue vero in reſpectu q̃d habet grauitatem ſuæ leuitati admiſtam, quæ patent in miſtis, de his enim grauibus & leuibus miſtis vult Ariſt. (vt Auer. ait) ꝙ ſi ſint eiuſdẽ ſpeciei & magnitudine ęqualia, alterũ altero grauius erit, quod deorſum velocius fertur, illud leuius quod ſurſum velocius mouetur, de leuibus vero & grauibus in reſpectu in elementis, cuiuſmodi ſunt aer, & aqua, poſterius Ariſt. dicet. Hæc colliguntur ex Auerroe. Mihi autem videtur ꝙ Ariſto. loquatur de grauibus & leuibus in reſpectu in ipſis ſimplicibus, nam de graui et leui ſimpliciter loquitur etiam in ſimplicibus. & tunc lege verba eius ſic, ad aliud autem leue ac leuius ſupple dico, quod alterum duorum, quæ grauitatem habent, & æqualem magnitudinem ſurſum celerius mouetur, vt aer & aqua, vtrunq; enim graue eſt & leue: verum aer leuior eſt aqua, quia ſurſum velocius mouetur, aqua grauior aere, quia deorſum celerius fertur, & ſic verba poſſunt legi tam de miſtis q̃ de ſimplicibus.

Expoſitio propria.

Eorum igitur, qui prius ad eam venerunt conſiderationem, quæ eſt de his plurimi penè de grauib⁹ hoc pacto leuibuſq; ſolis dixere, quorum alterum vtriſq; grauitatem habentibus leuius eſt, ſic autem pertranſeuntes, & de ſimpliciter leui & graui determinatum eſſe putant. Sermo tamen ipſis non accommodatur.

Ex dictis recolligit defectum Platonis, qui in tractãdo de leuibus, ſolum de grauibus & leuibus in reſpectu egit, putans ſermonem, qui eſt de graui & leui in reſpectu, conuenire grauibus & leuibus ſimpliciter, cum certe illis nõ accõmodetur Inquit, eorum igitur, qui prius ad eam venerunt conſiderationem, quæ eſt de his grauibus & leuibus plurimi pene (vt Platonici) de grauibus hoc pacto in reſpectu leuibuſq; ſolis dixere, quorum alterum vtriſq; grauitatem habentibus leuius eſt, hoc eſt quæ dicuntur grauia & leuia in reſpectu, qualia ſunt miſta corpora, quorum alterum altero leuius, vel grauius eſt, ſic autem pertranſeuntes de grauibus & leuibus in reſpectu, & de ſimpliciter leui, et graui determinatũ eſſe putant, quia ſermonem de grauibus, & leuibus in reſpectu putant accõmodari poſſe ipſis grauibus, & leuibus ſimpliciter. Addit Ariſt. errorem eorum breuiter, & inquit, ſermo tñ ſupple qui accommodatur grauibus & leuibus in reſpectu ipſis grauibus & leuibus ſimpliciter non accõmodatur, & ſic tractare de grauibus & leuibus in reſpectu non ſufficit ad tractandũ de omnibus ſimpliciter grauibus leuibuſq;.

Si vlterius progrediemur, procedentibus προελθοῦσι Progreſſis

Hoc autẽ perſpicuum magis erit ſi vlterius progrediemur. Dicũt enim grauius & leuius aliquid quidẽ, vt in Timęo eſt ſcriptũ, grauius quidẽ quod ex pluribus eiuſdẽ conſtat, leuius aũt quod ex paucioribus quemadmodũ plumbo plumbũ & æs ære maius, grauius eſt, ſimiliter autẽ & cęterorũ ſimilarium vnumquodq;. In exceſſu enim æqualiũ partium vnũquodq; grauius eſt. Eodem autẽ modo & ligno plumbum dicunt, ex eiuſdem enim omnia corpora & vna materia eſſe, ſed non videri.

Volens declarare ſermonẽ de grauibus, & leuibus in reſpectu grauibus & leuibus ſimpliciter nõ conuenire, aggreditur de nouo narrare opiniones antiquorum, nam ex his patebit multifarius error, et hoc proponit, hoc autem, (inquit) perſpicuũ magis erit, ſi vlterius progrediemur. ſ. narrando opiniones aliorum. Nam patebit ſermonẽ de leui & graui in reſpectu non conuenire grauibus & leuibus ſimpliciter, & patebunt opiniones aliorum, & patebit veritas omnino. Ad verbum. {Si vlterius progrediemur} græce eſt {Proelthuſi} ideſt procedentibus vlterius, verum clarius vt eſſet reſoluimus ad verbum. Deinde incipit narrare poſitiones, & primo eam quæ in Timęo ſcribitur, dicitur enim illic grauia & leuia omnia ex ſuperficiebus ac triangulis conſtare propterea id grauius eſſe, quod ex pluribus ſuperficiebus pluribuſq; triangulis cõſtat, vt ſi vnum plumbum quod ſit A ex X conſtet triangulis, alterum vero quod ſit B ex quinq;, A grauius eſt q̃ ſit B, & ita comparando vnumquodq; corpus ad alterum eiuſdẽ ſpeciei. Leuius vero poſuit eſſe, quod ex paucioribus eiuſdẽ naturę ſuperficiebus aut triãgulis conſtat vt ſi, A ignis ex duodecim conſtet & B ignis ex octo ſuperficiebus, ignis B eſt leuior igne A. Inquit, dicunt enim grauius & leuius aliqui quidem, vt i Timęo eſt ſcriptum, grauius quidem quod ex pluribus eiſdem, ſcilicet ſuperficiebus, et triangulis conſtat, leuius autem, quod ex paucioribus eiſdem ſuperficiebus & triangulis, cuius exempla affert, & inquit, quemadmodum plumbo plumbum, & ęs ære maius grauius eſt, ſimiliter autem & cęterorum ſimilarium vnumquodq;. Et affert rationem Plato. dicens, in exceſſu enim æqualium partium vnumquodq; grauius eſt, hæc de his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei: deinde quid grauius quid ue leuius ſit in his, quæ differunt ſpecie apponit, & inquit, eodem autem modo & ligno plumbum dicunt eſſe grauius & vniuerſaliter in cæteris, quæ differunt ſpecie, & affert cauſam, & inquit, ex eiſdem enim ſuperficiebus & triangulis vna materia, quæ dicitur omni capax, omnia corpora eſſe dicunt, ſed non videri eſſe, & ſic corpora ſimilia in ſpecie & corpora diſſimilia omnia conſtant ex eiſdem ſuperficiebus & triangulis & eadem materia, ſed hæc eſt differentia, quia corpora ſimilaria cõſtant & videntur ex eiſdem conſtare, diſſimilaria vero conſtant, ſed non videntur conſtare, hæc ex Timęo colliguntur.

Sic autem definitis, non dictum eſt de ſimpliciter leui ac graui. Nunc enim hic quidem ignis ſemper leuis eſt, ſurſumq; fertur. Illa vero terra terraceaq; cuncta deorſum atq; ad medium ipſum. Quare nõ ob triangulorum paucitatem, ex quibus vnũquod conſtare dicunt, ignis aptus eſt, ſurſum ferri. Maior enim tunc vtiq; minus moueretur, & grauior eſſet cum pluribus ex triangulis eſſet. Nunc autem contrarium videtur, quo enim vtiq; maior eſt, eo leuior eſt & ſurſum velocius fertur. De ſuperiori etiã deorſum paruus ignis velocius fertur, magnus autem tardius.

Ergo οὖν

Obijcit autem Ariſto. huic Platonicæ opinioni ex eo, quòd tunc in rerum natura, nec leue ſimpliciter, nec graue ſimpliciter daretur, ſed omne graue eſſet in reſpectu, & omne leue ſimiliter. Conſequentia patet, quia ſi graue eſſet multitudine triangulorum, & leue paucitate, tunc leue eſſet graue, quia ex triangulis conſtaret, licet minus graue eo, quod ex pluribus triangulis conſtaret, & graue eſſet leue, quia comparatione alterius quod ex pluribus eſſet triangulis, & ſic nihil graue, nihil leue ſimpliciter eſſet in rerum natura, ſed ſolum comparatione. At hoc eſt falſum, quia videmus ignem leuem eſſe ſemper, & ſimpliciter, quia reſpectu cuiuſque leuis. Et terram etiam grauem ſemper, quia ad omnia grauitat, inquit. Sic autem definitis vt Plato. inquit non dictum eſſet de ſimpliciter leui & graui, & ita in rerum natura nihil eſſet ſimpliciter graue, nihilque ſimpliciter leue, ſed comparatione duntaxat, hoc autem eſſe impoſſibile oſtendit, dicens, nunc enim hic quidem ignis de numero corporum exiſtens, ſemper leuis eſt, ſurſumq; fertur. Illa vero de numero corporum terra terraceaq; cuncta deorſum,

ſum, atque ad medium ipſum feruntur. Primum igitur abſurdum eſſet quòd ſi opinio Plato. eſſet vera, tunc nihil eſſet ſimpliciter graue, nihilq́; leue ſimpliciter. Secundo infert, ꝙ ſi ignis eſſet leuis ſimpliciter, et terra eſſet grauis ſimpliciter, tunc non ob triangulorum paucitatem, ex quibus vnumquodq́; conſtare dicunt, ignis aptus eſt ſurſum ferri, ſupple terra multitudine deorſum. deducit, ꝗa ſi triangulorum paucitate ignis moueret̃ ſurſum, & terra multitudine triãgulorum deorſum, tunc ignis maior moueretur minus, ꝙ̃ moueretur ignis minor, cum pluribus ex triãgulis eſſet, corpus enim maius pluribus cõſtat partibus. Nuoc autẽ contrariũ videtur, nam quo ignis maior eſt, eo leuior eſt, et ſurſum velocius fertur. Addit etiam ꝙ paruus ignis de ſuperiori loco deorſum velocius fertur, magnus autem tardius, & ita ignis moueret̃ naturaliter ẽ loco ſupero ad medium, contra ea quæ diximus. Sic tota ratio eſt ꝙ data Platonis opinione, tunc in rerum natura nihil eſſet ignis ſimpliciter, atque leue, nihilq́; graue ſimpliciter ac terra. Quod ſi eſſet aliquod graue ſimpliciter, & aliquod leue ſimpliciter, tunc ignis non eſſet aptus ferri ſurſum paucitate triangulorum: & terra deorſum multitudine eorũ, ſed ſua forma hoc ſurſum, illud deorſum moueretur, hæc eſt breuiter ratio Ariſtotelis hic.

ὁμογενῶν Similaria

Inſuper etiam, cum id quidẽ quod pauciora habet ſimilaria leuius, id vero quod plura, grauius eſſe dicant, aerem autem, & ignem, & aquã ex eiſdem eſſe triangulis, differre tamen paucitate, & multitudine, vt ſit ipſorum aliud quidẽ leuius, aliud vero grauius. Aliqua aeris multitudo erit, quæ grauior erit aqua, at totũ contrarium accidit. Et enim ſemper maior aer magis ſurſum fertur, & omnino quæuis pars aeris ſurſum ex aqua mouetur: hi quidem igitur ita de graui & leui definierunt.

Quapropter Ita Vt

Secundo obĳcit Platoni ex eo, ꝙ tunc aliqua aeris multitudo erit ipſa aqua grauior conſequentia patet ſuppoſitis his, quæ ipſi concedunt. tenent enim primo id eſſe leuius, quod conſtat paucioribus ſimilaribus triangulis, id vero grauius, quod pluribus eiuſdem generis triangulis. Secundo tenent aerem, aquam, & ignem, omnia conſtare ex eiſdem ac ſimilaribus triangulis, ſolumq́; differre multitudine, & paucitate illorum, ita vt ſit ipſorum aliud leuius, quod illorum paucitate conſtat, aliud grauius, quod fit illorum multitudine. His conceſſis patet conſequẽtia, nam cum conſtent ex triangulis eiuſdem generis, differantq́; ſolum multitudine & paucitate illorum, aer maior conſtaret ex pluribus triangulis parua aliqua aqua, eſſet aer ille grauior aliqua aqua, at hoc eſt cõtra ſenſum: nam ſemper maior aer velocius ſurſum fertur, & omnino quęuis parua aeris pars ſurſum ex loco ipſius aquæ mouetur. inquit, inſuper etiã cum id quidem quod pauciora habet ſimilaria, hoc eſt triãgula eiuſdẽ generis, leuius eſſe dicãt, id vero quod habet plura eiuſdẽ generis triãgula grauius eſſe velint: hoc eſt primum eorum conceſſum. Aerem autem & ignẽ & aquam ex eiſdem eſſe triangulis, differreq́; tamen multitudine, & paucitate illorum tantũ, vt ſit ipſorum aliud quidem leuius, aliud vero grauius, hoc eſt eorũ conceſſum. Secundum. Ex his infert abſurdũ, & inquit, aliqua erit aeris multitudo, quæ grauior erit aqua, videlicet, aer magnus reſpectu paruæ aquæ, at vt inquit, totum contrarium accidit, & enim ſemper maior aer, ſurſum magis fertur, & omnino quæuis pars aeris ſurſum ex aqua loco q́; eius tollitur atq́; mouetur, hæc Ariſto. contra Platonem, demum epilogat, hi quidem igitur ita de graui, & leui definierunt.

Quamuis [illegible] Modo magis nouo νεωτέρως

Quibuſdam autem nõ ſufficiens viſum eſt hoc pacto diuidere, ſed quãuis ſint vetuſtio-

A res ea ætate, quæ eſt nunc, de his, quæ nunc ſunt dicta, modo magis nouo intellexerunt, nonnulla enim corpora mole quidem minora videntur, ſed grauiora eſſe: patet igitur non eſſe ſatis dicere ex æqualibus ipſis primis ea, quæ ſunt æquè grauia conſtare, eſſent enim æqualia mole.

Aggreditur nunc poſitionem Democriti et Leucippi, & primo ſumit poſitionẽ horum eſſe rationi minus diſſonam, nam licet ætate priores ac vetuſtiores ſint, tamẽ certius diſſeruerunt. Quia apud hos nõ oportet dicere cõpoſita ex æqualibus numero & mole eſſe æque grauia, ſicut oportet apud Plato. qui vult ęque grauia eſſe ex æqualibus numero & mole, grauiora vero ex pluribus æqualibus, minus grauia ex paucioribus æqualibus ſuperficiebus, vel triangulis, non enim valet hæc conſequentia, hęc
B corpora ſunt æqualia mole, ergo ſunt æque grauia, ꝗa ſtat plumbum eſſe æquale ligno, & tamẽ grauius eſſe. inquit. Quibuſdam aũt, vt Democriti. & Leucip. non ſufficiens viſum eſt hoc pacto diuidere, ac dare differentiã inter grauia & leuia, ſed quamuis ſint vetuſtiores ea ætate quæ eſt nunc, in qua vigent Platonici, tñ de his, quæ nunc ſunt dicta in materia de graui & leui, modo magis nouo intellexerunt, & ita certius, quia vt primo cœli & ſecundo meta phyſi. habetur, iuniores perſpicaciores ſunt, ac certius de rebus dicunt, ꝙ̃ dixerint inuentores, & ita Democri. & Leucip. modo magis nouo, quia certius, de his diſſeruerunt. Aſſignat aũt cauſam cur certius diſſeruerunt. Et inquit, nonnulla enim corpora mole quidẽ minora videntur, ſed grauiora eſſe, vt paruum plumbũ magno ligno. Ex hoc infert Plato. inſufficientiam, et inquit, patet igitur non eſſe ſatis dicere ex æqualibus ipſis primis, videlicet triangulis, vel ſuperficiebus ea quę ſunt ęque grauia conſtare, nam omnia ęque grauia eſſent æqualia mole, modo
C oppoſitum videmus de plumbo & ligno, quare nõ eſt bene dictum ęque grauia eſſe ex æqualibus, grauiora ex pluribus, minus grauia ex paucioribus, & ita certius Democritici atq́; Leucippici dixerunt, quia hi non coguntur ſic dicere vt infra videbitur.

Animaduertẽdũ, vt Auer. inquit, maius corpus poſſe apud antiquos eſſe leuius propter vacuũ imbibitũ, quod cõcedunt. Minus aũt eſſe poteſt grauius, ꝗa minus in ſe habet vacui, verũ hęc poſitio eſt reprobata. 4. phyſicorũ. Auer. commen. 11.

Prima autem & indiuiſibilia quidẽ ſuperficies dicentibus, ex quibus conſtant ea corporum, quæ grauitatem habent, abſurdum eſt dicere, his autem qui ſolida, magis contingit dicere grauius eſſe maius ipſorum.

Corpora duplicia ſunt, prima, & ſimplicia, quę elementa miſtorum ſunt, & ſecunda ac cõpoſita ſiue miſta, quæ ex primis conſtant. Ariſtoteles ergo oſtendit Democriticos
D melius, vel minus diſſone dixiſſe, quo ad prima corpora, his qui dixerũt triangula & ſuperficies. Secundo oſtendit etiam minus male dixiſſe quo ad miſta corpora. Quo quidẽ ad ſimplicia ac prima minus male dixerunt Platonicis, nam Democritici poſuerunt ſolida, quæ grauia eſſe poſſunt & leuia, & ita alterũ altero leuius & grauius eſſe poteſt. Platonici poſuerunt ſuperficies, & triangula, quæ nec grauia, nec leuia eſſe poſſunt, cum non ſint corpora, quare poſſunt dicere inter ſimplicia eſſe alterũ altero grauius, vt maius grauius eſſe minore Platonici aũt minime hoc facere poſſunt. Inquit, prima autẽ & indiuiſibilia quidem ſuperficies dicentibus, vt ſunt Platonici, qui volunt prima & ſimplicia eſſe ſuperficies, ex quibus conſtant ea corpora, quæ grauitatẽ habent. ſ. miſta, abſurdum eſt dicere maius eſſe grauius minore, & ſic Platonici non poſſunt dicere inter ſimplicia alterũ altero eſſe grauius, aut leuius, quoniam illa non ponunt corpora. His autem, qui

ſolida

ſolida dicunt ſupple prima & ſimplicia, magis cõtingit dicere maius ipſorum eſſe grauius minore, & ita inter ipſa poſſunt dicere alterum altero grauius, patet igitur minus diſſone dixiſſe Democriticos, cum ipſi poſſint dicere inter prima alterum altero eſſe grauius, Platonici vero non poſſunt, cum velint prima eſſe incorporea, quæ grauitate participare non poſſunt.

Quidam Aliqui Comprehenſum Interceptũ Interclusum

Compoſitorum vero, quoniã vnũquodq; non hoc modo ſeſe habere videtur, ſed multa grauiora mole minore eſſe videmus, quemadmodum ęs lana, aliam cauſam quidam putant & aiunt, vacuum enim comprehenſum leuitare corpora dicunt, et interdum facere eſt maiora leuiora cũ plus habeant vacui. Propter hoc enim & mole eſſe maiora compoſita perſępe ex æqualibus ſolidis, vel minoribus, omnino F autem & penitus cauſam eſſe leuioris plus ineſſe vacui, dicunt igitur hoc modo.

Quod minus male dixerint quo ad ſimplicia, declarauit, ꝙ vero etiam quo ad miſta minus male dicant, nunc oſtendit, nam iſti Democritici aſſerunt vacuum intra corpora miſta comprehenſum, & ita poſſunt dicere aliquando maiora eſſe leuiora minoribus, & aliquando econtra, minora leuiora maioribus. Et aliquando æquale eſſe altero æquali grauius, vel leuius, quia maius corpus miſtum poteſt habere plus minuſue vacui. Inquit, compoſitorũ vero ac miſtorum corporum, qm̃ non vnumquodq; hoc modo ſeſe habere videtur, vt Platonici dixerunt, qui negarunt vacuum comprehenſum, ſed multa grauiora mole minora eſſe videmus, vt ęs, lana, & plumbũ ligno, aliã cauſam aliqui putant & aiunt, quam quidem explicat dicens, vacuũ enim intra miſta comprehenſum leuitare corpora dicunt et interdum tale vacuum eſt facere maiora leuiora, quia maiora ſunt ex multo vacuo, & pauco pleno, G cum plus habeant vacui intra ſe, propter hoc enim dicũt & maiora mole eſſe compoſita perſępe ex æqualibus ſolidis, vel minoribus q̃; ſupple ſint miſta minora eo quia maiora habent plus vacui, & minus de ſolidis ſiue pleno, minora vero minus de vacuo, & de plenis, ſiue ſolidis plus, & quaſi epilogãdo inquit, omnino autem & penitus cauſam eſſe leuioris, hoc eſt ꝙ alterum altero ſit leuius dicũt plus illi vacui ineſſe, dicunt igitur hi Democritici de his hoc modo, patet igitur hos minus male de ſimplicibus dixiſſe, & etiam minus male de miſtis.

Auer. commen. 10.

Auerroes autem in cõmento dicit primo philoſophos hoſce conuenire in duobus, primo, quia ambo conantur aſſignare cauſam grauitatis in reſpectu, & eorum nullus aſſignauit cauſam grauitatis vel leuitatis ſimpliciter. Secundo, quia omnia abſurda quæ ad Plato. ſequuntur, etiã ad Democritum ſequi videtur, cum nemo eorum de graui, vel leui ſimpliciter tractauerit. Secundo, Auer. in cõmento aſſignat eorum differentiã & velle videtur ꝙ De- H mocritus aſſignare poteſt cauſam in ſimplicibus elementis cur altero alterum eſt grauius vel leuius, non aũt in his corporibus, quæ ex elementis conſtant. Quod in elementis id poſſit facere, oſtendit Auer. quia Demo. ponit prima rerum principia eſſe atoma corpora, quę licet phyſice ſint indiuiſibilia, tñ mathe. ſunt diuiſibilia, qua ratione alterum eorũ poteſt eſſe grauius altero, quia maius poteſt eſſe grauius minore, & nõ ratione vacui, cum intra nullũ eorum ſit vacuum, eo ꝙ vnumquodq; eſt phyſice indiuiduum, ſed ratione magnitudinis, alterum altero eſt grauius, vel leuius. At in miſtis quæ ex elementis componuntur primo cum ſint phyſice & mathe. diuidua, nõ poteſt ſaluare alterum altero eſſe grauius vel leuius ratione magnitudinis, & ſic in ſimplicibus poſſunt, in miſtis nõ. Plato. vero nec in miſtis, nec in ſimplicibus, in ſimplicibus non, quia prima principia dicit ſuperficies, quæ cum

E indiuiſibiles ſint, non poſſunt eſſe æquales. ſ. nec graues, nec leues, in miſtis minime, qm̃ miſta ex ſimplicibus ſunt quæ nec grauia ſunt, nec leuia, hęc Auer. Quæ (vt mihi videtur) non ſunt verbis Ariſt. conſona, nam vt oſtendimus Demo. poteſt tam in ſimplicibus q̃; in miſtis ſaluare alterum altero grauius vel leuius eſſe, in ſimplicibus quidem ratione magnitudinis & paruitatis atomorũ, in miſtis autẽ ratione vacui comprehenſi. Auer. tertio dubitat contra rationẽ Ariſt. Ariſt. n. arguit contra Plato. ꝙ ſi grauius eſt quod ex pluribus conſtat, tunc ignis magnus eſſet aliqua terra parua grauior, quia ex pluribus ſuperficiebus conſtat. Contra dubitaẽ, quia quod conſtat ex pluribus nõ ſemper eſt maius vel grauius, niſi cętera ſint paria, modo diceret aduerſarius ea, ex q̃bus terra parua cõſtat, eſſe numero pauciora, ſed mole maiora, ea ex quibus ignis cõſtat eſſe magnitudine minora, ſed numero plura, & ſic non valet, ignis magnus cõſtat ex pluribus, ergo eſt grauior, ſed oportet addere eam conſtare ex pluribus & F maioribus. Soluit Auer. & oſtendit dupliciter hanc ſolutionem Pla. nõ valere, primo, quia ſm Plato. omnes ſuperficies ex quibus ſunt corpora grauia, & leuia ſunt eiuſdem rationis, & ſic non differunt grauia & leuia, niſi ſm magis & minus, & ita nõ differunt ſpecie, quod ſi grauia & leuia nõ differunt ſpecie, vertetur quęſtio prior, ꝙ tũc maius eſſet grauius, & ꝙ non eſſet dabile graue ſimpliciter, nec leue ſimpliciter. Quare ſic fugiẽs truditur in aliud abſurdius. Secundo obĳcit, quia licet terra ſit ex paucis, & magnis, & ignis ex pluribus & paruis, parua poſſunt adeo numero excreſcere vt æquipoleant magnis, faciunt enim multa modica vnum ſatis, vt prouerbialiter dicit̃, et ſic adhuc ſtat ignẽ magnum eſſe grauiorem terra paruiſſima. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire, quod dixit {Vacuum. n. comprehenſum leuitare corpora dicunt} ad demonſtrandum, vt Auer. inquit, vacuum ipſum leuitans moueri ad motum corporis leuitati, non enim mouere poſſet, niſi in mouẽdo moueretur, quia vt dicitur octa- G uo & ſeptimo phyſico. corpus quod mouet aliud corpus localiter, non mouet, niſi moueatur.

Dubitatio.

Solutio.

Auer. commen. 11.

Vlterius debes ſcire, vt Auer. notat eodem cõmento, ꝙ cauſa, quare vnum corpus ſit altero leuius nõ eſt, quia habeat plures partes pleni, ſed quia habet plus de vacuo, & ita apud antiquos leuius & minus leue attenditur penes plus vel minus vacui comprehenſi. Secus apud Pla, propterea hi poſſunt reddere cauſam, quare alterum altero eſt leuius in miſtis, illi vero non. Hæc Auer.

Neceſſe eſt aũt his qui hoc pacto definiunt ſi ſit leuius, addere nõ ſolum vacui plus, ſed & ſolidi minus habere. Si enim tali ratione excedat, leuius nõ erit, ob id. n. & ignem leuiſſimũ eſſe aſſerũt, quia vacui plurimũ habet, accidet igitur magnũ aurum plus habens vacui modico igne, leuius eſſe, niſi & ſolidũ ipſum habue H rit multiplex, quare hoc eſt dicendum.

Expoſitio.

Reprehendit nunc Ariſto. opinionẽ Demo. Et primo oſtendit cauſam quã aſſignauit leuitatis & grauitatis eſſe diminutam, dixerunt. n. cauſam, quare aliquod eſt leuius eſſe, quia plus vacui habet, & quare aliquod eſt grauius eſſe, quia plus habet pleni vel ſolidi. Obĳcit autem Ariſt. quia hac cauſa aſſignata, tũc aurum magnum eſſet leuius igne paruo, qm̃ aurũ magnum, vt millecuplũ, erit leuius modico igne, vt pedali, quia eiuſmodi aurum habet plus vacui igne illo paruo. Præterea, etiã ſequetur ignem magnum, vt millecuplũ, eſſe grauiorẽ paruo auro, videlicet, pedali, quia talis ignis habet plus pleni illo auro, ergo ſi ratio debet eſſe ſufficiens, oportet addere leuius eſſe, quod habet plus vacui, et minus pleni, grauius aũt plus pleni et minus vacui. Modo magnũ aurum, licet habeat plus vacui modico igne, nõ habet minus pleni, & magnus ignis, licet habeat plus pleni modico auro, non tñ habet minus vacui,

vacui, patet igitur eorũ cauſam nõ eſſe completã. Inquit, neceſſe eſt aũt his qui hoc pacto definiunt ac cauſam aſſignant, ſi ſit aliquod leuius altero, vel ſupple grauius, addere nõ ſolũ vacui plus, ſed & ſolidi minus habere. Si.n. tali ratione excedat, id corpus leuius nõ erit, qa ſtat ipſum habere plus vacui & nõ eſſe leuius, niſi habeat minus pleni, ob id.n. & ignẽ leuiſſimũ eſſe aſſerunt, qa vacui plurimũ habeat nõ attendẽtes ad pleni rationẽ, ꝓpterea dat Ariſt. quaſi abſurdũ, & inquit. Accidet igiť magnũ aurũ, videlicet millecuplũ plus habens vacui aliquo modico igne, videlicet, pedali, leuius eſſe illo paruo igne, addit ꝓpter hoc & correctionẽ D, niſi & ſolidũ ipſum habuerit multiplex, quare hoc eſt dicendum, atqꝫ addendum eorum cauſæ.

Auer. commen. 14. Auer. autẽ ait apud antiquos trifariã intelligi aliquod corpus eſſe altero leuius penes vacuũ & plenũ. Aut quia abſolute plus habet vacui nulla rõne habita ad partes pleni. Aut qa plus habet vacui, & pleni minus, aut quia proportio vacui ad plenum eſt maior qꝫ ſit in ipſo graui, vt ſi proportio in A leui, vacui ad plenũ eſſet quadrupla ad eã, quæ eſt in B corpore graui vacui ad plenũ, vt ſi eẽt dupla, & ita ſm Auer. Ariſt. oſtendit antiquos aſſignaſſe primũ modum, quẽ inſufficiẽtẽ eſſe probat per exemplũ de magno auro ad paruũ ignẽ, vt in tex. oſtendimus. Vltimo Auer. notat cõtra hanc poſitionẽ, qꝫ ſi penes plus vacui attenderetur leuius, tunc aliquod eſſet leuius & grauius, qa ratione habita ad maius eſſet graue, quia minus vacui haberet, ratione habita ad minus eſſet leue, quia plus vacui haberet, & ita idem eſſet graue & leue.

Præterea Verbũ additum. Dicere Verbũ additum.

Hi igitur, qui quidẽ non dicunt vacuũ eſſe, nihil de leui grauiqꝫ determinant, vt Anaxagoras, & Empedo. Qui vero determinarunt quidem, non autem vacuũ eſſe dixerunt, non differuerunt, cur alia corporum leuia, alia grauia ſint, & alia quidem ſurſum, alia autẽ deorſum ſemper ferantur. Præterea non recordati ſunt dicere, quædam quæ ſunt mole maiora, eſſe leuiora corporibus minoribus, neqꝫ patet ex his quę dicta ſunt, quo nam pacto fiet, vt ipſi conſentanea dicant his, quæ apparent.

Expoſitio. Nunc quaſi epilogando opiniones veterũ breuibus reſumit, et inquit. Hi quidẽ igitur qui nõ dicunt vacuũ eſſe, ſupple bipartiti ſunt, qa alij nihil de graui & leui determinant, vt Anaxagoras, & Empe. Alij vero determinarũt. Sed qui determinarunt quidẽ, non aũt vacuum eſſe dixerunt, nõ differuerunt, cur alia corporum leuia, alia grauia ſint, & cur alia quidem ſurſum, alia autẽ deorſum ſemper ferantur. Præterea nõ recordati ſunt dicere, quædam quę ſunt mole maiora, eſſe leuiora corporibus minoribus. Prę terea, etiam neqꝫ patet ex his quæ dicta ſunt, quo nam pacto fiet, vt ipſi conſentanea dicant his, quæ apparent. Eſt enim ratio phyſica ſemper his quę apparet conformis, vt Ariſto. & Auer. cęteriqꝫ peripatetici præcipiunt. Quare eorum diminutiones ex his patent.

Auer. commen. 15. Auer. aũt opiniones diſſecuit in tres, qa alij nõ dicebãt vacuum eſſe, & etiã nihil dicebãt de cauſa grauis & leuis. Alij nõ dicebãt etiã vacuũ eſſe, et locuti fuerũt de cauſa grauis et leuis, verũ nõ aſſignarũt cauſam, cur hoc leue ſit ſimpľr, illud aũt graue. Quidã aũt dixerũt vacuũ eſſe, & etiã aſſignabãt cauſam grauis & leuis, non qdẽ ſimpľr, ſed in reſpectu. cõtra primas duas opiniones, vt Auer. ait, Ari. obijcit, qꝫ illę non poſſunt reddere cauſam eorũ quę apponunt, Apponũt aũt alia ſemp ſurſum, alia ſemp deorſum ferantur, & etiã qꝫ quędã maiora ſunt minoribus corporibus leuiora. At tertia poſitio bene põt horũ cauſam reddere, tñ cauſam grauis & leuis ſimpliciter aſſignare nõ poteſt.

Neceſſe eſt aũt etiã eos, qui plus vacui habere, de ignis leuitate cauſam aſſignant, in eaſdẽ

A quaſi difficultates incidere. Minus quidem.n. cæteris corporibus ſolidi, & vacui plus habebit, & tamẽ erit ignis aliqua multitudo, in qua ſolidũ, & plenũ, ea ſolida quæ continenť in aliqua parua multitudine terrę exuperabunt. Incidere i(n) eaſdem rationes.

Obijcit igitur nunc Democrito & Leucippo, qa eius data poſitione aliquod corpus graue habebit plus vacui & minus pleni aliquo alio corpore leui, & ita ſequitur graue eſſe leue. Deduciť, nã ſit A magna gleba ignis, vt mille pedum, & B ſit parua portio terrę, vt vnius pedis, quo in caſu ſequitur A ignem eſſe grauiorem terra. deduciť, quia A habet plus vacui & minus pleni, plus quidẽ vacui, quia eſt corpus maius, minus pleni, non dico ipſo B, ſed ratione habita ad vacuum. Inquit. Neceſſe eſt autem etiam eos qui plus vacui aſſignãt pro cauſa leuitatis ignis in eaſdem quaſi difficultates incidere, in quas compulſi ſunt Platonici. Deducit, & inquit. Minus quidem enim cæteris corporibus ſolidi & vacui plus habebit aliqua multitudo B ignis in qua, tam ſolidum qꝫ plenum ea ſolida quæ in parua terra ſunt, exuperabit. Et ita ſolidum ignis magni erit maius ſolido paruę terrę, & eadem ratione vacuum ignis magni erit plus vacuo paruæ terræ, & ita ſequitur ignem magnum eſſe grauiorem parua terra, quia plus ſolidi habet, penes quod attenditur grauitas. Sequitur etiam leuiorem eſſe, quia plus vacui habet, & ita idem ignis erit leuior & grauior reſpectu eiuſdem.

Si autem & vacuũ dixerint, quo nã modo definiẽt ſimpliciter graue. Aut.n. eo quod ſolidi plus habeat, aut eo quod minus vacui.

Apud iuniores, hæc eſt ſecunda ratio contra Democri. ſed apud me, hæc non differt à prima ratione, niſi quia vigoroſius componitur, proponit ergo primo diuiſionem, & lege ſic, aut graue dicitur, quia plus ſolidi habet, aut definitur graue, quia minus vacui habeat, hanc diuiſionem C proponit, inquit. Si autem & vacuum dixerint & conceſſerint eſſe corporibus comprehenſum, vt re vera Democri. & Leucippus tenent, quærit quo nam modo definient ſimpliciter graue. Aut enim eo quod ſolidi plus habeat, aut eo quod habeat minus vacui, concedentes igitur vacuum imbibitum corporibus dupliciter poſſunt definire, graue ſimpliciter, aut dicẽdo graue eſſe, quod plus habet ſolidi, aut dicendo graue ſimpliciter eſſe, quod minus vacui habet, hanc ergo diuiſionem proponit.

Siquidem igitur hoc dicẽt, erit aliqua terræ multitudo ita parua, vt in ea ſit ſolidi minus qꝫ magna in multitudine ignis. Similiter autẽ ſi vacuo definierint, erit aliquod, quod ferť ſemper deorſum, leuius eo quod eſt ſimpliciter leue, & quod ſemper ſurſum fertur. Hoc autem eſt impoſſibile, id enim quod eſt ſimpliciter leue, D ſemper eſt leuius eis, quæ grauitatẽ habẽt, & quę deorſum feruntur. Id vero quod leuius eſt non ſemper leue eſt. Propterea qꝫ & in his quæ grauitatem habent, aliud alio leuius dicitur eſſe, vt aqua, terra. Multitudo. Magnitudo.

Ex data diuiſione nunc ſyllogizat ſic, nam ſi graue definierint ex eo quòd plus habet ſolidi, tunc magnus ignis erit grauior parua terra, habet enim plus ſolidi. Si autem definierint, ex eo quòd habet minus vacui, tunc parua terra erit leuior magno igne, habet enim minus vacui, quæ omnia ſunt abſurda, vt inquit. Dicit ſiquidem igitur hæc dicent, ideſt ſi graue eſt, quod habet plus ſolidi, erit aliqua terræ multitudo ita parua, vt in ea ſit minus ſolidi, quàm ſit in magna aliqua ignis multitudine, & ita ſequetur magnum ignem eſſe leuiorem terra aliqua.

Deinde deſtruit ſecundum membrū,& inquit. Similiter aūt ſi vacuo definierint dicētes graue eſſe, ꝙ minus vacui habet, idē vt prius eueniet, ideo ait, erit aliquod, quod fertur ſēꝑ deorſum, leuius eo quod eſt ſimpliciter leue, & quod ſemper ſurſum fertur, quia ſequeť paruam terrā eſſe leuiorem magno igne, cum minus vacui habeat, quæ parua eſt ſimpliciter grauis ſemper deorſum mobilis, oſtēdit hoc eſſe impoſſibile, & inquit. Hoc autē eſt impoſſibile, id enim quod eſt ſimpliciter leue, ſemper eſt leuius his quę grauitatem habent, & his quæ deorſum feruntť ſemper. Id vero, quod leuius eſt.ſ.in reſpectu, non ſemper leue eſt ad omnia, propterea ꝙ in his quæ grauitatem habent, vt miſta, vel ſimplicia, quæ ſunt grauia in reſpectu, aliud alio leuius dicitur eſſe, vt aqua leuior eſt ꝗ̄ ſit terra.

Patet igitur quodlibet membrum dictæ diuiſionis eſſe impoſſibile, & ita graue, nec paucitate vacui, nec multitudine ſolidi definiri poteſt.

At vero nec eo ꝙ vacuum rationem habet ad plenum: ſufficiens eſt ſoluere dubitationē, quæ nunc dicta eſt. Accidit.n.hunc modū dicentibus, ſimiliter idem impoſſibile. In maiore.n.igne atq; minore eandem ſolidum ad vacuum rationē habebit. At maior ignis ſurſum celerius fertur minore, & rurſus maius aurum plumbumq; ſimiliter deorſum. Similiter autē & cæterorū vnumquodq;, quę grauitatem habent. At hoc accidere non oportebat, ſi hoc pacto graue, leueq; eſt definitum.

Vt Auer. dixerat trifariam intelligi poteſt definitio leuis data ab antiquis, vno modo, vt leue ſit in quo plus vacui eſt. Alia in quo plus vacui & minus pleni. Tertia in quo maior eſt proportio vacui ad plenum. Vt ignis eſt leuior terra, quia vacui ad plenū in igne eſt proportio centupla, in terra vero eſt proportio dupla. Declarauit hactenus leue non eſſe, in quo plus vacui eſt, & declarauit leue non eſſe, in quo plus vacui & minus pleni, at nunc declarat leue nō eſſe, in quo maior eſt proportio vacui ad plenum, qm̄ in magno igne & paruo vacui ad plenum eadē eſt proportio, quia vtrobiq; centupla, ſunt.n. paruus & magnus ignis eiuſdem ſpeciei, & ita proportio ęqualis & eiuſdē ſpeciei. Quo dato, tunc æque velociter paruus & magnus ſurſum mouerenť, quod eſt cōtra ſenſum. Videmus.n. ignē magnum celerius ſurſum ferri. Inquit. At vero, nec eo ꝙ vacuū rationē habet ad plenū talem & maiorem ſufficiens eſt ſoluere dubitatinnē, quæ nunc dicta eſt. Et oſtendit cauſam dicens, accidit.n. hunc modū dicentibus, ſimiliter idē impoſſibile. Et exponit illud D. In maiore.n. igne atq; minore eandē ſolidum ad vacuum rationē habebit, ſunt enim ambo eiuſdē ſpeciei. Deſtruit hoc dicens, at maior ignis ſurſum celerius minore fertur, & rurſum maius aurū plumbūq; ſimiliter deorſum celerius feruntur minoribus, ſimiliter aūt & cæterorū vnūquodq;, quæ grauitatem habent, ſemper.n. maius celerius ferť minore. At inqt, hoc abſurdū, videlicet, ꝙ ęque mouentur paruus ignis & magnus ſurſum accidere nō oportebat, ſi hoc pacto recte definitū eſt graue leueq;, nā bona diffinitio ſoluit abſurdū, & nō illud inducit, quare nō recte definitū eſt leue, quod ſit illud in quo maior eſt proportio vacui ad plenum, trahit enim hæc definitio abſurdum.

Auer. comen. 14.

Auer. aūt abbreuiat rationē ſic, dicētes vacuū eſſe cauſam leuitatis coguntť dicere, aut leue eſſe illud, in quo eſt paucū de pleno, graue eſt illud in quo eſt multū de pleno. Aut illud leue, in quo eſt multū de vacuo, & graue, ī quo paucū de vacuo, aut leue eſt, in quo vacui ad plenum eſt maior ꝓportio, & graue in quo pleni ad vacuū eſt maior proportio. Si dicūt leue eſſe, in quo eſt paucū de pleno, tunc terra parua eſſet leuior magno igne, nā in ea eſt paucum de pleno, quod eſt abſurdū. Si dixerint leue eſſe, in E quo eſt multū de vacuo, tūc magna terra eſſet leuior igne paruo, nā in ea eſt multū de vacuo, & multo plus q̄ in paruo igne. Si dixerint leue eſſe, in quo vacui ad plenū eſt maior proportio, tunc velocitas magni ignis, & velocitas parui ignis eſſent ęquales quod eſt cōtra ſenſum, cū ignis magnus velocius ferať ſurſum igne paruo, cōſequētia vero patet, qa ſunt eiuſdē ſpeciei, et ita proportio eſt eadē, ecce qūo Auer. has tres rōnes reduxit ad vnā hypotheticā diuiſiuā, cuius ſunt tria mēbra, quę per ordinē ſunt cōfutata. Animaduerſione dignū, primo ſm Auer. ꝙ aqua & terra ſunt eiuſdē generis grauis ſimplr, ſed differūt ſm magis & minus, & ſimiliter ignis & aer qui ſunt ex genere leuis ſimplr. Leue aūt ſimpliciter, & graue ſimpliciter non ſunt eiuſdē generis. Ex hoc infert Auer. eſſe impoſſibile vt pars alicuius eorū.ſ.ignis ſit grauior in cōparatione ad aliquā partē alterius.ſ.terræ. ver. g. qa impoſſibile inuenire eſt partē terrę leuiorem parte ignis, & grauiorē aliqua parte ipſius.ſ.terræ. Et impoſſibile eſt inuenire partem F ignis leuiorem parte ignis, & minoris leuitatis ꝗ̄ alterius partis ſit leuitas, & ſilr impoſſibile eſt inuenire aliquā quātitatē terrę grauiorē alia parte ſuiipſius, & leuiorē alia partē ſuiipſius. Addit ꝙ ſimiliter in medijs eſt aliquod grauius & leuius reſpectu extremorū, vt aqua eſt leuior terra, licet vtraq; ſit grauis et grauior aere, & aer nō eſt de genere grauis. Rurſus dicendū eſt, ꝙ aer eſt grauior igne & leuior aqua, & nō eſt ex genere grauis. Ex his infert ſecundo graue et leue in reſpectu dici dupliciter, aut in eodē elemēto, ſed ſm differentiā magnitudinis, vt maior terra eſt grauior minore, verbi cauſa, bipedalis eſt grauior pedali, & leuior tripedali. Aut in diuerſo elīto, & ſic aqua eſt grauior aere, & leuior terra. Sed occurres cōtra hęc, dixit.n. ignē & aerē eſſe eiuſdē generis leuis ſimpliciter, & terrā & aquā eſſe eiuſdē generis grauis ſimpliciter. Addidit aūt hęc nō differre, niſi ſm magis & minus. Huius occaſione nonnulli tenent grauitatem terræ & aquæ eſſe eiuſdē ſpeciei, & nō differre, niſi ſm magis & minus, ſimiliter leuitatē aeris & ignis. G Sed reuera iſti errant, qa motus iſtorū differunt ſpē, vt patet ex differentia terminorū ad quos, ergo naturę differunt ſpē, & ita ignis & aer differunt ſpē leuitatis, & terra et aqua differunt ſpē grauitatis.

Dubitatio.

Tunc ad dubitationē reſponderē ſaluo meliori iudicio, ꝙ cum Auer. ait, ignē & aerē eſſe generis leuis ſimplr, nō intelligit, ita vt aer ſit ſimpliciter leuis, & ad omnia, ſed ſe tenere cum genere leuiū. Et cū addit ea differre ſm magis & minus, intelligit ſm perfectius & imperfectius in genere, nō aūt in ſpecie, velut muſca & homo in genere aīalis.

Secūda ſolu. Prima ſolu.

Quo vero ad verba attinet debes ſcire, ꝙ illa verba, nec eo ꝙ vacuū rationē habet ad plena. Auer. duplr exponit, vno mō ꝙ Ariſt. hęc verba referat ad grauia et leuia in reſpectu. Alio mō ꝙ referat ipſa ad grauia & leuia ſimplr. quas expoſitiōes reputo extra rē, cū nihil faciāt ad verba Ariſt. & minus ad ſenſum, vt ex noſtra expōne patuit.

Abſurdum autem eſt, & ſi ob vacuum quidem ſurſum feratur, vacuum autem non.

H Secūdo principalr obijcit Democrito & Leucippo, qa iſti dixerunt graue ferri deorſum ob plenū, leue vero ſurſum ob vacuū, contra obijcit, quia abſurdū eſt dicere leue ferri ſurſum ob vacuū, & vacuum ipſum nō ferri, nec ſurſum, nec deorſum. Inquit. Abſurdum autē eſt, & ſi ob vacuum quidem ſurſum fertur, ſupple leue, vacuum autem non fertur, ſupple ſurſum, immo nec deorſum.

Expoſitio.

Præterea, ſi vacuum quidē ſurſum aptū eſt ferri, plenum vero deorſum, atq; ob hoc cęteris ſunt cauſa lationis vtriuſq;, nihil de cōpoſitis conſiderare oportebat, quā ob cauſam, hęc quidē corporum grauia, illa vero leuia ſunt. Sed de his ipſis dicere, cur alterum quidem leue, alterum vero grauitatem habet.

Præterea At vero.

Tertio

Tertio principaliter obijcit ſic, ſi vacuū quidē ſurſum aptum eſt ferri, plenū vero deorſum, ita vt propter hoc cęteris corporibus ſunt cauſa lationis vtriuſq;, vacuū quidē lationis quę fit ſurſum, plenum vero lationis, quæ fit deorſum, hac ratione valet, quia vacuū aptū eſt ſurſum ferri, plenū vero deorſum, tunc eos nihil de cōpoſitis ex vacuo & pleno cōſiderare oportebat, quā ob cauſam, hæc quidē grauia de numero corporū ſint, illa vero leuia. Sed de his ipſis vacuo & pleno oportet dicere, cur alterū quidē leue eſt, videlicet vacuum, alterū vero graue eſt, vel grauitatem habeat.

Vis rōnis.

Eſt ergo vis rationis, ſi corpora cōpoſita ex vacuo & pleno ſunt alia leuia, quia habeāt plus de vacuo, quod aptum eſt ferri ſurſum, illa grauia, quia habent plus de pleno, quod eſt aptum ferri deorſum, fruſtra eſt quæſtio de compoſitis, cur eorum alterum eſt leue, & alterum graue, ſed quęſtio debet eſſe de vacuo, cur ipſum eſt leue, & de pleno, cur ipſum eſt graue, qua quæſtione definita, mox patebit quæſtionis ſolutio de compoſitis, at nec Democri. nec Leucippus quæſtionem de ipſo vacuo & pleno B **determinarunt, ideo inſufficienter locuti ſunt de grauibus & leuibus ipſis. Hæc eſt vis tertiæ rationis.**

Inſuper Etiam

Et inſuper quę nam eſt cauſa, vt plenum vacuumq; non diſtent.

Quarto obijcit eiſdē, quia ſi vacuū ſuapte natura aptū eſt ſurſum ferri, plenum aūt deorſum, tunc in cōpoſitionē venire non poſſent, qa cum ſint motuū contrariorū, mox diſtarent, vacuū quidē ſurſum ſe mouendo, plenum autē deorſum.

Dubitatiōes Prima.

Sed circa hęc ſunt duę dubitationes, prima eſt contra ſecundā rationē, erat. n. prima ratio, q; ſi aliquod corpus moueſ ſurſum, ꝓpter vacuū, oporteret etiā vacuū ſurſum moueri ſuapte natura, cum contrariū videaſ, eo q; nec ſurſum, nec deorſum aptū eſt ferri. Cōtra hāc rationem, quia ſm veritatē graue mouetur deorſum ob grauitatem, & leue ſurſum ob leuitatem, & tamē nec grauitas, nec leuitas eſt apta per ſe moueri aliquo modo.

Reſpondet. Auer. commen. 17.

Reſpondet Auer. in cōmē. q; nō eſt ſimile de vacuo, et de leuitate, nā vacuū eſt corpus trina dimenſione affectū. C Leuitas vero & grauitas nō eſt corpus, ſed forma ſubſtantialis, modo eſt regula ſeptimo & octauo phyſi. nihil moueri poſſe ab aliquo corpore motu locali, quin illud corpꝰ è quo moueſ, moueaſ. Poteſt tn̄ aliquod moueri à ſua forma, quæ tn̄ non moueſ per ſe.

Secunda dubita.

Secunda dubitatio eſt cōtra quartā rationē, arguit. n. ſi vacuū eſſet aptum ferri ſurſum, plenū vero deorſum, tunc hæc non poſſent venire in cōpoſitionē, qa mox ſepararenſ. cōtra, qa à pari graue & leue nō poſſent venire ad mixturā, quia mox diſiūgerenſ.

Solutio.

Rn̄dent iuniores & ſapidè, nō eſſe ſimile propter duas cauſas, prima eſt, quia elēta nō ſunt actu in miſto, ſed vel virtute, vel remiſſa, et quaſi poteſtate. Secūda cauſa eſt, quia à forma miſti determinanſ, atq; in vnione ſeruātur.

Hæ autē duę cauſę locum non habent in vacuo & pleno. Primo, quia vacuum et plenū non poſſunt, niſi actu eſſe in compoſitis. Secundo, quia non poſſunt à forma miſta determinari, & ita inter hæc nulla eſt ſimilitudo.

Præterea Autem Locus Regio Locum Regionem.

Præterea rationi diſſonū eſt, & vacuo locū facere, quaſi ipſum locus quidam non ſit. D

Quinto obijcit, quia tunc vacuū eſſet in loco velut corpus compoſitum, cuius eſt pars. Hoc autem falſum eſt, quia vacuum eſt ſm eos locus, & ita ſi eſſet locus, tunc loci eſſet locus, & ita procederetur in infinitum. Inquit. Pręterea rationi diſſonum eſt, & vacuo locum facere quaſi ipſum vacuum locus quidam non ſit. Modo hoc eſt falſum, quia ſecundum eos vacuum locus eſt.

Pręterea, ſi vacuū moueſ, eſſe quēdā ipſius locū e quo, & ad quem mutatur neceſſe eſt.

Sexto obijcit eis, quia dixerunt moueri vacuum ſm locum. At arguit, ſi vacuum mouetur ſecundum locum, oportebit eſſe aliquem locum è quo mutatur, et aliquem, ad quē mutatur, quia omnis motus eſt de termino à quo A in terminum ad quē, modo hoc eſt impoſſibile, eſt enim vacuum, vt dicunt, infinitum totum occupans.

Præterea Ad hæc.

Præterea, quæ nam eſt motus cauſa, non. n. vacuum ipſum iam, non enim ſolum ipſum, ſed etiam ſolidum mouetur.

Septimo obijcit, q; tunc nō erit aliqua cauſa vna, et ſimplex oībus motibus cōmunis, nā talis cauſa nō eſt vacuū ipſum ſolū, qua cūcta mouenſ, quia etiā ſolidū moueſ, nec ſolidum tm̄, quia etiā vacuum moueſ, quare nihil pōt eſſe cauſa ſola motus, quæ ſit omnibus cōmunis motibus.

Auer. commen. 18.

Auer, cōmento pręſenti facit has cōſequētias, ſi vacuū eſt principiū motus, ergo debet habere qualitatē motiuā naturalē, ſi vacuū habet naturā propriā, ſiue qualitatē naturaliter motiuā, tunc vacuum non eſſet vacuū. Hę conſequētiæ valent, pręſuppoſita definitione vacui. Vacuū. n. eſt dimēſio corporea ab omni qualitate motiua ac alteratiua abſoluta, quo dato valet prima cōſequētia, quia ſi vacuū eſt principiū motus, videlicet ſurſum, ex quo ſua natura non limitaſ magis ſurſum q̄ deorſum, oportet ipſum aliq̄ naturā includere, qua limiteſ ad motū ſurſum. Et ſic patet prima, qua cōceſſa, ſequiſ ſecunda, quia ſi vacuū includit aliquā naturā ſiue qualitatē motiuā, videlicet, grauitatē vel leuitatē, tunc vacuū nō eſſet vacuū, vt patet ex eius definitione.

Dubitatio.

Circa hæc dubitabis, quia dictū eſt, vacuum eſſe principiū, motus ſurſum, & plenū deorſum, & ideo quęrebat Ariſt. cauſam, cur vacuū ſurſum & plenū deorſum mouet, & cum nō poſſit aſſignari cauſa, iure viſi ſunt errare.

Solutio.

Propterea dubitaſ, quia à pari hæc ratio poteſt aptari contra Ariſt. quęrerē. n. quare grauitas mouet deorſum, & leuitas ſurſum. Quod ſi dicas, qa leuitas eſt leuitas, & grauitas eſt grauitas, à pari dicerē, ideo vacuū mouet ſurſum, quia eſt vacuū, & plenum deorſum, quia eſt plenū. Poteſt dici nō eſſe ſimile, quia vacuum eſt dimenſio ac quantitas abſoluta nullā ſibi limitans actionē, quantitas. n. non eſt de principijs actiuis. At grauitas & leuitas ſunt qualitates, quæ poſſunt eſſe de principijs actiuis ſaltem motiuis, & ſic nulla poteſt aſſignari cauſa, cur grauitas deorſum & leuitas ſurſum mouet, niſi quia ſunt qualitates ſic motiuæ, vacuum autem & plenum cum nō ſint qualitates motiuæ, habent quæſtionē, cur vacuū ſurſum, & plenum deorſum mouet. Et ſic patet ſolutio.

Similiter aūt euenit, & ſi qſpiā aliter definit magnitudine, paruitateq; faciens grauiora, leuioraq; altera alteris, & alio quouis modo aſſignās, modo eadem oībus materia aſſignetur, aut plures quidē, ſubcōtrariæ tamen ſolum.

Expoſitio.

Fuerunt quidam qui cauſam grauitatis & leuitatis aſſignarunt magnitudinē ac paruitatem materiæ, ſiue illa ſit vna, ſiue ſint plures, dixerunt. n. graue eſſe, cuius materia eſt magna, ſiue ſit vna, vt aer, vel aqua, vel ignis, vel horū medium, ſiue plures, vt quatuor elementa, leue aūt, cuius materia eſt parua, etiā ſiue vna, ſiue plures. Inquit. Similiter autem euenit abſurda dicere, & ſi quiſpiam aliter definit graue & leue, faciens grauiora leuioraq; altera alteris magnitudine paruitateq; materiæ, modo eadē omnibus grauibus ac leuibus materia aſſignetur, aut plures quidē, ſubcontrarię tamen ſolum, nam ſi non ſint contrarię, non poſſent agendo, ac patiēdo reduci ad vnum mediū, quod ſua magnitudine facit graue. Et ſua paruitate facit leue, ſumit autē hic ſubcontraria non, vt in dialeticis pro his propoſitionibus, quę ſub ipſis contrarijs continentur, ſed pro his contrarijs, quæ ſub inuicem agunt & patiunſ. Quare emergit alia poſitio, quæ vult graue eſſe, cuius materia eſt magna, & leue, cuius materia eſt parua, & hoc ſiue materia ſit vna, vt aer, vel ignis, vel aqua, vel horū mediū, ſiue materia ſint plura, vt quatuor elēta, mō ſint contraria quę agēdo ac patiendo reducanſ ad vnū, quod ſua magnitudine graue, ſua paruitate leue facit, inquit. Etiam huic poſitioni accidere abſurda dicere, vt poſtea enumerabit.

Quo vero ad verba attinet, debes ſcire qđ dixit{Aut plures quidẽ, ſub contrariæ tñ ſolum}propter eos qui poſuerunt vacuũ & plenum materiã omniũ grauiũ & leuiũ. Iſti.n. nõ faciunt graue & leue magnitudine & paruitate materiæ, quĩ vacuũ & plenũ non ſunt vna materia formaliter, nec reductiue, cũ nõ poſſint agẽdo patiẽdoue reduci ad vnũ. nõ.n. ſunt ſub cõtrariæ, licet fortaſſe cõtrariæ, faciunt aũt graue multitudine pleni, leue vero multitudine vacui. At q ponunt plures materias ſubcõtrarias, hoc eſt ſibiinuicẽ agẽtes ac patiẽtes, faciunt graue & leue magnitudine & paruitate materiæ, qa cũ illæ materię ſint cõtrariæ poſſunt agẽdo patiendoue reduci ad vnã materiã, vel mediũ vnũ, quod ſua magnitudine facit graue, & ſua paruitate facit leue. Hinc patet tres eſſe poſitiones, aut eorũ qui vnã fecerunt omniũ materiã, aut eorũ, qui fecerũt plures, ſub cõtrarias tñ, aut eorum, q fecerũt plures & cõtrarias, q fecerunt vnã materiã, hi graue dicũt eſſe, cuius materia eſt magna, leue vero, cuius materia eſt parua. Qui fecerũt plures ſub cõtrarias, iſti etiã magnitudine materiæ graue, paruitate aũt leue effecerũt, verũ nõ niſi poſtq̃ illæ reductę ſunt ad vnũ mediũ. At q oĩno cõtrarias materias dixerũt, aliter graue & leue definierũt. Differũt.n. graue eẽ, cuius plenũ eſt maius, leue vero, cuius vacuũ eſt plus.

Aliquid
Hoc
τό
Accidit
Verbũ additum.

Nam ſi vna quidem ſit, nõ erit aliquid ſimpliciter graue & leue, vt his accidit, qui ex triãgulis conſtituunt.

Obijcit aũt his opinionibus per ordinẽ, & primo poſitioni, quę dicit materiã vnã facere graue, & leue magnitudine & paruitate ſua, nã ſi ita eſt, nihil erit ſimpliciter graue, ſed ſolũ reſpectu illius, cuius materia eſt magna, nihil erit ſimplr leue, niſi reſpectu illius, cuius materia eſt parua, & ſic nihil graue, nihilq; leue erit ſimplr, vt his etiam accidit platonicis, qui ex triãgulis elementa ipſa grauia, leuiaq; conſtituunt, vt fuit abunde ſuperius deductum.

Sinautem cõtrariæ ſint, vt hi qui vacuũ plenumq; dicunt, nõ erunt aliquã ob cauſam ſimpliciter grauiũ et leuiũ intermedia grauiora, leuioraq; inuicẽ atq; his, quæ ſimpliciter ſunt.

Secundo obijcit his, qui fecerũt materias cõtrarias, vt vacuum & plenũ, quia (vt dictũ eſt) iſti non poſſunt aſſignare cauſam, quare intermedia elemẽta, quæ ſunt aer & aqua ſunt grauiora, leuioraq; inuicem, vt aer leuior aqua, & aqua grauior aere. Nec poſſunt aſſignare cauſam, quare hæc intermedia ſint leuiora & grauiora his, q̃ ſunt ſimpliciter grauia & leuia, non.n. pñt aſſignare cauſam, cur aer & aqua ſunt grauiora igne, & leuiora terra, vt dictum eſt ſuperius. Deductũ eſt.n. ſuperius ad hãc opinionẽ ſeq magnã terrã eſſe leuiorẽ parua aqua, quia in ea eſt plus de vacuo, & magnum aerẽ eſſe leuiorẽ igne eadẽ ratione.

Aſſimilatur
Conuenit
Videtur
ἐοικε
Aliquod
Suppletũ verbum.
Secũdũ verbũ ſuppletũ.
Poteſt
Contingit.

Magnitudine autem paruitateq; definire, figmento quidẽ aſſimilatur magis q̃ aliquod priorum, ſed quia differentiã ſecundũ vnumquodq; quatuor elementorũ facere poteſt, ſecurius ad anteriores dubitationes ſe habet.

Refellit opinionẽ eorum, qui ſubcõtrarias effecerunt materias, iſti.n. dixerunt materias eſſe quatuor elemẽta, quæ reducta actione paſſioneq; vna erant oĩum grauium leuiumq; materia, quæ poſtea magnitudine graue, paruitate leue faciebat, obijcit aũt huic, quia ſic definire graue, atq; leue aſſimilaẽ magis figmento, q̃ aſſimiletur aliquo priorũ, quæ ab antiquis dicebanẽ. Addit tñ, quia ſaluat differentias elementorũ quatuor, ignis videlicet, et aquę, & aeris, & terræ, ſic opinari ſecurius ſe habet ad anteriores dubitationes. Inqt, magnitudine aũt paruitateq; definire, vt definiunt, qui materias ſub cõtrarias ponunt figmento quidẽ aſſimilaẽ magis, q̃ aſſimiletur aliquod eorũ, quę dicta ſunt à prioribus, aſſimilaẽ quidẽ figmento, quia reuera nõ poſſunt quatuor elẽta adeo reduci, vt ſubeant

E rationẽ vnius materiæ, quę poſtea poſſit magnitudine & paruitate facere graue & leue, & ſic videẽ colorata poſitio, nullũ habens fundamentũ. Addit in quo hęc poſitio eſt pręferenda, & inqt. Sed qa ſic definire põt facere differentiã ſm vnũquodq; quatuor elẽtorũ (nã tenet quatuor elemẽta eſſe formaliter diuerſa, vnum tñ reductiue) ideo ſupple, ſic definire ſecurius ſe habet ad anteriores dubitationes, quæ ſunt motæ in principio de graui & leui.

Accidit
Verbũ additum.
Derelinqui
Deſicere
Poſſemus ferri.

Ei vero qui vnã facit naturã eorũ, quæ magnitudine differũt, idẽ accidere quod his accidit, q vnã faciunt materiã neceſſe eſt, & neq; leue quicq̃ ſimpliciter eſſe, neque ferri ſurſum, ſed aut derelinqui, aut extrudi, & multa parua paucis magnis grauiora eſſe. Quod ſi hoc erit accidet magnum aerem, magnumq; ignem aqua terraq; parua grauiorem eſſe, quod qui-
F dem eſt impoſſibile. Ea igitur, quæ ab alijs dicta ſunt, hæc ſunt, & hoc modo.

Expoſitio.

Redit nunc ad opinionẽ Pla. qui vnam facit naturã omnium eorũ, quę magnitudine differũt, quæ natura eſt triãgulorum & ſuperficierũ. Hac.n. cõſtare omnia magna & parua. ſ. grauia & leuia autumat. Obijcit.n. primo huic opinioni generatim per hoc, qa accidunt illi omnia abſurda, quæ accidunt his tribus poſitionibus, quas nũc expoſuimus, & inqt. Ei vero, qui vnã facit naturã eorũ grauiũ & leuiũ, quæ magnitudine differunt, idẽ abſurdũ accidere, quod his accidit, qui vnã faciunt materiã, vel formaliter, vel reductiue neceſſe eſt. Et qa generatim dixit eadẽ abſurda Platoni accidere, quæ accidunt alijs, ideo ſpeciatim illa exponit per ordinẽ. Primũ, q; nihil ſit ſimpliciter leue, & nihil ſimpliciter graue, hoc fuit deductũ, quia ſimpliciter leue & ſimpliciter graue differunt ſpecie, at in eadẽ natura triãgulorũ nõ poteſt aſſignari differentia ſpe-
G cifica, vt patet, inqt, & neq; leue quicq̃ ſimpliciter eſſe, et ſupple, neq; graue. Secundũ abſurdũ eſt, nihil ferri ſimpliciter ſurſum vel ſimplr deorſum, ſed aut derelinq, aut extrudi. Tenet hæc cõſequentia, quia nihil eſt ſimpliciter graue, & nihil eſt ſimpliciter leue, ideo nihil poteſt ſimpliciter ſurſum ferri, & nihil ſimpliciter deorſum, quo dato omnia mouebuntur, aut derelicta, aut extruſa, quomodo violenter mota moueñ, proiecta.n. mouentur deficiendo, quia procul à motore deficiunt in motu & moueñ extruſa, quia expulſa, quo ſit, vt verbũ{aut}teneatur expoſitiue, inquit, neq; ferri ſurſum ſimpliciter, neq; deorſum, ſed aut derelinqui, aut pro.i. extrudi, atq; expelli.

Auer. commen. 2 9.

Auer. tñ per derelicta intelligit ea quæ moueñ cõſtrictione facta ab inferiore, vt apparet in bombardis, & per extruſa intelligit pulſa à ſuperiori, vt proiecta tonitrua, et eiuſmodi. Tertium abſurdũ eſt, q; poſitione Pla. data tunc multa parua eſſent grauiora paucis magnis, nam ex pluribus paruis reddi põt vna magnitudo adeo excellẽs,
H vt exuperabit pauca magna, velut centũ argentei exuperant, vi. ducatos, & ita illa plura parua erũt grauiora paucis magnis, quare graue nõ erit ob magnitudinẽ naturæ, nec leue ob paruitatẽ, quo dato tũc magnus aer, et magnꝰ ignis erit grauior parua aqua & parua terra, inqt. Et multa parua paucis magnis ſequiẽ grauiora eſſe. Quod ſi hoc erit vt dicit, accidet magnũ aerẽ magnũq; ignẽ, aqua terraq; parua grauiorẽ eſſe, cũ multa pauca habeãt, quæ excellunt pauca magna, quod quidẽ (vt ait) eſt impoſſibile, demũ epilogat, & inquit. Ea igiẽ quæ ab alijs dicta ſunt, hæc ſunt, & hoc modo dicta ac cõſurata. Auer. aũt reducit poſitiones ad normã, quia de elemẽtis nõ eadẽ ratione veteres dixerunt. Nã alij dixerũt quodlibet eorũ eſſe ſimplex, & nõ cõpoſitum addentes illa eſſe elẽta cæterorũ, vt Empe. & eius ſectatores. Alij dixeruerũ mediorum eorũ eſſe tale, cæteraq; ex illo cõſtare. Verum quid illud ſit, non eodem modo ſentiunt, nam alij alterũ mediorum

facıunt

faciunt aerem videlicet, vel aquā, Alij alterū extremorū ignē, vel terrā, Alij quintū corpus denſius igne, craſſius vero aqua. Sunt & alij, q elementa quatuor nō ſimplicia, ſed cōpoſita faciunt, verum Platonici ex ſuperficiebus, et triāgulis, Democritici ex atomis, Alij ex pleno & vacuo, vt democritici & Leucippici. Ex his emerſerunt opiniones de graui & leui, nā qui poſuerunt vnā oīum grauium & leuium materiā, graue & leue definiūt magnitudine et paruitate illius, q vero plures materias ſub cōtrarias, cū illę reducant ad vnā actiōe paſſioneq;, magnitudine & paruitate ēt graue leueq; definiunt, q plures cōtrarias, vt vacuum & plenū; proportione vacui ad plenū illa definiūt. At q principia vnius naturę elementorū dixerunt ſuperficies, videlicet, & triāgulos ēt magno & paruo definiūt ipſum graue & leue. Secundo aīaduertit. Auer. antiquos per magnū & paruū intellexiſſe rarū et dēſum. Propterea haec poſitio, licet videat figmēto ſimilis, qm̄ rarum nō eſt cauſa leuitatis nec denſum cā grauitatis, tñ quia ſenſu videmus rariora eſſe leuiora, & dēſiora eſſe grauiora, hac ratione **B** exiſtimat ab antiqs denſum eſſe cauſam grauitatis, et rarū eſſe cauſam leuitatis, maxime cū cernamus ignem eſſe rariſſimū et leuiſſimū, terrā denſiſſimā & grauiſſimā.

Rarū, ac dēſum dupliciter.

Tertio Auer. in fi. cōmē. obijcit huic poſitioni, q̄a ea data tunc graue & leue apud eos erunt nō ſimplr, ſed relatiua, quia ſolū talia in reſpectu. Quarto aīaduerte, q̄ poſitio antiquorū pōt reduci ad bonū ſenſum, nā rarū & denſum poſſunt accipi, aut virtualiter, & ſic rarū eſt forma ſubſtātialis leuiū, et denſum eſt forma ſubſtātialis grauiū, & graue & leue ſunt accidentia, q̄ cōſequunt rarū & denſum, quę ſunt ſubſtātię elemētorum: alio modo poſſunt accipi formaliter, & ſic ſunt qualitates ſequētes calidū & frigidū. Tunc dicerē, q̄ ſi antiq per rarū intelligunt formā leuiū ſubſtantialē, recte dicunt ipſum eſſe cauſam leuitatis, quae eſt accidens, cōſequens formā ſubſtātialē elemētorū leuiū, ſimiliter ſi per denſum intelligunt formā ſubſtantialem grauiū, etiā recte dicūt ipſum eſſe cauſam grauitatis, **C** cum grauitas ſequat formā elementorū grauiū. At ſi per denſum & rarū intelligāt qualitates ſequētes calidū & frigidum, rectè eos Ariſt. reprehēdit.

Defenſio antiquorum.

Auer. tñ dicit eos non rectè dixiſſe quouis modo locuti ſunt, qm̄ rarū et denſum nō poſſunt ſumi pro ſubſtātia, cum ſint ſimplr qualitates, licet recte graue & leue poni poſſint ſub accidēte.

Impugnatio Auer.

Ego vero dico hoc argumētū Auer. nullū eſſe, nā licet rarū & denſum ꝓ qualitate ſumpta nō poſſint accipi ꝓ ſubſtātia, tñ rarum & denſum ęquiuoce dicunt de ſubſtantia, & de qualitate, & ita poſſunt habere duo ſignificata, q antiqui cōceſſerunt ob penuriā nominū formarū ſubſtantialiū.

Nos autem definientes dicimus id primū, de quo maxime quidā dubitāt, cur alia corporum ſurſum, alia deorſum ſemper, alia ſurſum deorſumq; ſm naturā feruntur, deinde de graui leuiq; atq; affectibus his, qui circa ipſa accidunt quam ob cauſam ſingula fiant. **D**

Expoſitio.

Hactenus de graui et leui ſm opinionē aliorum, at nūc de his ſm poſitionem propriā dicere proponit. verum anteq̄ de his exequat ſm propriā intentionē, pręmittit quae agere vult, quorū primū eſt, cur corporū phyſicorū haec quidē ſm naturā ſemper ſurſum, illa vero ſemꝑ deorſum, alia aūt & ſurſum & deorſum in reſpectu ferant. Secundum aūt quod ꝓponit, eſt de graui et leui quo ad eorū definitiones, & quo ad accidentia, quę illis accidunt, quā ob cauſam ſingula fiant. Primū proponit dicere, quia de eo quidā maxime dubitāt, inqt, nos aūt definientes dicimus id primū, de quo maxime quidā dubitant, cur alia corporum .ſ. naturalium ſurſum, alia deorſum ſemꝑ, alia ſurſum deorſumq; ſm naturā ferunt, hoc eſt primum, & cauſa illius. Deinde addit ſecundū, & inqt. Deinde de graui leuiq;, ſupple quo ad eorū definitiones, atq; affectibus his, qui circa ipſa grauia leuiaq; accidūt q̄ ob cauſam ſingula **A** fiant, ſecundo loco dicemus, hoc eſt ſecundum in ordine, hinc patet ordo, nā primo de motibus ac operationibus grauiū & leuiū, ſecundo de ipſis grauibus & leuibus definitiue, tertio de accidentibus eorū agendum eſt. cauſa aūt ordinis eſt, nam ab operationibus arguitur eſſentia ac definitio, á definitionibus emergunt accidentia propria.

Auer. commen. 21.

Vnde Auer. dicit, q̄ ordo procedēdi eſt ab operationibus ad cauſas eorū, & definitio rei eſt cauſa rei ſecūdo Poſterio. ideo habebit definitio grauis & leuis, & qm̄ accidētia propria cōſequunt ſubiectū ratione principiorū definitiuorum, inde accidētia habebunt, ergo ordo eſt á motibus ad eſſentiā, & ab eſſentia ad accidētia, hęc ex Auer.

De eo quidē igit quod eſt vnūquodq; ferri ſuum in locū, ſimiliter exiſtimandū eſt, quemadmodum & de cęteris generationibus, atq; mutationibus. Nam cū tres ſint motus, alius **B** quidem ſm magnitudinē, alius autem ſm ſpeciem, alius vero ſm locum, in horū vnoquoq; mutationē videmus fieri ecōtrarijs in cōtraria atq; in media, & nō in quoduis è quouis mutationē eſſe. Similiter aūt neq; motiuū cuiuſuis quoduis. Sed vt alterabile atq; augmentabile alterū eſt, ſic & alteratiuū & augmētatiuū. Igitur eodē modo dicēdū eſt, & ſm locū motiuū & mobile, nō quoduis eſſe cuiuſuis. Igit in ſuperiorē locū atq; inferiorē, motiuū quidē eſt, id quod grauitatis atq; leuitatis eſt affectiuū, mobile aūt id quod potentia graue eſt, atq; leue, ferri vnumquodq; in ipſius ſpeciē eſt ferri.

Cuiuſuis. ſ. mobilis. Igitur Itaq; Dicendum Exiſtimādū Sī, verbum pretermiſſum.

Expoſitio.

Propoſitis his, quae pertractaturus erat, nunc exequit, & declarat primo quid ſit vnumquodq; mobile ferri ſuū **C** in proprium locum, & vult vnumquodq; mobile ferri in ſuum locum, nihil aliud eſſe q̄ in eius ſpeciem ferri. Ad huius autem probationem accipit, ita eſſe in motu locali, velut in caeteris motibus eſt, oam (vt ait) tres motus ſunt, alius dicitur auctio in magnitudine, ſiue quanto, alius alteratio in ſpecie, ſiue qualitate, alius deniq; dicitur motus in loco, modo in caeteris motibus videmus vnāquāq; mutationē fieri è cōtrarijs in cōtraria atq; in media, & nō in quęuis terminū e quouis termino mutationē eſſe videmus, ſilr neq; videmus in caeteris mutationibus quoduis motiuum eſſe cuiuſuis mobilis. Sed vt alterabile atq; augmentabile alterū eſt, ſic & alteratiuū & augmentatiuū alterū, & eſt alterius atq; alterius. Cōcludit igitur ſimilitudo, videlicet, ſm locū motiuū nō eē cuiuſuis mobilis, neq; quoduis mobile eſſe cuiuſuis motiui. Ex hac ſimilitudine cōcludit quid ſit vnūquodq; ferri in ſuū locū, ſed quia hoc ſciri non pōt, niſi prius ſciamus q̄d ſit motiuū in locū ſurſum atq; deorſum intelligamus, ideo prius dicamus id **D** eſſe ſurſum motiuū, quod eſt grauitatis effectiuū, id vero deorſum, quod eſt leuitatis generatiuū, & ꝑ idē .i. mobile ſurſum quod eſt potētia leue, id vero deorſum q̄d eſt potentia graue, ergo vnūquodq; ferri ſuū in locū erit ferri in ſuā propriā ſpeciē ſiue formā. Id.n. quod ſurſum fert, ad leuitatē mouet, quae eſt ſua forma, vel ſua ſpēs, vel ſua qualitas, id etiā quod fert deorſum, in ſuā grauitatē fertur, quae eſt eius forma, vel eius ſpēs, vel eius qualitas, & ſic patet q̄d ſit vnūquodq; ferri in ſuū locum. Inquit. De eo quidē igit quod eſt vnūquodq; ferri ſuū in locū, ſimiliter exiſtimandū eſt, quēadmodū et de cęteris generationibus atq; mutationibus, hoc eſt id quod ꝓponit, & modꝰ declarationis, quo illud declarare intēdit. Nā proponit declarare q̄d ſit vnūquodq; ferri ſuū in locū, modus vero, quo hoc declarabit, erit per ſimile in caeteris motibus. Oēs.n. motus ſunt eiuſdem generis remoti ſaltem. In cęteris autē motibus declarat quid ſit moueri, & quia tria requirunt ad ip-

ſum moueri.ſ.agens quod dicitur motiuum, terminus ad
quē, qui dicit̃ in auctione quãtitas, in alteratione qualitas
in motu locali locus: & mobile ipſum, ideo hæc tria decla
rat in cęteris motibus, proponit tñ, primo tres eſſe motus
& inqt, oñm cum tres ſint motus, alius quidē ſm magnitu
dinem, qui dicit̃ auctio vel diminutio, alius ſm ſpeciē, ſiue
formã, ſiue qualitatem, qui dicit̃ alteratio, alius deniq; ſm
locum, qui & latio appellat̃, hac diuiſione propoſita decla
rat per ordinē illa tria.ſ.agens, terminus, & mobile, & in-
quit, in horũ vnoquoq; mutationē videmus fieri ẽ contra
rijs in contraria atq; in media, & nõ ẽ quouis contrario in
quoduis contrariũ, vel mediũ videmus mutationē eſſe, et
ſic patet quod ſit terminus in cęteris motibus, eſt.n. cõtra
rium, vel mediũ, et nõ quoduis, ſed determinatũ. Deinde
volens declarare in cęteris motibus agẽs, & ipſum mobi
le, inqt. Sed vt alterabile atq; augmẽtabile alterum eſt, ſic
& augmentatiuum, & alteratiuum alterum eſt.ſ. alterius
augmentabilis atq; alterabilis. Ex his patet, qd ſit mobile
in cęteris motibus, & quid ſit motiuum. Eſt.n. mobile id
quod eſt in potentia ad terminum motus, vt alterabile ad
qualitatē, & augmentabile ad quãtitatē. Motiuũ vero eſt
inductiuũ termini motus, vt augmẽtatiuum, quod eſt in-
ductiuũ quãtitatis, & alteratiuũ quod eſt inductiuũ quali
tatis, & ſic in cęteris motibus patet qd ſint illa tria, & etiã
quid ſit moueri ſm cęteras mutationes. Ex his cõcludit
eodē modo eſſe exiſtimandũ in motu locali, & inqt. Igit̃
eodē modo dicendum eſt, aut exiſtimãdum, & ſm locum
motiuum & mobile nõ quoduis eſſe cuiuſuis, qbus in ver
bis indicat illa tria eē in motu locali, videlicet, mobile, mo
tiuum, & terminum motus. eſt.n. mobile id quod in potẽ
tia eſt ad terminũ motus localis: motiuum autē, quod eſt
inductiuum talis termini, terminus autē eſſentialis eſt for
ma, vt in graui grauitas, & in leui leuitas, accidentalis ve-
ro eſt locus, qui ſequit̃ mediante forma. Ex his concludit
quid ſit ferri vnumquodq; in ſuum locum, ſed qa cõcludi
nõ poteſt hoc, niſi ſciamus qd ſit motiuũ & mobile in mo
tu locali, ideo inqt. Igitur in ſuperiorē locum atq; inferio-
rem, motiuum quidē eſt id, quod grauitatis atq; leuitatis
eſt effectiuũ, quare primum eſt factiuũ, & hoc nihil aliud
eſt q̃ grauitatis vel leuitatis effectiuum. Deinde expo-
nit quid ſit mobile in hoc motu, & inquit. Mobile autē id
quodq; potẽtia eſt graue atq; leue. Et tu intelligas de mo-
bili quod mouet̃ de potẽtia eſſentiali. Deinde exponit
qd ſit vnumquodq; ferri in ſuum locũ. Et inqt, ferri vnũ-
quodq;, ſupple in ſuum locum erit in ipſius ſpeciē, ſiue for
mam ferri, & ſic forma mobilis eſt terminus motus loca-
lis. Et tu intelligas, vt dicemus de termino q eſt de potẽ-
tia eſſentiali, qa terminus de potentia accidẽtali eſt locus.
Hęc in cõmen. magis declarabuntur. Inſuper etiã patet
mouens grauia & leuia eſſe id quod grauitatis ac leuitatis
eſt factiuũ, tale aũt eſt generans, ideo mouens grauia, vel
leuia generans eſſe videt̃, quod qdã intelligunt de potẽtia
eſſentiali, nã mouẽs de potẽtia accidẽtali eſt forma grauis
vel leuis, ſed (vt diximus) hæc magis intelligent̃ in cõmẽ.

Auer. vero hunc locum aliter intelligit, vult.n. Ariſt.
aſſignaſſe cauſam, quare quędã corporum ſurſum, quędã
Auer. commen. 22.
deorſum moueant̃, et per cauſam finalē cauſam exponit, et
ſic ſm Auer. Ariſt. ſoluit hanc quęſtionē, videlicet, quam
ob cauſam.ſ. finalē grauia deorſum & leuia ſurſum mouē-
tur. Diſtinguit autē Auer. de fine, q duplex ſit finis, alter
quidē generationis vt forma, alter rei generatę, vt opera-
finis duplex
tio quę ab illa proficiſcit̃. Adhuc finis rei generatæ, alter
eſt operatio, quæ dicit̃ quo, alter gratia cuius, vt opus, vt
lege. 2. de Aia, tex. 34
primo Ethi. accipitur, hinc ſoluit̃ problema videlicet, quã
ob cauſam graue deorſum, & leue ſurſum fertur, dico quã
ob cauſam.ſ. finalē. Et ratio eſt, quia loca illa fines ſunt cu
ius gratia, quia ſunt, vt cõſeruentur, nã vltimum corporis
quod eſt locus vniuſcuiuſq; eorum eſt cõueniẽs & ſimile
ei, quod ad ipſum fertur, vt ſuperficies cœli eſt ſimilis ſu-
perficiei ignis, & ſuperficies ignis concaua eſt ſimilis ſu-
perficiei aeris cõuexæ, & ſuperficies aeris cõcaua eſt ſimi-

E lis ſuperficiei aquæ, & ſuperficies aquę cõcaua eſt ſimilis
ſuperficiei terrę conuexę. Et per ſimile Auer. intelligit in
virtute, qa ſuperficies corporis cõtinentis virtualiter aſſi-
milat̃ ſuperficiei corporis cõtenti. Vel ſimile intelligit in
altera qualitate, nam cõcaua ſuperficies ignis in caliditate
eſt ſimilis ſuperficiei aeris cõuexę, eſt.n. aer calidus. Vl
terius Auer. ſoluit quęſtionē quandã, quæ poſſet fieri cõ-
tra Ariſt. ait.n. Ariſt. tres eē motus.ſ. in quãto auctionē,
in quali alterationē, et in loco lationē: contra qs obijceret,
quia idē eſt numero, & ſpē, & genere, quod his tribus mo
tibus mouet̃.ſ. animal. Animal.n. mouetur localiter, alte-
ratur, & creſcit, igit̃ iſti motus nõ differunt genere, vnde
dicit, & ſimul videmus q oē trãſmutabile nõ tranſmutat̃
quacunq; trãſmutatione, ſed ois tranſmutatio habet trãſ-
mutabile, & trãſmutans propriũ, verbi.g. quia quẽadmo
dum alteratio differt ab augmẽto, ſic alterabile ab augmẽ
tabili, & alterans ab augmentãte. Et ita ſolutio eſt conce-
dendo id qd mouet̃ illis tribus motibus ſubiecto eſſe idē,
F ratione vero ſubijciẽdi alterũ atq; alterũ. Tertio Auer.
in cõmento cõponit rationē Ariſt. qua probat eſſẽtia mo-
ueri e cõtrario in cõtrariũ, quod eſt eorũ perfectio ac finis
verũ hęc cõpoſitio põt fieri per inductionē, & per iudiciũ
vniuerſale, hoc eſt per ſylm, ſi per ſyllogiſmũ, tunc cõpo
nitur ſic, omnis motus eſt de cõtrario terminato in cõtra-
rium terminatũ quod eſt perfectio & finis eius qd moue
tur: latio ſiue motus localis eſt motus: ergo motus localis
eſt de cõtrario terminato in cõtrariũ terminatũ, quod eſt
finis & perfectio eius, quod mouet̃. Poteſt etiã hęc eadē
concluſio ꝓbari inductiuē, vel per ſimile in alijs motibus,
nã videmus alterationē eſſe de cõtrario terminato in con
trariũ terminatũ, quod eſt ꝑfectio, & finis eius qd alterat̃.

Videmus etiã auctionē eſſe eodē modo, et videmus ge
nerationē ſimiliter fieri, ergo ois motus fit de cõtrario in
cõtrariũ terminatũ, quod eſt perfectio ac finis eius quod
mouet̃, & ita motus localis ſimiliter. Sed diceres, quõ ra
tio eius erit ſylls, & quomodo põt eſſe inductio. Auer.
G innuit ſolutionē, erit.n. ſyllogiſmus, ſi illa propoſitio, quæ
cõcludit̃, videlicet, q motus localis eſt de cõtrario termi-
nato in cõtrariũ terminatũ, quod eſt finis eius qd mouet̃,
ſit ſimpliciter ignota, et quęſtio ſiue quęſitũ, nam quę ſita
non probant̃, niſi ſyllo & demonſtratiuo, ſunt.n. quæſita
ęqualia numero his q̃ ſcimus, ſcimus aũt nõ niſi p demon
ſtrationē, at ſi illa ꝓpoſitio quę probat̃, ſit nota aliquo mo
do, et ignota alio modo, vt ſunt ſuppoſitiones, q̃ pręcepto
ribus ſunt notę, diſcipulis ignotę, tunc ſylls erit ocioſus, et
ſic ꝓbatio erit, aut inductio aut exemplũ ſumptũ ab alijs
motibus, aut locus à ſimili, aut aliqd tale. Sed occurres,
quia manifeſta nõ probant̃, ergo ſi prædicta ꝓpoſitio eſt
manifeſta, nulla eget probatione. Reſpondet Auer. du Obiectio.
plicē eſſe latentiã, alterã, quę tolli nõ poteſt, niſi vi ſyllogi
ſtica, qua latentia latẽt ꝓpoſitiones q̃ in principio ſunt ve Reſponſio.
rę quęſtiones. Altera latentia eſt quę tolli põt modica in-
nuitione, vt exemplo, vel inductione, vel loco à cõtrario,
vel aliquo id genus, et hac latẽtia Auer. vult latere eã pro
H poſitionē, qua dicit Ariſt. eſſẽtia nõ moueri, niſi ad loca, vt
in fines. Hinc Auer. ait, antiquos nõ quæſiuiſſe de alte-
ratione qualitatũ ſenſibiliũ, vt ſunt colores viſibiles, qm̃
tales alterationes eſſe de cõtrario in contrariũ, quod eſt fi
nis alterabilis nemo eſt q dubitat. Quæſiuerũt aũt in mo
tu elementorũ, qa in illis nõ ita aperte patet. Hęc Auer.
circa expoſitionē primę partis, q̃ expoſitio re vera græcis
verbis nõ conuenit, non.n. quærit de cauſa finali Ariſt. in
ſuis verbis, vt in noſtris tranſlationibus euidenter patet.

Quarto Auer. defendit Ariſt. à quadã reprehenſione
Themiſtij. Nã Ariſt. ꝓblema antiquũ, quod erat quã ob
cauſam mouent̃ elementa, ſoluit per vnã cauſam.ſ. finalē.
Modo (vt Them. inqt) hoc ꝓblema eſt occultũ, ergo non
videt̃ ſolui per vnã cauſam tñ. Secundo q alicuius quę-
ſtionis reddit cauſam finalē tantũ, nullã cauſam videtur
reddere, ſupple ignotam, velut qui reddit cauſam cur, ho
mo vadit ad ſanitatē, & reſpõdet, quia eſt aptus ſanari, &
ſanitas

ſanitas eſt eius ꝑfectio ſiue finis, & eſt ens ſanabile, ſic.n. aſſignans nullã cauſam.ſ.difficilem aſſignar, niſi explicet, quæ natura ſit illa, qua eſt aptꝰ ſanari, & addat cęteras cauſas agentes, & ſic Them. dupliciter videť Ariſt. repræhẽdere. Primo, quia nõ aſſignauit cauſam difficilẽ, ſed ſolũ finalẽ, quę omnibus conſtat. Omnibus.n. patet elementa moueri ad loca, q̃a illic conſeruanť. Secundo, quia prętermittit cęteras cauſas agẽtes, & nõ explicat q̃ natura ſit illa, qua ſunt apta moueri. Rñdet Auer. ꝙ ſecus eſt in miſtis, & ſecus in ſimplicibus. In miſtis.n. ſanitas habet cauſas, vt effectrices, et formalẽ, & materialẽ, & finalem. At in ſimplicibus motus nõ habet niſi vnã cauſam q̃ eſt natura mobilis, & ſi Auer. intelligit motũ nõ habere, niſi vnã cauſam finalẽ, & nullũ aliã nõ recte dicit, ſed puto eũ intelligere ꝙ motus in ſimplicibus nõ habet niſi vnã cauſam ſm ſubiectum, quia in ſimplicibus forma, & finis, & agẽs, & materia ſunt idẽ ſubiecto, & differunt rõne, nam forma mobilis in ſimplicibus eſt forma, & eſt materia, & eſt agens, & eſt finis aliquo modo. Sanitas vero in miſtis non habet vnã cauſam ſm rẽ, ſed diuerſas ſm rem, q̃a effectrix cauſa ſanitatis eſt cibus & potus, materia eſt aĩal, & forma eſt aĩa, & materia ſunt humores, quæ.ſ.re differũt.

Quinto Auer. enitiť inueſtigare motorem in elẽtis. Et ideo primo ponit differentiã inter elẽta, & alia miſta, & vult ꝙ mobile in elẽtis eſt materia alterationis, vt in motu ſurſum mobile eſt leue, vt lignũ, quod eſt materia alterationis ignis q̃ in ignẽ cõuertiť. Lignũ.n. eſt in potentia ad formã ignis, & in potẽtia ad illius motus. In aĩalibus autẽ mobile eſt corpus in actu, immo miſtũ quod habet formã propriã præter animã, quę mouet. Hanc differentiã ꝓbat Auer. per cõmunẽ modũ dicendi, nã cõiter diciť animalia perfecta moueri de potẽtia eſſentiali de loco ad locũ. In elẽtis autẽ diciť materia eſſe in potẽtia eſſentiali ad motũ ſurſum, ex qua elẽtũ ipſum generať, quatenus eſt in potẽtia ad formã, quã conſequiť motus ſurſum. Sexto Auer. ex hoc cõcludit illud eſſe in potẽtia eſſentiali, qđ eſt in potentia ad formã. verbi cã, q̃a lignũ eſt in potẽtia ad formã ignis, ideo lignũ eſt in potẽtia eſſentiali ad motũ ſurſum.

Hoc exceptũ probat Auer. q̃a ita motus ſequiť formã elẽti, vt illã ſequunť cętera accidentia ꝓpria, ergo vt accidentia propria danť mediãte forma, ſic dans motũ dat formã, qua mediãte dať motus, & per cõſequens, vt ignis generať ſucceſſiue ex oleo, ita (vt inq̃t Alpharabius) moueť ſucceſſiue. Nã cũ fuerit eius generatio cõpleta, ignis erit in eius loco, quare mobile qđ eſt in potẽtia eẽntiali diſtincta ab actu, eſt materia, vt ſtat ſub forma cõtraria, vel eſt, ipſum cõtrariũ, qđ diciť materia alterationis. Sed cõtra hoc emergit dubitatio, nã videmus elẽtũ eſſe in actu ꝑfectũ, & nõ moueri, & ꝑ cõſequẽs, tunc erit in potẽtia eſſentiali ad motũ. Rñdet Auer. ea q̃ diximus, vera eẽ remoto impedimẽto, cum.n. aliq̃d prohibet, tũc graue vel leue erit in potẽtia accidentali ad motũ, quia vero hæc potẽtia accidit ob impediẽs, ideo motus eius eſt per accñs de potentia accidentali. Sic igiť patet elẽtũ perfectũ mouere ſe per accñs remoto impedimẽto pro quãto de potẽtia accidentali moueť. Aliter ẽt dici poteſt elẽtũ mouere ſe per ſe accidẽs, vt Auer. inq̃t, quia mouet ſe mouẽdo mediũ in quo eſt, velut nauta mouet ſe per accñs pro quãto mouet nauim, ad cuius motũ ipſe mouetur, huius rei cauſam aſſignat Auer. quia in elẽtis mouẽs & mobile ſunt re idẽ, & differũt rõne, nã forma mouet, & ipſa moueť, mouet quidem vt forma, & moueť vt in materia, non ſic in aĩalibus, vbi mouẽs & motũ differũt re. Quia mouẽs eſt aĩa, motũ vero eſt corpus in actu per formã miſtionis, huius differẽtiæ cauſa eſt (vt ait Auer.) quia elẽtũ componiť ex prima materia, & prima forma, ꝓpterea eget medio extrinſeco, qđ reſiſtat ne graue ſubito moueať At aĩal cõponiť ex anima & corpore actu, qua rõne aĩal diuiditur in motorẽ in actu & motũ in actu, & nõ ſic elẽtũ vllũ. Obiectio. Sed obijcies contra hæc, quia agẽs & patiẽs ſunt relatiua, quæ inuicẽ referunť realiter, ergo in motu elẽti nõ eſt idẽ agens motum, & patiens motũ. Reſponſio. Rñdet, agens & patiens eſſe dupl'r relatiua. Vno modo ꝑ ſe, & ſic diſtinguunť poſitione, & realiter. Alio modo per accñs, & ſic nõ diſtinguunť per ſe realiter, & hoc pacto mouẽs & motũ, ſiue agens, & patiens ſe habent in elẽtis, q̃m elementũ nõ mouet ſe per ſe, ſed per accñs, vt dictũ eſt. Hinc Auer. reprehendit Auẽpa, qui voluit elẽta moueri in vacuo, & velocius, putauit.n. elementa moueri velut aĩalia, & illa habere reſiſtentiã intrinſecã. Cõtra obijcit Auer. q̃m in vacuo nulla eſt reſiſtentia, nec extrinſeca, cũ illic nullũ ſit mediũ, nec intrinſeca, quia in elẽto nihil eſt præter formã & materiã, modo materia nulli reſiſtit, cũ ſit in potẽtia ad omnia, nec forma reſiſtit ſibi. Nihil.n. ſibiipſi reſiſtit, quare cũ in vacuo nulla ſit reſiſtẽtia, ſequiť in illo elẽtũ ſubito moueri. Secus i animalibus, vbi eſt intrinſeca reſiſtẽtia, & ita Auer. velle videtur miſta in vacuo moueri poſſe, q̃a habent intrinſecã reſiſtentiã, elẽta vero non, q̃a carẽt in vacuo oĩ reſiſtẽtia, de quo ſatis quarto phyſi. Sed contra hęc obijcit Auer. Cõmen.vi. quia videnť contra ꝓpoſitionẽ primã ſeptimo phy. q̃ vult motorẽ eſſe aliũ à remota, diciť.n. oẽ quod moueť ab alio moueri. Obiectio. Solutio. Rñdet Auer. Ariſt. per illã propoſitionẽ, nihil aliud voluiſſe, niſi motorẽ, & rem motã diſtingui rõne, & nõ ſubiecto, vt contradiceret Pla. q̃ voluit idẽ re & rõne eſſe mouens & motũ, vt Deũ eſſe ſeipſum mouẽs, & animũ eſſe ſeipſum mouẽs, vbi nulla põt aſſignari diſtinctio rõnis fundamentalis, velut in elẽtis forma eſt mouens, vt forma, & moueť, vt in materia. Prima dubi. Sed circa hæc quærunť quædã, primũ eſt, cũ graue & leue tribus modis ad motũ ſe habeat, vel in potẽtia materiæ, quo pacto leue eſt in potẽtia ad motũ deorſum. Vel in potẽtia formæ, vt graue in actu, cũ detineť. Vel in potẽtia cõiuncta actui, vt cũ actu moueť, quærit in quo differunt hę potentię, & quo pacto ſibi rñdent. Dicendũ ꝙ potẽtia, qua elẽtũ moueri põt, eſt tribus modis. Reſponſio. Prima eſt eſſentialis, & hęc ſm rẽ eſt ipſa materia elẽti cõtrarij, quę ideo diciť eſſentialis, quia eſt ad eſſentiã.ſ. formę, & q̃a habet rõnẽ per ſe potẽtię, & nullo modo actus, hac potẽtia graue poſſibile eſt ſurſum moueri, q̃m habet materiã qua poſſibile eſt conuerti in ignẽ, & ad accidentia, q̃ cõſequunť formã ignis. Secunda eſt potentia accidẽtalis, qua videlicet, graue detentũ ſurſum põt deorſum ferri, & hæc eſt forma grauis ſm rem. Hęc autẽ eſt duplex, q̃a quatenus eſt forma, vt forma eſt, diciť potentia actiua, quatenus eſt forma, vt forma eſt in materia, diciť paſſiua, hæc dicitur accidẽtalis rõne ſubiecti, q̃m accidit formæ, cui ineſt, cũ forma, vt forma nõ ſit in potẽtia paſſiua, ſed quatenus ſurſum detineť, qđ eſt ipſi graui violentũ, & accidentale. Tertia eſt potẽtia actui motionis cõiuncta, qua potẽtia ſumiť poſſibile ſequẽs ad eſſe, & neceſſariũ eſſe, nã ſi graue moueť, poſſibile eſt graue moueri. Ex his dico ipſum graue de potẽtia eſſentiali moueri à generãte. De potẽtia vero accidẽtali moueri à forma, ſiue illa ſit cõiuncta actui, ſiue præcedens actũ. Secunda dubita. Secunda dubitatio eſt, cũ in omni motu actu, requirať actu mobile, cũ motus ſit actus motiui, & mobilis, quæriť in motu naturali elẽtorũ, q̃d eſt mobile actu. Solutio. Dicendũ actu mobile nõ eſſe materiã ex qua conſtat elementũ, q̃m de rõne actus mobilis eſt eẽ reſiſtẽs, at materia elemẽti nõ reſiſtit mouẽti elẽtũ: eſt.n. in potẽtia ad oẽs formas, & ad omnia vbi. Nec mobile actu eſſe põt forma ipſa elemẽti, q̃m non põt ſibiipſi reſiſtere, nihil.n. ſibiipſi reſiſtit. Erit ergo mobile actu pars reſiſtẽs, et ita materia, vel forma elẽti, vt cõtigua medio reſiſtenti, quare ex materia, vel forma elẽti, et medio reſiſtẽti, fit quoddã totũ, quod diciť actu mobile cui nihil deficit qđ ſit de rõne mobilis. Nec eſt abſurdũ ex diuerſis ſpẽ fieri vnũ mobile, licet nõ vnũ cõpoſitũ ſpecie. Quo fit, vt actu motor ſit forma, & ipſa, vel materia elemẽti vna cũ medio aere, vel aqua ſit actu mobile. Tertia dubitatio. Cõmen.vi. Tertia dubitatio eſt, q̃a Auer. quarto phyſicę auſcultat, velle videtur in motu elementi motorẽ eſſe formã, motum eſſe materiã. Hic aũt velle videtur neutrum eſſe mobile, quia nõ materiã, quia non reſiſtit, nec formã, q̃a ſibi nõ reſiſtit.

Prȩterea velle videtur hic formam eſſe motorẽ & rem motam, motorẽ quidẽ, quatenus forma eſt, rem motam

Solutio. vero, quatenus in materia. Dicendum ſm Auer. totum elementũ eſſe mouens, vt quod, & totum eſſe motum, vt quod. Verũ in tali motu eſt ratio agendi motũ, & eſt forma, vt forma. Et eſt ratio recipiendi motũ, & hæc eſt duplex, vel remota, vt materia, vel ꝓpinqua, vt forma, non quatenus forma, ſed vt effecta potentialis à materia per quam ſuſtẽtaᷤ. Auer. ergo quarto phyſi. tetigit rationes mouendi remotas, hic aũt propinquas, & ita concedo formam mouere, & materiã moueri, vt quibus, quia ſunt ra

Quarta dubita. tiones mouendi. Quarta dubitatio eſt, qm̃ non videtur ſolutio Auer. ad propoſitionẽ Ariſt. in ſeptimo phyſi. cõueniens, qm̃ Plato poſſet dicere deũ ipſum eſſe motorẽ, & rem motã, quia in eo poteſt cõſiderari diſtinctio rationis, qa ſub ratione agentis mouet, ſub ratione ſubiecti mo

Solutio. uetur, & ita illic eſſe poſſet ratio differentiȩ. Dicendũ ꝙ diſtinctio rõnis aqud peripateticos duplex eſt, altera animȩ tm̃, cui nihil reſpõdet in re, veluti inter hoīem vt ſubiectum, & hominẽ vt prȩdicatũ. Altera eſt diſtinctio rationis rei ratiocinatæ, & eſt quãdo anima cõſiderat diſtinctionẽ exortam ex parte rei, ſicut inter formã vt forma, et formã vt in materia, forma. n. vt forma eſt actus, cui agere cõpetit, forma vero vt in materia eſt potentialis ratione materiȩ, quæ eſt ſummũ potentiale, & ita illi formȩ cõpetit pati. Auer. ergo intelligit de diſtinctiõe rationis ex parte rei, quæ nõ poteſt poni in deo, cum in eo nõ ſit fun-

Quinta dubita. damentũ diſtinctionis. Vltima dubitatio eſt, qa Auer. non videᷤ de motu grauiũ ſibi idẽ vbiqꝫ, nam aliqñ velle videtur elementa moueri à generante, aliquando à remouente prohibens, aliquãdo à medio moto, aliqñ à forma, vt patet in diuerſis cõmen. quãobrem quidã & nõ ignari philoſophiæ dixerunt nõ eſſe dictis Auer. innitendum in

Solutio. materia de grauiũ & leuiũ motu, quia varius eſt. Dicendum errorẽ euenire ex malo intellectu verborum Auer. quia vbi Auer. ait, elementa moueri à remouente prohibens intelligit de potentia accidentali, quȩ præcedit actũ motionis. Cum ait, ea moueri à generãte, intelligit de potentia eſſentiali. Cũ dicit illa moueri à forma intelligit de potentia accidentali, quæ eſt ſimul cum actu, & de ratione mouendi, quoniam forma eſt ratio mouendi, vt forma in continuatione motus. Cum ait elementa moueri à ſe, intelligit vt ab eo quod mouet vt quod, et quod mouetur vt quod. Cum inquit, illa moueri à medio moto, intelligit medium motum eſſe neceſſarium ad talem motum, tanqꝫ partem mobilis actu, & ſi plura cupis de motu elementorum, quære libros Phyſicorum, hæc ſatis.

Atqꝫ hac ratione magis vtiqꝫ quiſpiam exiſtimauerit id quod antiqui dicebant ſimile ferri ad ſimile. Hoc enim nõ omnino accidit, nõ enim ſiquis terrã eo in loco poſuerit, vbi nũc eſt luna, vnaquæqꝫ partium ad ipſam ferretur, ſed vbi & nunc eſt, omnino quidẽ igitur ſimilibus, & nõ differentibus ab eodem motu, neceſſe eſt hoc accidere, quare quo pars vna, quȩdam apta eſt ferri, eo & totum.

Nunc Ariſt. quaſi ex dictis exponit, quomodo intelligetur illud antiquitus dictũ, ꝙ ſimile fertur in ſimile. Poteſt. n. hoc dupliciter intelligi, ꝙ ſimile ferᷤ ad ſimile, formaliter, & quod fertur in ſimile virtualiter: ſimile dicitur ferri in ſimile formaliter, vt vna gleba terrȩ moueaᷤ ad totam terrã, pars. n. terræ & tota terra ſunt ſimiles formaliter, & ſm formã. Simile vero fertur in ſimile virtualiter, quo cõſeruabile moueref ad ſuũ conſeruans, cui eſt ſimile in virtute, & hoc pacto elementũ mouetur ſuũ in locum, quia in illo virtualiter conſeruaᷤ. Vult igiᷤ Ariſt. elementa moueri ad ſimilia, nõ quidẽ formaliter, vt antiqui dixerunt, qui voluerunt, ideo glebã ferri deorſum, quia ibi eſt

E tota terra, cui ſimilis eſt gleba formaliter. Sed ideo moueri deorſum, quia illic eſt ſuũ ſimile virtualiter. ſ. locus q eſt cõſeruatiuus elementi. Huius ratio eſt, quia ſi terra tranſponereᷤ in locũ lunȩ, gleba nõ ferretur in locũ lunæ, ſed deorſum, qm̃ deorſum fertur, nõ quia illic ſit ſimile in forma, ſed quia illic eſt ſimile in virtute. Inqt, atqꝫ hac ratione magis & rectius vtiqꝫ quiſpiam exiſtimauerit id quod antiqui dicebãt ferri ſimile in ſimile, vt glebã terræ ad totam terrã. dico hac ratione, ſcilicet, quã diximus. diximus enim elementa ferri ad loca vt ad ſua ſimilia in virtute, & nõ in forma. Et quod exiſtimatio antiquorũ non ſit rationi cõſona, probat dicẽs, hoc enim quod antiqui dixerunt, quod ſimile ſemper moueᷤ ad ſimile in forma, nõ omnino & ſemꝑ accidit, nõ enim ſi quis terrã eo in loco poſuerit, vbi nunc eſt luna, vnaquȩqꝫ partiũ ad ipſam ferretur, ſed ferreᷤ eum in locũ ſupple, vbi et nũc eſt ipſa terra, ſcilicet deorſum, quia illic eſt virtualis ſimilitudo, & qualitatiua entiã. Ex his cõcludit qũo antiquorũ verbũ habere poſſet locũ, & inqt, omnino quidẽ igiᷤ ſimilibus, & non diffe-

F rentibus ab eodẽ motu, atqꝫ motore, neceſſe eſt hoc accidere, hoc eſt tũc verbũ antiquorũ verũ eſt. ſ. ꝙ ſimile fertur in ſimile, qñ illa ſunt oĩno ſimilia in ſpecie & nullatenus motu differẽtia, tunc enim feruntᷤ in ſimile, nõ quidẽ formaliter, ſed virtualiter. Ergo verbũ antiquorũ habet locum, qñ ſimilia ſunt ſpẽ ſimilia, & nõ differentia motu, nec motore, et feruntᷤ in ſimile virtualiter. Inde cõcludit eundẽ in locũ ferri partẽ quo & totũ fertur, nõ ꝙ pars feratur in totũ, ſed ꝙ pars feraᷤ in locũ totius, quia ille eſt ſimilis toti & oĩbus partibus, inquit, quare quo pars vna quȩdã apta eſt ferri, eo & totũ eſt aptũ ferri, qa locus eſt ſimilis toti, & parti virtualiter, & ſic patet verbũ antiquorũ.

Cum autem locus ſit ipſius continentis terminus, extremum aũt & medium omnia quæ ſurſum moueñ deorſumqꝫ, contineat, hoc autem eius quod contineᷤ, ſpecies quodãmodo

G fit, in ipſius locum ferri, ad ſimile eſt ferri.

Accepit grauia & leuia moueri in locũ eorum vt in ſimile, nũc hoc probare enitiᷤ, & ratiocinatur ſic breuiter, locus eſt ſpecies eius, quod continetur, ergo graue & leue ferri in ipſius locum eſt ferri in ſimile. Forma ergo rationis Ariſt. eſt breuis, quia ſumit tria in antecedente, quorũ primũ eſt, ꝙ locus ſit ipſius corporis cõtinentis terminus, finis & vltimum. Sumit ſecundũ dicens, extremum aũt, ſcilicet cœli cõcauũ, & mediũ, ſcilicet mundi, omnia quæ ſurſum moueñ deorſumqꝫ, contineat, hoc eſt ſecundum, quod patet quia cõcauum cõtinet leuia, & mediũ grauia.

Sumit tertium dicens, hoc aũt, ſcilicet locus eius, quod cõtineᷤ, ſcilicet corporis locati ſpecies, & forma, & perfectio quodãmodo fit, eſt enim ſemper cõtinens ſimile contento. Ex his tribus infert cõſequens dicẽs, in ipſius ſupple ergo locũ ferri, ad ſimile eſt ferri, horũ trium, quȩ ſumpſit in antecedẽte vltimũ, & primũ faciũt ad rationẽ, vltimum quidẽ tanqꝫ proximũ antecedens, nam ſequiᷤ locus

H eſt forma locati, ergo graue quod moueᷤ ad mediũ, & leue quod moueᷤ ad extremũ, moueᷤ in eum locum, vt in ſimile. Primũ vero eſt probatio cõſequentiæ, valet enim hȩc conſequentia pro tanto, quia locus eſt terminus & finis cõtinentis corporis, & ſic duo ſunt ad rationẽ, id vero quod ſecundo loco accepit, eſt additum, vt intelligatur locus grauiũ, & locus leuium, hæc quo ad vim rationis.

Ea enim quæ deincepicia ſunt, ſimilia ſunt inuicem, vt aqua aeri, & hic igni, cõtra vero in medijs dicere cõtingit, in extremis autẽ nõ, vt aerem quidẽ aquæ, aquã autem terræ, ſemper enim quod ſuperiꝰ eſt, ad id quod ſub ipſo eſt ita ſe habent inter ſe, vt ſpecies ad materiã.

Dictã conſequentiam nunc probat quaſi exemplo, nã elemẽta quæ ſunt ſeriatim collocata, ſunt ſimilia inter ſe,

vt aqua

A vt aqua aeri, & hic igni, & ecõtra ignis aeri, & aer aquę, & aqua terræ, ėcontra dico in elementis medijs non quo extrema ſunt, ſed quo proxima ſunt, nõ enim ignis aquæ ſimilis eſt, nec aer terræ, nec econtra aeri, & aqua igni, & ſic in elementis eſt ſimilitudo quatenus ſunt media, hoc eſt proxime collocata non quatenus ſunt extrema, & remote conſtituta, nam quatenus proxime collocantur, ſp id quod ſoperius eſt ad id, quod ſub ipſo eſt, ſe habet, vt ſpecies & forma ad materiam, & formale ad materiale.

Inquit, ea enim quæ deincepitia ſunt, ac proxime ordinata, ſimilia ſunt inuicem, vt aqua aeri, & hic igni. Cõtra vero in medijs dicere contingit .i. in proxime conſtitutis, & quatenus immediate collocantur, dici poteſt econtra alterũ alteri eſſe ſimile, in extremis aũt non, hoc eſt, non autem dici poteſt alterũ alteri ſimile eſſe, quatenus extremaliter collocantur, vt aerem quidem aquę, aquam autẽ terræ, non autem ignem aquæ, & aerem terræ, nec econtra terram aeri, & aquam igni dicere contingit alterũ alteri eſſe ſimile. cuius cãm affert dicens, ideo ſupple in proxi B me collocatis dicere contingit alterum alteri eſſe ſimile, quia ſemper id quod ſuperius eſt, ad id quod ſub ipſo eſt, ita ſe habẽt inter ſe, vt ſpecies ad materiã, & ita alterum alteri eſſe ſimile dici põt, & per conſeqnens alterũ moueri ad alterum tanq̃ in locum, nihil aliud eſt, q̃ ſimile moueri in ſimile, & ſic patet ratio. Ariſto.

Auer. cõ. 23 Quo vero ad verba attinet, Auerroes per extremũ intelligit concauum cœli, quod eſt locus naturalis ignis, & medium intelligit concauum aquę, quod eſt locus naturalis terræ, & ita per ea, quæ mouentur ſurſum intelligit leuia ſimplicitet & per ea quæ deorſum mouentur, intelligit grauia ſimpliciter. Intellexit autem Ariſto. ſic, præſeruando ſe à locis intermedijs & ab elemẽtis intermedijs inter ignem & terrã, de quibus ſimile moueri ad ſimile non eſt ita manifeſtum, licet idem ſit in vtriſq;, quia tam elementa extrema, q̃ media moueantur in ſuũ ſimile. Prę terea dixit locum eſſe tanq̃ formam locati, & non dixit eſ C ſe formam, quia (vt Auer. vult) forma eſt actus, actus autem eſt triplex, alius eductus de potentia materię qui perficit ſubiectum, & ab eo dependet, alius perficiens tantũ ſubiectum, & ab illo non dependens. Et tertius eſt omne conſeruatiuum alicuius, locus ergo eſt quaſi forma, quia tertio modo actus locati, conſeruat enim ipſum locatum, vt dicemus. Animaduertendum tamen apud Auerro. primo, q Ariſt. dupliciter declarat elemẽta moueri ad loca, vt ſimilia, in proximo textu quidem, quatenus elemẽta erant in potentia eſſentiali ad illa loca, nã quatenus reducebantur de potentia ad actũ á generante, eatenus erãt actu ſimilia locis eorũ. In textu præſenti vero, quatenus elementa mouentur ad loca, quæ ſunt formæ extrinſecæ, & ita prima ratio procedit per rationem finis, & ſecunda quę eſt præſentis textus per rationẽ formæ. Hinc colligit Auerro. has duas rationes poſſe in vnam reduci, nam forma & finis in idem concidunt, vt patet ſecundo Phyſicorum. Secundo animaduertendũ de mente Auerro. q D ordo elementorũ poteſt ſumi quouis ab elemento: modo procedatur ſeriatim nã ſiue ordo ſit ab igne, ſiue ab ipſa terra, ſemper ignis eſt ſimilis aeri, & aer aquæ & aqua terræ, cõtra etiam ſi ab ipſa terra ſumatur ordo, eſt enim terra ſimilis aquæ, & aqua aeri, & aer igni, hæc autem ſimilitudo (vt Auer. ait) eſt in altera qualitate, quia ignis ad aerem ſimilitudo eſt in caliditate, aeris, ad aquam, in humiditate, aquę ad terram in frigiditate. Eſt tamen duplex differentia, quia ſi ordo ſit ab igne, proceditur a forma in materiam, nam ſemp continens eſt vt forma cõtenti, ſi ordo ſit á terra proceditur á materia in formã, quia contentum ſe habet, vt materia. Secunda differentia eſt quia primum eſt forma oĩum ſequentium, eſt enim ignis forma quaſi aeris, & aquæ, & terræ, vltimũ vero eſt materia omniũ ſuperiorum, hinc cęlum eſt vniuerſalis forma omniũ, quaſi conſeruatiuũ cũctorum. Sed dupliciter dubitatur,

1. Dubitatio primo an contentum moueatur ad continens abſolute, et

A vbicunq; ponatur, & videt̃ q ſic, quia ex quo mouet̃ ad illud vt ſimile in altera qualitate, vbicunq; poneretur, ſp in altera qualitate eſſet ſimile. Rñdet Auerro. cõtentũ non moueri ad continens abſolute quatenus ſimile in altera qualitate tantum, ſed quatenus continens eſt ſimile in altera qualitate & in tali ſitu, ac ordine ad partes principales mundi, nam ſi ignis poneretur in cęlo Saturni, ad ipſum non moueretur aer. **Reſponſio.** Secunda dubitatio eſt, ſi vnũ idemq; continens vt ignis eſt forma, pximi & remoti elementi, vt aeris, & aquæ, tunc ad ignem moueretur tã aer, q̃ aqua. **Dubitati. 2.** Reſpondet non oẽ contentum moueri ad quodlibet continens, ſed ad continens vicinum eum quo conuenit in altera qualitatum. **Reſponſio.** Hinc patet nõ eẽ neceſſarium ponere qualitates ipſas locatiuas p̃ter q̃litates elñtarias ſymbolas, præter relationes ſitus, ac ordinis ad ptes mundi, vt iuniores fingunt, de quibus in libro de generatione.

Quærere vero cur ignis ſurſum, terra autẽ deorſum fertur, hoc idem eſt, & cur ſanabile ſi B mouetur atque mutetur, ea ratione qua eſt ſanabile in ſanitatem & non ad albedinem venit: ſimiliter autem & cætera alterabilia cuncta. At vero augumentabile. Cum augmentatur quatenus augmentabile, nõ in ſanitatem, ſed in magnitudinis exceſſum venit: & in cæteris id genus ſimiliter aliud quidem in quali, aliud autem in quanto mutatur. Et in loco leuia quidem ſurſum, grauia autem deorſum.

Auer. expõ cõmen. 24. Auerroes (vt mihi videtur) pulchre hunc locum interpretatur, nã vt ait Ariſto. cępit quærere, cur alterum elementorum mouet̃ ſurſum, alterum deorſum, poſtea cœpit ſoluere aſſerens ita eſſe in motu elemẽtorum, vt in cęteris motibus, ita enim hæc mouentur ad ſui perfectionẽ ſm locum, quẽadmodum ea quæ mouent̃ ſm qualitates, C perficiuntur p qualitates, ad quas mouentur, & ea q̃ mouentur ſm quantitatem perficiuntur p quãntitatẽ ad quã mouentur, & ea quæ mutantur ad ſubſtantias, mutantur vt perficiantur p formas ad quas mutantur. Cum igitur declarauit ſimilitudinẽ inter perfectionem elementorum in vbi ipſo, & perfectionem eorum q̃ mutant̃ in ſubſtantia, nunc tranſit ad declarandum ſimilitudinem inter hæc & alia quæ mouentur alijs motibus perficiendo ſermonem. ſ. dando conuenientiam & differentiam. Quare ſm Auer. Ariſto. intelligit perficere ſermonẽ, hoc eſt conuenientiam & differentiam inter motus elementorum & motus cæterorum corporum. ſ. alterationes & augumentationes, & vult (vt Auer. ĩquit,) motum localẽ grauium & leuium conuenire motibus alijs, nam eodem mõ oportet reſpondere quærenti quare mobilia ſm locum mouẽtur ad contraria, & quare mutabilia in ſubſtantia mouentur ad formas contrarias, & quare alterabilia & augmentabilia mutantur ad eorum terminos. Inquit, quærere D vero cur ignis ſurſum, terra autem deorſum fertur, hoc idem eſt, & cur ſanabile ſi moueatur atq; mutetur, ea ratione qua eſt ſanabile, in ſanitatem, & non ad albedinem venit, ergo ſimile eſt in motu grauium & alteratione ad ſanitatem. Et quaſi dictum reddens vniuerſale, addit, ſimiliter autẽ & cætera alterabilia cuncta ſupple eodem mouentur ad terminum, vt graue & leue ad locum. Deinde idem exponit in augumẽtatione, & inquit, at vero & augumentabile cum augumentatur quatenus augumẽtat̃: non in ſanitatem, ſed in magnitudinis exceſſum venit, & reddens ſimilitudinem vniuerſalem addit, & in cęteris id genus ſimiliter, tam alterabilibus, q̃ augumentabilibus, aliud quidem in quali, aliud autem in quãto mutatur. Et ſemper, ſupple eodem modo, vt mobile in loco mouetur ſuum in locum; ideo ait, & in loco leuia quidem ſurſum, grauia autem deorſum, ſupple ferunt̃. Patet igitur in cæteris motibus ita eſſe, vt in motu locali grauium & leuiũ,

nam

nam grauia & leuia mouentur ad locum, vt in finē & perfectionē eius quod mouetur, ſicut quodlibet mobile, atq; quodlibet mutabile ſuum in terminum, vt perficiatur ab illo. Quare, vt poſtea dicetur, ſicut nulla eſt ratio quare ſanabile mouetur ad ſanitatem quateous ſanabile, niſi quia ſanitas eſt perfectio ſanabilis quatenus ſanabile, ita oulla alia eſt cauſa, quare graue deorſum fertur, niſi quia locus deorſum eſt perfectio grauis, quo graue eſt, ſed melius poſtea dicemus.

Auer. commen. 24.
Dubitatio.
Solutio.

Quo vero ad verba attinet, Ariſtoteles dixit ſanabile quatenus ſanabile mutari ad ſanitatem, noo autem ad albedinem, quæres cur dixit {Non autem ad albedinem,} & non dixit noo autē ad ægritudinē. Reſpondet Auer. quia idem ſanabile quatenus ſanabile eſt ſubiectum ſanitatis & ægritudinis, cum ſint contraria eiuſdem generis, vt albedo cum ſit alterius generis, eam oon recipit ſanabile quatenus ſanabile, hæc Auer. hic.

Niſi quod hæc quidem principium mutationis in ſeipſis habere videntur, dico autem graue & leue, illa autem non, ſed foris, vt ſanabile, aut augmentabile.

Compleuit conuenientiam inter motum grauium, & leuium, & motus cæterorum mobilium, at oune differentiam inter illos tradit: nā hæc grauia, & leuia, & voiuerſaliter quæcunq; locali motu feruotur ſuorum motuū principium habent intrinſecum, & in ſeipſis, cætera autē omnia, quæ aliȷs motibus mouentur vel mutantur, oon habeot principium intrinſecum, vt ſanabile, & augmentabile, quæ ab ipſo extrinſeco motu mouentur ad ſanitatem, & magnitudinem. Inquit, niſi ꝙ hæc quidem principium mutationis in ſeipſis habere vidētur, & expoooit quæ ſunt hæc, quæ in ſeipſis principium mutationis habere videntur, & inquit, dico autē graue & leue, & vniuerſaliter quę cunq; mouentur motu locali oaturaliter. Illa autem, ſupple quæ aliȷs motibus quibuſuis mouētur, vel mutantur, non habēt principium mutationis in ſeipſis, ſed foris, ſunt autem hæc, vt ſanabile, & augmeotabile, & ſupple generabile, hæc enim mouentur ab extrinſeco motore, hęc eſt differentia, de qua in ſecundo Phyſicorum.

In externis in his quæ ſunt extra.

Quanquam & hæc interdum ex ſeipſis mutantur, & paruo facto in externis motu alterum quidem in ſanitatem, alterum autem in augmentum accedit.

Soluit contra hæc dubium, nam interdum ſanatio fit à principio intrinſeco, vt io criſibus oaturalibus, vbi oullo beneficio medici addito multi è ſeuiſſimis morbis liberantur. Præterea & augmentatio videtur à principio intrinſeco, vt in libro de generatione habetur.

Auer. commen. 24.

Vnde Auer. mouet hic tres qōnes cootra dicta, prima quia grauia, vt dicitur octauo Phyſicorum, mouētur à generante de potentia eſſentiali, & à remouente prohibens de potentia accidentali, hic autem dicit illa moueri ab ipſis atq; à principio intrinſeco, & ita videtur contradictio.

Secunda quæſtio eſt, quia videmus in pluribus ægritudioibus infirma corpora ſanari à principio intrioſeco, vt cum ſaoantur per criſim naturalem, & ita noo videtur alteratio ſemper à principio extrinſeco. Tertia qō eſt, ꝗa dicitur in libro de generatione principium motus augmēti eſſe in ipſo augmentabili, ergo augmentatio habet principium intrinſecū. Hæ ſunt tres quæſtiooes optimę, quas Auer. mouet. Soluit aūt Ariſto. breuibus dicens, ꝙꝗ & hæc interdum ex ſeipſis mutanť. Et paruo facto in externis, hoc eſt in his quæ ſunt extrioſeca motu, alterum quidem in ſanitatem, alterum aūt in augumentū accedit. Ecce qūo Ariſto. vult hæc moueri interdum à ſeipſis, ſed nō niſi facto motu in externis, licet paruo, & quaſi inſenſibili. Mouentur ergo ſanabile & augumentabile à ſeipſis, nō ſimpliciter excluſo omni motu externo, ſed facto motu in externis paruo, & inſenſibili videntur moueri à ſeipſis, at

E grauia & leuia cum ſunt perfecta & ſuæ naturæ derelicta mouentur omnino à motore intrinſeco. Auerroes autē hic per ordinem ſoluit qōoes, & primo ad primā dicit, ꝙ cum intendit dicere differētiam inter principiū motionis in iſtis noo dicendū eſt, ad diſtinguendum inter ea, ꝗa hoc eſt eſſentiale, cum hoc ſemper inuenitur in eis. & vult dicere (vt mihi videtur) ꝙ grauia & leuia ſemper mouentur ab intrinſeco motore, cætera autē non ſemꝑ, quoniam raro ab intrinſeco motore mouentur, & plerunq; à motore extrinſeco, & ſic poteſt ſaluari differentia. Sed ad verba octaui phyſi. non reſpondet hic, ſed alibi, dixit enim in libro de ſubſtantia orbis Ariſtotelem voluiſſe in octauo libro phyſicorum grauia & leuia non moueri per ſe, licet à ſe, vel à motore iotrinſeco, per ſe quidem non, vt animalia mouentur, quæ oullo facto motu extra mouentur, grauia autē & leuia beoe moueotur à formis eorū, ſed non per ſe, quia coocurrit aliquo modo motor extrinſecus ſaltem in ioitio motus. Ad ſcd'am rñder Auer. in ſanatione criticą motorē eſſe oīno extrinſecū à mobili, quoniam corpus ægrotū conſtat partibus diſſimilaribus, quarū vna principalis eſt cor, cum igitur ſit ſanitas cor ipſum ſanū mediante calore naturali cætera membra languida alterat ad ſanitatem, & ſic fit ſanitas à motore extrinſeco, quia à calore naturali diffuſo à corde ea ratione, qua ſanū eſt. Ad tertiā rñder Auerro. in augmentatione motorē propinquū, vt cibū, venire extra, remotū vero eſſe io ipſo augmentabili, qualis eſt calor naturalis, qui eſt in membro augumētabili, hæc Auerro.

Solutiones Auerrois

F

Dubitationes cōtra Auer. Prima

Verum contra hæc ſunt dubitationes. Primo, contra primam, quoniam in motu locali videtur ſimiliter, nam ſm peripateticos principium motus localis in aīali eſt cor, ſm Galeoū eſt cerebrū, & ſic inter motorem & rem motā videtur diſtinctio ſm partes. Præterea non videtur ratio maior cur aliquid poſſit ſe localiter mouere ſm ſe & quodlibet ſui, & non alterare, oec augere, oec aliquo alio motu mouere. Nam idem poteſt eſſe in actu & in potentia, & ita io omni motu hoc ſufficit. Solet argui de aqua calefacta, quę reducit ſe abſq; motore extrinſeco.

G

Secunda.
Defenſio

Dubitatur etiā contra ſolutionem ſcd'am, nā cibus oon videtur motor, ſed res quæ mouetur ac à calore naturali cōcoquitur, Pręterea anima & naturalis calor videntur agentia proxima in auctione & non remota vt in libro de generatione dicitur. Proculdubio dubitationes iſtę contra Auerroem ſunt difficiles, ſi quis tñ afficeretur doctrina Auer. poſſet dicere ad primā, ꝙ bene in motu locali videtur diſtinctio inter mouens & motū ſm partes, quando mobile eſt diſſimilare, vbi tñ mobile eſt ſimplex et ſimilare, totū pōt eſſe mouēs & motū. At alterabile nō niſi diſſimilare pōt ſe mouere, quia rōne ptiū eſt diſtinctio inter mororē, & rē motā. Ad ſcd'am ēt diximus ſecūdo Phyſic. iō nihil poſſe ſe alterare, vel augere per ſe, ſicut nihil pōt ſe generare, quoniā alteratio, & auctio ſunt generationes ſaltē diſpoſitiue. Motus aūt localis, oec principaliter, oec diſpoſitiue eſt gñatio. De aqua vero calefacta, et eius reductiooe plura diximus in libro de gñatione

Solutio. 1.

H

& in libro Phyſi. & io ſecūdo de aīa cōmento. 115. Ad rationes ſcd'æ dubitationis dicendū ad primā Auer. appellaſſe cibū motorē in auctione, ꝓ quāto alterat ſtomachū cū in ipſum ꝑuenit, vt patet in ſtomachis laoguidis, vel locutus eſt ſm opionem vulgi, qui cibū voluīt eſſe id, quod nos auget. Ad ſecundam dicendū, aīam et calorem eſſe agentia remota, quatenus non augent, niſi aliquo addito, egent enim illo ad hoc, vt augeant. Tamen in rei veritate calor & anima ſunt proxima agentia in auctione, ſed dicuntur remota, quia egent aliquo ad hoc, vt agant.

Solutio. 2.

Et cum idem ſit ſanabile, & ægritudinis ſuſceptiuum, ſi quo quidem ſanabile eſt mouetur, in ſanitatem pergit, ſin autem quo ægrotabile eſt in ægritudinem.

Duo dixerat quorū vnum eſt nihil à motore intrinſeco poſſe alterari, vel augeri, aliud id qd' mouetur in loco, non

niſi

niſi à motore intrinſeco moueri. Ideo primo aſsignat cām quare nihil pōt alterari à motore intrinſeco, vel à ſe, & vt̄ facere hāc rōnem, qa idē eſt ſuſceptiuū vtriuſq; contrariȷ̄, vt idem ſanabile eſt ſuſceptiuum ſanitatis & ægritudinis. Ergo, cum ex parte ſubiecti ad alterum illorū moueri non poſsit requiritur agēs extrinſecum, quod ita ad alterum, quod non ad alterum moueat. Vnde ratio Ariſto. firmať in tribus. Primum eſt, ꝙ idem ſubiectū in alteratione eſt ſuſceptiuum vtriuſq; contrariȷ̄, vt ſanitatis & ægritudinis & augmenti, & decrementi. Secundum eſt, motus diuerſos, quorum ſubiectum eſt vnum, proficiſci à diuerſis motoribus, patet 12. Metaph. & 8. eiuſdem. Tertium, motores diuerſi non poſſunt eſſe intrinſeci rei quę mouetur, maxime ſi fuerit eiuſdem generis ad contraria eiuſdem generis mouentes, non enim mouens ad ægritudinem, & mouens ad ſanitatem poſſunt eſſe in eodem ſanabili ſimul, vt omnibus conſtat. Ex his patet ratio, ſi enim idem alterabile eſt vtriuſq; contrariȷ̄ ſuſceptiuum, vt ex prima ſuppoſitione patet, & non poſſunt motus diuerſi eiuſdem generis eſſe à motoribus intrinſecis vno, vel pluribus per alias ſuppoſitiones, ergo oportet eſſe à motoribus extrinſecis, quorum vnus mouet ad ſanitatem, alter ad ægritudinem. Inquit, & cum idem ſit ſanabile, & ægritudinis ſuſceptiuum, ſi mouetur quidam ea ratione qua ſanabile eſt, in ſanitatem pergit. Si autem mouetur, quo ægrotabile eſt, in ægritudinem venit. Et ſupple tu rationi, ergo oportet eſſe duos motores, alterum è quo mouetur ea ratione, qua ſanabile. Alterum ea ratione qua ægrotabile. Et cum ſint duo diuerſi, erunt extrinſeci, & non intrinſeci, & ſic ſuppleta eſt ratio.

Magis autem graue leueq; horum in ſeipſis principium habere videntur: propterea, ꝙ horum materia propinquiſſima ſubſtantiæ eſt.

Nunc ſecundo aſsignat cauſam, cur graue & leue ſuorū motuum principium habent intrinſecum, & ait hoc eſſe, quia horum motuum materia eſt ſubſtantiæ, ſiue formæ elementorum propinquiſsima. Vnde inquit, magis autem graue leueq; horum, ſcilicet motuum ſuorum in ſeipſis principium habere videntur: propterea, ꝙ horum motuum materia propinquiſsima ſubſtantiæ eſt. Et per materiam intelligit inſtrumentariam qualitatem, qualis graui eſt grauitas, & in leui leuitas. Per ſubſtantiam autem itelligit formam ſubſtantialem grauis & leuis. Quaſi dicat, ideo grauia in ſeipſis habent ſuorum motuum principium, quia qualitas inſtrumentaria motus eorum eſt formæ eorum proxima illam ſequens immediate, & ita graue & leue ad motum ſunt ſumme inclinata, & per conſequens non egent motore extrinſeco inclinante ipſa ita ad vnum motum, ꝙ non ad alium. Grauia ergo ſunt vnius motus, & illius qualitas inſtrumentaliter motiua, & forma. Cuius illa eſt inſtrumentum, ſunt rei, quæ mouentur intrinſeca, ergo hæc ad hoc, vt moueantur nullo egēt motore extrinſeco. Secus autem in cæteris motibus videtur, in illis enim qualitas inſtrumentaliter motiua non eſt proxima formæ, nec intrinſeca, vt ſuperius deduximus.

Aue.cõ.24. Vnde Auer. ait, ꝙ quia qualitas motiua eſt proxima ſubſtātiæ grauium & leuium, ideo cum acquiritur aliqua pars formæ grauis, aut leuis, ſtatim cum illa parte acquiritur motus ad ſuum locū. Vbi niſi aliquid impediat, mox exiſtit, ideo nullo alio egent motore extrinſeco. In cæteris autem qualitatibus requiritur, quia non oportet id, qđ eſt ſuſceptiuum ſanitatis, mox cum ſit, ſanari, & id quod eſt ſuſceptiuum albedinis, mox cū ſit, fieri album. Non. n. qualitas ſanatiua eſt proxima ſubſtantiæ ſanabilis corporis. Nec qualitas albedinis īductiua corpori, proxima eſt, quod eſt albedinis ſuſceptiuum. Et ſic patet differentia.

Signum autem eſt, quia latio abſolutorum eſt, & motuum generatione vltima. Quare vtiq;, & hic motus ſm̄ ſubſtantiam primus erit.

A Eius quod nunc proxime dixerat, affert ſignum, dixerat enim localem motum eſſe proximum ſubſtantiæ eius quod mouetur, quatenus qualitas inſtrumentaliter motiua eſt proxima ſubſtantiæ. Reddit nunc ſignum, ꝙ motus localis ſit proximus ſubſtantiæ rei, quæ mouetur ex hoc, quia latio eſt de numero abſolutorum, quatenus nullo addito, nec ſublato rei competere poteſt quę mouetur, localis enim motus nec abȷ̄cit, nec addit ſubſtantiæ rei, quæ mouetur. Eſt præterea vltimus generatione cæterorum motuum, & per conſequens ſecundum ſubſtantiam & perfectionem primus, & ita ſubſtantiæ rei, quæ mouetur proximus. Inquit. Signum autem eſt, ſ. ꝙ motus localis ſit proximus ſubſtātiæ rei, quæ mouetur, quia latio ipſa abſolutorum eſt, ſupple competens ipſi mobili, nihil abȷ̄ciendo, nihilq; ſubſtantiæ addendo. Et motuum cæterorum generatione eſt vltima. Animal enim vltimo poſt cęteros motus ambulat, vt dicitur 8. Phy. Quare & hic motus vtiq; ſecundum ſubſtantiam primus erit, ac ipſi mo- B bili proximus, & ſic nullo alio extrinſeco eget ad hoc, vt ſit. Ex hiſce patet. Primo, omnium mobilium cōuenientia. Secundo, perſpicua eſt eorum differētia. & tertio, conſtat ex vtraq; parte cauſa differentiæ.

Auer. autem in calce commenti colligit differentiā inter motum animalium, & motum elementorum, quoniā in elementis mouens, & id quod mouetur ſunt idem ſubiecto, & differunt ratione, at in animalibus differunt re, et ratione. Ex hoc duo excerpſimus. Primum eſt elementa aliquando actu moueri, quæ prius tempore non fuerūt in potentia ad motum, vt cum generans ſimul dat formā, & motum conſequentem formam ſublato impedimēto. Hoc enim in caſu potentia tempore non præcedit motū. Secundum, elementa actu moueri aliquando, quæ prius tempore fuerunt in potentia ad motum, quod dupliciter patet. Primo, ratione habita ad potentiam eſſentialē, quę eſt in materia ſui contrariȷ̄. Secundo, ratione habita ad ipſum mobile perfectum & cōpletum, dū detinetur ab ali- C quo. Hæc quære octauo Phyſi. commento quarto. Aue.cõ.24.

Cum igitur aer quidē ex aqua ſit, & ex graui leue. In ſuperiorem locum venit, ſimul autem eſt leue, & non vlterius ſit, ſed illic eſt. Perſpicuum igitur eſt, quoniam id quod potentia eſt ad actum proficiſcens, illuc venit, & ad tantum, & ad tale, vbi actus eſt, & ipſius quanti, et ipſius qualis, & ipſius vbi. Eadem autem eſt cauſa, etiam vt id, quod terra eſt, & id quod eſt ignis moueantur in ipſorum loca nullo impediente. Etenim alimentum cum prohibens, & ſanabile cum detinens non fuerit, confeſtim fertur, & mouet etiam, & id quod à principio fecit, & id quod ſubtraxit, aut id vnde reſiliuit, vt dictum eſt in primis ſermonibus, in qui- D bus determinauimus nihil horū ſeipſum mouere, dictum eſt igitur quam ob cauſam fertur vnumquodq; eorum, quæ feruntur, & quid eſt ſuum in locum ferri. In ſuperiorē locum / In ſurſum. Enim / Autem

Auerroes hunc locum pulchre introducit, ait ꝙ Ariſt. nunc perficiat ſermonem demonſtrationis, quo ipſa elementa mouentur, oſtendens qua ratione mouentur, & ꝙ non mouentur ex ſe in rei veritate, ſed à motore extrinſeco. Inquit, cum igitur aer quidem ex aqua ſit, & vniuerſaliter ex graui leue, in ſuperiorem locum venit eo ipſo qđ ſit. Cuius rationem addit, & inquit, ſimul enim eſt leue, & nō vlterius ſit, ac nec vlterius proficiſcitur, ſed illic eſt, vbi ſuus eſt naturalis locus, quare ſicut ex graui incipit fieri leue, ita illud leue ſe ſurſum incipit facere, & ſicut ſit leue in parte, ſic ſubtollitur ſurſum ī parte, & ita cito ſicut completur, Auerro. cõmen. 25.

completur, ita cito ſublatus eſt ſurſum. Ex hiſce infert id, quod eſt potentia mobile, cum procedit ad actum motionis, ad id deuenire, quod eſt eius perfectio, ut ſi ad motum auctionis proficiſcitur, ad quãtum venit, & ſi procedit ad alterationem, ad quale deuenit, & ſi procedit ad motũ localem, deuenit ad vbi, ita vt quemadmodum incipit venire in actum motus, ſic ſe facere incipit in terminũ motus. Et vt generationem motus compleuit, ſic perfecte erit in termino ad quem ipſius motus. Inquit, perſpicuum igitur eſt, quoniam id, quod potentia eſt ad actum proficiſcens illuc venit. i. venit in actũ qui eſt eius quod mouetur perfectio. deuenit dico, & ad tantum, ſi proficiſcitur ad actũ auctionis. Deuenit & ad tale, ſi proficiſcitur ad actum alterationis, vbi hoc eſt in quo tanto & tali eſt, & actus ipſius quanti, & actus ipſius qualis, & ipſius vbi. Quo declarato oſtẽdit idem eſſe in motu locali, & inquit, eadem autem eſt cauſa etiã, vt id, quod terra eſt, & id quod ignis eſt moueantur in ipſorum loca nullo impediente. Et q̃ ſit eadem ratio, oſtendit dicens, & enim alimentum cum prohibens, & ſanabile cum detinens non fuerit confeſtim fertur ſup. in ſuum terminum, & mouet etiam, & id quod à principio fecit ſup. ipſum graue, vt generans ſup. confeſtim remoto impedimento, & mouet etiã, & id quod ſubtraxit impedimentum ſup. cõfeſtim, aut id vnde reſiliuit ipſum graue etiam mouet confeſtim ſup. motu violento, vt dictum eſt in libris Phyſicorum, vbi determinauimus nihil horum ſeipſum mouere. Quare, vt in cæteris motibus nihil ſeipſum mouet, ſic in motu grauium nihil ſeipſum mouet, & vt in cæteris motibus ſublato impedimento mouens mouet ipſum mobile confeſtim in terminum motus, ſic in motu grauium, & leuium deducto impedimento mouens de potentia eſſentiali, vt generans mouet mobile ſurſum vel deorſum, & remouens prohibens mouet de potentia accidentali etiam confeſtim deducto impedimento, & violentans ſimiliter deducto impedimento confeſtim mouet ſuum mobile.

Dubitatio. Sed dices in verbis Ariſt. videtur contradictio, nam ſuperius voluit grauia et leuia ſeipſa mouere, quatenus mobile non eſt in potentia ad contraria, hic autem ait dictum eſſe in ſermonibus vniuerſalibus nihil poſſe ſeipſum mouere.

Solutio. Dici poteſt hic eſſe dictum grauia & leuia mouere ſe de potentia accidentali, quæ non præcedit tempore motum ipſum. At in ſermonibus vniuerſalibus dixit illa ſeipſa non mouere de potentia eſſentiali, nec de potentia accidentali, quę præcedit actum, vt diximus, & dicemus. Deinde epilogat, & inq̃t, dictum eſt igitur quam ob cauſam fertur vnumquodq; eorum, quæ feruntur, & quid eſt ſuũ in locum ferri. Quo vero ad verba attinet verba illa {Aut id vnde reſiliuit,} quidam intellexerunt de motu violento qui fit per reflexionem, quomodo proijciens mouet pilam per reflexionem, & ideo dicit, & id vnde reſiliuit, id eſt, id vnde reflexa ſunt ipſa proiecta.

Auer. cõ. 25 Auerroes autem dicit Ariſt. voluiſſe oſtendere in toto hoc textu differentiam inter illum motum in loco & alios motus locales, qui ſunt animaliũ, quia animal eſt animal, & ſi non mouetur, iſta autem non ſunt grauia, neq; leuia, donec ſint in locis, hæc Auerr.

Dubitatio. Sed contra hæc dubitatur, nã graue poſtq̃ recepit formam ſubſtãtialẽ, ſemper eſt graue, ſimiliter & leue. Quare tam in locis, q̃ extra loca ſemper ſunt talia.

Solutio. Solitus ſũ dicere per graue, & leue Auer. & Ariſt. intellexiſſe graue & leue cum omnibus ſuis perfectionibus, quæ ſibi cõpetunt naturaliter, quarum vna eſt locus: cum igitur grauia ſunt extra loca, eis videtur deeſſe ea perfectio naturalis, quæ eſt locus. Igitur non eſt graue perfecte ſm omnes perfectiones tã naturales, q̃ accidentales. Quare niſi graue fuerit in loco, nunquam erit graue ſm oẽm perfectionem. Aliter ẽt diximus aliquando, elementũ extra locum nunquã eſſe purum, ſed ſemp̃ habere rõnẽ m miſti, & ita niſi ſit in loco, nunquã elementũ purũ eſſe põt, elementũ enim dũ eſt in aliorũ regione, ſemp̃ habet non nihil com-

E plexionis extraneæ. Bene ergo ait Auer. elementũ extra locũ non eſſe tale, niſi accidentaliter, hoc eſt per quædã accidentia ſimilia ei, & non ſimpliciter & pure, animal vero omni in loco eſt purũ aĩal, & perfectũ in ſuis p̃fectionibus naturalibus.

Aliud Auer. notatum. Secundo Auer. facit talem rationem in talibus corporibus, cũ corpus acquirit aliquã partẽ formæ ſtatim acquirit aliquã partem ipſius vbi, ita vt cũ forma cõplebitur, ipſum vbi cõplebitur, ergo potẽtia ad formam, & potentia ad vbi eſt eadem ſubiecto .ſ. corpore à quo eſt generatio. Hanc rõnem per exẽplũ explanat, nã aqua fuit in potentia leuis, & in potentia ad locũ ſuperũ, quæ cum ſit ignis ſimul eſt ignis & ſurſum, ecce q̃ñ potẽtia ad ignẽ & ad locũ ſuperũ ſimul fuit in aqua, & non in igne, qui ſurſum fertur, cum generatur, hæc Auer.

Dubitatio Sed contra dubitatur, q̃ñ generetur ignis in ſphæra terræ ex oleo, tunc patet non ita cito eſſe ſurſum ſicut generatur, quia generatio fit ſubito, & motus ſurſum fit in tempore. Præterea non eſt manifeſtum quid intelligetur, per quan-

F tum datur de forma, per tantum datur de accidẽtibus conſequentibus formam.

Solutio prĩa Recentiores dicunt intelligendũ eſſe de igne, qui fit in loco generationi ſuę cõuenienti. Eſt enim locus conueniens generationi ignis cõuexum aeris, & locus conueniens generationi aeris conuexum aquę, et locus conueniens generationi aquæ cõuexum terræ: nam vnum elementum fit ex altero, ideo oportet ignem fieri ex ſuo elemento vicino. Quare propoſitio illa communis intelligenda eſt elementis ipſis genitis in locis ſuis generationibus conuenientibus. Huic expoſitioni, vt dicemus, diſſentit Auer. infra.

Alia ſolutio. Propterea aliquãdo diximus Ariſt. per locum ſurſum intelligere totum ipſum ſpatium, quod eſt inter concauum lunæ, & materiã, ex qua fit. verbi cauſa, ſi ignis generetur in centro terræ, locus ſurſum erit totũ ſpatium verſus concauum, quod eſt inter centrum, & concauum. Et hoc pacto eius propoſitio videtur vera. Diximus etiam per ſurſum eſſe intelligendam regionem ignis tantum, et dicebam elementum nullum purum eſſe extra

G proprium locum, niſi cum fuerit in loco ei naturali, extra enim locum videtur impurum ac elementatum. Aliter etiam dici poteſt propoſitionem illam veram eſſe niſi aliquid prohibeat, modo cum apud nos ignis fit, non ſubito ſurſum eſt, quoniam aliquid prohibet, ſcilicet medium reſiſtens, ablato autem medio reſiſtente confeſtim ita cito, ſicut generatur, ita cito erit ſurſum, quoniam tunc motus erit ſubitarius, ſicut generatio ipſius. Ad ſecundam dicendum, communem illam propoſitionem eſſe intelligendam in elementis quantum, id eſt quot gradus agens dat de forma, tot dat de conſequentibus, in miſtis autem intelligit quantum, id eſt quot gradus dat de forma, vel de diſpoſitionibus formæ, tot dat de conſequentibus, vel de diſpoſitionibus facientibus ad illa.

Aliud Auer. notatum. Vlterius Auerr. vult in ſimplicibus idem eſſe ſubiectum motus, & ſubiectum formæ re, differre tamen ratione, ſeu præparatione, in animalibus vero ſubiectum formæ aliud eſt à ſubiecto motus.

Dubitatio. Sed dubitatur, quia ſubiectum formæ eſt mate-

H ria, ſubiectum motus eſt aut forma, aut compoſitum ex materia & forma, ergo non ſunt idem. Præterea de animalibus videtur falſum, quoniam in illis idem videtur ſubiectum formæ, & ſubiectum motus. Corpus enim ſubiectum eſt formæ animalis, & ſubiectum motus eiuſdem.

Defenſio. Poteſt defendi, nam per ſubiectũ motus intelligit illud, in quo eſt potentia eſſentialis ad ipſum motum, & tũc eſt verum quod dixit. Nam ſubiectum motus hoc pacto eſt materia, & hæc eſt ſubiectum formæ: differt autem pręparatione. i. ordine, quia talis materia primo eſt ſubiectũ formæ, & ſecundo eſt ſubiectum motus mediãte forma, niſi ſit impediens. Ad ſecundam dici poteſt, ſubiectum motus in animalibus eſſe corpus, non abſolute, ſed vt affectũ pro illo motu, videlicet, vt membra ſunt exiccata, & dura. Subiectum vero formæ eſt materia, quę eſt ſubiectũ generationis, & ſic patet differentia.

Aliud Auer. notatum. Vlterius Auerro. ponit differentiam alio modo inter motum grauium, &

leuium

leuium, & cæteros motus, quia in cæteris motibus impediens non habet locum, quod enim mouetur ad nutrimẽtum vel ſanitatẽ impoſsibile eſt impediri per aliquod. At graue cum mouetur deorſum, poteſt impediri. (Aliud Auer. notatum.) Vlterius Auer. ait Ariſto. in ſermonibus vniuerſalibus duobus locis declaraſſe nihil moueri à ſe, quia in ſeptimo, & in octauo libro Phyſicorum, aliter tamen & aliter, nam firmius in octauo, in ſeptimo enim arguit ſupponendum primum motum quaſi per ſe manifeſtum, in octauo autem probauit ad primum motum per ſe eſſe deueniẽdum, quare certius in octauo demonſtratio illa habetur. (Vltimũ Auer. notatũ.) Vltimo Auer. quaſi totam Ariſt. rationem epilogando reducit eã ad formam ſic, omne tranſmutabile tranſmutatur ad ſimile, elementa ſunt tranſmutabilia, ergo elementa trãſmutãtur in ſiſe. Vlterius arguĩ, eſnta tranſmutanẽ ad ſiſe, eſnta tranſmutanẽ ad loca ꝑpria, ergo loca propria ſunt ſiſha eſntis, et ita patet elementa non moueri ad eorũ loca, niſi quatenus ſunt ſimilia & elementorum perfectiua, hæc Auer.

B Differentias autem, & ea quæ circa ipſa accidunt nunc dicamus. primo igitur determinatum ſit, vt oĩbus videtur, graue quidẽ ſimpliciter id eſſe, quod oĩbus ſubſtat, leue autẽ id, qđ oĩbꝰ ſupereminet. Simpliciter autẽ dico, & in ipſum genus reſpiciens, & in ea quibus ambo non inſunt, vt ignis quæuis magnitudo, niſi forte aliquid aliud prohibeat, ferri ſurſum videtur, terrea autem deorſum, eodem autẽ modo, & celerius quod maius eſt.

Duo hactenus declarauit, & quam ob cauſam feratur vnumquodq; eorum, quæ feruntur, & quid eſt ferri in ſui ipſius locum. At nunc proponit definire graue & leue primo, ſecundo ex definitionibus datis reddere cauſas olum eorum, quæ illis accidunt. inquit, differentias autem ſupple, quibus definitiones grauis, & leuis conſtant, nunc dicamus, ſecundo loco, & ea nunc dicamus, quæ circa ipſa accidunt, nam de natura bonarum definitionum eſt, vt ꝑ ipſas ſoluantur omnes quæſtiones, quæ rei definitæ accidunt, & reddatur cauſa omnium accidentium. Propoſita intentione & ordine exequitur dando definitiones, ait tamen tales velle dare, quæ omnibus antiquis videntur, & inquit. Primo igitur determinatum ſit ſupple de graui & leui definitiue, vt omnibus Philoſophis antiquis videtur, definit igitur graue dicẽs id eſſe ſimpliciter graue, qđ omnibus ſubſtat, hoc eſt (vt exponit Auerroes) quod ſub omnibus quieſcit, leue autem ſupple etiam ſimpliciter id quod omnibus ſupereminet, hoc eſt, vt Auerroes inquit, quod ſuper omnia quieſcit.

Sed occurres, nam quæſtionem quid res ipſa eſt præce(Auer. cõ.34)dit quæſtio an res ipſa eſt, ſi igitur definit graue ſimpliciter, & leue ſimpliciter prius an hæ ſint debuit declarare. (Dubitatio.) Cui Auer. reſpondet aliqua corpora eſſe talia ſuperius declaratum eſt, vbi demonſtrauit terram quieſcere ſub omnibus corporibus, quia mouetur ex omnibus mundi partibus ad medium mundi, Similiter declaratum eſt eſſe aliquod tale corpus, quod omnibus ſupereminet corporibus, quæ recte mouenẽ, qualis eſt ignis, & ſic non fuit neceſſarium idem nunc repetere, cum ſit ſuppoſitum iam.

Animaduertendum ſecundũ Auer. ꝙ ſuperius in primo, & tertio libro Ariſto. graue & leue aliter deſcripſit. dixit enim graue eſſe illud quod mouetur ad medium, leue autem quod mouetur à medio, ecce quomodo definitiones eiuſmodi differunt, nã præſentes dantur per quietem, præcedentes per motum. Secundo animaduertit Auer. differentias inter has definitiones, vult enim definitiones præſentes, quæ per quietem aſsignantur, eſſe veriores, & magis naturas grauis & leuis demonſtrantes, quàm ſint illæ, quę per motum dantur. Cauſam autem affert, quia motus elementis non competere videtur, niſi

A aliqua ratione violenter, quies vero eis eſt omni ex parte naturalis, non enim motus elemẽtis ineſſet, niſi medium reſiſteret, quod abſq; aliqua violentia fieri non poteſt.

Præterea motus ineſt dum elementum non eſt purũ, & perfectum, at quies ineſt, poſtq̃ elementum omni ex parte eſt completum. Aſsignari poteſt alia cauſa, quare præſentes definitiones, quæ per quietẽ dantur, ſint veriores, & potiores, quia dantur per cauſam finalẽ motus, quies enim eſt finis motus, modo finis eſt potiſsima cauſarum. Tertio animaduertit Auer. has definitiones non eſſe eſſentiales, nec aſsignatas per proprias differentias, quia differentiæ latent, propterea loco earũ accipiuntur actiones proficiſcentes ab ipſis. Animaduertẽdum graue ſimpliciter eſſe ſic definiendũ, quod eſt illud, quod omnibus ſimpliciter ſubſtat, & leue ſimpliciter quod omnibus ſimpliciter ſupereminet. Verbum enim ſimpliciter debet poni ita in definitione, vt ponitur ex parte definiti, ideò Ariſto. exponit quid ipſe velit per ſimpliciter,

B quod in definitione eſt ſubaudiendum, cum enim dicitur graue ſimpliciter eſſe quod omnibus ſimpliciter ſubſtat, & leue ſimpliciter, quod omnibus ſimpliciter ſupereminet, quæritur quid intelligitur per omnibus ſimpliciter ſupereminere, & per omnibus ſimpliciter ſubſtare.

Ariſtoteles igitur ſeipſum explanans, inquit, ſimpliciter autem dico ſupple, vel omnibus ſubſtare, vel omnibus ſupereminere & in ipſum genus reſpiciens, quaſi dicat ſimpliciter dico ſecundum genus. non enim leue ſimpliciter eſt, quod omnibus corporibus tam ſui generis, quam alterius generis ſupereminet, quia licet ſuperemineat elementis quæ ſunt ſui generis, non ſupereminet corporibus cœleſtibus quæ ſunt alterius generis. Similiter terra licet ſubſtet omnibus elementis, quæ ſunt ſui generis, non ſubſtare dicitur corporibus cœleſtibus, quæ ſunt alterius generis, nec etiam illis dicĩ ſupereſſe, quare ſimpliciter eminere, vel ſimpliciter ſubſtare quod ponitur ex parte definitionis dicitur ad genus reſpiciens ſupple ſuo-

C rum corporum. Et exponens ſimpliciter, ex parte rei quę definitur hoc eſt quid per graue ſimpliciter & quid per leue ſimpliciter intelligat, addit ei, & in ea ſupple reſpiciens quibus ambo, ſcilicet grauitas & leuitas ſimul nõ inſunt, vt ſunt aer, & aqua, quibꝰ grauitas & leuitas inſunt. Vel facilius exponi poteſt, vt Ariſtot. exponat quid per ſimpliciter intelligat, quod intelligĩ à parte definiti, hoc eſt quid intelligitur per ſimpliciter graue, & quid ꝑ ſimpliciter leue, et vult ſimpliciter graue eſſe intelligendum, quod in genere grauium obtinet ſummum gradũ, & cui nihil admiſtum eſt de leui. Simpliciter leue vero eſſe intelligendum, quod in genere leuium tenet gradum ſummum, & nihil grauis ad miſtũ habet, & hoc ait ſimpliciter autem vel graue, vel leue dico, & in ipſum genus reſpiciens, hoc eſt quod in genere grauium vel leuium obtinet ſummũ, & quibus ambo graue & leue ſupple non inſunt, ſed graue eſt ita graue, quod nihil leuis habet, & leue ita leue, vt nihil grauis. Auerroes autem per genus intelli-

D git locum, qui eſt genus omnium locorũ, qui ſunt ſurſum, & deorſum, & ſic per ſimpliciter graue eſt intelligendum illud, quod in genere locorum grauium obtinet infimũ, leue ſimpliciter, quod in genere locorum leuiũ obtinet ſummum. Sed circa hæc dubitatur, ait enim ſimpliciter graue eſſe, vel ſimpliciter leue, cui nõ inſunt ambo, ergo graue in reſpectu, & leue in reſpectu erunt quibus ambo inerunt. (Dubitatio.) Et ita aquæ grauitas & leuitas inerit, ſimiliter & aer, hoc autem non cõcederet Ariſt. quia quodlibet elementum eſt ſimplex & purum in ſua ſpecie. (Reſponſio.) Reſpõdet Auer. & (vt mihi videtur) innuit talem diſtinctionem, ꝙ compoſitio eſt duplex, altera, quæ eſt diuerſorum vnio in quodam tertio, altera eſt quædam comparatio eiuſdem ad diuerſa, ſecundum quam pluribus denominationibus appellatur. Vult igitur Auer. media elementa dici compoſita comparatione, ac denominatione, nõ autem vnione, & ſic compoſita dici poſſunt ſimplicia, hęc per exem-

pla

pla exponit dicens, vt ignis ipſius quæuis magnitudo, ſiue portio dicitur leuis ſimpliciter, quia niſi forte aliquid aliud prohibeat ferri ſurſum videtur, & in locum venire eminentiſſimum, terræ autem ſupple quæuis portio dicitur grauis ſimpliciter, quia niſi forte aliquid aliud prohibeat ferri deorſum videtur, & in locum infimum venire. Addit eodem autem modo ſupple, & celerius id fertur, vel ſurſum, vel deorſum, quod maius eſt in grauitate, vel leuitate. Auerroes autem ſuper his verbis, inquit, & ſignum q́ ignis eſt leuis, ſine aliqua grauitate eſt, quia quãto ignis maior erit, tanto ſurſum velocius fertur. Addit, q́ ſi ignis eſſet compoſitus ex grauitate & leuitate nõ contingeret hoc, ſcilicet, ipſum velocius ferri ſurſum, quo maior eſſet, quia propoſitio grauis & leuis ad leue in vtroq; ſcilicet magno, & paruo eſſet eadem, ac cum in eo ſola ſit leuitas, ideo quãto ignis maior eſt, tanto velocius ſurſum fertur. Ecce quomodo Auer. vult Ariſt. verbum habere locũ ſuppoſita ſimplicitate ignis, quia vbi ignis eſt ſimplex valet, q́ quanto maior fuerit, tanto velocius fertur, F vbi vero eſſet quoddam miſtum non valet, q́ quanto eſſet maior, tanto celerius fertur, lignum enim maius eſt plumbo, & non deorſum tantundem celerius fertur. Solet inſtari contra hoc, quia aurum velocius deſcendit ipſa terra, & tamen eſt miſtum. Tu vero conſidera, nam inſtantia non eſt ad rem.

Alio vero modo graue, & leue ſunt, quibus vtraque inſunt: quibuſdam enim, & ſupereminent, & ſubſtant, vt aer, & aqua. Nam ſimpliciter quidem, neutrum horum leue eſt, vel graue, terra quidem enim ambo ſunt leuiora quæuis enim ipſorum pars ſupereminet ipſi, igne autem grauiora, ſubſidet enim ipſorum, pars, quantacunq; ſit. Ad ſe ipſa vero ſimpliciter aliud quidem eſt graue, aliud autem leue. G Nam aer quidem quantulus ſit aquæ ipſi ſupereminet, aqua autem etiam quantula fuerit, aeri ſubſidet.

Tranſit nunc ad definiendum graue, & leue in reſpectu, & definit hæc in ſimul, non ſeorſum ſingulum, vt fecit de graui & leui ſimpliciter, quoniam ex quo ſunt media, ſubeunt ratione in vnius definibilis. Inquit, Alio vero modo ſupple à graui, & leui ſimpliciter graue, & leue ſunt, quibus vtraq; inſunt, hoc eſt vtraq; qualitas, leuitas, videlicet & grauitas, hæc eſt definitio, ergo grauia, & leuia in reſpectu ſunt, quibus tam grauitas, q́ leuitas ineſt. Et reddit cauſam quare vtraq; qualitas cuiq; eorum ineſt ex eo, quia aliquibus ſupereminent, aliquibus ſubſtant, vt aer, & aqua: eminent. ſ. terræ, ſubſtant igni. inquit: quibuſdam enim, & ſupereminent, vt terreis, & ſubſtant, vt igneis. Et ponit exemplum dicens, vt aer, & aqua dixerat hæc dici aliter grauia & leuia, ideo aſsignat cãm quare hæc dicuntur aliter grauia & leuia, ex eo quia ſimpliciter neutrum horum leue eſt, vel graue, quia ambo ſunt leuiora ipſa terra, & igne grauiora, inquit: dico ſupple hæc H aliter grauia, & leuia ab his quæ ſunt ſimpliciter talia: nã ſimpliciter quidem neutrum horum leue eſt, vel graue: nam terra quidem ambo ſunt leuiora, quæuis enim pars ipſorum ipſi terræ ſupereminet, igne autem ſunt grauiora, ſubſidet enim ipſorum pars quantacunq; ſit ipſi igni, ergo ſunt grauia & leuia ad aliud, atq; aliud, & ſic cuiq; eorum vtraq; qualitas ineſt, non quidem compoſitione, vt diximus, ſed denominatione, & reſpectu. Obiectio. Sed occurres, ſicut aer, & aqua dicuntur grauia & leuia reſpectu extremorum, an dici poſsint grauia & leuia comparatione ad ſeipſa ſimpliciter & ſeorſum. Reſponſio. Reſpondet Ariſto. ad ſe ipſa vero ſimpliciter, ideſt ſeorſum, ſumit enim ſimpliciter pro ſolo, ac ſeorſum ſumpto aliud quidem eſt graue, aliud autem leue, nam aer quidem quantuluſcunq; ſit omni

E aquæ ipſi ſupereminet, ergo dicitur leuior aqua, aqua vero quantulauis fuerit omni aeri ſubſidet, ergo eſt grauis ad aerem, quare hæc dicuntur grauia & leuia in reſpectu tam ſimul ſumpta, & ad extrema comparata, q́ ſeorſum ſimpliciter & accepta, ad ſe relata.

Auerroes autem aſsignat ſignum quo aerem eſſe aqua leuiorem cognoſcitur, quia corpora, quibus aer prædominaſ aquis ſupernatat: ergo aer eſt leuior aqua, & aqua grauior aere. Aue. cõ. 27. Dubitati. 1. Sed contra hæc dubitabis fortaſſe. primo, q́ vel leuitas aeris eſt intenſa, vt octo in aere ipſo, vel remiſſa: ſi eſt intenſa, ergo aer erit leuiſsimus ſimpliciter, & ita omnibus ſupereminet: ſin autẽ remiſſa, erit ergo ſibi grauitas quicq́ admiſtum, cuius oppoſitum Auer. aſſeruit. proximo commento. Dubita. ſcd'a Secundo ſi grauis & leuis dicitur aer comparatione, grauitas & leuitas in eo erunt relationes, quare nõ erunt principia motuum, vt quinto Phyſi. colligitur. Reſponſio. Poteſt dici qualitatem, qua aer dicitur grauis & leuis, differre ſpecie à leuitate ignea, & grauitate F terrea: hęc. n. aerea qualitas, ſiue ſit dicenda leuitas, ſiue grauitas eſt intenſa, vt octo in tali natura. Et ita non ſequitur aerem per hanc omnibus ſupereminere, quia eſt intenſa, vt octo, vt aerea eſt, non autem ſimpliciter. Ad ſecundam dicendum aliquid dici comparatione poſſe dupliciter intelligi, aut intrinſece ratione fundamenti, velut ſimile ratione fundamenti eſt album ratione albedinis. Aut extrinſece ratione relationis, vt ſimile extrinſece ratione relationis eſt ſimile propter ſimilitudinem, tunc dico aerem, & aquam dici comparatiue grauia & leuia intrinſece propter qualitates, quæ ſunt fundamẽta reſpectuum, & non extrinſece propter relationes.

Quoniam autem, & cæterorum alia quidẽ grauitatem: alia vero leuitatem habent, patet eam quidem differentiam, quæ in ſimplicibus eſt: horum omnium cauſam eſſe ex eo nanq;, quia aliud plus, alius minus illorum ſunt aſſecuta, G alia corporum grauia, alia leuia erunt. Illa ta

Auerroes ſic introducit & recte, cum dedit definitionem grauis & leuis, tam ſimpliciter, quàm in reſpectu, tranſit ad aſsignandam cauſam accidentium, quæ inſunt miſtis propter ſimplicia: hoc enim erat tertium propoſitum. Præordinat tamen doctrinam hoc modo, quoniam miſta ſunt grauia, vel leuia propter ſimplicia, quæ in illis prædominantur, ideo dicendum eſt de accidentibus ſimplicium: ſic enim erit dictum de accidentibus miſtorum. Primo ergo oſtendit miſta eſſe talia propter ſimplicia. Secundo ex hoc quid agendum ſit de ſimplicibus, colligit. Inquit, quoniam autem & cæterorum, ſcilicet miſtorum alia quidem grauitatem, alia autem leuitatem habent, patet eam quidem differentiam, quæ in ſimplicibus eſt, horum horum corporum miſtorũ cauſam eſſe. ſ. cur alia grauia, alia leuia ſint. Et quod miſta ſint grauia, & leuia propter ſimplicia, declarat dicẽs: ex eo nãq;, quia aliud plus, H aliud minus illorum ſimplicium ipſa miſta ſunt aſſecuta, alia corporum miſtorum à prędominio erunt grauia, alia leuia. Patet igitur verum eſſe, miſta eſſe grauia, vel leuia propter ſimplicia: lignum enim leuius eſt plũbo, quia de leuibus elementis, plus eſt in ligno, quàm in plumbo: aurum vero, vt Auerroes inquit, grauius adeſt argento, q́ in eo eſt plus de terra, oleum autem leuius vino, quia in eo plus eſt aeris. Quo vero ad verba attinet, verbum illud { In ſimplicibus } antiquæ tranſlationes habent {In compoſitis,} quod vnde factum ſit, ignoro, græce enim eſt ἀσυνθέτοις, hoc eſt ſimplicibus, ideo iunioribus fuit errandi cauſa.

Quare de illis dicendum eſt, cętera enim illa prima ſequuntur, quod quidẽ, & eos oportere facere diximus, qui ob plenum graue eſſe dicunt, & ob vacuum leue.

Declarauit

Declarauit miſta eſſe grauia & leuia propter differentiam ſimplicium, quoties in illis præſunt. Ex hoc concludit quod facturus eſt, aſſerens ſolũ de ſimplicibus ſe velle agere, quoniam cum miſta ſint talia ob ſimplicium prędominium, ſatis de differentijs, ac accidētibus miſtorum dicetur, ſi de accidentibus ſimplicium erit dictum. Inquit, quare de illis ſimplicibus dicendũ eſt, cuius cauſam aſſignat dicens, cætera enim miſta illa prima, & ſimplicia ſequuntur, ſunt enim vt dictum eſt miſta ipſa grauia & leuia ob ſimplicia. Addit hunc ordinem debuiſſe ſeruare Democriticos, qui grauia ob plenum, & leuia ob vacuum eſſe dixerunt, debent enim ſolum de accidentibus pleni, & vacui dicere, quoniam ſic de accidentibus miſtorum ſatis erit dictum. Ariſtoteles ergo, vt Aue. inquit, prætermiſit tractare accidentia miſtorum, & tantum in ſimplicibus inquirit accidentium cauſas, hæc de intentione, deinde ordine.

Itaq; legit Sā, vel Autem ... ταλαντιαῖον ... Centū librarum.

Accidit itaque eadem non vbique grauia leuiaq; ob differentiam primorum videri. Dico autem, vt in aere quidem grauius erit lignum talantiæon plumbo mnaiæo, in aqua autem leuius.

Quod dicit hic Ariſto. poteſt eſſe dubitatio contra dicta, et poteſt eſſe problema, nam cum propoſuit loqui de accidentibus miſtorum propter differētiam ſimplicium, nunc hoc facit, proponit enim accidens primo, ſecundo illius cauſam reddit. Erit ergo problema quam ob cauſam lignum centum librarum eſt in aere grauius plumbo vnius libræ, in aqua vero econtra plumbum vnius libræ eſt grauius ligno centum librarum. Inquit, accidit itaque eadem non vbiq; grauia, leuiaq; ob differentiam primorum videri. Et propter hæc verba videtur hæc dubitatio contra dicta, diximus enim miſta eſſe talia propter ſimplicia, at nunc ita eſſe non videmus, & hoc exponit dicens, dico autem, vt in aere quidem grauius erit lignum talantiæum, plumbo mnaiæo, in aqua autem econtra lignum talantięum leuius eſt plumbo mnaięo. Debes ſcire, quòd lignum talantiæum ſemper eſt plumbo mnaiæo grauius, dicitur autem in aere grauius, quia in illo velocius fertur, quàm plumbum. In aqua vero leuius, quia in illa vel non fertur, vel tardius mouetur. Hinc Auerro. ait Ariſto. hic per grauitatem intellexiſſe tarditatem, per leuitatem vero velocitatem. Quo vero ad verba attinet talantiæum à Ταλαντον, talētum deducitur, eſt autem talentũ non vna ratione acceptum (vt Plinius loquit,) tamen hic pro pondere centum librarum aſſumpſimus, quia quouis modo exponatur, nõ refert. Mnaięũ vero deducitur à mna, hoc eſt mina libra vna. fol. 20. hic vero pro libra vna accepimus, quia quouis modo exponatur differentiam non facit in re.

...αιαῖον Vnius librę. à τάλαντον talentum, lege Budæũ de Aſſe.

Cauſa autem eſt, quoniam grauitatem habent omnia præter ignem, & leuitatem præter terram: terra igitur & quæ terrę plurimum habent, vbiq; grauitatem habere neceſſe eſt, aquam autem vbiq; præterquã in terra, & aerē præterquã in aqua, & terra.

Soluit Ariſt. problema, & ſupponit oīa elementa habēre grauitatem præter ignem, nam aer, aqua, & terra grauitatem habent. Secundo ſupponit oīa habere leuitatem, præter terram: nam ignis, aer, & aqua leuitatem habent. Ex his concludit terram, & quæ plurimum terræ habent vbiq; grauitatem habere, quoniam in igne, aere, & aqua grauitatem habent. Secundo concludit aquam vbiq; grauitatem habere pręterquã in terra, vbi leuitatē habet. Tertio concludit, aerem vbiq; grauitatem habere pręterquã in aqua, & terra, vbi leuitatem habet. Inquit, cauſa autem eſt, quoniam grauitatem habent omnia præter ignem: nã aer, aqua, & terra grauitatem habent, hæc eſt prima ſuppoſitio, ponit ſecundam dicens, & leuitatem præter terram, leuitat enim ignis, aer, & aqua, terra autem ſola grauitat, hæc eſt ſecunda. Ex his excerpit primo, terram & terrea vbiq; grauitare, & inquit, terram igitur & quæ terræ plurimum habent vbiq; grauitatem habere neceſſe eſt, vbique quia in igne, aere, aqua, & terra, ſi elementum in ſua ſphæra grauitet vt dicetur. Deinde ponit ſecundum excerptum dicens, aquam autem vbique præterquam in terra, vbi leuitat, grauitat enim aqua in regione ignis, & in regione aeris, & in propria regione vt dicemus, ſolum autem in terra leuitat. Ponit tertium dicens, & aerem præterquam in aqua & terra, vbi leuitat, grauitat enim in regione ignis, & in propria regione vt dicemus, ignis, vt primum, aer, vt. 2. aqua, vt. 3. Terra, vt. 9.

Animaduertendum, q; Auer. dicit omnia elementa præter ignem ſuis in locis aliquã habere grauitatem præter ignem aliquam (vt dicit) & non ſimpliciter: qualem habent extra eorum loca: ſed aliquam quaſi diminutam.

Hinc Them. quæſtio tollitur: arguit enim Them. ſi elementa haberent grauitatē ſuis in locis in illis ſtarent violenter: velut cum ſtant extra ea. Quod ſoluit Auer. per hoc, q; elementa ſuis in locis non habent grauitatem ſimpliciter, ſed aliquam quæ eſt facilitas quædam, qua mota in illis deorſum facilius feruntur quàm ſurſum, quare per grauitatem aliquã Ariſto. intelligit facilitatem qua mobilia facilius deorſum quàm ſurſum ferũtur, et hoc Auer. declarauit ex proiectis: ſed de his poſtea.

Sua enim in regione omnia grauitatem habent præter ignem, etiam aer. Signum autem eſt, quoniam plus trahit inflatus vter vacuo.

Duas ſuppoſitiones fecit: quarũ prima erat omnia elementa ſuis in locis grauitatem habere præter ignem. Secunda vero erat, cuncta leuitatem habere præter terram. Secundam quidem relinquit, vel tanq̃ notã, vel quia patet ex declaratione primæ, vel quia illa nobis nõ deſeruit, & primam probat argumento ſumpto ab vtre inflato, q̃a propria ī aeris regione deorſum trahit, proponit ergo primo ſuppoſitionem, & inquit. Sua enim in regione omnia grauitatem habent præter ignem, hæc fuit prima ſuppoſitio: addit etiam aer ſupple propria in regione grauitatē habet, de quo quis poſſet ambigere: & hac ratione ſpeciatim exemplum, atq; ſignum poſuit de aere, dicens. Signum autem eſt quoniam plus trahit inflatus vter in propria regione ipſo vacuo, et hoc, vt addit Simplicius modo vter ſit pelle tenuiſsima confectus, vt membrana illa nullatenus promoueat. hinc patet prima ſuppoſitio.

Quare ſi quid plus aeris habet, q̃ terræ, & aquę, id in aqua quidem alio leuius, in aere vero grauius eſſe contingit; nam non natat quidem ſuper aerem, natat autem ſuper aquam.

Lignum talantiæum		plumbum mnaiæum	
	A		B
ignis	2	ignis	1
aer	12	aer	2
aqua	5	aqua	3
terra	3	terra	9

Ex his ſoluit problema, & reddit cauſam accidentis, q̃a A lignum talantięum in aere habet virtutem motiuã deorſum, vt 20. quia in eo aer, vt 12. & aqua, vt quinq;, & terra, vt tria omnia deorſum trahunt, quia vt proxima ſuppoſitione patet, aer propria in ſphæra grauitat, vim autē reſiſtitiuam habet, vt vnum, quia in eo ignis eſt, vt vnum, ergo mouetur deorſum ipſum A à proportione vigecupla, B vero plumbum in aere vim motiuam habet deorſum 14. reſiſtitiuam, vt vnum, ergo mouetur in aere à proportione virtutis motiuæ ſuper reſiſtentiam 14. quare B plumbũ in aere tardius deorſum fertur, A vero lignũ velocius. In

aqua

aqua autem econtra, quoniam vis deorſum motiua in.a. eſt vt octo, reſiſtitiua, vt.13. ergo in illa non mouetur, ſed in ſuperficie natat, nam in aqua lignum mouetur deorſum propter aquam vt quinq;, & terram vt tria, ergo mouetur a vi motiua deorſum vt octo, trahunt vero ſurſum ignis vt vnum, & aer vt.12. ergo vis reſiſtendi erit vt.13. B. autem mouetur deorſum in aqua a virtute motiua vt 12. quia à virtute aquæ vt tria: & terræ vt.9. ergo à virtute mouendi vt.12. à reſiſtitiua vero vt tria: quia virtute ignis vt vnum, & aeris vt duo: ergo proportio virtutis motiuæ deorſum ſuper eius reſiſtentiam in plumbo erit maior quàm in ligno, ſi ponantur in aqua, & tota cauſa huius problematis eſt, quia omnia elementa proprijs in ſphæris deorſum trahunt, præter ignem vt aer, & aqua, & terra, vt declarauimus. Inquit. Quare ſiquid plus aeris habet ſupple lignum. a. quàm terræ, & aquæ, id in aqua quidem alio. ſ. plumbo leuius eſt, in aere vero grauius eſſe contingit, vt declaraui, nam non natat ſuper aerem, quia vis motiua eſt maior vi reſiſtitiua, natat autem ſuper aquam, quia vis reſiſtitiua eſt maior vi motiua. At in plumbo eſt oppoſitũ, tardius enim fertur in aere, quia proportio virtutis motiuę ad reſiſtentiam eſt parua, velocius vero deſcẽdit in aqua, quia proportio virtutis motiuæ ad reſiſtentiam eſt magna, & ſic patet problema, & cauſa accidentis.

Cõtrouerſia inter Ariſto. & Them.

Circa ſolutionẽ problematis Them. diſſentit ab Ariſt. negat enim ſuppoſitionem, quæ dicit: omne elementum vbiq; habere grauitatem præter ignem. Primo, quia tũc nullum aliud elementum, niſi ignis eſſet naturaliter in loco proprio, ſed violenter. Secundo, quia ſignum ſumptũ ab vtre nihil eſt, quoniã vter inflatus grauitat in aere, aut propter pellem, aut propter aeris condenſationem. Tertio, quia ſolui poteſt problema ſine illa ſuppoſitione, & q ita ſit, declaratur: accipiendo lignũ A habere quatuor partes iuxta quatuor elementa, quæ argumenti gratia reducantur in duas, videlicet, in leuem ratione ignis, & aeris, & in grauem ratione aquæ & terræ, ſitq; pars grauis in ligno maior, q̃ pars grauis in plumbo. Similiter & leuis ſit maior in ligno A, q̃ in plumbo B. Secundo accipit nullum elementum in ſphæra propria grauitare, vel leuitare, ſed ita cito leuitare, q̃ cito verſus deorſum extra ſphærã ponitur, ita cito autem grauitare cum primum extra ſphærã verſus locum ſurſum collocatur. Ex hoc ſoluitur problema: nam cum lignum A habeat plus grauitatis, q̃ plũbũ, & in aere pars eius aerea dũ eſt in eo, nec ſurſum, nec deorſum trahat, relinquitur in aere ipſum citius moueri deorſum, q̃ plumbum, quia virtus motiua deorſum eſt maior & vis reſiſtendi, vel ęqualis in aere, vel minor, ex quo aer in eius ſphęra non grauitat per ſuppoſitionem, at in aqua, licet virtus grauitatis ſit maior vi exiſtente in plumbo, tamen reſiſtentia eſt maior cum ponitur in aqua, quoniam vis leuitatis in A ligno etiam ponebatur maior, q̃ in plumbo, & ſic patet problema, ſiue ponatur ſuppoſitio Ariſt. ſiue negetur, modo concedatur extra ſphæram elementũ grauitare vel leuitare.

Oppugnat.

Obijcit huic opinioni Auerro. vt mihi videtur. Primo, quia aer in ſphæra ignis deſcendit, ergo i media ſphæra habebit conditiones medias, & aſcẽdit in ſphæra aquæ, & terra, & ita in ſphęra media erit grauis & leuis, quare grauitabit & leuitabit. Secundo ſagitta pulſa mouetur ſurſum & deorſum in aere, ergo aer trahit ſurſum & deorſum, & ita eſt grauis & leuis, quare grauitat. Tertio accipitur lignum, quod ſit in grauitate plũbo æquale, in leuitate plumbo maius in centuplum, caſus eſt poſsibilis, modo experientia doceret hoc lignum velocius in aere deſcendere, q̃ plumbum datum, quo cõceſſo, quæritur è qua parte citius lignum in aere ipſo deſcenderet, vel è parte graui, & hoc non, quoniam lignum in grauitate eſt æquale plumbo per caſum, ergo citius deſcẽdit è parte leue, & nõ niſi aer grauitet in ſua ſphæra, aliter nõ citius deorſum veniret, ergo aer in ſua ſphæra grauitat. Tertio reprehendit Auer. Them. quia non fecit differen-

E tiam inter cãm eſſentialem & accidentalem illius accidentis. Quod. n. lignum citius in aere deſcendat certo plũbo, cauſa accidentalis eſt ſi poneretur maioris grauitatis ipſo plumbo: hæc enim cauſa pro tanto accidẽtalis eſt, quia ea ablata, adhuc lignum poſſet citius moueri deorſum in aere (. quia dictum eſt,) vbi lignũ, & plumbum eſſent æqualis grauitatis, adhuc lignum (vt docet experientia) citius deſcenderet, & non tamen propter partem grauem maiorem, ergo vera cauſa, & per ſe, quare lignum citius in aere deſcendit eſt, quia conſtat tribus grauibus, videlicet, aere qui in ſphæra propria eſt grauis, & aqua, & terra, quare oportet dicere aerem in ſua ſphæra grauitare. Ad illud de vtre, in quo Them. reſpõdit Ariſt. Auer. dicit primo, illud eſſe exẽplũ, & nõ ſignũ verũ, quia exẽpla ponimus, vt ſentiat qui diſcunt. Secũdo dicit Ariſt. ſuppoſuiſſe vtrẽ eſſe tenuiſsimæ mẽbranæ, adeo vt nõ promoueat plus, q̃ aer. Themiſtius vero credit vtrem eſſe ex craſſa admodũ pellicula, hæc breuiter in commento colliguntur.

An elementa media i propriis ſphæris grauitent.

F Sed an vera ſint, dubium eſt non paruum. Auerroes dubium hoc diſſoluit in præſenti commento, & infra commento 39. vnde hic ponit hanc concluſionẽ q media elementa proprijs in locis grauitent & leuitent. Cõmento vero 39. ponit aliã, q, videlicet, licet hæc media elemẽta grauitent & leuitẽt proprijs in locis, tamen in illis magis grauitant. Primam cõcluſionem tribus rationibus potiſsimum confirmauit, prima, quia aer deſcendit a regione ignis, & aſcẽdit a regione terræ, & aquæ, ergo aer grauitat & leuitat in loco eius medio. Secunda, quia ſagitta propulſa mouetur ſurſum & deorſum in aeris regione, ergo aer trahit ſurſum & deorſum, & ita leuitat & grauitat. Tertia, ſit lignum, cuius aqua, & terra ſint æquales aquæ, & terræ, quæ ſunt in plumbo, & ignea quoque pars ſit æqualis in vtroq;, aerea vero ſit centupla in ligno ad partem aeream plumbi, caſu iſto poſito, conſtat in regione aeris lignum eiuſmodi citius deſcendere plumbo, & non ratione aquæ, & terræ, quæ in vtroq; ſunt æqua-

Confirmatio prima.

G les, nec ratione partis igneę, quia illa non trahit deorſum, & in vtroq; eſt æqualis, ergo ratione partis aereæ, quare ſi lignum in aeris regione citius plumbo deſcẽdit, aer ſua in regione grauitabit. Secundam concluſionem probauit cõmẽto, 39. primo argumẽto ſumpto ab vtre inflato.

Probatio ſecunda.

Secundo, quia aer naturaliter deſcendit ablato ſubterpoſito, pręter naturaliter vero aſcendit ablato ſuperpoſito, tunc arguo, omne naturaliter deſcendens ablato ſubterpoſito, & violenter aſcendent ablato ſuperpoſito naturaliter ſua in ſphæra magis grauitat, quàm leuitat: ſed aer, & aqua ſunt eiuſmodi. ergo ſuis in ſphęris naturaliter magis grauitant quàm leuitant. Tertio, pars leuiſsima animalis grauitat, vt ſpiritus, & non ratione terræ, quia eſt omni ex parte aereus, ergo ratione aeris. Quarto, in aere & aqua ſunt cauſæ grauitatis magis, quàm leuitatis, vt commento illo probabitur, ergo in ſuis ſphæris magis grauitabunt quàm leuitabunt. Vltimo, tunc ea quę in ſublimi apponunt deorſum non facile mouerentur. Hæc

H Auerro. in commentis. Hæc quæſtio ſpecialis videtur in elementis medijs, non enim Ariſto. dubitat de igne & terra, cum dicat ignem leuem eſſe tantum & nullo modo grauem, terram autem grauem & nullo modo leuem, recentiores tamen ampliant quęſtionem ad omnia elementa, vt patet. Themiſtius autẽ tenet, in ſphæris proprijs nullum elementum grauitare, vel leuitare, extra tamen loca illa concedit & grauitare & leuitare, vt ad loca eorũ perueniant. Vtitur ratione. vt Auerro. retulit, quia ſi grauitarent, tunc in eorum locis violenter quieſcerent, nam ſi grauitarent, naturaliter deorſum deſcenderent, ergo in eorum locis violenter ſtarent. Huic fauet textus dicens, cum igitur fiat ex aqua aer, & omnino ex graui leue, eo ipſo ſurſum venit, & nõ vlterius fit, ſed illic eſt, quare aer cum ponitur in regione aquæ, vel terrę: mox leuitat: cum autem in proprio loco collocatur, mox ſtat, & nullo modo mouetur. Præterea idem cõfirmatur ſigno ſumpto

à natantibus

à natantibus cum q̃nq; ſub aquis natant, & nullũ perſentiunt pondus, inſuper nos qui incolimus in aeris infima regione, grauitatẽ aeris nullo modo percipimus, quare ipſe nullo modo grauitare videt̃. Sed inter hos pōt poni concordia, ideo debes ſcire grauitatem accipi poſſe pro qualitate, qua aliquid dr̃ formaliter graue. Et pōt ſumi ꝓ actu ſecundo, quo graue dicitur actu moueri deorſum. Tertio ſumi pōt ꝓ diſpōne qua dicitur actu reſiſtere ei, quod ipſum ſurſum trahit, velut viuere pōt ſumi pro eſſe, et ꝓ operari, & pro ipſo reſiſtere corrumpenti. Tunc dicerem ſaluo meliori iudicio, Primo, ꝙ elementa media in ſuis ſphęris ſunt grauia & leuia formaliter grauitate ſumpta ꝓ ipſo actu primo, & hoc tres rōnes præſentis commenti ꝓbãt. Secundo dicerem elementa media proprijs in ſphæris nō ſunt grauia, nec leuia, grauitate et leuitate ſumptis ꝓ actu ſecundo, & hoc probant rōnes Themiſtij. Tertio dicerẽ, ꝙ elementa media in proprijs ſphæris grauitãt capiendo grauitatem pro diſpōne qua illa reſiſtunt potius illi, quod ipſa ſurſum trahit, q̃ deorſum, & hoc ꝓbant rōnes Auer. commenti 39. & ſignum de vtre, & argumentum eiuſdẽ, Per hæc tollitur contradictio in dictis Ariſt. nam Ariſto. hic, & 21. prima particula, problemate 17. & particula vigeſimaſexta problemate 10. 12. 13. & vndecima particula problemate 45. videtur tenere illud idem, quod hic aſſeruit. Vigeſimaquinta vero particula problemate 12. tenet oppoſitum: ait enim vtrem tantum plenum, quantum vacuum æque perlibrari, tu vero per hæc, quæ diximus, tolle contradictionem. Siquis tamen vellet ſuſtinere media elementa non grauitare grauitate ſecũdo modo dicta pro actu ſecundo, vt multi ſentiunt, facile poſſet reſpondere rōnibus in contrarium factis, ad illud. n. de vtre patet non valere, q̃m fortaſſe grauitat propter pellem, & fortaſſe ob aeris condenſationem, & fortaſſe caſus eſt falſus, vt nos ſumus experti. Argumentũ præterea Ariſt. nullum eſt, quia omne locatum naturaliter violenter mouetur extra locum eius, & ita aer violenter deſcendit remoto corpore ſubterpoſito. Præterea, ſi aqua naturaliter moueretur ad medium, ergo violenter recedit à medio, vt Ariſt. arguit primo huius. Inſuper tunc vni corpori ſimplici plures motus ineſſent. Demum Auer. met, tenet aquam violenter deſcendere etiam ablata terra, vt patuit primo huius cōmẽtis 8. & 17. & 2. huius cōmen. 31. & 79. Similiter ſolui poſſunt rationes Auer. quo fit, vel elementa, nec primo, nec ſecundo modo grauiteat, tertio tamen modo concedi poteſt, vt omnes auctores autumant.

Conciliatio.

Grauitas tripliciter.

Quoniam autẽ eſt aliquid ſimpliciter graue, atq; ſimpliciter leue, ex his perſpicuum eſt.

His declaratis nunc quaſi epilogat ea quæ dixit, & inquit, quoniam autẽ eſt aliquid ſimpliciter graue, atq; ſimpliciter leue, ex his perſpicuum eſt. Vel forte per hæc verba excuſat ſe à quæſtione, an eſt graue & leue ſimpliciter, nam cum terminauit quæſtionem quid ſit vnũquodq; horum, quaſi ſe excuſans à quæſtione ſi ſunt, inquit. quoniã autem eſt aliquid ſimpliciter graue, atq; ſimpliciter leue, ex his perſpicuum eſt, ſupple quæ diximus nunc, & quæ diximus primo huius, & quæ dicemus ſtatim.

Dico autem ſimpliciter leue, quod ſemper ſurſum, & graue, quod ſemper deorſum aptũ eſt ferri non prohibitum, ſunt enim aliqua talia, & non omnia grauitatem habent, vt quidam putant.

Addit nũc definitiones grauis & leuis ſimpliciter, quæ ex motu colliguntur, vt per haſce appareret graue ſimpliciter, & leue ſimpliciter eſſe, vt inquit. dico autem ſimpliciter leue quod ſemper ſurſum aptum eſt ferri niſi prohibeatur, & graue ſimpliciter etiã dico, quod ſemper deorſum aptum eſt ferri non prohibitum. Differunt autẽ eiuſmodi definitiones ab illis, quæ aſsignatæ ſunt per quietẽ, illæ enim indicant eſſentiã magis, eſt enim quies ipſa elementis naturalior, hæ vero oſtendunt differentiam eorũ magis, ac illa eſſe, cum motus ſit ſenſibilior quiete. Tunc quaſi refellens opinionem antiquorum, inquit. ſunt enim aliqua talia, & non omnia grauitatem habẽt, vt quidam putant, hæc Ariſtoteles.

Nam & alijs quibuſdam graue eſſe videt̃, et ſemper ad medium ferri, eſt autem & leue ſimili modo.

Hæc quæ modo dixit, nunc confirmat auctoritate antiquorum, & ratione ſumpta à ſenſibus. inquit. nam, & alijs quibuſdam, ſcilicet antiquorum, graue eſſe in rerum natura quicquam videtur, & hoc quo ad quæſtionem an graue ſit. Et ſupple etiam videtur ſemper ad medium ferri, & hoc quo ad quæſtionem quid eſt, idem de ipſo leui addit, & inquit. eſt autem & leue ſimili modo ſcilicet, & ens in rerum natura, & id quod videtur ſemper è medio ipſo ferri, hæc ex antiquis.

Videmus enim, vt dictum eſt prius, terrea ipſa omnibus ſubeſſe, atq; ad medium ferri, at vero ipſum medium definitum eſt.

At vero ipſum qđ quidem mediũ.


Cum probauit illa auctoritate veterum, nunc eadem probat ſenſu, vel ſenſibili ratione, vt eſt de more Phyſici, quia, videlicet, ſenſu videmus terrea quædam corpora omnibus ſubeſſe, & hoc quo ad quæſtionem an ſit graue, atque ad medium ferri, & hoc quo quid ſit graue. Addit de medio, at vero ipſum medium definitum eſt, ad qđ videmus grauia ferri, quia non mouentur, ad infinitum, vel in abyſſum vt rudes putant, ex hoc quod videmus, poteſt argui, videmus terrea quædam moueri ad mediũ, & ſubeſſe cæteris omnibus, ergo eſt aliquod graue, quod omnibus ſubeſt, & ad medium fertur, hæc de grauibus, Dixit autem { Terrea } & non terram, quia terra pura oculis non ſubiacet elementum enim purum coloratum non eſt, quod ſi terrea videmus ad medium ferri, cum non ferantur niſi ratione terræ, ergo terra magis deorſum fertur.

Si igitur eſt aliquid quod omnibus eminet, vt & ignis videtur in ipſo aere ſurſum latus, aer autem quieſcens, patet hoc, ad extremum ipſum ferri, quare nihil grauitatis ipſum habere poteſt, ſubeſſet enim alteri. Quod ſi hoc eſſet aliqđ aliud eſſet profecto, quod ad ipſum extremũ moueretur, quod ſuper omnia, quæ feruntur collocaretur. Nunc autem nihil eſſe videtur, ignis ergo nihil grauitatis habet. Neque etiam terra leuitatem vllam, ſi quidem ſubſidet vniuerſis, idque quod ſubſidet ad ipſum medium fertur.

Nũc leue ſimpliciter eſſe, & ipſum ferri ad extremum ratione quaſi à ſimili perſuadet, & licet ꝓcedat more prioriſtico à primo ad vltimum hypothetice ſyllogyzans, poteſt eñ eius ratio ſic ad categoricam reduci, quod oĩbus ſupereminet eſt leuiſsimũ ſimpliciter, ignis oĩbus ſuperfertur, ergo eſt ſimpl̃r leuis. minor probatur per impoſſe, q̃m ſi non oĩbus ſuperfertur ignis, detur oppoſitũ, tunc alicui alteri non ſuperfertur ſed tale non videtur, ergo ignis omnibus ſupfertur. Ariſto. vero procedit hypothetice, & inquit, ſi igitur eſt aliquid quod omnibꝰ eminet, vt & ignis videtur in ipſo aere, & ſupra aerem ſurſum latus, aer autẽ quieſcens, patet tale corpus ad extremũ ipſum ferri, hæc eſt prima conſequentia. Deinde facit ſecundam, & inqt, quare tale corpus ſupra aerem latum ipſo aere quieſcente nihil grauitatis ipſum habere poteſt, cuius rationẽ affert; ſubeſſet enim alteri. Et vltra, inquit, ꝙ ſi hoc eſſet aliquid aliud eſſet profecto, quod ad ipſum extremũ moueretur, quod ſuper omnia, quæ feruntur, collocaretur. Deſtruit hoc conſequens, & inquit, nũc autem tale nihil eſſe videt̃

ad ſenſum noſtrum,& cum nihil tale ſit, infert principalem concluſionem dicens, ignis ergo nihil grauitatis habet. Reperit & idem de terra, & inquit, neq; etiam terra leuitatem vllam, ſiquidem ſubſidet vniuerſis, idq; quod ſubſidet ad ipſum mediū.ſ. definitum fertur. Quare ſimpliciter graue eſſe, & ipſum ferri ad medium patet, ſimiliter patet eſſe ſimpliciter leue, & ipſum ferri ad extremū ab ipſo medio, quæ duo propoſuit Ariſt. Qđ ſi has rõnes hypotheticas ad categoricas vis reducere facile poteſt.

Auer. commen. 12. Dubitatio. Circa hunc textum animaduertendum primo, quòd Auer. dicit quædam, ex qbus patet ſolutio cuiuſdā dubiȷ̃



Supponatur igitur centrum eſſe punctum terminans lineam A B, à concauo lunæ vſque medium totius protractam. Arguatur ergo ſic, linea A B, põt protrahi vſq; ad pūctum E, ergo B non fuit vltimum, ſimiliter vſq; ad pūctū F & ſic, B nõ fuit vltimum, et ita centrū B, nõ fuit definitū.

Solutio. Reſpondere videtur ergo Auer. nam punctum B põt conſiderari vno modo mathematice vt deſcripiū in linea vt linea eſt, & ſic non eſt vltimū, quin poſſit intelligit adhuc aliud vlterius, & ſic in infinitum. Alio modo poteſt conſiderari ratione phyſica, vt punctum terminans lineā quæ eſt ſemidiameter mundi, & ſic eſt B ipſum vltimum & finitum, ita vt non poſſit ſibi addi aliud vltra, hæc ex verbis Auer. Secundo animaduertendum, ꝙ Auerro. pro roboratione rationis Ariſto. duo ſupponit, primum, ꝙ nullus locus ſit ſupra loco ignis, quia tunc vel inueniretur aliud corpus ſenſibile vltra ignem, quod moueretur ſurſum vltra regionem ignis, quod non patet, vel daretur vacuum inter concauum lunæ, & conuexum ignis, ad quod concauum moueretur corpus illud. Secundū eſt, ꝙ locus aeris non poteſt ſe extendere naturaliter vſq; ad lunæ concauum, quia tunc ignis non haberet locū, in quem moueri poſſit, quia vel moueretur ad concauū cœli, & hoc non, non enim idem eſt locus duorum corporū, cum igitur concauum lunæ poſitum ſit locus aeris, ergo non poteſt poni locus naturalis ignis, nec moueri poteſt ignis ad medium regionis aeris, qm̃ videmus ipſum ſup omnia ferri, patet igitur locum naturalē aeris nõ eſſe, prēſum vſq; ad cœli lunæ concauū. Ex his duobus ſequitur ignē naturaliter locari in extremo, & ita eſſe leue ſimpliciter, & hæc fuit ratio Ariſtot. Tertio animaduertendum, quòd Auerr. addit alias rationes ad idem. Arguit enim primo, partes ignis vidētur ſurſum ferri, ergo eſt aliquis locus ſurſum, vbi eſt congregatio omnium partium ignis, cuius exemplum eſt, vt ſiquis eſſet in montibus, & nunq̃ mare vidiſſet, poſſet concludere mare eſſe, cum videret oēs aquas fluere, & nihil conetur ad terminum non futuram, ergo oportet dare locum congregationis aquarum, & tale eſt mare, hæc ergo demonſtratio eſt, qua probatur aliquam ſpeciē eſſe, quod raro accidit, qm̃ ſemper ſpecies ſunt ad ſenſum perſpicuę. Secundo arguit Auer. coniugatio calidi & ſicci eſt poſſibilis in natura, vt coniugatio humidi & calidi: ſed cõiugatio calidi & humidi eſt actu aer, ergo cõiugatio calidi & ſicci eſt actu ignis. Quarto animaduertendum, ꝙ Auer. mouet quæſtionē, videlicet, quam ob cauſam ignis in propria ſphęra nõ lucet; ſed

E extra ſphęrā bene. Ait, ꝙ quæſtio quęrit alium locū, quia librum de ſenſu. Reſpondet tamen, ꝙ quemadmodū congelatio accidit aquæ, non vt aqua, ſed quatenus ſibi terrei vapores admiſti ſunt, & ita vt aqua eſt miſtum quoddam, ſic ignis lucet, vt miſtum eſt terreo denſo, quare vt congelatio aquę accidit ob diſpoſitionem illi extraneam, ſic ipſi igni accidit lucere ob diſpoſitionem ſibi extraneā. At cum elementa ſunt in loco naturali, non poſſunt habere diſpoſitionem extraneam, ergo non poteſt ignis in proprio loco lucere, ſicut nec aqua congelari. Hoc autē auctoritate Alexandri cõfirmat, qui voluit ignem in ſuo loco, & hunc noſtrum ignem dici fere æquiuoce. Ille ſiquidem vitam conſeruat, hic eam deſtruit. Cuius ſignum eſt ex definitione ignis noſtri, & aquæ noſtre, congelatio enim animalia corrūpit, ignis etiā, nam congelatio eſt denſatio frigidi corporis & ſicci, ignis autem ebullitio calidi & ſicci, quæ omnia vitam deſtruunt, quare ignis & aqua deſtruunt vitam, quare ignis ille eſt æquiuoce fere ignis.

F Dixit fere ęquiuoce, quia hæc ęquiuocatio eſt fere per accidens. Nam ille ignis eſt conſeruatiuus, vt ſibi miſceentur radiȷ̃ ſolis, & ſtellarum, qui per ignē tranſeuntes, veniunt ad nos, & nos calefaciunt, quare nos quodammodo viuificat, at ignis noſter vi miſtionis hæc non facit, & ita per accidens dicitur ignis æquiuoce. Sed occurret, an ignis in ſphæra propria ſit noſtro igne calidior. Videtur enim primo ꝙ ſic, quoniam eſt purus calor, & intēſiſſime talis. Obiectio.

Ex alio videtur ſecūdo ꝙ non, quoniam actio ſequitur formam in materia denſa exiſtentē. Auer. in cõmento libri Canticorum. 15. velle videtur illum ignem non habere actu calorem, cum calor ſit accidens huic igni ſenſili, vt eſt in terreo corpore, verum de his in libro de ſenſu. Solutio.

At vero mediū eſſe, ad quod eorū, quę grauitatē hn̄t, & è quo leuiū latio eſt, ex multis patet: primo quidē ex eo, quia nihil ferri in infinitum cõtingit: vt enim nihil eſt impoſſibile

G ſic, neque fit impoſſibile, latio autem generatio eſt, vnde quo.

Accepit tanq̃ omnibus conſtans mundi medium eſſe definitum, hoc eſt eſſe finite diſtās ab ipſo cœli concauo, at nunc illud probat pluribus rationibus. Primo, quia ſi medium, ad quod ſimpliciter graue mouetur, diſtaret ꝑ infinitum à cœli concauo extremo, tunc nullum proſus graue ſimpliciter deorſum ad medium moueretur, quod eſt contra ſenſum. Et ratio patet, quia nihil moueretur ad locum ad quem peruenire eſſet impoſſibile, at impoſſibile eſt aliquod graue ſimpliciter peruenire ad locum diſtantem ab eo in infinitum. Inquit. At vero medium eſſe ad quod eorum quæ grauitatem habent latio eſt, & è quo leuium etiam latio eſt, ex multis patet. Et primo ſyllogizans per impoſſibile dicit, & primo quidem ex eo, quia nihil ferri in infinitum contingit, cuius cauſam dicit. Vt enim nihil eſt in rerum natura, quod Expoſitio.

H eſt impoſſibile, ſic neque fit aliquid, quod eſt impoſſibile. Impoſſibile enim ipſum, neque eſt, neque fieri poteſt. Nam quod eſſe nequit, etiam fieri nequit. Addit latio autem eſt, ſupple quædam generatio, ſiue quædam factio vnde quo, hoc eſt è termino èquo ad terminum ad quem finita & recta, quare proficiſci non poteſt ad terminum infinitum, quare oportet medium mundi finite diſtare à circunferentia.

Deinde ignis quidē ſurſum latus, terra autē & quicquid grauitatē habet deorſum ſiſtes ad angulos fert, quare ad mediū ipſum ferat necesse eſt. Vtrū autem ad terræ medium, an vniuerſi feratur, cum idem ſit, alia ratio eſt.


Sc'do arguit, ignis mouet ad pūctū definitū, ergo & terra, qm̃ cõtraria corpa ad cõtraria pūcta ferri necē ē. Inqt Expoſitio.

Deinde

Deinde ignis quidem ſurſum latus, terra autẽ, & quicquid grauitatem habet deorſum ad ſimilea angulos fertur, hioe dat concluſiooem. d. hinc ad medium ipſum feratur terra definitum & terminatũ neceſſe eſt. Excuſat autem ſe ab alia quæſtione obiter occurrente. d. Vtrum autẽ ad terræ mediũ, an ad vniuerſi mediũ feratur, ſ. ipſa terra, cum medium idem ſit, alia rõ eſt, qund mediũ mundi ſit definitũ, ac ab extremo finite diſtans Auer. ꝓbat primo, oẽ impoſe eſſe eſt ĩpoſe fieri, motũ infinitũ eſſe eſt impoſsibile, ergo motũ infinitũ eſt ĩpoſe fieri, quare mediũ ad quod ferunẽ grauia, finite diſtabit à circunferentia. Secuodo arguit. Si vnũ cõtrariũ eſt definitũ, & ad locũ definitũ mobile, alterũ ẽt erit eiuſmodi, ignis q̃ eſt terræ cõtrarius, eſt definit⁹, et ad locũ definitũ mobilis, ergo, et terra.

Tertio arguit & deſcribaẽ figura A B C F E, cuius centrũ ſit o, quæ repreſentet mũdi circũferẽtiã, ergo plana ſuperficies tranſiens ꝑ polos mũdi E F, & centrũ o, erit E O F, ergo vt ignis aſcendit è cẽtro o ad E, & ad A facit os angulũ E O A, & ad punctũ A & B faciẽs angulũ A O B, et ſiſr ad alia puncta faciẽs alios angulos, ſic terra deſcẽdit ꝑ ſiſes lineaa faciẽs ſimiles angulos, quare vt lineæ per quas meat ignis ſunt terminatæ inter o centrum & circũferentiã, ita lineæ eædem erunt determinatæ reſpectu motus terræ. **B**

Patet igiẽ mediũ eẽ definitũ, atq; ↄ̃finite diſtãs ab extrẽis.



C Cum autem id, quod omnibus ſubſtat, ad mediũ ipſum feratur, neceſſe eſt id, quod omnibus ſupereminet ad extremum eius regionis feratur, in qua motum efficit. Contrarium enim eſt, ipſum quidem medium extremo, & ſubſtare ſemper, ipſi ſupereminere. Quocirca & iure graue, & leue duo erunt, etenim loca duo ſunt, medium ipſum, atq; extremum.

Expoſitio. Hactenus probauit ipſum mediũ, ad quod grauia ipſa feruotur, in infinitum nõ proficiſci, ſed eſſe terminatum, atq; definitum, nunc conuertit ſermonem et probat extremum ad quod fertur ignis, etiã non in infinitũ diſtare, & quaſi vtiẽ conuerſione ꝑ conſequentiã in ipſo, ſic, id quod oĩbus ſubſtat, ferẽ ad medium, quod non in infinitũ deorſum procedit, ergo id quod oĩbus eminet ferẽ ad extremũ eius regionis, in qua motũ efficit, quod extremũ nõ in infinitũ ſubtolliẽ. Hæc cõuerſio declarata eſt 2. Top. nã ſubiecta & pꝛ̃dicata ſunt inuicẽ contraria, inquit. Cũ autem id qund oĩbus ſubſtat, ad mediũ ipſum feraẽ, quod ſupple noo in infinitũ deorſum ꝓtendiẽ, neceſſe eſt id, quod oĩb⁹ ſupereminet ad extremũ eius regionis feraẽ, in qua motũ efficit, quod non ad infinitũ ſubtolliẽ. Hæc eſt conuerſio, cuius rõnẽ ait, contrariũ. o. eſt, ipſum quidẽ mediũ extremo, & ſubſtare, atq; ſupereminere, & ſic prædicatũ pꝛ̃dicato, & ſubm ſubto oppoſita ſunt. Sic igiẽ patet, ſicut medium in infinitũ nõ procedit deorſum, ita oẽe extremum in infinitũ noo ſubtolliẽ ſurſum, & ſic tã mediũ ad qd terra ferẽ, q̃ extremũ ad quod fertur ignis finitũ eſſe, atq; terminatum, ita vt inter illa ſit intercapedo finita, atq; terminata. Ex his deducit graue & leue eſſe duo corpora diuerſa genere vel ſpecie dĩa, queadmodũ & loca eorum duo ſunt, videlicet, mediũ, & extremũ, vt diximus, inqt. Quocirca & iure, graue & leue duo erũt corpora genere diuerſa: etenim loca duo ſunt, vt diximus, mediũ & extremum ipſum. Quo vero ad verba attinet, cũ Ariſt. ait {Quocirca & iure graue & leue duo erunt.} Auer. ꝑ duo intelligit duo cõtraria. Et q̃ ſint cõtraria, declarat Auer. ex diffinitione cõtrariorũ quæ eſt eſſe illa, quæ maxime diſtant ſub eodẽ genere, vt dr̃ 10. Meta. At graue & leue maxime diſtare conſtat, q̃a maxime diſtãt eſſe & loco, quę vero maxime diſtãt loco, vñr diſtare forma, ſiquidẽ locus ſit ꝑfectio, et forma locati, quare cũ graue et leue maxime diſtẽt loco, maxime diſtabũt forma, & ꝑ cõſequẽs maxime diſtabunt eſſe, quare graue & leue contraria erunt. Auer. cõ. 34

Id igiẽ qd & horũ intermediũ eſt, aliqd eſt, qd ad vtrũq; ipſorũ alterũ dr̃. Id. n. qd amborũ ĩtermediũ ẽ, ẽ vt extremũ & mediũ. Quocirca ẽt aliqd alid erit et graue & leue, ceu aq̃ & aer.

Probauit leue & graue ſimpſr eſſe duo & cõtraria, quę finite diſtant, ſed maxime. At nũc probat dabile eſſe graue & leue ſm quid, quod dr̃ graue & leue ĩ reſpectu, & q̃a hoc ex dictis ſequiẽ, ideo quaſi illatiue concludit ſic, cũ leue ſimpſr, & graue ſimpſr duo ſunt contraria, quæ maxime diſtant, licet finite, erit aſsignandũ aliquid horũ intermedium, quod ad vtrũq; ſeorſum cõparatũ, dr̃ alterũ, ita vt reſpectu leuis ſimpſr ſit graue, reſpectu grauis ſimpſr ſit leue. Et huius cã noo tm̃ ex dictis cõſtat, ſed eo patet, quia ſꝑ quod eſt aliquorũ intermediũ eſt mediũ & extremũ, vt fuſcũ eſt mediũ, quatenus eſt inter albũ & nigrũ, eſt extremũ cõparatũ alteri. Hac rõne inter illa ſimpſr talia erunt graue & leue in reſpectu, aer videlicet, & aqua, inquit. Id igiẽ quod & horũ intermediũ eſt, aliquid eſt, qd ad vtrũq; ipſorũ ſeorſum cõparatũ alterũ dr̃, nã reſpectu leuis ſimpſr dr̃ graue, & reſpectu grauis ſimpſr dr̃ leue, & quia hoc non tm̃ ſequiẽ ex dictis, ideo quaſi aliã cãm aſsignans, inquit. Id. n. quod amborũ, ſ. grauis ſimpſr, et leuis ſimpſr intermediũ eſt, eſt vt extremũ, & eſt vt medium. Eſt quidẽ vt mediũ, cõparatũ ad vtrũq;, eſt vt extremũ cõparatũ nunc vni eorꝫ, nunc alteri. Ex his deducit graue & leue eiuſmodi in reſpectu eſſe, aliud quoddam ab extremis, quod eſt vt aer & aqua, inquit. Quocirca etiã aliquid aliud erit graue & leue in reſpectu, aliqd aliud dico à ſimpliciter leui, & à ſimpſr graui, ceu aqua & aer, quæ ſunt grauia & leuia ſm quid. Sed circa hęc quę dicta ſunt, dubitatur primo, quia Ariſt. vr̃ petere principiũ, nã (ut dr̃ 8. Top. cap. 10.) vna ſpẽs petitionis eſt, quoties aliquis alterum petit eorũ, quæ ſeſe ſequunẽ, vt cõuerſiones, & loca conuertibiliũ, & eiuſmodi Ariſt. vſus eſt. Adhuc vr̃ vti circulo, nã prius ex definitione loci ignis probauit mediũ eſſe definitũ, poſtea ex definitiõe medij ꝓbauit locũ ignis eſſe definitũ. Præterea, In ſcia demonſtratiua proceſsit topicæ, cũ argumentatus ſit ex cõſequentia in ipſo, quæ eſt locus topicus. Inſuper Ariſt. probauit duo eſſe, leue ſimpſr, & graue ſimpſr, nõ autẽ in reſpectu talia duo eſſe ꝓbauit, ergo nõ eſt plene ꝓbatus numerus elementorum. Ad hæc rñdetur Ariſt. proceſsiſſe topice, non autẽ demõſtratiue, qm̃ demonſtratiue hæc oĩa ꝓbauit in primo libro. Et ideo topice potuit vti petitione principij, quæ licet ſciam non faciat, facit tñ opinionẽ, et hac rõne vſus eſt circulo, & cõſequentia in ipſo, et eiuſmodi: oĩa. n. hæc topice generant opinionem, ſciam vero nõ, qm̃ alibi ꝑ veras demõſtrationes ꝓceſsit. Ad illud de numero elementorũ rñdet Them. q̃ ꝓbare duo eſſe media ſpectat ad librũ de Generatione, quia ex numero cõiugationũ poſsibiliũ. Auer. autẽ vult ẽt talẽ numerũ ꝓbari hic: ꝓpterea, q̃ mediũ habet naturã extremorum, & cum leue non ſit medium miſtione, erit medium numero, ita erunt duo, & hæc probatio eſt Ariſto. vt dicit. Tu vero cooſidera hæc, quia poſtea dicemus.

Dicimus autem id quidẽ quod cõtinet, formæ eſſe, id autem quod continetur, materiæ. Atq; hæc differentia oĩbus in generibus eſt. Etenim in quali & quanto, aliud quidẽ vt for-

ma magis, aliud autem vt materia eſt, & in his, quæ ſunt ſm locum ſimili modo, ſurſum quidem definiti, deorſum vero materiæ eſt.

Expoſitio. Nunc recapitulando partim, partim etiam addendo quid noui comparat inter hæc, oſtendens alterum eorum eſſe, vt formam, alterum, vt materiam. Eſt enim, vt forma elementum continens, vt materia elementum ipſum contentum, inquit. {Dicimus autem id quidē, quod continet formæ eſſe, id autem quod continetur materiæ, hoc probat inducēdo in cęteris omnibus prædicamētis, & inquit. {Atq; hæc differentia omnibus in generibus eſt, ſ. q; vnum contrariorum ſe habeat, vt materia, & alterum, vt forma, etenim in quali & quanto, aliud quidem, vt forma eſt magis, aliud autem, vt materia eſt, vt magnum in quāto, forma eſt, paruum materia. In quali vero calidum forma, frigidum materia, & ſupple, cum ita ſit in cæteris omnibus generibus, & eorum quæ ſunt ſecundum locum videtur vnum quoddam genus, & pro ergo in his, quæ ſunt ſecūdum locum ſimili modo, ſurſum erit definiti, hoc eſt formæ, deorſum vero materiæ, & ſic patet ratio eius, quod propoſuit.

Auer. cō. 35. Animaduertendum ſecundum Auer. q; Ariſt. fecit hanc differentiam, vt oſtenderet elementa eſſe ſimilia, & contraria, contraria quidem, contrarietate, quæ eſt inter loca, atq; inter nobile, & ignobile, ſimilia vero ſimilitudine, quæ eſt inter perfectionem, & perfectibile: nam nobile eſt perfectio & forma, ignobile perfectibile, ac vt materia. Quo vero ad verba attinet Ariſt. p ea quæ ſunt ſm locū, intelligit ea quę ſunt in prædicamento ipſius vbi, vt Auer. inquit: et quia hęc dr̄ia late rio prędicamēto vbi, & patet in cæteris prædicamentis, ideo inductione, & exēplo cæterorum p̄dicamētorū illud pbauit.

Quare & in ipſa materia, quę eſt ipſius grauis & leuis, quo quidem tale potētia eſt ipſius grauis materia, quo aūt tale eſt ipſius leuis.

Expoſitio. Recentiores expoſuerunt Ariſt. velle nunc oſtendere conſimilem habitudinem eſſe in materijs ipſis, qualem videmus in formis, quoniam, vt in formis, altera dicitur, vt forma, altera, vt materia, ita ī materijs, altera materia eſt forma, altera vt materia, verbi cauſa, materia ipſius grauis eſt, vt materia, materia ipſius leuis eſt, vt forma, quoniam graue eſt, vt materia, leue vt forma: materia enim, quæ eſt formæ nobilioris reſpectu materiæ, quæ eſt in potentia ad formam ignobiliorem ſe habet, vt forma. Quæ expoſitio non placet, quoniam Ariſt. nullibi ſolitus eſt accipere materiam, tanq; alterius formam. Auer. autē vult Ariſt. concludere duplicem eſſe materiam, velut duplex eſt corpus, videlicet materiam ipſius grauis, & materiam ipſius leuis. Cuius cauſam Auer. addit, quia cum materia ſit potentia, illud cuius eſt materia, neceſſe eſt illius naturam habeat, cuius eſt materia & potentia, aut ſi ſit ſubſtātia, potentia erit ſubſtantia, ſin autem erit potentia accidens, ipſa erit accidens, quare cum graue actu non ſit, niſi actu ſit ſuo in loco infero, ſimiliter nec leue actu ſit, niſi actu ſurſum fuerit, neceſſe eſt id eſſe materiam ipſius grauis, quod eſt potentia ſurſum, illud vero leue, quod eſt potentia deorſum. Mihi autem videtur Ariſt. velle concludere vnam eſſe materiam, quæ eſt ipſius grauis, & ipſius leuis, & inquit. quare & in ipſa materia, quæ eſt ipſius grauis & ipſius leuis, ſupple dicēdū eſt eſſe idem. nā quo quidē tale potētia, ſupple leue, eſt ipſius grauis materia, quo autem eſt potentia tale, puta graue, & leuis ipſius materia erit. Quare eadem eſt materia grauis & leuis.

Et eſt quidem eadem, eſſe autem nō idem, quemadmodum corpus, & ægrotabile, & ſanabile eſt. Eſſe autem non idem quapropter, neq; infirmabile eſſe, aut ſanabile eſſe.

Expoſitio. Concluſit vnā eſſe materiam grauiū & leuium, at nūc oſtendit, quō materia ſit vna, & quō plures. Et ait vnā eſ-

E ſe ſubiecto, rōne vero plures eſſe, velut corpus ægrotabile & ſanabile, vnum eſt ſubiecto, plura tn̄ eſſe & rōne, inquit. & eſt quidem eadem, ſupple ipſa materia ſubiecto, quæ eſt grauiū & leuiū, eſſe autem ſiue rō non eſt idē, quēadmodum corpus idem ſubiecto eſt, & ſanabile, & ægrotabile, eſſe autem ſiue rō nō eadem, quapropter neq; infirmabile eſſe, & neq; ſanabile eſſe eſt idē, licet hæc ſubiecto eadem ſint. Ergo materia grauiū et leuiū eadē eſt ſubiecto, diuerſa aūt rōne. Auer. colligit hic materiā eē vnā ſubiecto olum formarum, & plures habilitate, & ita plēs erunt potētiæ reſpectiuę p numero formarū, vt patuit lli. Phy. Auer. cō. 35.

Id igitur quod talem materiam habet, & leue eſt, & ſemper ſurſum, id vero, quod contrarium, graue eſt, & ſemper deorſum, id autem quod diuerſas quidem ab his, ſic vero inter ſe ſe habentes vt hæ, & ſurſum & deorſum, ſeorſum latas: quapropter vterq; aer, & aqua, & leuitatem, & grauitatem habet, & aqua quidem præterq; terræ, omnibus ſubſidet. Aer autem præterq; ignis omnibus ſupereminet.

Seorſum Simplr Fertur Latas

F

Expoſitio. Vt Auer. inducit Ariſt. declarauit hæc corpora ſimplicia eſſe inter ſe, quaſi materiā & formā, vult declarare differentiā inter leue ſimplr & graue ſimplr, vt habeat alterum alteri eſſe, vt formā. Secundo declarat etiā corpora, quæ inter hæc ſunt, qualia ſint, & eſſe inuicē materiā, & formā ſm comparationē, hoc eſt ei, quod continet formā, & ei quod continet, materiā, vt ex his habeat grauia & leuia eſſe quatuor corpora, inquit. Id igit̄ quod talē materiā habet, talē dico caliditate, & ſiccitate affectā, leue eſt, & ſurſum ſupple fert̄. Id vero quod habet materiā cōtrariā, hoc eſt contrario modo affectā. ſ. frigido & ſicco, eſt graue, & ſp deorſum fert̄, & ſic patet primū, ſ. dr̄ia corporū, q̄ ſunt ſimplr graue, & ſimplr leue. Deinde declarat qualia ſunt corpora media, & inquit. Id autē quod diuerſitas quidem ab his habet, ſic vero inter ſeſe habentes, vt hæ extremę ſeſe hn̄t, hoc eſt etiam diuerſimode affectas, & ſurſum

G & deorſum, ſeorſum latas habet, ſup. verbū ſeorſum, grece eſt ἁπλῶς, latine ſimplr, verū hic ſimplr intelligitur p ſeorſum, nō pro abſolute. Hinc ſequitur alterū horū alteri eſſe formā, qm̄ quatenus leue eſt forma, quatenus graue eſt materia. Ex his deducit qualia ſint aer, & aqua, & inquit. Quapp vterq; & aer, & aqua, & leuitatē, & grauitatē habet, & aqua qdē p̄terq; terrę, oībus ſubſidet, aer aūt p̄terq; igni, oīb⁹ ſupeminet. Erūt igit̄ ſimplicia corpa quatuor, quia duo extrema, & duo media, vt ſtatim deducet.

Cum autem vnum ſit ſolum, quod omnibus ſupereminet: & vnum ſolum, quod omnibus ſubſidet, duo alia eſſe neceſſe eſt, quæ, & alicui ſubſtat, & alicui ſupereminent, quare & materias eſſe tot neceſſe eſt, quot quidem hæc

H quatuor. Adeo vero quatuor, vt vna quidem ſit omnium communis, præſertim, ſi ex ſeſe mutuo fiunt, eſſe vero diuerſum ſit.

Expoſitio. Ex dictis deducit numerum elementorum volēs illa eſſe q̄tuor, duo quidē extrema, & duo media, & numerū materierū, ex qb⁹ ſunt, quæ etiā tot ſunt, quot hęc quatuor eſſe deductū eſt, et inqt. Cū autē vnū ſit ſolū, qd̓ oīb⁹ ſupereminet, qd̓ vocat̄ ignis, & vnū ſolū, qd̓ oībus ſubſtat, quod dr̄ terra, duo alia neceſſe eſt eſſe, quæ & alicui ſubſtāt, & alicui ſupeminēt, & ſic erūt quatuor, duo extrema, & duo media. Deinde quot ſint horū materię deducit, & quō tot, et inqt. quare & materias eē tot neceſſe ē, quot qdē ſunt hęc 4. corpa, quo vero mō ſint 4. exponit, & iqt. adeo vero 4. vt vna qdē ſit oīum cōis ſm ſubm, p̄ſertim ſi elmta ipſa ex ſeſe mutuo fiunt, nō. o. poſſent mutuo fieri, niſi eſſet eorū vna cōis materia, eſſe vero atq; rō diuerſum ſit, ergo ſunt quatuor materiæ ſm rōnem, & vna ſm ſubiectum.

Prohibet

Prohibet enim nihil intermedium contrariorum eſſe, & vnum, & plura, quemadmodũ in coloribus. Multis enim modis dicitur inter medium ipſum, & ipſum medium.

Expoſitio. Soluit hic dubium: nam duorum extremorum, vnum eſt medium tantum, ergo non niſi vnum elementum medium, cui reſpondet Ariſt. d. prohibet. n. nihil intermedium contrariorum eſſe, & vnum, & plura, vt in coloribus, vbi omnia media ſunt vnũ vno modo, & plura alio modo, huius rationem ſubſcribit. d. Multis enim modis dicitur intermedium ipſum, & ipſum medium. Auer. videtur mouere quæſtionem, quoniam in præcedẽtibus Ariſt. poſuit plura intermedia de ineſſe, & hæc ex numero locorum, hic ponit plura intermedia de poſsibili, & ita

Auer. cõ. 38 videtur ſibi diuerſus, quæ ratio fauet Them. Auer. pro Ariſt. vtitur hoc ſyllogiſmo, contraria ſecundum locum, & formã habent plura vno medio, ſed graue ſimpliciter, & leue ſimplr ſunt contraria ſm locum, & ſm formã, ergo habent plura media vno. Maior patet, quoniam contraria ſm formam ſub eſſe remiſſo poſſunt habere vnum ſubiectum, ſed contraria ſm locum & formã non poſſunt habere vnum locum naturalem, vt nec vnum motũ, reſtat ergo plura vno eſſe. Quod autem duo ſint duntaxat non ſatis demonſtrat Auer. ſed ex dictis eius haberi poteſt. Siquis autem vellet poſſet Them. & Auer. concordare, nam Them. vult hic non probari numerum elementorum, ſ. demõſtratione, Auer. autem vult hic numerũ elementorum probari, ſ. topicis ſyllogiſmis, qui opinionẽ faciunt. Quo vero ad verba attinet intermediũ, & medium idem eſt, verũ intermediũ eſt inter extrema ſm locum, medium autẽ ſm qualitatẽ, vel alia prædicamenta.

Mediũ multiplex. Ait tñ multis modis vtrũq; dici, quia dr̃ medium forma, & medium ſitu, & medium abnegatione, & alijs modis.

Vnũquodq; igitur eorum, quæ & grauitatem, & leuitatem habet grauitatem habet (terra autem in omnibus grauitatem habet,) niſi in his quibus ſupereminet: quapropter, & ſi ſubtrahantur quidem, fertur deorſum in id, quod deinceps eſt. Aer quidem in aquę regionem, aqua vero in eam, quæ eſt terræ.

Expoſitio. Superius probauit elemẽta media ſuis in locis eſſe grauia & leuia, quod ſint in illis leuia non probauit, at ꝙ ſint grauia, probauit exemplo vtris inflati, qui in ſphæra aeris grauitat, & nõ eſt, niſi aer. At nunc ꝓbat, ꝙ illa media elementa potius grauitant, q̃ leuitant, hoc proponit. d. Vnũquodq; igitur eorum, quæ & grauitatem & leuitatem habet, vt ſunt media elementa, quæ ſunt grauia & leuia, grauitatem habet, hoc eſt potius grauitat q̃ leuitat, & addit quaſi extra hoc de terra, id quod ſuperius dixit, & inquit. Terra autẽ in oĩb⁹ locis oĩum elñtoꝝ grauitatẽ habet, velut ignis in oĩbus habet leuitatẽ. Hoc interpoſito de terra, reddit de medijs elñtis, et cõſtruc ſic: vnũquodq; eorũ mediorũ magis grauitat, niſi i his elñtis, in qb⁹ ſupereminet, nã (vt dicet) aer nõ grauitat in regione aquæ, nec in regione terrę, hoc ꝓbat à ſigno, quia illis, ſuper quibus eminet, ſubtractis, vnũquodq; eoꝝ mediorum fertur deorſum in id elñtum, quod deinceps eſt, ergo vnũquodq; eorũ grauitat magis, niſi in illis, ſup quibus eminet, inquit: niſi in his, quibus ſupereminet, quapp, hoc eſt, nã et ſi ſubtrahãtur quidẽ illa elementa, quibus eminet vnũquodq; eorũ, fertur deorſum in id elñtum, quod deinceps eſt, aer quidẽ in aquæ regionem, aqua vero in eam regionem, quæ eſt terræ, ergo eorum vnumquodq; grauitat magis.

Surſum autem in eã, quę eſt ignis, igne ipſo ablato non fertur aer, niſi vi, ſicut & ipſa aqua trahitur, cum ipſum planum ſit vnum, & celerius quis ſurſum traxerit aquam, q̃ ſit ea latio,

A qua ipſa fertur deorſum, neq; aqua in eam, quę eſt aeris, niſi, vt nunc dictum eſt.

Expoſitio. Sed cõtra, qm̃ à pari ablato igne ſuperpoſito aer ferť in eius locũ, & aqua inſequiť aerẽ, ergo hoc ſignũ nõ vr̃ probare illa eſſe grauia, ſed etiam leuia. Rñdet Ariſt. ꝙ aer fertur in locum ignis ablato igne vi, & nõ naturaliter, deorſum vero fertur ablata aqua & terra naturaliter, & ſic magis grauitat q̃ leuitat, aqua vero ferť ſurſum inſequẽdo aerẽ, qui mouetur ad locũ ignis illo ablato duob⁹ ſtantibus, videlicet, ꝙ ſuperficies aquæ & aeris vnũ quod, & nõ diſſecta, & ꝙ qui trahit aerẽ, citius illũ trahat, q̃ aqua ſit apta deſcendere: hoc. n. modo ne detur vacuũ, aqua inſequitur aerem, inquit. Surſum autẽ in eã regionem, quæ eſt ignis igne ipſo ablato, non fertur aer niſi vi. Deorſum autem ſublatis elñtis, quæ ſupponunť, fertur naturaliter, ſicut & ipſa aqua trahitur, ſurſum inſequẽdo aerem, cum ipſum planum aeris & aquæ, hoc eſt cum ſuperficies aeris & aquæ fuerit vna, ita vt inter aerem & aquam nullũ

B interſit corpus, hæc eſt prima cõditio, & celerius quis traxerit ſurſum aquam, q̃ ſit ea latio, qua ipſa fertur deorſum, vt ſit, qñ quis reuoluit vaſculũ aqua plenum velocius q̃ ipſa ſit moueri apta, nam tunc aqua remanet ſurſum, hęc eſt ſecunda conditio. Dixit, qñ ſuperficies fuerit vna aeris & aquæ, quia vbi intereſt aliquod corpus, nõ oportet aquam ſequi aerem, ne detur vacuum. Addit neq; aqua fertur in eam regionem, quæ eſt aeris, niſi vi, vt nunc dictum eſt, at deorſum hæc feruntur naturaliter, & nõ vi.

Terra autem hoc non patitur, quia planum non eſt vnum. Quapropter aqua quidẽ in vas ignitum trahitur, terra autem non.

Expoſitio. Sed contra, quia à pari terra moueretť inſequẽdo aquã, quod non vr̃. Reſpondet. d. Terra autem hoc non patiť, quia planum atq; ſuperficies terræ, & aquæ non eſt vnũ, cũ aqua ipſa ſit liquida, & terra ſit dura, & per conſequens differunt ſuperficie, hoc probat quodam ſigno, & inquit.

C Quapropter aqua quidem in vas ignitũ trahitur, cũ ſuppie calefit, quia ſuperficies aquæ eſt quaſi vna cum ſuperficie aeris, qui continetur in amphora, terra autẽ non trahitur, quia ſuperficies terræ differt à ſuperficie aeris.

Auer. commen. 30. Cõtradictio Circa præſens caput multa ex cõmẽto annotãda ſunt. Et primo annotandum, ꝙ Auer. ſoluit in dictis Ariſt. cõtradictionem. Nam Ariſt. prius voluit elemẽta media eſſe grauia, & leuia, hic vr̃ probare elñta media eſſe grauia:

Solutio. Reſpondet Auer. ſermonẽ Ariſt. eſſe comparatiuũ, quia primo voluit elñta media eſſe leuia & grauia, hic autẽ ꝓbat illa magis vergere ad grauitatem.

Signũ Ariſt. Secũdo notandũ, ꝙ Ariſt. probat elñta media habere magis de grauitate à ſigno, i quo ſigno Auer. ſupponit media elñta facilius deſcendere ſublatis inferis elẽentis, q̃ aſcendant ablatis ſuperis, nec hoc probat aliter, ſed veluti oĩbus perſpicuum ſupponit. ex hoc ſigno poteſt ſic ſyllogizari, quęcũq; facilius deſcendunt, q̃ aſcendunt magis grauitant q̃ leuitant, ſed media elñta facilius deſcendunt, ergo magis grauitant. Se-

D cũdo Aue. ait, hoc ſignũ nõ ꝓbare media elñta eſſe grauia tñ, quia ſic duo corpa eſſent tñ, videlicet leuia tñ, et grauia tñ, ſed ꝙ cũ ſint grauia & leuia, magis grauitãt.

Errores Them. Tertio annotãdũ, ꝙ Auer. duos Themiſtij errores ponit. Voluit. n. primo Them. media elñta non facilius deſcendere, q̃ aſcendere, ſed pari facilitate illa facere. Secũdo voluit elñta media in ſuis locis, nec eſſe grauia, nec leuia, q̃a tunc eſſent violenter in locis proprijs, hi ergo ſunt errores Themiſtij.

Contra Them. Grauitas duplicter. Quarto annotandũ, ꝙ Auer. reſpondet argumento Them. & innuit talem diſtinctionem, ꝙ grauitas vno modo poteſt accipi pro qualitate, qua elementa illa dicũtur grauia, & leuia, alio modo pro diſpoſitione, qua tendunt potius deorſum, quàm ſurſum, & nõ ſimpliciter, ſed ſublatis propinquis elementis. Et hac ratione grauitas non eſt niſi facilitas deſcendendi ſublatis inferis elementis, hoc autem probat Auerroes primo ſigno ſumpto à ſpiritibus: nam in animali ipſo ſpiritus ſunt aerei, &

Expoſitio. His diligenter examinatis, redit ad antiquorum poſitiones, nam alij omnium elementorũ vnam fecerunt materiam, penes variationem, cuius dicebantur grauia, & leuia elemeota ipſa. Alij effecerunt omnium duas materias penes quarum euariationem etiam grauia hæc, & illa leuia eſſe dixerunt. Ariſt. ergo aduerſus hos proponit differentias materiales eſſe tot, quot elementa, & inquit. Quoniam autem æquales numero differentias materiæ facere ipſis elemẽtis neceſſarium ſit, ſupple ex his, quæ diximus patet, & ex his quæ addemus, verbi cauſa, differentia materiæ ignis eſt calidum ſiccum ſimul combinata, mediante qua materia ignis eſt ſimpliciter leue. Differentia materiæ terræ eſt frigidũ & ſiccum ſimul coniugata, mediante qua terra ipſa eſt ſimpliciter grauis. Calidum humidum ſimul iuncta materia ſunt, qua aer eſt grauis & leuis ad aliquid. Et humidum frigidum cõpoſita materia ſunt qua aqua eſt grauis et leuis, etiam ad aliquid. Patet igitur ex dictis materias, ſiue diſpoſitiones materiales eſſe tot numero quot elementa ſunt. Et licet hoc ex dictis pateat, tamẽ probat hoc idem, refellens antiquorum poſitiones, duæ enim erãt poſitiones antiquorum in genere, nam alij omnium elementorum vnam fecerunt materiã, alij duas, ſiue plures. Primo obijcit cõtra eos, qui omnium elementorum proximam materiam fecerunt vnam, nam ſi vna ſit omnium elementorum materia, ſiue illa ſit vacuum, ſiue ſit plenum, ſiue ſint triangula, omnia aut ſurſum, aut deorſum mouebuntur. Inquit. Siquidem enim vna ſit omnium materia, vt vel vacuum, vel plenum & magnitudo, quod idem eſt, vel triangula, elementa ipſa, aut omnia ſurſum, aut omnia deorſum ferentur. conſequentia tenet, quia cum materia ſit vna, etiam forma erit vna, & de materia proxima loquor, et ita vis mouendi vna etiã erit.

Addit quaſi idem ſub alijs verbis, & inquit. Si autem altera etiam latio non erit, quod conſtat ex eo, quia materia eſt vna omnium, ſi cuncta repunt magis, hoc eſt deorſum fluunt, quod patet, vel quia ex maioribus ſunt corporib⁹, aut ex pluribus, aut quia elemẽta ſunt plena, & nullo modo vacua, leue ſimpliciter, tunc profecto nihil erit. Debes ſcire antiquos huius ſectæ omnia elementa effeciſſe grauia, verum non vna ratione, ſed alij, quia cõſtãt ex corporibus maioribus, quã cœli conſtent, quos ponunt leues. Alij, quia conſtant ex pluribus corporibus, quã cœli. Alij, quia elementa omnia fecerunt plena, & nullatenus poroſa. Hoc autem ait, eſſe contra ſenſum, & inquit. Hoc autem videmus, & etiam demõſtratum eſt, ſimiliter corpora deorſum ferri, & ſurſum ſemper cum ſuis naturis relinquuntur, et vbiq; ponantur. Vbi autem (vt ait) vacuum, vel tale aliquid ſit, quod ſemper ſurſum fertur, non erit id quod ſemper deorſum mouetur, & ecõtra, etiam vbi erit, quod ſemper deorſum, nõ erit quod ſurſum mouetur. Et ſic patet, ꝙ ſi altera latio eſt, & cuncta deorſum fluunt, nihil erit ſimpliciter leue. Addit aliud abſurdum, ꝙ videlicet aliquod elemẽtorum mediorum celerius deorſum mouebitur ipſa terra. patet, quia poteſt aliqua pars mediorum eſſe maior aliqua portione terræ, & ita ex maioribus plenis conſtare. & per conſequens erit grauior, inquit, & mediorum ergo quædã erunt, quæ deorſum celerius terra mouebuntur, cuius cauſam ſubdit D. Magno enim in aere triangula plura erunt, aut ſolida plura, aut plana plura erunt, ergo ille aer magnus erit grauior. Hoc autem deſtruit D. At nulla pars aeris deorſum ferri videtur. Similiter autem & in leui, ſupple deduci poteſt aliquod mediorum eſſe leuius igne, ſi illud mediorum quiſpiã fecerit excedere ignẽ in illa materia quæ eſt leuium. Quare ex omnibus his patet, vnam materiam elemẽtorum nullatenus

Dubitatio. eſſe. Quæret fortaſſe quiſpiam, an poſſit aſſignari aliqua cauſa, quare in rerum natura ſit dabile leue ſimpliciter, & graue ſimpliciter. Reſpondet Auer. & procedit

Solutio. Auer. comment. 40. reſolutorie ꝙ ſic, & aſſignat illã ex eo, quia pars ſuperior, et pars inferior eſt ſimpliciter finita, atq; terminata. Cum

A enim pars ſuperior ſit finita, dabitur ſurſum ſimpliciter, & ſic dabile eſt leue ſimpliciter, quod ad eum locum, qui ſimpliciter ſurſum eſt, fertur. Cum autem pars inferior terminata ſit etiam, dabitur deorſum ſimpliciter, ergo dabitur graue ſimpliciter, quod illuc fertur. Vlterius, quę eſt cauſa, cur hæ partes ſunt finitæ, illa videlicet ſurſum,

Dubitatio. Solutio. hæc autem deorſum. Reſpondet Auer. quia extremitas locorum ſurſum, & deorſum, finita eſt. Et vlterius extrema locorum ſurſum & deorſum finita ſunt, quia alterũ eorum eſt cœli circunferentia, & aliud centrum. Et quia ita eſt oportet ſemidiametrum à centro ad circunferentiã eſſe finitam in longitudine, longitudo enim vt longitudo non eſt finita per ſe, niſi quia finitur ad aliud per ſe finitũ, videlicet, ad longitudinem rotundam. Cum enim circunferentia cœli ſit finita, ſemidiameter cœli eſt finita, ergo locus ſurſum, qui eſt in cœli circunferentia, & locus deorſum, qui eſt in centro illius erunt ſtabilita. Ex his infert Auer. loca eſſe tantum duo, quia non poſſunt eſſe plures

B mundi, & ita non niſi vnum centrum, & vna circunferentia. Quia vero aliquis poteſt dicere locum nõ eſſe cauſam grauitatis, vel leuitatis niſi extrinſecam, ideo Auer. addit cauſam motus ſurſum vel deorſum eſſe formam elementi, & illius formæ cauſam eſſe locum, ſaltem extrinſecam, & illius loci cauſam eſſe corpus ſphęricum. Secundo ex his infert aliter ſe habere loca elementorum, & aliter loca miſtorum, nam loca elementorum ſunt cauſæ elementorum ſaltem conſeruatiuæ, vel finales. In miſtis autẽ econtra miſta ipſa ſunt cauſæ locorum, nam elementa aut ſunt accidẽtia, aut prope naturam accidentium, & ita poſſunt conſeruari à locis, quia accidens poteſt conſeruari ab accidente, quia verò miſta, vt ſic nullum ſibi limitant locum, ideo loca ſunt propter miſta. Eſt tamen differentia, quoniam miſtorum quædã ſunt imperfecta valde, quaſi proxima elementis, vt lapides, & id genus. Alia perfecta, vt animalia & plantę, miſta primo modo quaſi ſunt propter loca, & illa ſibi limitant, vt elementa etiam, & ideo lapi-

C des in aliquibus locis ſic, in aliquibus non inueniuntur, & fiunt ſimiliter in locis terminatis. Secundo modo, miſta non limitant ſibi loca, niſi forte per accidens. Tertio, infert Auer. aliquas differentias ſubſtantiarum eſſe accidẽtia, vt differentiæ elementorum ſunt accidentia. Et intelligas hæc accidentia non eſſe proprie differentias ſubſtantiales, ſed loco illarum poſitas. Vlterius dubitat Auerro. quomodo locus poteſt eſſe cauſa elementi, cum ſit acci-

Dubitatio. Reſponſio. dens, & elementum ſubſtantia, modo nullum accidẽs videtur cauſa ſubſtantię. Reſpondet Auer. ꝙ demonſtratio eſt in appoſitum, quia in hoc quarto Ariſt. probauit loca eſſe cauſas elementorũ. Propterea cauſa eſſe poteſt, quia formarũ aliæ ſunt imperfectę, quaſi medię inter ſubſtantiam & accidens, vt formæ elementorum, aliæ perfectæ, quæ ſunt ſubſtantiæ tantum, vt formæ miſtorum. Vult igitur accidentia eſſe ponenda in definitionibus formarum imperfectarum, & ꝙ accidentia ſint illarum cauſæ, quia videlicet ſunt imperfectæ, latẽt enim & pluribus

D egent. In definitionibus vero formarum perfectarum accidentia non ponuntur, ſed magis econtra, nam accidentia ſunt potius cauſata à formis miſtorum. Hinc deducit qualitates primas reſpectu elementorum eſſe cauſas, reſpectu animalium eſſe cauſata, velut tres dimenſiones reſpectu materiæ ſunt, vt formę, immo primę formarum, reſpectu vero formarũ ſunt accidẽtia diſpoſitiua. Hinc errauit Auicenna, qui voluit dimenſiones interminatas eſſe ſubſtantias, & per conſequens bene dicunt quidam accidentia eſſe differentias ſubſtantiarum, non quidẽ ſimpliciter, ſed loco illarum acceptas. Excuſat tamen ſe ab hac perſcrutatione, quia non huic, ſed libris metaphyſi. conuenit. Debes ſcire ſecundum Auer. ꝙ dimenſiones reſpectu materiæ ſunt interminatę, & nullo modo cauſatæ, quare ſunt vt forma materię, & illius quaſi cauſa. Reſpectu vero compoſitorum ſunt terminatę, quia vero ter

minus

minus illarum eſt á formis compoſitorum, ideo reſpectu aliorum, ſunt quaſi cauſata. Similiter & qualitates primę, reſpectu elementorum ſuot quaſi interminatæ, & quaſi cauſæ elementorum, ſunt vero reſpectu miſtorum terminatæ, & quaſi cauſatæ.

Quæſtio.

Mouet Auer. vltimo, in commento quæſtionem contra Ariſt. nam aduerſarius dicere poſſet reperiri vacuum in tanta proportione maius pleno, in quanto eſt cauſa leuis ſimpliciter, & pleoum in tanta proportione maius vacuo in quãta eſt cauſa grauis ſimpliciter. Et ꝙ nullum vacuum maius, nec nullum plenum maius reperiri poſſet, quare dabitur leue ſimpliciter, & graue ſimpliciter, quia proportiones ſunt finitæ.

Reſponſio.

Reſpondet Auer. & probat non dari vacuum, quod ad plenum habeat certam proportionem, ita vt maius dari non poſſet. Primo, omne corpus poteſt creſcere in infinitũ, vt quãtum, vacuum eſt corpus, ergo poteſt augeri in infioitum, vt quantum. Maior patet, quia finitum eſſe eſt propter formam, augeri vero in infinitum poteſt ratione quanti. Secundo, omne poſsibile exibit ad actum, ſed corpus eſſe leuius igne eſt poſsibile apud hos homines, ſaltem ſecundum genus, ergo exibit ad actum, cooclusio eſt impoſsibilis, ergo aliqua propoſitionum, & non maior, ergo minor, quare patet oppoſitum aduerſarij.

Dubitatio.

Sed dubitatur contra has Auer. rationes, quoniam veteres dicerent vacuum poſſe augeri in infinitum, vt quantum, non autem, vt vacuum tale.

Solutio.

Secunda etiam ratio nulla videtur, quia ſecundum Auerroes non oportet poſsibile reduci ad actum, niſi quando eſt poſsibile ſecundum ſpeciem, vt patet ſexto Phyſicorum, commento decimoquinto, et primo huius, commento trigeſimotertio. Sed hę obiectiones tolluntur. Prima quidem, quia non differt vacuũ á vacuo, vt eſt quantum, quia vacuum nihil aliud eſt, niſi quantum ſine materia ſenſibili, & ſine ſubiecto. Secunda etiam tollitur, quoniam omne poſsibile ſecundum genus, oportet ſaltem reduci ad actum in aliqua ſui ſpecie, & ſi non in omnibus, ſaltem in aliqua, hæc pro Auer.

G

Sinautem duæ ſint, veluti ſiquis vacuum atque plenum eſſe dixerit, media ipſa aer & aqua, quo nam pacto facient ea, quæ faciunt. Ignem igitur vacuum quidem dicũt ob quod ſurſum fertur, terram vero plenum, quocirca et deorſum mouetur. Erit enim quędam aqua quæ plus ignis habebit paruo aere, & aer magnus, qui plus terræ parua aqua, quare aliquam aeris magnitudinem celerius ferri deorſum oportebit parua aqua, hoc autem nuſꝗ vnꝗ videtur.

Fertur Additum verbum.

Expoſitio.

Confutauit eos, qui omnium elementorum vnam materiam aſſignarunt, penes cuius variationem cauſam grauium & leuium reddiderunt. At nunc eos, qui duas materias dicunt, refellit, quia illis poſitis elementa media non mouebuntur, eo modo quo videntur moueri, ſcilicet aer ſupra terram, & aquam, & aqua ſupra terram. Et hoc abſurdum proponit per modum interrogationis, & inquit. Sinautem materiæ grauium & leuium duæ ſint, veluti ſiquis vacuum atq; plenum eſſe dixerit, media ipſa elementa, quæ ſunt aer, & aqua, quo nam pacto facient ea, quæ faciunt, videlicet, aer ipſe mouẽdo ſe ſupra aquã, & aqua ſupra terram, quaſi dicat ꝙ hac poſitione poſita, nec aer, neq; aqua, ſic mouebitur, hoc eſt abſurdum. Quod vero ita ſequatur, probat Ariſt. & ſuppooit primo duo de mente antiquorũ. Primum eſt, ꝙ ignis ipſe nihil aliud ſit ꝗ vacuum, & terra ꝗ pleoum. Secundum, ꝙ eſſe poteſt quædam aqua, quæ poteſt habere plus vacui paruo aere, et magnus aer eſſe poteſt, qui plus pleni habebit parua aqua. Hæ ſuppoſitiones fuerunt declaratæ ſuperius,

E

inquit. Ignem igitur vacuum quidem, ſupple dicunt, ob quod & ſurſum fertur. Terram vero dicunt plenum, quo circa & deorſum mouetur. Hæc eſt prima ſuppoſitio, videlicet, ignis ſit vacuum, & terra pleoum. Secundo ponit ſecuodam, & inquit. Erit enim quædam aqua, videlicet, magna quæ plus ignis, hoc eſt vacui habebit paruo aere, & aer magnus erit etiam qui plus terræ, hoc eſt pleni habebit parua aqua. Hæc ſecunda ſuppoſitio, etiam de mente eorum conſtat. Ex his duabus ſuppoſitionibus infertur abſurdum, videlicet, ꝙ aliquis aer, videlicet, magnus celerius deorſum mouebitur parua aqua. Tenet conſequentia ex ſuppoſitionibus, quia magnus aer habebit plus pleni parua aqua, ergo celerius deorſum erit aptus ferri. inquit, quare aliquam aeris magnitudinem celerius ferri. deorſum oportebit parua aqua, quod deſtruit p. Hoc autem nuſꝗ vnꝗ videtur. Nõ igitur plenum & vacuum materiæ eſſe poſſunt grauium, & leuium.

F

Neceſſe eſt igitur quemadmodum & ignis ſurſum fertur, quia hoc habet, vt vacuum, cætera vero non habet, & terra deorſum, quia plenum habet, & aerem in eius locum ferri, ac ſupra aquam, quia hoc aliquid habet, & aquã deorſum, quia hoc.

Fert. verbũ Additum. Habet, verbum additũ.

Expoſitio.

Nunc ex dictis deducit principalem conclusionem, videlicet, eſſe tot numero materias, quot ſunt elemẽta, quia vt ignis ſurſum fertur, quia habet hanc propriam ſibi materiam, videlicet, vacuum, & vt terra deorſum mouetur, quia habet hanc propriam, videlicet, plenum, ita neceſſe eſt aerem in eius locum ſupra aquam moueri proprietate ſuæ materiæ, videlicet, quia habet hoc aliquid, ſcilicet de vacuo. Et aquã etiam moueri deorſum ſub aere, per idẽ, quia habet quicꝗ pleni, quare omnia habent proprias materiæ differentias, per quas proprios motus exercent. Inquit. Neceſſe eſt igitur quemadmodum & ignis ſurſum fertur, quia hoc habet, hoc eſt ob eius propriam quam habet materiam, videlicet, vacuum, cętera vero. i. alias vero materias pręter vacuum nõ habet, et vt terra deorſum mouet proprietate ſuæ materiæ, quia, videlicet, plenum habet. Per idem ſupple, neceſſe eſt aerem in eius locum ferri, & ſupra aquam proprietate ſuæ materiæ, quia hoc aliquid vacui habet plus pleno, & per idem neceſſe eſt aquam deorſum moueri proprietate ſuæ materiæ, videlicet, quia hoc habet, videlicet plus pleni ꝗ vacui, quare tot differentias materiei neceſſe eſt, quot ſunt motus ipſorum differentię, & ſic omnium nõ erit vna materia, nec duæ, ſed tot numero, quot elementa.

Si autem vnum quoddam erat ambo, aut duo (ambo autem hæc inſint vtriq;) erit aliqua multitudo vtrique, qua & aqua paruum aerem excedet ſupero, & aer aquam infero, vt ſæpe dictum eſt.

Ipſo ſurſum Supero. Infero Ipſo deorſum.

H

Deduxit cõclusionẽ principalem, at nunc repetit rationem, vt ſui moris eſt, nam cum intulit principalem concluſionem, de more epilogat rationem, quam prolixe fecerat, arguit ergo, ſi ambo ſcilicet graue & leue ſint vnũ quoddam, videlicet, aut vacuum, aut plenum, aut ambo ſint duo, videlicet, leue vacuum, & graue plenum, modo tam graui ꝗ leui hæc ambo, videlicet, vacuum & plenũ inſint, erit aliqua multitudo horum amborum vacui, & pleni vtriq;, videlicet, graui & leui competens, qua & aqua paruum aerem excedet ſupero motu, id eſt qua aerẽ excedet aqua in motu ſurſum facto, & aer excedet aquã infero, hoc eſt in motu deorſum facto. Nec deducit rationem, ſed inquit, vt dictum eſt. Inquit. Si autem vnum quoddã, id eſt vna quædã materia erant ambo, videlicet, ambo graue & leue erant vna quædã materia, vacuũ, aut

plenum,

plenum, aut duo, ideſt aut ambo graue & leoe erant duo, ideſt duæ materiæ vacuum & plenum (ambo autem hæc inſint vtriq;) ideſt modo vacuum & plenum inſint vtriq; ideſt tam graui q; leui, totum hoc eſt antecedens. Cui addit conſequens, & inquit, erit vtriq; graui, videlicet, ſeorſum & leui ſeorſum aliqua multitudo horum amborum vacui & pleni competens, quo et aqua paruum aerem excedet ſupero motu, & qua aer excedet aquam infero motu, vt ſæpe dictum eſt. Oportet igitur eſſe materias tot numero, quot ſunt grauia ipſa ac leuia, & nõ vnã, vel duas.

Auer. commen. 41.

Auer. mouet. q. quia Ariſto. voluit cum dualitate materiæ non ſtare contrarietatem elementorum. Ait enim ſi duę tantum materiæ eſſent elementorum, non dabuntur duo extrema elementa contraria & prima, quia (vt deduxit ſupra) ignem poſſet dari altius & altius in infinitũ.

Obiectio.

Obijcit Auer. nam omnes colores ſunt ex duabus materiebus, ſunt enim colores qualitates ſecundæ, quarum principia ſunt ignis & terra. Ignis quidem alborum, terra nigrorum, et tamen in multitudine colorum ſunt duo extremi colores, ergo dualitas materiei non tollit extrema.

Reſponſio.

Auer. reſpondet concedendo totum. Ad antiquos vero ſequitur abſurdum Ariſtote. videlicet quòd elementa erunt eiuſdem ſpeciei, vt colores medij, qui non ſpecie, ſed ſecundum magis & minus differunt, vt quinto Phyſicorum dictum eſt. Hæc ex Auer. quæ in codicibus grę cis non accidunt, ſed in ſuis barbaris translationibus, vt facile videre licet.

Figuræ autem cauſæ non ſunt, aut vt deorſum, aut ſurſum ferantur ſimpliciter, ſed vt celerius, aut tardius.

Expoſitio.

Nunc quonam modo figuræ motus cauſę ſint, declarat, nam veterum nonnulli figuras motuum elementorum cauſas aſſignarunt, vt Plato, qui igni figuram pyramidalem præbuit, vel ſphæricam ob eius motus celeritatem. Ariſtote. vero figuras motuum cauſas principales non aſſerit, ſed conceſſas, quatenus cauſę ſunt, non vt moueantur elemẽta ſimpliciter, aut ſurſum, aut deorſum, ſed cauſæ ſunt, vt moueantur celerius, aut tardius, inquit. Figuræ autem cauſæ non ſunt, vt deorſum, aut ſurſum elementa ipſa ſimpliciter ferantur, ſed vt ferantur celerius, aut tardius, & ita conceſſę videntur potius.

Latũ ferrũ. Lata ferramenta. Aurea arena [illegible] Arena, vnde fit aurum. Fruſtũ auri. Tela auri. Aranea auri. Lolũ auri.

Quas vero ob cauſas videre non eſt difficile. Dubitatur enim nunc, cur latum ferrum, plumbumq; ſuper aquam natat. Alia vero minora minuſq; grauia, ſi rotunda ſint, aut longa, vt acus, deorſum feruntur. Et cur nonnulla ob paruitatem, vt aurea arena, cæteraq; terrea, ac pulueruleuta ſuper aerem natant.

Expoſitio.

Id quod de figuris dixerat, nunc Ariſto. manifeſtat ſoluendo duo problemata. Et primo illa proponit. Secundo ſoluit illa. Primum eſt, cur latum ferrum, atque latum plumbum, ſi ad modum telæ araneæ ſit, ſuper aquam natat. Alia autem minora, & minus grauia, deorſum petũt, ſi rotunda ſint, aut longa, vt pila, & acus, inquit. Quas vero ob cauſas, ſupple figuræ conceſſæ ſint motuum, et non principales cauſæ, videre non eſt difficile. Nam ſolutis duobus problematibus, ſolutio etiam & res illa omnibus patebit, & ſtatim per ordinem illa problemata proponit, dicens. Dubitatur enim nunc, cur latum ferrum, plumbumq; etiam latum, ſuper aquam natat, alia vero minora minuſq; grauia, ſi rotunda ſint, vt pila, aut longa, vt acus deorſum feruntur. Cauſa problematis eſt, quia grauiora deorſum magis mouentur, & ita ferramenta lata, cum ſint acu, & pila grauiora deberent in aqua deſcendere, hoc eſt primum problema. Deinde mouet ſecundũ cur videlicet, quædam alia ob paruitatem, vt folia auri, et quædam terrea pulueruleutaq; in aere natant. Cauſa dubitationis eſt, quia ſunt grauia, & aere maxime grauiora, inquit. Et cur nonnulla ob paruitatem, vt aurea arena, quæ græce pſegma dicitur, latine fruſtum auri, vel tela aurea, cæteraq; terrea ac puluerulenta ſuper aerem natant, vt videmus in radijs portarum atoma grauia ſupernatare, hoc eſt ſecundum problema Ariſt.

Suſtinere. Subtollere. [illegible] Decidere [illegible] Dilabi Non impedire.

Cauſam igitur horum omnium putare quidem, vt Democritus non recte ſe habet. Ille enim dicit illa calida, quæ ſurſum ex aqua feruntur, ea lata eorum quæ grauitatem habẽt, ſuſtinere, anguſta vero decidere, pauca enim eſſe, quæ ipſis contrapulſant.

Expoſitio.

Democritus ſoluit problemata, & ſupponit ab imis aquis eleuari corpuſcula quædam, quę Phyſici vapores appellant, hi ab imis mouentur ſurſum ad ſuperficiem aquarum, ab aquarum ſuperficiebus vlterius mouentur alij vapores, & aeris mediam regionem petunt. Leuia autẽ ſunt hæc corpuſcula, & tenuia, á ſtellis ipſis, atque ſole producta. Ex hac ſolutione facile ſoluit problemata. Natant, n. ferrum, latum & amplum plumbum, quatenus vapores ab imis aquis ſurſum petentes obuij ferro & plumbo illa ob latitudinem ſuſtinent. Acum autem & pilam, dicit Democritus decidere, & per aquas dilabi, nam ſuſtinere ea non poſſunt vapores tenuitate eorũ. In aere quoq; auri tela, & pulueres eadem ratione ab ipſis vaporibus ſubtolluntur, qui ab ipſis aquarum ſuperficiebus eleuantur, & ſic ſoluit Democritus problemata non recedens á ſuis corpuſculis, quæ atoma appellat. Contra quem obijcit Ariſt. dicens, hoc non eſſe recte dictum, & inquit. Cauſam igitur horum omnium putare quidem, vt Democritus ſcilicet cenſet, non recte ſe habet. Deinde quæ Democritus dicebat, explicat D. Ille enim dicit ea calida, quę ſurſum ex aqua feruntur, quę vapores dicuntur, ea lata, videlicet ferrum, & plumbum de numero eorum, quæ grauitatem habent, ſuſtinere, anguſta vero dicit decidere, dilabiq; per aerem & aquam. Pauca enim ea eſſe, ſupple aſſerens, & etiam parua, quæ contrapulſant vaporibus, eſt enim acus & pila parua res, quaſi non obſiſtens vaporibus. Hæc Democri.

Fieri Facere [illegible]

In aere aũt magis etiam idipſum fieri oportebat vt ipſemet obijcit. Sed obijciens molliter ſoluit. Dicit enim non in vnum facere impetum ſum, appellans, ſum, motũ eorum corporum, quæ ſurſum feruntur.

Expoſitio.

Obijcit nunc Democrito ex obiectione propria Democriti, quia plumbum planum, & ferrum latum deberet ſupernatare in aere, & magis, eo magis, quo aer eſt vaporoſior aqua, cum ſit humidior & tenuior. Sic ſibi obijcit Democritus. Verum ſoluens ait, vapores aqueos magis coadunate aſcendere, aereos autẽ ſparſim, & ſic aquei obſiſtunt latis corporibus, aerei vero non. Inquit. In aere autem magis etiam idipſum fieri oportebat, vt ipſemet obijcit ſibi, quoniam aer præ nimia ſua humiditate eſt vaporoſior aqua. Deinde ponit ſolutionem Democriti, & inquit. Sed obijciens molliter ſoluit. Dicit enim vapores ipſos in aere eleuatos, non in vnum facere impetum, quia non vniti ſcandunt, velut vapores aquei, qui vniti ſubtolluntur. Quo vero ad verba attinet {Sum} quod eſt verbum Democriticum, Ariſtoteles exponit in eius lingua, & inquit. Dicit enim non in vnum facere impetum ſum, appellans {Sum} motum eorum corporum, quæ ſurſum feruntur, quæ corpora Ariſtoteles, vbiq; vapores vocat. Motus enim vaporum apud Democritum non in vnũ facit impetum contra plumbum & ferrum planum, quando vapores ſunt aerei, ſed motus vaporum aqueorum cõtra plumbum & ferrum lata facit impetum in vnum, &

Quæ Auer. cōmen. 43.

propterea illa ſuſtinet. Ariſtoteles autem huic ſolutioni non aliter obijcit, niſi quia eſt mollis, ac debilis. Et cauſam reddit Auerro, quia vapores aerei maiorem habent continuitatem, quàm aquei vapores habent, nam aer aſcenſui ſuorum vaporum minus reſiſtit, aqua vero ſuis vaporibus aſceodentibus magis reſiſtit. Vnde & proiecta in aere cælerius mouentur eis proiectis, quæ moueotur in aqua. Quod ſi vapores aerei in aere habebunt maiorem continuitatem, minorem habebunt expanſionem, quare corporibus deſcendentibus magis occurrunt. Et ſic ſolutio Democriti debilis fuit, vt Auerroes declarauit.

Facile, verbum additū.

Cum autem continuorum, alia quidem facile, alia vero minus facile diuiſibilia ſunt. Et diuiſiua etiam modo eodem, alia quidem magis, alia autem minus, has eſſe cauſas putandū eſt. Facile quidē igitur diuiſibile id eſt, quod facile terminabile eſt, et id magis quod magis,

F

Vt Autem

vt aer magis eſt tale ꝙ aqua, & aqua ꝙ terra, minus etiam vnoquoq; in genere magis facile diuiditur faciliusq; diſrumpitur.

Expoſitio.

Quia ſolutio Democriti erat mollis ac debilis, nunc aliter ſoluit. Et ſupponit pro ſolutiooe duas diuiſiones continuorum corporum. Prima eſt cootiouorum, alia facile, alia mious facile diuidi poſſunt, facile aer diuidi poteſt, minus facile, aqua, adhuc minus facile diuidi poteſt terra, inquit. Cum autem cōtinuorum corporum, alia quidem facile, alia autem minus facile diuiſibilia ſunt, textus legatur ſuſpenſiue vſq; ibi {Has eſſe cauſas.} Hæc eſt prima diuiſio. Secuoda vero eſt corporum continuorum quæ ſuot diuiſiua, alia magis diuiſiua ſunt, vt acuta & ſphærica, alia minus diuiſiua ſunt, vt lata, inquit. Et diuiſiua etiā modo eodem, alia quidem magis, alia autem minus, ſupple ſuot. Et terminans textus ſuſpenſionem, inquit. Quia hæ duæ corporum diuiſiones veræ ſunt, has cauſas proble-

G

matum putandum eſt. Deinde expooit membra primæ diuiſionis, & vult facile diuiſibile eſſe quod facile terminatur termino alieoo, vt aer & aqua, quę terminantur termino cōtinentis. Inquit. Facile quidem igitur diuiſibile, id eſt, quod facile terminabile eſt, ſupple termino alieno, & id magis, quod magis alieno termino terminaẽ, vt aer magis ꝙ aqua eſt talis, & aqua magis talis ꝙ terra. Addit quoddam obiter, & inquit. Minus autem corpus in vnoquoq; genere magis facile diuiditur, vt minor aer citius diuiditur magno, quoniam in maiori quāto eſt maior reſiſtentia, magiſq; diſrumpitur eadem ratione.

Ea igitur quæ quidem latitudinem habent, quia multum comprehendunt, ſupramanent, propterea, quia non diſrumpitur illud, quod multum facile diuiditur. Ea vero, quæ contrario modo ſe habent figuris, quia parum com-

Diuiditur. Verbū additum.

H

prehendunt deorſum ferunt, propterea quod facile illud diuidunt, & in aere multo magis, quo facilius ꝙ aqua diuiſibilis eſt.

Ex his ſuppoſitiooibus ſoluit nunc problema primum propter quod enim quærebatur, nonnulla ponderoſiora, vt ferrum & plumbum latum, citius deſcendit in aqua, ꝙ quædam minus grauia, vt acus & pila. Reſpondet, quia lata illa corpora, noo ita facile ipſam aquam penetrant, quoniam multum comprehendunt illius, & ſic non facile aqua diſrumpitur, acuta vero facile penetraot, vt acus cum parum aquæ comprehendant. Inquit. Ea igitur quæ quidem latitudinem habent, quia multum aquæ comprehendunt ſupramanent ipſi aquæ, propterea, quia non diſrumpitur illud, quod multū facile diuiditur. Ea vero quæ

E

cootrario modo ſe habent figuris, vt acus & pila, quia ipſius aquæ parum cōprehenduot, deorſum feruntur, propterea quod facile illud diuidunt, quod de aqua cōprehēdunt. Addit & in aere multo magis, quo facilius ꝙ aqua diuiſibilis eſt. Et ſic habes ſolutiooē primi problematis.

Cum autem & grauitas ipſa aliquā vim habeat per quam deorſum fertur, & continua, vt non diſrumpantur, hæc inter ſe conferre oportet, nam ſi vis ipſius grauis eam, quæ in ipſo continuo eſt ad diſruptionem diuiſionemq; exuperabit, penetrabit deorſum celerius. Sin autem fuerit imbecillior ſupernatabit, de graui quidem igitur & leui, & de his quæ circa ipſa accidunt, à nobis hoc modo ſit definitum.

Penetrabit Tranſibit Vim infert deorſum. Cogetur deorſum.

F

Solutio primi problematis ſatis cooſtat, verum, vt ipſam magis explanaret Ariſto. (vt Auer. innuit) ſupponit vt in corpore diuidenti eſt potentia actiua ad diuidendū, ita in corpore diuiſibili anteꝗ diuidatur eſſe potentiam reſiſtiuam diuiſioni. Qua ratione potentias haſce conferre oportet inuicē, nam ſi vis diuiſiua, quę eſt in graui, ſit maior ꝗ ſit vis reſiſtitiua in aere, vel aqua, proculdubio graue fundū petit, vbi vis reſiſtitiua in aere, vel aqua fuerit minor, vel ęqualis, graue ſupernatabit. Cum igitur vis reſiſtitiua io aqua ſit maior ꝗ vis diuiſiua in ferro, vel plumbo lato, iure ferrum, vel plumbum latum ſupernatabit. In acu vero vel pila vis diuiſiua maior eſt, ꝗ reſiſtitiua in aqua, ideo acus vel pila fundū petit. Inquit. Cum autem & grauitas ipſa aliquā vim habeat diuiſionis actiuam, et corpora ipſa continua, vt aer vel aqua aliquā vim habeant diuiſionis prohibitiuam, ſiue diuiſioni reſiſtitiuam, vt non diſrumpantur, hæc inter ſe conferre oportet. Nam ſi vis diuiſiua, quæ eſt ipſius grauis, eam vim, quæ

Expoſitio.

G

in ipſo continuo corpore, vt in aqua, vel aere eſt ad diſruptionem diuiſionemq; exuperabit, penetrabit deorſum celerius, vt vis pilæ vel ipſius acus, quæ maior eſt in penetrando ꝗ vis aquæ in reſiſtendo. Sin autem vis rei grauis fuerit imbecillior in penetrando, vt in plumbo lato, vel amplo ferro, ꝗ ſit vis aquæ in reſiſtendo, graue illud ſupernatabit. Quo vero ad verba attinet, verbum {Penetrabit} græce eſt βιάσεται, quod latine ſonat, tranſibit, vel pertranſibit, penetrabit, vim inferret deorſum, vel vi deorſum infertur, cogetur deorſum, vel violentabit deorſum, clarius, penetrabit, ego tranſtuli ad ſenſum. Ex hiſce clariſſime cooſtat cauſa ſucceſſionis in motu grauium & leuium in pleno. Cauſa enim eſt, quia mediū dum graue deſcendit, vel leue aſcendit diuiditur, non autem diuiditur, oiſi diuiſioni reſiſtat. Nam licet vis diuiſiua in graui, vel leui ſit maior, ꝗ vis prohibitiua diuiſioois in pleno, tamen vis diuiſionis prohibitiua in pleno eſt aliquāta, vt ſufficiat pro ſucceſſione motus. Patet præterea in vacuo,

De cā ſucceſſionis in motu. De motu In vacuo Fieri in tempore. Fieri in inſtanti Fieri ſu-

H

vel noo fieri motum, vel fieri in inſtanti, vel fieri ſubito, differt enim mutationem fieri in tempore, & fieri io inſtāti, & fieri ſubito. Fieri enim in tempore, eſt fieri in hora, vel die, vel aliquo certo dato tempore. In inſtanti autem fieri motum eſt ipſum fieri in indiuiſibili temporis, fieri vero motum ſubito, eſt ipſum oō fieri in hoc inſtāti quod eſt pręſens, ſed immediate poſt hoc inſtans quod eſt præſens (vt Heberiſtæ & Suiſethiſtæ tradunt,) In vacuo ergo non fit motus in tempore, quia illis oulla vis eſt vacui prohibitiua diuiſionis, cum vacuum nihil aliud ſit ꝗ dimenſio ſine corpore ſeoſibili, quæ nullius actiuitatis eſt, ergo motus vel erit ſubitanus, oiomentariuſq;, vel in inſtanti indiuiſibiliq; temporis. Licet Auerroes, vbiq; ſubito fieri, exponat fieri in inſtanti, vt octauo phyſicorum commento. 23. & phyſicorum quarto commento. 71. verum de his alias. Poſtea epilogat dicens. De graui quidem